BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LIV
H
6
NAPOLI

Digitized by Google

7. 55. 13.

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA, ſeu NOTITIA
EPISCOPATUS
HARLEMENSIS,

Eruta ex Eccleſiarum M. Codicibus, Cœnobiorum Membranis, Patriæ Archivis, Bibliothecarum Theſauris, Claſſicis Scriptoribus & Annotatis authenticis; maximè Joannis Buggæi, P. M. Harlemenſis Collegii, dum viveret, Canonici, ejuſdemque Actuarii;

In quibus eminent ea quæ Harl. urbis Eccleſiam Primariam, unà cum ſubjectis Sacris ædibus, atque Egmondanum, Heyloënſe, vicinaque Benedictinorum, Ciſtercienſium, Canonicorum Regularium, aliaque Cœnobia concernunt.

Digitized by Google

HISTORIA, ſeu NOTITIA
EPISCOPATUS HARLEMENSIS.

HISTORIA tractus hujus, ex antiqua diviſione in tres Decanatus diſpertita, in Decanatum *Kennemariæ*, Decanatum *Amſterlandiæ*, & Dec. *Weſt-Friſiæ*.

Decanatum Kennem. habes a pag. 9. ad pag. 92.
Decanatum Amſt a pag. 92. ad pag. 132.
Decanatum Weſt-Friſ. a pag. 132. ad pag. 162.

KENNEMARIA,

[a] In Catalogo Vaſſorum [b] Traj. Eccleſiæ, nec non apud Stokium & Bekam, *Kinnemaria*, vocatur pars agri veterum *Marſatiorum*, quæ eſt ad Oceanum, inter *Rhenum*, & *Kinnemum* [c] rivum, vernaculè *Kennemerlandt*, à rivo Weſtfriſiæ finitore. Kinnemariam hanc Theodorico I. donavit Carolus ſimplex, Francorum Rex A°. 913. invitâ gente, quæ manu prompta licet, tandem tamen Principi morigera facta, magno in bellis uſui fuit.

Ex Traj. Eccleſiæ Codice MS. qui liber *Cameræ* vulgò dictus, inter alios, fuit *Decanatus Kennemariæ*, ſub Cathedra dudùm Trajectenſi; ſed huic per novarum per Belgium Sedium erectionem ſubſtractus, Harlemenſi Sedi dein paruit.

Decani A°. 1311. D^nus^ GERARDUS, Proviſor & Decanus Epiſcopi, ex Charta fundationis Cœnobii *Nieuwen Klooſter*, propè Harlemum.
1417. D. NICOLAUS DE VISSCHER.
1544. M^r. THEODORUS SCHOREL.
15 . . M^r. HENDRICUS ALBONT.
151 . M^r. ALBERTUS JACOBI, Decanus.
1514. M^r. ENGELBERTUS WYSS, Proviſor.
1560. M^r. HENRICUS TALESIUS, qui & Paſtor *Spaarwoudanus*, &c.

Abſolutâ Metropolitanæ Ultrajectinæ Eccleſiæ deſcriptione, ad eidem Suffraganeas progredimur, inprimiſque ad Harlemenſem.

Diœceſi Harlemenſi, Trajectenſi uſque ad Annum 1559. Hierarchæ ſubjectæ, eique eo ipſo anno ex conſenſu Philippi Hiſpaniarum Regis, tum Patriæ Moderatoris, per Paulum IV. ſucceſſoremque ejus Pium IV. Ann. 1560. [d] Suffraganeæ redditæ, territorium in Diplomate ſuo idem Paulus IV. aſſignavit [e] *duodecim oppidorum, præter pagos interjacentes longitudine nonaginta*, al. *ſexaginta*, *latitudine triginta millia paſſuum ſimilium*.

Civitates, *Harlemum*, *Amſterdamum*, *Alcmaria*, *Monachodamum*, *Edamum*, *Purmerenda*, *Hornæ*, *Enchuſæ*, *Medenblica*, *ac* municipia *Beverwycum* & *Schaga*, atque pagi, vici, villæ, ac caſtra complura, ſigillatim expreſſa ſunt in Bulla limitum præfati Pii IV. Pontif. Maximi. Dotem Epiſcopali menſæ, ex novis Eccleſiarum, [f] Cœnobiorumve redditibus hic Pontifex conſtituit, dignitates novem Canonicatuum ac *Præbendarum* affectarum pro totidem Canonicis deſignat; decimâ Epiſcopo aſſignata: demùm juriſdictionem Archidiaconi deſcribit.

Bullam hanc, datam Ann. 1560. [g] v. Idus Martii, luci & orbi hic exhibebimus ex tranſſumpto authentico non uno.

[a] M. Altingius, Germ. Inf. pag. 106.
[b] Vaſſi, id eſt fide addicti Eccleſiæ: de iis vide Cangii Gloſſarium.
[c] De rivo hoc vide Alting. ibid.
[d] Auctor nuperus *Deſolatæ Bataviæ* pag. 55. malè ponit Ann. 1571. Pejus errat dum illud Ann. 1571. Paulo Papæ quarto tribuit, qui jam Anno 1559. e vivis exceſſerat.
[e] *Duodecim* quidem *oppida* ibi nominantur; at totidem hodiè non numerantur: aliæ in Bulla Pii IV. vitio Scriptorum vel aliundè omiſſiones, vel aberrationes occurrunt, à nobis obiter per decurſum annotandæ. In his præcipuæ, quod *Ooſtzanen* pago antiquo omiſſo, ponitur *Saerendam*, vicus temporibus Pii IV. exiguus: & quod non enumerata *Texela*, celeberrimâ dudùm Inſula, memoretur per errorem *Torge*, potius *Borge*, vel *Borch*, pagus ejus Inſulæ inſtar municipii primarius.
[f] Inprimis *Geervlietenſis* Collegii, atque *Heyloenſis Cœnobii*.
[g] Quædam exemplaria habent 1561.

Digitized by Google

BULLA

S. D. N.

PII PAPÆ IV.

PIUS, Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ex injuncto nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio ad ea libenter intendimus, per quæ Eccleſiarum quarumlibet, præſertim Cathedralium noviter erectarum decori & venuſtati, ac illis præſidentium, & eis divinis laudibus inſiſtentium perſonarum ſtatui & opportunæ ſubventioni cum divini cultus augmento, & animarum Chriſti fidelium ſalute] valeant ſalubriter provideri, ac deſuper etiam ea quæ à Prædeceſſoribus noſtris conſultè geſta fuerunt, ex ſaniori conſilio immutando diſponimus, prout locorum & temporum qualitas exigit, ac ipſarum Eccleſiarum utilitas perſuadet, & id in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Cùm itaque, ſicut accepimus alias, poſtquam felicis recordationis Paulus Papa Quartus, Prædeceſſor noſter providè conſiderans eam partem inferioris Germaniæ, quæ chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico hæreditario jure etiam tunc ſubjecta erat, paucos habere Epiſcopos, nullumque Metropolitanum, qui eam regerent, uti illius amplitudo & frequentiſſimorum Oppidorum celebritas, ac longè latéque diſſitorum Caſtrorum & Pagorum ſuorum copia, animarumque multitudo, varium item idioma, & vitæ inſtitutum, ac denique temporis deplorata ob hæreticos conditio expoſtulabat, hiſque & aliis gravibùs cauſis eum impellentibus, volens periclitanti in partibus illis fidei Catholicæ ſuccurrere, pioque deſiderio dicti Philippi Regis ſatisfacere, habitâ, ſicut magnitudo rei poſtulabat, cum fratribus ſuis, de quorum numero tunc eramus, deliberatione maturâ, de eorum conſilio & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Cameracenſem, Trajectenſem, Atrebatenſem & Tornacenſem Eccleſias, Civitates & Diœceſes, ac Remenſem, & Colonienſem Provincias, ac Mechlinienſem & Harlemenſem, ac diverſa alia tunc expreſſa Oppida inſignia hujuſmodi regionis a ſua quodque Diœceſi & Provincia perpetuò ſegregaverat & diviſerat, nec non Mechlinienſem, Harlemenſem, ac reliqua Oppida prædicta ſic diviſa in Civitates: Cameracenſem verò & Trajectenſem tunc Epiſcopales ſedes, ac olim Collegiatam S^ti. Rumoldi Mechlinienſem & Metropolitanam, ac Parochialem S^ti. Bavonis Harlemenſem, ceteraſque alias aliorum Oppidorum, in Civitates erectorum prædictorum Eccleſias in Cathedrales Eccleſias, pro totidem Archiepiſcopis & Epiſcopis, qui ſuæ quiſque Eccleſiæ præeſſent; nec non Harlemenſi, aliiſque Eccleſiis Civitatibuſque prædictis certos tunc expreſſos diſtrictus per Nuntium ſuum, poſtmodum ab eo illis mittendum limitandos, pro ſua cujuſque Diœceſi perpetuò conceſſerat; nec non Eccleſiæ Trajectenſi prædictæ Eccleſiam, Civitatem & Diœceſem Harlemenſem hujuſmodi inter alias pro ſua Provincia adjunxerat, præfato quoque Philippo Regi, illiuſque ſucceſſoribus, qui pro tempore ejuſdem regionis in temporalibus Domini eſſent, jus nominandi Romano Pontifici pro tempore exiſtenti perſonas idoneas, ac alias certis tunc expreſſis modo & forma qualificatas, ad Harlemenſem & alias Eccleſias erectas tam a primaria erectione hujuſmodi, quam ex tunc deinceps quotieſcunque illas vacare contingeret, per eundem Pontificem in Archiepiſcopos & Epiſcopos ad nominationem hujuſmodi ordinandos in perpetuum reſervaverat, per quaſdam ſub plumbo, & denique per alias ſuas in forma Brevis litteras venerabili fratri noſtro, tunc ſuo Salvatori Epiſcopo Cluſinenſi, ſuo & Apoſtolicæ Sedis Nuntio in partibus illis, dederat in mandatis, ut perſonas idoneas, quæ dictas Provincias & Diœceſes diſtinguerent, & limitarent, ac dotem dictarum Eccleſiarum a Monaſteriis, & Præpoſituris ſub illis conſiſtentibus diſmembrarent, cum poteſtate omnia in his neceſſaria faciendi vice ſua deputaret dilectus filius noſter Anthonius, S^tæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, tunc Epiſcopus Atrebatenſis, & quatuor alii ſcientiâ & probitate inſignes, quos ipſe Salvator Epiſcopus & Nuntius, dicto Prædeceſſore interea de medio ſublato, vigore ſeu prætextu mandati & poſteriorum litterarum hujuſmodi ſubſtituerat, licet forſan eorum aliqui de illis perſonis non eſſent, quæ ad id canonicè ſubdelegari poterant; factâ nihilominus diligenti rerum indagine, ac omnibus maturè penſatis, animadvertentes quod per dismembrationes bonorum in Monaſteriis & Præpoſituris præfatis, ſi fieret, cultus Monaſticus non mediocriter læderetur, ipſa Monaſteria & Præpoſituras menſis prædictis pro dote ſuarum Eccleſiarum ad hoc, ut Epiſcopi etiam illorum curam perinde atque ſuam propriam perpetuò gererent, potius eſſe unienda: ac deſignationes & limitationes Provinciarum & Diœceſis, diviſioneſque & diſtributiones Oppidorum, & Juriſdictionum, in nonnullis partibus ipſarum Diœceſium commodiores illis, quæ per primo dictas litteras ſtatuuntur, nec non conſtitutiones & aſſignationes dotium, & denique numerum perſonarum, ac dignitatem, Præbendarum, beneficiorum & officiorum, ſtatum quoque & formam in prædictis Eccleſiis, etiam per hujuſmodi dismembrationes, applicationes, ſuppreſſiones, tranſlationes, novas Inſtitutiones, & alias in univerſum accommodas rationes habendas cenſuerint, ac ſuper majori illorum parte proceſſus, & ſcripturas ſerie digeſtis rebus omnibus formandos curaverint. Et inter alia dictæ Eccleſiæ Harlemenſi, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Harlemenſi:

Harlemum, *Amſterdamum*, *Beverwyck*, *Alcmaria*, *Monickdam*, *Eedam*, *Purmerende*, *Horn*, *Enchuſia*, *Medenblick*, *Schaegen*, *Grootebrouck*, *Spaerwoude*, *Cleff*, * *Te tweede*, *Aelbrechtsberge*, *Schoeten*, *Brederoden*, *Santvoirt*, *Sparendam*, *Santpoort*, *Velſen*, *Berchenroede*, *Heemſteide*, *Hil-*

Collatio [illegible] Epiſc.

penes patriæ Principes.

Territorium Diœceſis Harl.

* *Tetrode* & *Cleſ*, *Aelbrechts* ſeu *Aelberts berg*, *Schoten*, *Brederoden* &c. Nobilium Harlemo vicinæ arces.

legom,

Digitized by Google

legom, *Noertwykerhout*, *Lyſſe*, *Teylingen*, *Saſſenem*, *Voerhout*, *Oeſtgeeſt*, [a] *Noertwyck op Zee*, *Catwyck op Zee*, *Catwyck op den Ryn*, *Alkemaede*, *Valkenburch*, *Hoochmaede*, *S. Jacobs-Woude*, [b] *Aire*, *Caege*, *d'Oude-Weteringe*, * *Braſem*, [c] *Nieuwetten*, *Leymuden*, [d] *Calſtae*, *Cudelſtaert*, *Aelſmeer*, *Amſterveen*, *Nieuwerkerck*, *Rietwyck*, *Haen*, *Scellincwoude*, *Dorrigendam*, * *Laemsdorp*, *Buckeſloet*, *Fynderdorp*, *Holleſloet*, *Wedam*, *Sacrendam*, *Lantsmeer*, *Suytwoude*, *Brouck*, *Elpendam*, *Marcken*, *Purmerlant*, *Wormer*, *Ghiſp*, *Neck*, † *Ouwoude*, *Follendam*, *Aſſenburck*, *Wyck op Zee*, *Heemskerck*, *Uytgeeſt*, *Caſtricom*, *Akerſloet*, *Limmen*, * *Egmond op Zee*, *Heyloe*, ‡ *de Hoeſt*, *Aſſendelft*, *Weſtſanen*, *Cromenye*, *Cromenyerdyck*, *Ryp*, *Graef*, *Scermer*, *Scermenhorn*, *Quadyck*, * *Madekerwarden*, † *Eſterhem*, *Geſthuyſſen*, *Beetſen*, *Scaerdam*, *Oudendyck*, *Diricksborn*, *S. Marten*, *Valkerwege*, *Groſthuys*, *Scaerwoude*, *Avenhorn*, * *Kerckhout*, *Ruſtenborch*, *Vryſem*, *Ooſterbeek*, *Heyensbrouck*, *Spierdyck*, *Opdam*, *Weydeniſſe*, *Scellinck*, *Swaek*, *Weſterblock*, *Ooſterblock*, † *Leeck*, *Hem*, *Weſterwoude*, *Venhuyſen*, *Binnewyſen*, *Hoegekerſpel*, *Lutkebrouck*, *Boevekerſpel*, * *Waerſaertshoeve*, *Weſteynde*, [e] *Woggeman*, *Venhuyſen*, *Spanbrouck*, *Watwyde*, *Hsrinckhuys*, *Berningerhorn*, *Henys*, *Nubixwoude*, *Abbekerck*, *Mitwoude*, *Winkel*, *Lambertſchaege*, *Twiſch*, *Opperdoes*, *Almerdop*, *Opmeer*, *Sybekerſpel*, *Benninckbrouck*, [f] *Ouderencyercop*, [g] *Nieuwerneyercop*, *Hoichwoude*, *Aertswoude*, *Bergen*, *Coedyck*, *S. Pancraes*, *Brouck*, *Scoerle*, *Suydſcherwoude*, *Groeden*, *Noertſcherwoude*, *Crabbedam*, *Outkerſpel*, † *Eingenburch*, *Harinckerſpel*, *Diricksborn*, *Camp*, *Petten*, [h] *Torge*, *Huysduynen*, Oppida, Villas, Caſtra, Pagos, & loca reſpective pro ſua Diœceſi deſignaverunt, prout in ſingulis litteris, ac proceſſibus & ſcripturis prædictis pleniùs continetur. Nos qui dudùm inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus commiſſio fieret, ad partes vocatis quorum intereſſet, quique nuper Monaſterium *Egmondenſe*, Ordinis S. Benedicti, olim Trajectenſis, nunc verò Harlemenſis Diœceſis, certo tunc expreſſo modo vacans, menſæ Epiſcopali Harlemenſi pro ejus dote perpetuò univimus, annexuimus & incorporavimus; attendentes, quod ſi priſcis temporibus, dum dicti populi ſenſim accreſcebant, de novis Eccleſiis Cathedralibus, optimiſque Præſulibus opportuno tempore proſpectum fuiſſet, profectò tot pernicioſa hæreſum dogmata, quibus religio Chriſtiana paſſim laceratur, atque affligitur, haud ita violenter invaluiſſet. Nunc autem cùm ad illa arcenda & extirpanda, ac ſimul populos ipſos in ſinceritate fidei continendos dictus Prædeceſſor nulla alia magis opportuna remedia potuerit adhibere, ut ea juxta cordis ſui atque noſtri deſiderium promptos & felices ſortiantur effectus, noſtri miniſterii partes præmiſſis adjicere, illaque omnibus, quibus poſſumus rationibus juvare & promovere volentes, ac ſingularum litterarum, & proceſſuum ac ſcripturarum prædictorum veriores tenores, ac menſæ Epiſcopalis Harlemenſis & Monaſterii de Heylo & Canonicatus, & Præbendæ, eidem menſæ uniendorum infraſcriptorum fructuum, redditIuum & proventuum veros annuos valores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volentes, continuis etiam hortationibus dicti Philippi Regis, id pro ſalute dictorum populorum enixè proſequentis, excitati; Motu proprio & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine auctoritate Apoſtolica tenore præſentium diviſionibus, limitationibus & diſtributionibus dictorum ſubdelegatorum, in præfatis proceſſibus ſpecificatis, tanquam in melius reformatis, inhærendo, ac conceſſionem & aſſignationem, per priores litteras Prædeceſſoris hujuſmodi factas, quoad infra ſcripta immutando, omnia & ſingula Oppida, Caſtra, Pagos, Villas, & loca in poſteriori deſignatione ſubdelegatorum hujuſmodi comprehenſa, cum Eccleſiis etiam Parochialibus, Monaſteriis, Collegiis etiam Canonicorum, Capellis, Hoſpitalibus, etiam beneficiis, locis & perſonis, ac officiis Eccleſiaſticis ſecularibus & regularibus, ac populis, & quibuſcunque aliis ſub eis comprehenſis, prædictæ Eccleſiæ Harlemenſi, juxta deſignationem illi per præfatos ſubdelegatos factam prædictam perpetuò concedimus, & aſſignamus. Et ut Epiſcopus Harlemenſis pro tempore exiſtens, Eccleſiam ſuam dignitatibus, Canonicatibus, & Præbendis, officiis, ac perſonis Eccleſiaſticis, litterarum ſcientiâ præditis jugiter decoratam habeat, Monaſterium de Heylo, Ordinis ſancti Auguſtini, olim Trajectenſis, nunc verò Harlemenſis Diœceſis, quod nonnullis annis bis deflagravit, ad præſens certo modo Prioris regimine deſtitutum, ſeu cùm vacaverit, & in eo dignitatem Prioratus, ſeu Conventuale, ac omnia & ſingula, Canonicales portiones, officia, beneficia Regularia, Prioratus etiam ab eo dependentes, nec non Canonicos & perſonas, ac denique ordinem, omnemque ſtatum & eſſentiam regulares, in illis ac ipſis Canonicis, Prioribus & perſonis, penitus ſupprimimus & extinguimus, illaque omnia & ſingula ad ſtatum ſecularem reducimus, ac tam ipſos ſic ſeculariſatos, quam etiam Collegiatos Eccleſiæ Geervlitenſis dictæ Trajectenſis, vel alterius Diœceſis, Capellam Regiam nuncupatam in Puthen, & quæ ſeu eorum aliqua forſan de Jure patronatus præfati Regis exiſtunt. Ejuſdem Eccleſiæ Geervlitenſis Decanatum & alias dignitates, Canonicatus & Præbendas, perſonatus, adminiſtrationes, & officia, perpetuas Capellanias, cæteraque beneficia & officia Eccleſiaſtica, cum omnibus & ſingulis ejuſdem, nec non dicti Monaſterii ſuppreſſi proprietatibus, bonis, Juribus, Juriſdictionibus & pertinentiis ſuis, exceptis Vicariis, Capellaniis, ſupellectile, & ornamentis, ac aliis ad curam animarum dictæ Eccleſiæ Geervlitenſis etiam Parochialis deputatis, ſeu per præfatos ſubdelegatos deputandis, ad præfatam Eccleſiam Harlemenſem, in qua dilecti filii, Decanus & Capitulum Eccleſiæ Geervlitenſis & Canonici ſuppreſſi Monaſterii hujuſmodi, poſthac quilibet videlicet in ſuis dignitate & ordine reſidere debeant, etiam perpetuò transferimus, ac in ipſa Eccleſia Harlemenſi unum Archidiaconatum pro uno Archidiacono, qui talem Juriſdictionem per totam Diœceſin Harlemenſem prædictam habeat, poſt ceſſum vel deceſſum illius, vel illorum qui nunc ſunt, in ulla parte ejuſdem Diœceſis, qualis Archidiaconus Eccleſiæ Trajectenſis habiturus eſt, & unum Archipresbyteratum Civitatenſem pro uno Archipresbytero Civitatenſi nuncupando, qui curam Rectorum Parochialium Eccleſiarum Verbi Dei, & Sacramentorum Civitatis Harlemenſis, & unam Pœnitentiariam Diœceſanam, nuncupandas dignitates inibi pro uno Pœniten-

* Fortè, *Braſſemermeer*.
* Fortè *Ranſdorp*.
† *Ooſtwoude*.
* *Egmond binnen*.
‡ *Hoeff*.
* Vulgò *Waarden*.
† Vulgò *Etterſem*.
* *Berckhout*.
† *Otterleeck*.
* *Wereſeltshoeve*.
† al. *Evingenburch*.

[a] Omittitur *Noertwyck*, ſc. *binnen*, ſeu intra, a Jac. La-Torrio inter municipia numeratum. [b] fortè *Aade* [c] fortè *Nieu-Wetering*. [d] *Kalſlaege*. [e] *Woggenum*. [f] *Oud-Nyeroop*. [g] *Nieu-Nyeroop*. [h] fortè *Texel*, quia hic non recenſetur.

Digitized by Google

nitentiario, qui curam conſcientiarum populi, per Diœceſin univerſam Harlemenſem ſpecialiter habeant, nec non tot ex pinguioris proventûs Capellaniis ad dictam Eccleſiam Harlemenſem tranſlatis, quod Epiſcopo Harlemenſi viſum fuerit expedire, in Canonicatus & Præbendas ejuſdem Eccleſiæ Harlemenſis pro illas nunc obtinentibus, & totidem aliis futuris Canonicis, jure tamen ordinariis collatoribus, nec non patronis, etiam laicis ſi qui ſint, præſentandi, vel conferendi, aut aliàs diſponendi, ſalvo & illæſo quoad dictas Capellanias remanente, ac tot alios Canonicatus & Præbendas, quot Canonici dicti Monaſterii ſuppreſſi ad eandem Eccleſiam Harlemenſem tranſlati exiſtunt, quotque ex ejuſdem Monaſterii ſuppreſſi proventibus ad æquivalentiam fructuum, Canonicatuum, & Præbendarum dictæ Eccleſiæ Geervlitenſis creari poſſint, perpetuò erigimus & inſtituimus, ac Canonicatibus & Præbendis pro Canonicis Monaſterii ſuppreſſi, aliiſque de ejus bonis erectis, pro eorum dote, bona, proprietates, & proventus hujuſmodi etiam perpetuò applicamus & appropriamus. Præterca ſtatuimus & ordinamus, quod ex omnibus Canonicatibus & Præbendis tam de Eccleſiæ Geervlitenſis tranſlatis, quàm pro Canonicis Monaſterii ſuppreſſi hujuſmodi erectis, decem Canonicatus & decem Præbendæ ejuſdem Eccleſiæ Harlemenſis, quos primò per ceſſum, & ex cauſa permutationis, vel deceſſum, aut quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem illorum poſſeſſorum, etiam apud Sedem Apoſtolicam prædictam, aut aliàs quovis modo & ex cujuſcunque perſona, etiam in aliquo ex menſibus in quibus vacantium beneficiorum diſpoſitio Nobis aut Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, per Inſtitutiones Apoſtolicas, vel Cancellariæ Apoſtolicæ regulas reſervata exiſtit ſeu fuerit, aut litteras alternativarum, vel Concordata Nationis Germaniæ, ſeu alia privilegia & indulta, ordinariis Collatoribus quomodolibet conceſſa & concedenda, vacare contigerit, vel etiam ſi actu nunc vacent, ac tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad Sedem Apoſtolicam prædictam legitimè devoluta, ipſique decem Canonicatus, & Præbendæ diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſervati exiſtant, & ſuper eis inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, ita perpetuò affecti remaneant, quod idem Epiſcopus unum & unam omnium primò vacaturos, tanquam menſæ ſuæ Epiſcopali perpetuò unitos, & quos nos ſimilem ex nunc prout ex tunc & econtra, ipſi menſæ perpetuò unimus, & annectimus & incorporamus, obtinere, illorumque ratione perſona Capitularis eſſe, vocemque & auctoritatem etiam in Capitulo ſuper Decanum & Canonicos habere: reliqui verò novem Canonicatus, & Præbendæ prædicti, tribus Magiſtris, aut Licentiatis in Theologia, & tribus Doctoribus Decretorum, ſeu in eis Licentiatis, ac tribus aliis Nobilibus ejus Diœceſis, etiam in Jure vel Theologia ſaltem gradu Licentiaturæ in famoſa quapiam Univerſitate ſtudii generalis ſecundùm tenorem primò dictarum litterarum promotis, ordine præmiſſo ſervato, in perpetuum concedi & aſſignari debeant: quodque ad ſex priores, tam Nobiles, quàm ignobiles, ut præfertur, tamen qualificati, ad reliquos verò tres Canonicatus, & tres Præbendas, ex reliquis novem Canonicatibus & Præbendis hujuſmodi, nulli niſi Nobiles, & Graduati, ut præfertur, aſſumi poſſint. Ac omnes & ſinguli ratione ſuarum hujuſmodi Præbendarum conſilium & operam in negotio Eccleſiæ & religionis, cæteriſque difficultatibus pro tempore emergentibus, quoties ab Epiſcopo prædicto requiſiti fuerint, tam conjunctim, quàm diviſim præſtare teneantur; ac unus Archidiaconus ad Archidiaconatum, & alius Archipresbyter ad Archipresbyteratum, nec non reliquus ex dictis Graduatis Pœnitentiarius ad Pœnitentiariam hujuſmodi, ad nominationem dicti Epiſcopi, aſſumi & omnium primi poſt Epiſcopum vacaturos Canonicatus & Præbendas prædictos ſimili ordine conſequi debeant. Ut autem de viris ſpectatæ doctrinæ & probitatis ad ædificationem Eccleſiæ Dei accuratius proſpiciatur, quod ipſi novem Canonicatus & novem Præbendæ hac prima vice per præfatum Epiſcopum duntaxat, & deinde, quoties illi futuris temporibus vacaverint, ut præfertur, ad electionem Epiſcopi & aliorum Graduatorum prædictorum ſuperſtitum per eos conferantur, & in hujuſmodi electione ſuffragium Epiſcopi non plus juris, ſive momenti, quàm cujuſvis Graduatorum habeat, niſi vocum paritate occurrente, tuncque iteratum ad hoc Epiſcopi ſuffragium paritatem vocum hujuſmodi dirimat, quodque poſthac ipſi novem Canonicatus, & novem Præbendæ, ſub nullis ſpecialibus vel generalibus, etiam mentalibus reſervationibus, effectionibus, etiam in Corpore Juris clauſis, nec non expectativis, coädjutoriis, mandatis, facultatibus, indultis de providendo, commendando, & aliàs diſponendo, primariis precibus nuncupatis, aut aliis gratiis præventivis, per Nos aut Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, & Sedem Apoſtolicam prædictam, vel ejus Legatos, aut conſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum, ac Stæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & ex quacunque cauſa, quantumlibet urgenti pro tempore factis & conceſſis comprehendantur, nec etiam tanquam apud Sedem Apoſtolicam prædictam vacantes, aut ulla alia ratione generaliter vel ſpecialiter reſervari, nec illorum vacatione per reſignationem etiam ex cauſa permutationis, & apud Sedem eandem pro tempore occurrente per Romanum Pontificem, aut Sedem hujuſmodi de illis provideri, aut alias quoquo modo diſponi poſſit: ſed forma electionis præmiſſæ omni tempore ſervari, nullâque cauſâ infringi debeat; quodque unus ex novem Canonicis prædictis Magiſter ſeu Licentiatus in Theologia, & alter Decretorum Doctor, ſeu etiam Licentiatus ſeniores, ratione ſuarum Præbendarum facultatem habeant viſitandi per univerſam Diœceſin Harlemenſem prædictam, quoties ab Epiſcopo Harlemenſi: cæteri verò Canonici Graduati prædicti, quandocunque requiſiti fuerint, illis aſſiſtere teneantur, ac ex reliquis ſenioribus Canonicis prædictis duo in Theologia & unus in Jure Canonico Graduati, ut præfertur, unà cum Archidiacono curam habeant examinandi promovendos ad ſacros ordines, & admittendos ad curas animarum, quâcunque auctoritate illi proviſi fuerint, neminem niſi idoneum, ſeque perſonalem reſidentiam facturum medio juramento promittentem, admittendo. Et quoniam impia hæreticorum ſtudia, temporiſque malitia viros doctos ab Eccleſiis ſuis diutius abeſſe non patiuntur, quod ſi Canonici Graduati prædicti ab Eccleſia ſua, niſi ab Epiſcopo vel Capitulo miſſi per duos menſes abſuerint, integros ſuæ Præben-

dæ

Decem Canonicatus, & decem Præbendæ inſtitutæ.

Pro Epiſcopo ex his una;

novem pro totidem Canonicis.

Digitized by Google

dæ fructus illius anni amittant, & Capitulo cedant, ac omnes proventus ſingularum Præbendarum dictæ Eccleſiæ in duas æquales partes dividantur, quarum altera pro quotidianis diſtributionibus his ſolis, qui divinis officiis in choro deſervierint, & inibi à principio uſque ad finem, niſi neceſſitatis causâ, permanſerint, miniſtrari debeat; nec quiſquam ulla diſpenſatione vel alio privilegio Apoſtolico quacunque cauſa impetrato vel conceſſo, ſeſe a reſidentia hujuſmodi eximere poſſit. Cæterùm Eccleſiæ Civitatis ſub cura dicti Archipresbyteri Civitatenſis, extra verò eam & in Diœceſi Harlemenſi exiſtentes, vel ſub ſuis Decanatibus aliiſque Juriſdictionibus, prout hactenus, remaneant, vel meliori modo, arbitrio dicti Epiſcopi, diſtribui, ipſorumque Decanatuum Decani, ſalvâ dicti Epiſcopi moderatione, emolumenta hactenus percipi ſolita percipere poſſint; diſtrictius inhibentes Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, cæteriſque locorum Ordinariis, nec non Conventibus, Superioribus & Perſonis, illique vel illis, ad quem vel quos decem Canonicatuum & Præbendarum affectorum prædictorum collatio, proviſio, & quævis alia diſpoſitio communiter vel diviſim pertinet, ac quibuſvis aliis, cujuſcunque dignitatis, ſtatus, Ordinis, & conditionis exiſtentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub Excommunicationis majoris, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis, nec non privationis omnium Dignitatum, Beneficiorum, & Officiorum Eccleſiaſticorum, ac inhabilitatis ad illa & alia impoſterum obtinenda, de decem Canonicatibus & Præbendis prædictis, ſi vacent, aut cum vacaverint, ut præfertur, cuiquam providere, aut aliàs diſponere, ſeu præmiſſorum affectus & executionem in aliquo quantumcunque modico impedire, aut moleſtiam vel injuriam quampiam irrogare, quoquo modo præſumat, ac decernentes ex nunc plenum jus in præmiſſis omninò acquiſitum eſſe, & ſuper his beneficio regularum, de non tollendo jure quæſito ac de annuali & triennali poſſeſſore, nec non Privilegiis omnibus, quibus diuturni poſſeſſores pacificè quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum plenariè uti, potiri, & gaudere, nec decem Canonicatus & decem Præbendas affectos prædictos, per quoſcunque, & prætextu mandatorum de providendo, nominationum, facultatum, & juxta Concordata prædicta, expectativarum, & quarumcunque aliarum gratiarum quoquo modo acceptari poſſe, & nihilominus quaſcunque acceptationes, collationes, proviſiones, commendas, uniones, annexiones, incorporationes, & alias diſpoſitiones, de eiſdem aut eorum aliquo etiam per Nos, & Sedem prædictam quomodolibet factas & faciendas, nullius prorſus roboris vel momenti fore, nullumque per eas cuiquam jus acquiri, ſeu etiam coloratum, attamen poſſidendi tribui poſſe conceſſionem, aſſignationem, ſuppreſſionem, extinctionem, redactionem, tranſlationem, erectionem, applicationem, appropriationem, ſtatutum, ordinationem, unionem, annexionem, incorporationem, & præterea præmiſſa ex nunc omnimodum effectum ſortita eſſe, & cenſeri; nec ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, vel limitationibus, etiam unionum, ſuppreſſionum, extinctionum, applicationum, appropriationum, etiam effectum non ſortitarum, quæ poſthac per Nos, vel Succeſſores noſtros tam in craſtinum aſſumptionis cujuſlibet eorum ad ſummum Apoſtolatus apicem, quam aliis quomodolibet, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis, quocunque tempore fient, minimè includi: ſed illis non obſtantibus, in ſuis vigore, robore, & efficacia perſiſtere, & quoties illa emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtituta, & de novo conceſſa eſſe, ſicque incommutabilis voluntatis & intentionis noſtræ fuiſſe, eſſe, & fore, ac præſentes litteras, nullo unquam tempore de ſurreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari aut in Jus vel controverſiam quacunque ratione vel cauſa vocari poſſe, ſicque per quoſcunque Judices ordinarios & delegatos, etiam cauſarum palatii Apoſtolici Auditores, & ejuſdem Sæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, in quavis cauſa & inſtantia, ſublata eis & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, indicari & diffiniri debere; irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Quocirca venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Trajectenſi & Epiſcopo Amerinenſi & Dilecto filio Decano Eccleſiæ Hagenſis Trajectenſis Diœceſis, per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, quatenus ipſi vel duo aut unus eorum per ſe vel alium ſeu alios eaſdem præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque, ubi & quando opus fuerit, & quotiens pro parte moderni & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Harlemenſis & aliorum, quorum intereſt, & quomodolibet intererit in futurum, fuerint requiſiti, ſeu aliquis eorum fuerit requiſitus, ſolemniter publicantes, eiſque & eorum cuilibet in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra Epiſcopum Harlemenſem & alios prædictos conceſſione, aſſignatione, ſuppreſſione, extinctione, tranſlatione, erectione, inſtitutione, applicatione, appropriatione, ſtatuto, ordinatione, unione, annexione, incorporatione, ac litteris, & aliis in eis contentis prædictis pacificè gaudere, & alias litteras & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari; non permittentes illos per quoſcunque quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſlibet & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus, aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus voluntate priori, & aliis præmiſſis, & noſtris de exprimendo valore, tam in unionibus, quam etiam impetrationibus, & aliis gratiis etiam motu ſimili factis, nec non litteris ſuper beneficiis de jure patronatus laicorum, ut ſupra, niſi de conſenſu illorum, aut collatione devoluta non expediendis, nec non Lateranenſis Concilii noviſſimè celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a Jure permiſſis, fieri prohibentis, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ Octavi, etiam Prædeceſſoris noſtri de una & Concilii generalis de duabus, non tamen tribus dictis, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus & ordinationibus, etiam reſervatoriis, etiam in Corpore Juris clauſis, nec non aliis Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, etiam revocatoriis & revocatoriarum innovatoriis, ac in favorem Ordinariorum, & aliàs in contrarium quomodolibet editis, & edendis, nec non Monaſteriorum & Ordinum, ac Eccleſiarum, & Collegiorum, ac locorum prædictorum, etiam jura-

juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, nec non quibuſvis ſpecialibus, vel generalibus, etiam mentalibus reſervationibus, expectativis vel aliis gratiis etiam in Canonicos, creationibus aliis unionibus etiam perpetuis abſque conſenſu Coadjutorum, deputationibus, nominationibus citra acceſſus & regreſſus, facultatibus, mandatis, litteris & conceſſionibus, quibuſcunque perſonis cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus & conditionis exiſtentibus, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, ac noſtris etiam antiquis, & deſcriptis familiaribus, continuis Commenſalibus, ac Prælatis domeſticis, nec non Romanæ Curiæ officialibus, etiam officia ſua actu exercentibus, ex quavis etiam grandi cauſa, conſideratione, intuitu, vel reſpectu etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, ac cum quibuſvis antelationibus, prærogativis & decretis etiam irritantibus, & clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, etiam præſentibus derogantibus, etiam motu & ſcientia ſimilibus, & aliàs quomodocunque conceſſis; quas & quæ illorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, eorumque omnium vim & effectum, quoad præmiſſa, omnia ſuſpendimus, & in præmiſſis effectum ſortiri, aut locum ſibi vendicare non poſſe neque debere decernimus, nec non privilegiis, Indultis & litteris Apoſtolicis, illis & aliis quibuſvis, per quoſcunque per Romanos Pontifices, Prædeceſſores noſtros, ac Nos & Sedem prædictam, etiam per modum ſtatuti perpetui, nec non initi, ac ſtipulati contractus, ſeu quaſi, & aliàs ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis irritantibuſque & aliis decretis, etiam conſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad inſtantiam præmiſſorum, & quorumcunque aliorum, ſeu motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, nec non conſiſtorialiter, ac aliis quomodocunque, qualitercunque & quotieſcunque conceſſis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis ac concedendis & innovandis. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per litteras generales, idem importantes, mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes: quamvis talia etiam & multa ſint, quæ ſub clauſula implicitè derogationis latiſſimè extendenda in ſupplicatione appoſita non intelligantur, aut aliàs comprehendantur. Nihilominus in genere & in ſpecie ad effectum ſufficientis derogationis eorum illis aliis in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliqui Apoſtolica præfata vel alia quavis auctoritate in dicta Eccleſia Geervlitenſi in Canonicos ſint recepti, vel, ut recipiantur, inſiſtant, ſeu ſi ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Canonicatibus & Præbendis, ac dignitatibus, adminiſtrationibus & officiis ipſius Eccleſiæ Geervlitenſis ac hujuſmodi ſpeciales vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ ſedis vel legatorum ejus litteras impetravit, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum; quas quidem litteras & proceſſus habitos per eaſdem ac inde ſecutas quæcunque ad Canonicatus & Præbendas, nec non dignitates alias, & Decanatum, adminiſtrationes, & officia, ac Capellanias hujuſmodi docuimus non extendi: ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Canonicatuum & Præbendarum, dignitatum, adminiſtrationum, & officiorum aliorum præjudicium generari & quibuſlibet aliis privilegiis indulgentiis & litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus eorum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, aſſignationis, ſuppreſſionis, extinctionis, reductionis, tranſlationis, erectionis, inſtitutionis, applicationis, appropriationis, ſtatuti, ordinationis, unionis, annexionis, incorporationis, inhibitionis, mandati, decreti, ſuſpenſionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo IV. Idus Martii, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Subſcriptum erat,

FE. CARDINALIS CAESIUS.
CÆ. GLORIERIUS.
A. DE ALEXIIS.

DECANATUS, SEU PROVISORIA KENNEMARIÆ.

Haerlem,
Nyekerck,
Sparwouda,
Slooten,
Sloterdyck,
Velſen,
Beverwyck,
Wyck ſuper Mare,
Heemskerck,
Aſſendelft,
Caſtricom,
Wygeeſt,
Crommenye,
Wormer,
Ghyſp,
Graſſt,
Oeſtzanen,
Weſtzanen,
Urſem,
Beeſt,
Groſthuyſen,
Veenhuyſen,
Oudendyck,
Oudekarſpel,
Ackerſloot,
Egmondt Monaſterium,
Egmondt ſuper Mare,
Lymmen,
Heyloë,
Alcmaria,
Berghen,
Warmenhuyſen,
Noortsherwouda,
Suytsherwouda,
Schoreel,
Schermer,
Groot,
Petten,
Camp,
Borch,
Wael,
Ooſtereynde,
Vlielandt.

HAER.

Digitized by Google

H A E R L E M,

Haerlemi, pridem Arcis gentis cognominis,

DECANATUS hujus, uti & Sedis ibi dein erectæ caput, *Haralhem* antiquitus dictum ex veteri Arce, jam buſto, peculio quondam cognominis gentis, (cujus ſeriem dat Ampzingius [a]) laudatiſſimæ memoriæ, inde a ſeculi XI. initio urbs ſplendidiſſima, inter Hollandicas dignitate ſecunda, cujus etymon varium *Bat. Sac.* part. 2. pag. 288. ſed ferè incertum expoſitum; *Lemi* conditoris fabula a Boxhornio [b] eſt exploſa.

etymon,

[c] Altingio tractum videtur a ſicca & ſolida humo, quod genus *Haar* & *Harde*, per diminutionem noſtrates *Harel* antiquitus vocarunt, & adhuc vocant; ita ut *Haarlhem* liquidò notet ſedem firmo in ſolo, non paluſtri aut lubrico, ut pleræque. Luculentum de urbis antiquitatē teſtimonium præbet Stokius Rhythmographus, certiſſimis uſus documentis; cujus virtutem & fidem immunitatibus & privilegiis ampliſſimis, juxta Boxhornium [d], decoravit IX. Kal. Dec. A°. 1245. Wilhelmus, Rom. Rex. Situm obtinet in veterum *Marſatiorum*, hodiè *Kennemariorum*, ſolo, in cujus partem occiduam Prætoriā quoque utitur poteſtate; cujus mœnia *Sperwera*, aut *Sparna* rivus, nunc vulgò *Spare*, ad Ann. 1390. ex monumentis antiquis alluebat, ſed quam circa Ann. 1400. perluit, amplificatam. Foro ampliſſimo & quadrato imminet Baſilica A°. 1400. exſtructa, Divo Bavoni Sacra.

antiquitas, ſitus.

a *Ampz. Deſcript. Harl. pag. 4. & ſeq.* b *Boxhorn. Theat. Holl. pag. 125.* c *Alting. not. Germ part 2. p. 81.* d *Boxh. ibid.*



Sancti Bavonis Ecclesia Harlemi.

Templum auguſtiſſimum,

Templum iſtud, ut refert Hadr. Junius, auguſtum, & Architectorum judicio celeberrimum, pulcherrimumque opus, firmiſſimis innixum columnis, fornice laqueatā ex inteſtina materiā; † juvante & promovente tantæ molis opus Alberto Bavaro, qui a Papa Bonifacio ejus nominis IX. obtinuerat indulgentias Papales ad promovendam, perficiendamque ædis ſacræ ſtructuram. Similes indulgentias conceſſit Papa Clemens V. Bullas haſce renovavit, confirmavit ac ſtabilivit cum ſupplemento errorum, qui incidere potuerunt, Sixtus IV. Pontifex Anno 1472. & poſt eum Innocentius VIII. Pontifex Anno 1490. ex quibus gazophylacium magnis ditatum theſauris. Sic Templum hoc Anno 1472. conſummatum fuiſſe refert Petr. Montanus. Anno 1516. e ligno turrim ædificare cœpēre faſtigiatam, loricatam, ſurgente in altum gradu ad ſummum uſque verticem, quam ad juſtam altitudinem perductam, plumbo ſuperinducto inveſtiverunt operis ſtructores. Suggeſtum concionatorium erectum ſublime & operoſum Anno 1432. in quo primam concionem habuit de Dominica Paſſione, Minorum Fratrum Monachus, Amſtelodamenſis, glorioſus Anno 1461.

largiſſimis ditatum Indulgentiis; faſtigiata ornatum turri,


Bavoni inprimis, ſub cujus nomine Deo conſecratum Templum, hic honor habitus, ut ſtatua erecta ſit ex argento magni pretii, quæ pendebat ſelibras IX. ponderis Colonienſis, cujus & oſſa argentea in ciſta condita & venerationi illic habita, donec Iconoclaſtarum furori; ut *Bat. Sac.* part. 2. p. 27. ſub *Bavone* dictum, ſubducta, Coloniam devecta fuēre.

S. Bavoni, cujus argentea ibi ſtatua, ſacrum;

† *Theod. Schrevel. Harlemi ſui p. 17.*

ICHNOGRAPHIA,

Sive delineatio Fundamentorum * Cathedralis Eccleſiæ S. Bavonis, Harlemi; unà cum ſitu Altarium, aliorumque ornamentorum, prout tempore Catholico fuit.



* Templi hujus delineationem, ſtudio *Petri Wilſii* Geometræ dedit *Ampzingius* appendicis ad Harlemi Deſcript. p.502. *Bat. Sac.* part. 2. p. 290. Sacra delineationi illi addita, hic aucta & illuſtrata.

A Cho-

Digitized by Google

A Chorus ; è regione hujus litteræ utrimque ſunt portæ Chori.

Sacella, B Sacellum Braxatorum & altare S. *Martini:* fundator, *Simon de Zaenen*, Patroni, conſanguinei, & *Antonius Verburgh* ; Beneficii fundator *Fabius*. Alterius fundator, *Nicolaus Alberti* Presbyter. Patronus, *Antonius Verburgh*.

altaria,

C Sacellum & altare *Nativitatis Chriſti*; fundator, *Petrus de Adrichem*, dictus *van Dorp*. Beneficii fundator, Magiſtratus Harlemenſis & Kennemariæ. Patronus, Comes Hollandiæ. Die Veneris ſacrificatur ex fundatione *Petronellæ* * *Naimonis* Enchuſanæ, ſororis Ruardi Tapperi. Alterius fundator, D. † *Petrus Voet*, Curatus Rhynsburg. Patroni, conſanguinei.

Vicaria,

Officia Eccl. D Sacellum, *Schagenſe* dictum, & altare in memoriam VII. *dolorum B. M. V.* Fundator, D. *Petrus Jacobi*, Presbyter: Patroni, Vicarii Seniores Harlemenſes. Miſſam quotidianam fundavit *Agnes de Paenderen*, quam exſolvunt Rectores Orphanotrophii. Item monumentum *Bronckhorſtiorum*.

Monumenta, E Fons Baptiſmalis erectus primò ad Annum 1472.

F Sacellum Cani-maſtigum.

G Gradus ad tabulata Eccleſiæ & turrim.

H Ædilium Camera.

I Sacriſtia Vicariorum.

K Sacriſtia, & domicilium Cuſtodis templi.

L Sacellum, dictum *Aſſendelphenſe*, & altare S. Sepulchri cum imagine, nunc Conſiſtorium.

M Sacellum ſive ſacriſtia Rectorum menſæ S. Spiritûs, nunc Diaconorum camera.

N Rectorum Hierocomii camera.

O Braxatorum camera.

P Atria Templi.

Q Gradus ad tria Organa.

R Organum majus.

S Organum minus, aliquandò tranſlatum in V.

T Organum minimum.

Altare ſummum titulum habuit *B. M V. Aſſumtæ*, & S. *Bavonis*, fructus aſſignantur, quamvis erectum non fuerit Beneficium. Contubernium, B. M. V. Aſſumtæ, cujus erat Fraternitas, hic, habet duas Miſſas perpetuas.

Hæc ad altare iſtud fundatio, in qua & mentio ‡ Fraternitatis S. *Lucæ*, & S. *Eligii*.

Contubernia, ICK Meeſter *Jan Roep*, Vice-Cureyt der Parochikercken van Haerlem, doen kondt ende certificeer enen yegelyck midts deſen, dat voir my gecomen is de eerwaerdighe Meeſter *Henrick Aibout*, Prieſter ende ewich *Vicarius* der Kercken van Haerlem voirſz. als erfgenaam vervangenen ende lovenen voir alle die andere mede erfgenaemen van wylen Joncvrou *Jooſt Huge Albouts* dr. enige ende allene fundatoer van den altaer, gemaeckt ende opgeheven in der eren Goodts ende zyn gebenedyde moeder onſer liever Vrouwen ter Hemelvaert, ſtaende in de Parochikercke van Haerlem voirſz. Tot lof ende vermeringe des Godlycken dienſtes ende Saelicheyt der zielen des fundatoers ende haeren ouders, mit alle haeren maeghen ende weldoenders, ende alle behulpelycke hantreyckers totten altaer voirſz. ende heeft gegunt ende gegeven, gift ende gunt van nu voort an tot ewigen daeghen dat Gilde oft Broederſchap van ſinte *Lucas* Euangeliſt ende ſinte *Loy* Confeſſoor, genaempt 't Gilde van den Conſtenaers der ſtede van Haerlem, omme alle Goodtsdienſten ende ceremonien van tſelfde Gilde ende Gildbroeders te doen ende te hebben nae goeder coſtumen van der Kercken voirſz. dat voirſz altaer te gebruycken ende beſighen tot allen tyden, mitte kelck, boeck ende caſufelen, misgewaeden, oornamenten, ende gemeyndelick mit allent geen dat den ſelven altaer toebehorende ende dienende is, ende dat op conditie ende voirwaerden hier nae volghende: In den ierſten ſo ſullen die Gildebroeders voirſz. 't voirſz. altaer onderhouden in raet ende weſen, ende niet te verarghen of laeten verghaen, maer in als profytelick ende wel te regieren, ende doechdelick bewaeren. Item ſo ſal dat Gilde voirſz. dat altaer eerlick met waslicht belichten, oyck mede alle dienſten of Miſſen van weghen Joncvrou *Jooſt* ende erfgenaemen voirſz. van Office oft *Vicarie* opt voirſz. altaer connende daer op gedaen worden in allen dinghen ende ſaecken totten altaer behorende, dienſtelick ende voordelick weſen. Item of dat voirſz. Gilde oft Gildebroeders dat altaer voirſeyt beghaeven ende achterlieten haer behulpelycke handen ofhoudende in enighe maenieren, ſo ſullen nochtans alle oornamenten, kelck ende boecken mit al zyn toebehoren ende dienende totten ſelfden altaere, opt altaer voirſz. ewelick ende eygentlick blyven. Alle dingen ſonder prejudicie ende achterweſen van den erfgenaemen vant Gilde ende van den altaer voirſz. In kenniſſe der waerheydt ſo heb ic Vice-Cureyt voirſz. tſeghel van der Cuere hier beneden aengehanghen int jaer ons Heeren 1496 op ten twentichſten dach in Julio.

Sic ſubſcriptum, præſens copia concordat cum ſuo originali, teſte me

ADAMO JO. NOTARIO.

1 Altare S. S. *Rochi* & *Eraſmi*, olim etiam S. *Nicolai*. Fundator, *Nicolaus de Houtem*, Conſul Harlemenſis; Patroni, conſanguinei. Officium perpetuum poſſedit *Gratianus*, Paſtor in Rynsborgh. Renovatum id per M. *Franciſcum vander Horſt* beneficiatum. Deſtinatum Contubernio Calepodificum & tecta parantium. Mercatores tenentur ad 2. Miſſas. Litteræ ſunt in libro Paſtoris.

2 Altare S.S. *Laurentii* & *Blaſii*. Fundator, D. *Jacobus Tymanni*, Presbyter. Patroni, conſanguinei, vel Paſtor Begginagii Harlem. & Molitores. Deſtinatum Contubernio Molitorum.

3 Altare S *Joannis* Euangeliſtæ. Fundatio amiſſa. Patroni, Moniales S. *Margaretæ* Harl. Deſtinatum Contubernio Vietorum. Beneficium unum habent Sacellani. Aliud habet Mr. *Judocus Sandyk*, habitans Amſtelædami. Officium 2. Miſſarum fundavit *Surenus*.

4 Ex his 2bus columnis pendebant 2. imagines ſeu picturæ, ad dexteram Chriſti, ad ſiniſtram B. M Virginis, & ex XII. ſubſequentibus columnis ab Oriente verſus Occidentem, imagines XII. Apoſtolorum.

5 Tabernaculum, ſive turricula in qua reponebatur Venerabile Sacramentum. Ædificari illud juſſum Ao. 1574. per *Stephanum Nicolai Soutman*, *Thomam Johannis van Suren*, *Henricum Philippi Coggeman*, & *Petrum van Driele*, Cathedralis Eccleſiæ Ædiles *.

* forte *Simonis*. † *Joannes Petri*.

‡ Fraternitates aliæ in eadem Eccleſia celebres, quarum inſtitutiones &c. quas tenemus, poſt Cœnobia infra dabimus una cum aliarum Eccleſiarum Fraternitatibus.

* deſtructum Anno 1578.

6 Altare S.S *Trinitatis*, deſtinatum Contubernio Cæmentariorum. Fundatio amiſſa. Patronus, Mr. *Reynerus Alberti Horſt*; Beneficium opimum poſſedit D. *Nicolaus ab Aſſendelft*. Item monumentum familiæ *de Vliet*.

7 Altare S. *Nicolai*, deſtinatum Contubernio Mercatorum & Propolarum. Fundator, D. *Hugo Gerardi*, Curatus in Oud-Dorp. Patroni, Curatores & Decanus Sodalitatis Mercatorum.

8 Altare S. *Eligii*, deſtinatum Contubernio Fabrorum ferrariorum. Fabri procurant ſacrum diebus Dominicis & feſtis.

9 Altare S.S. *Gertrudis* & *Luciæ*, pro Contubernio Piſtorum. Fundatores, *Theodorus van Woude*, & *Joannes de Bekeſteyn*. Officium 4. Miſſarum fundavit *Petrus Nicolai* Alcmariæ.

10 Altare S. *Joannis* Baptiſtæ. Fundatum per *Wilhelmum Joannis*. Deſtinatum Contubernio Naupegorum. Patroni tres, Prior Regularium in *de Waert*, *Hugo Goudſmit*, Paſtor Begginagii, & *Gisbertus Joannis Douzæ*. Habet 3. Beneficia.

11 Altare S. *Gregorii* pro Contubernio Lanificum. Beneficii poſſeſſor, M. *Henricus Thaleſius*, Paſtor Sparwoudanus. Aliud Beneficium III. Miſſarum fundavit *Bekeſteinius*. Officium aliud confert *Cornelius Kelou*.

12 Altare S. S. *Mariæ* & *Severini*. Fundator, *Nicolaus de Gruytere*. Patroni, conſanguinei: deſtinatum Contubernio Textorum lini.

13 Altare S. *Lucæ* Euangeliſtæ. Fundatrix *Margareta Bekeſteyn*. Patroni, conſanguinei: deſtinatum Contubernio Pictorum & Medicorum. *Forreſtii* legarunt 9. florenos ad manus Ædilium. Officium II. Miſſarum confert *Arnoldus de Schoten*; filius Doctoris *Hanii* rus ſub nemus vendidit.

14 Confeſſionale Sacellani Curati ſecundi ordinis, habens Beneficium S. *Crucis*, quod poſſedit Mr. *Gaſparus Joannis à Stolckwyck*.

15 Altare S. *Joſephi*, deſtinatum Contubernio Fabrorum lignariorum. Fundator, D. *Wilhelmus Albertus*, Curatus in Riederkerk. Patroni, *Antonius Verburgh*, vel *Florentius de Adrichem*. Item monumentum *Adrichemiorum*. Officium IV. Miſſarum ſingulis reſpectivè trimeſtribus cantandarum cum III. Miſſis *de Requiem*, fundavit *Adelbertus de Adrichem*.

16 Monumentum familiæ de *Witte*, in quo Dna *Maghtildis vander Laen*, excepit Mrum *Petrum Ballingh*, collabentem ex vulnere, per militem ei inflicto, poſtquam celebraſſet ad altare S. *Lucæ* 29. Maji 1578.

17 Altare S. *Annæ*. Fundator, *Nicolaus de Hontem*, Conſul Harlemenſis, cum uxore *Aleyde*. Patroni, deſcendentes eorundem, vel propinqui per vices. Deſtinatum Contubernio viduarum. Societas tenetur ad Miſſam feriâ tertiâ per hebdomadam. Rectores Orphanotrophii tenentur ad 4. per hebdomadam. Alterius Beneficii fundatrix D. *Joſina de Schagen*. Patroni, *Niërodii*.

18 Confeſſionale Sacellani quarti ordinis, habens Beneficium Noſocomii majoris, quod poſſedit Mr. *Franciſcus Alardi*.

19 Altare *Transfigurationis Chriſti*, deſtinatum Contubernio Sartorum.

20 Altare S. *Jodoci*. Fundatrix, *Eva Gerardi de Vroede*. Patroni, Rectores menſæ S. Spiritus. Deſtinatum Contubernio Tonſorum panni. Habet Officium 2. Miſſarum. Contubernium, habuit pratum in *Schalkwyck*.

21 Altare S. *Cuneræ*, deſtinatum Contubernio Virginum. Societas habet amplos reditus. Curat quater ſacrificari. *Alardus Schatter* ejus putatur conſcius.

Privilegium hoc a *Nicolao Ruyter*, Curato Harlemenſi, &c. ei, & Fraternitati, de qua ibi mentio, conceſſum, A. 1496.

NICOLAUS RUYTER, Sedis Apoſtolicæ Protho-Notarius ac Eccleſiæ Harlemenſis Præpoſitus ſeu Curatus, ad univerſorum notitiam deducimus & deduci volumus per præſentes; Quod nos ad divini cultus augmentationem & ejuſdem in eſſe conſervationem plurimum aſpirantes Confraternitati Presbyterorum, Virginum & viduarum altaris Sanctarum *Cuneræ*, *Eliſabethæ*, *Annæ* & *Urſulæ* in noſtra dicta Eccleſia ſituati, plenarium dedimus conſenſum ut Fratres & Sorores dictæ Confraternitatis in quibuſlibet dictarum quatuor Sanctarum feſtivitatibus Miſſam in dicto ſuo altari cantari procurare poterunt, niſi per certa alia feſta impediantur & ſummo altari impedimentum non præſtiterint; nichilominus ſi feſtum non impediat & ferialiter in eodem ſummo altari cantandum erit, tum ſumma Miſſa in altari dictarum Sanctarum cantabitur & ipſi in ſummo altari Miſſam eodem tempore ſuis expenſis legi procurare debebunt, & oblationes inſuper ex tunc in eodem altari factas Curato ſive ipſius Vice-Curato pro tempore exiſtenti dare & præſentare, dempto ipſo die ſeu feſto dictæ Sanctæ *Cuneræ*, quo recipere & retinere poterunt oblationes tunc quomodolibet factas. Inſuper gratioſe concedimus ut ligneam capſulam ſuper truncum juxta antedictum ſuum altare erigere poterunt pro eleëmoſynis Chriſti fidelium mihi colligendis & eidem altari reſervandis, ſalvo ut nullum fabricæ ante dictæ Eccleſiæ generent præjudicium in circumferentia dictæ capſulæ ſcribant, hæ oblationes erunt altaris ſanctæ *Cuneræ*, noſtrarum teſtimonio litterarum ſigillo Curæ noſtræ per honorabilem Virum Magiſtrum *Johannem Roeper*, noſtrum Vice-Curatum de mandato noſtro munitarum. Datum Anno Domini 1496. altera die Magdalenæ.

22 Olim Camera Rectorum Hierocomii.

23 Altare S. *Andreæ* Apoſtoli: deſtinatum Contubernio Bajulorum, qui tenentur ad Miſſam ſolvendam diebus feſtis.

24 Altare S. *Adriani*, ſeu *Georgii* Junioris: deſtinatum Contubernio Sagittariorum, qui tenentur ad tres Miſſas per hebdomadam.

25 Confeſſionale Sacellani tertii ordinis, habens Beneficium S. *Nicolai* Pontificis, &c.

26 Altare S. *Sebaſtiani*: deſtinatum Contubernio Sagittariorum juniorum.

27 Altare S. *Spiritus*, & S. *Cornelii*: renovatum per M. *Petrum de Forreeſt*: deſtinatum Contubernio Viminariorum; iique tenentur ad 2. ſacra per hebdomadam.

28 Confeſſionale Sacellani primi ordinis, habens Beneficium S. *Joannis* Euangeliſtæ, quod poſſedit Mr. *Joannes Theodori Stekelwerf*.

29 Altare S. *Crucis*: renovatum per *Margaretam Arnoldi*, uxorem *Jacobi Joannis* collatricem, habitantem in pago *Leyderdorp*: deſtinatum Contubernio Pellionum & Figulorum; habet Beneficia 4. ignota. Unum opimum habet M. *Jacobus Judoci Fiſcher*, Sacellanus Amſte-

Amſtelodamenſis. Alterius Fundator, *Mattbæus van Beke.* Patroni, conſanguinei, Mr. *Theodorus de Beke leya* collator. Tertii Fundator, D. *Henricus de Berrenneve* *. Patroni, conſanguinei, Collator, eſt Paſtor. Quarti Fundator, *Gisbertus Joannis*, Harlemenſis. Patroni, ædiles. Eccleſiæ Harlemenſis. Collator, *Simon Petri Cryger.* Aliud habet Mr. *Simon*, Paſtor in *Hillegom.*

30 Altare S. *Georgii* ſenioris: deſtinatum Contubernio Sagittariorum ſeniorum, qui tenentur ad Miſſam omni die. Habuit aliud Officium, cujus poſſeſſor *Albertus* † *Bellius.* Item

Altare S. S. *Criſpini* & *Criſpiniani*: deſtinatum Contubernio Sutorum, qui quotidie procurant ſacrum primum.

31 Altare S. *Jacobi* majoris: deſtinatum Contubernio Peregrinorum S. *Jacobi.* Societas habet reditus pro ſacro Dominicis & feſtis. Beneficium habuit, D. *Laurentius*, Paſtor in *Liſſe.* Officium perpetuum, de quo conſcia *Cornelia Theuwiſſe.* Item monumentum *Aſſendelphiorum.*

32 Altare S. S. *Olai* pro Contubernio Nautarum, qui mare majus navigant, & *Chriſtophori* pro Contubernio Nautarum, qui flumina ſecant. Nautæ curant quater ſacrificari. Beneficii alterius collator, eſt Paſtor. Poſſeſſor, Mr. *Petrus Coddius.*

33 Altare S. *Catharinæ*: deſtinatum Contubernio Carpentariorum. Beneficium poſſidet D. *Gerardus Hey.* Aliud Officium fundavit *Roep.* Aliud Officium 11. Miſſarum fundatum eſt apud Ædiles. Item monumentum *Treſlongiorum.*

Ad hoc S. *Catharinæ* altare, Ao. 1430. fundatum eſt Officium perpetuum a *Nicolao*, filio *Johannis de Witten*, ex bonis a *Jacobo Joannis*, *Nicolai* defuncto fratre relictis, dotatum. Fundationis litteræ authenticæ in pergameno apud nos ſervantur.

34 Altare S. S. *Coſmæ* & *Damiani*: deſtinatum Contubernio Chirurgorum.

35 Altare S. S. Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*: deſtinatum Contubernio Peregrinorum Romanorum.

36 Locus, in quo ſervabatur imago Chriſti inſidentis aſinæ ac triumphantis.

37 Altare S. *Antonii*: deſtinatum Contubernio Lanionum. Fundatrix, Dna *Catharina de Santvoort*, vidua M. *Laurentii Petri* F. Medici. Patroni, deſcendentes *Wilhelmi de Zaenen.* Beneficium poſſedit *Joannes Henrici Quiſpel.*

38 Altare S. *Arnulphi.* Fundator, *Arnoldus Reningh* cum conjuge *Æduarda*, Patroni, Beguinæ & Rectores Orphanotrophii.

Altarium numerus.

Altaria, numero ſimul xxxv.

Eccleſiæ Collator. *Perſona*, & *Præpoſitus* dictus.

Rector Eccleſiæ hujus, *Perſona*, ex temporum eorum loquendi uſu, dictus, celebris cum primis & conſpicuus erat. Ab ævo ejus Collatio erat penes Patriæ Principes, inſtitutio penes Maj. Eccl. Ultrajecti Præpoſitum. Cum verò is Comitem, cui a ſacris erat, comitari eſſet ſolitus, ſacra curabat non per ſe, ſed per inſtitutos Vicarios, *Vice-Curatum* ſc. & iv. *Capellanos* ab eo nominandos. *Præpoſiti* is nomine cohoneſtabatur. Cura enim Harlemenſis a Sixto, Pontifice Max. in *Præpoſituram* evecta, Ao. 1479. Curam hanc gerente Mro *Joanne de Roſembos*, juxta hoc dicti Pontificis Diploma, ex quo & alia jam dicta palam fiunt:

SIXTUS, Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam in ſupereminentis Apoſtolicæ dignitatis ſpecula divina diſponente clementia conſtitutus Romanus Pontifex circa Eccleſiarum omnium ſuæ curæ commiſſarum ac perſonarum in illis Altiſſimo famulantium profectum, venuſtatem ac decorem, ac ut in ipſis Eccleſiis divinus cultus augeatur prout ex debito Paſtoralis officii ſibi commiſſi incumbit, diligenter proſpicit & intendit, earumque honorem auget ac ſtatum quandoque commutat prout Eccleſiarum & Perſonarum earundem, ac rerum, temporum & locorum qualitatibus diligenter penſatis id conſpicit in Domino ſalubriter expedire, ſane pro parte dilecti filii Magiſtri *Johannis de Roſembos*, Rectoris, Paſtoris nuncupati Parochialis Eccleſiæ oppidi de Haerlem, Trajectenſis Diœceſis, Notarii noſtri nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod cum Eccleſia ipſa, quæ de Jure Patronatus Comitis Hollandiæ pro tempore exiſtentis fore dignoſcitur ob illius Parochianorum & ſubditorum exuberantem copiam & multitudinem tot & tantis ſit facultatibus, redditibus & proventibus fulcita. Quod præter portionem quadringentorum florenorum Rhenenſium, illius Rectori omnibus oneribus deductis competentem Eccleſia prædicta per unum Vice-Curatum & quatuor Capellanos ipſum Vice-Curatum adjuvantes & per dictum Rectorem loco ſui duntaxat eligendos & deputandos, ac ad ipſius Rectoris nutum admonendos & ex fructibus, redditibus & proventibus ejuſdem Eccleſiæ viventes decenter & convenienter regi & gubernari conſueverit, & ſic a tanto tempore, de cujus initio ſive contrario memoria hominum non exiſtit recta, & gubernata fuerit prout hodie etiam regitur & gubernatur, ſitque etiam dictum oppidum multum inſigne muris cinctum & flumine navigantium decoratum ac valde populoſum, in quo tamen nulla Prælatura ſive dignitas Eccleſiaſtica, cui cauſæ per Sedem Apoſtolicam committi & delegari poſſint exiſtit verum ſi Rectoria dictæ Eccleſiæ Paſtoria nuncupata in dignitatem Eccleſiaſticam *Præpoſituram* nuncupatam erigeretur, profecto oppidum ipſum plurimum decoraretur, & inibi prudens & circumſpecta ac ſcientifica Perſona, cui cauſæ hujuſmodi committi & delegari poſſent, & qui verbum Dei prædicaret, & ad quem in ſuis neceſſitatibus recurſus haberetur, reſidere valeret, ac divinus cultus magnum ſuſciperet incrementum. Quare pro parte tam dicti *Joannis*, qui (ut aſſerit) de nobili progenie procreatus exiſtit, quam etiam dilecti filii nobilis Viri Maximiliani Auſtriæ & Burgundiæ Ducis ac Comitis Hollandiæ, & dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Mariæ ipſius Maximiliani uxoris, nobis fuit humiliter ſupplicatum ut Rectoriam prædictam in dignitatem Eccleſiaſticam *Præpoſituram* nuncupatam erigere & curare. Quodque *Præpoſitura* ipſa per unum Præpoſitum & cura dictæ Eccleſiæ per unum Presbyterum ſecularem idoneum Vice-Curatum nuncupatum, & per eundem Præpoſitum deputandum & ad ejus nutum ponendum, amovendum & deſtituendum, qui eidem Eccleſiæ ut Vice-Curatus deſerviat, reſervato tamen ipſi Vice-Curato per dictum Præpoſitum ſuper fructibus redditibus & proventibus prædictis pro ejus ſuſtentatione congrua portione exerceri poſſit & valeat, quodque Jus Patronatus præſentandi perſonam idoneam præfatus Comes in dicta Eccleſia ante hujuſmodi erectionem habebit ipſi Comiti & ejus ſucceſſoribus in dicta *Præpoſitura*

Vice Curatus, & iv. Capellani et adjutores, ab eo deſignandi.

* forte *Berkenrode.* † forte *Bannius.*

Digitized by Google

ra ac inſtitutio Perſonæ pro tempore præſentatæ hujuſmodi ad Archidiaconum Eccleſiæ Trajectenſis perpetuo pertineat & ſpectet ſtatuere & ordinare aliaſque in præmiſſis opportunè providere benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui Eccleſiarum quarumlibet decorem & venuſtatem ac divini cultus augmentum intenſis deſideriis affectamus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati Rectoriam prædictam in dignitatem Eccleſiaſticam *Præpoſituram* nuncupatam ac Rectorem dictæ Eccleſiæ in Præpoſitum, cui cauſæ per ſedem prædictam committi & delegari poſſint & debeant cum omnibus & ſingulis inſigniis, præeminentiis, libertatibus, immunitatibus, honoribus & privilegiis, quibus aliæ Præpoſituræ dictæ Diœceſis & illarum Perſonæ quomodolibet gaudent, potiuntur & utuntur auctoritate Apoſtolica tenore præſentium erigimus & creamus, & quod Eccleſia prædicta deinceps per Præpoſitum regi & gubernari, ac cura ejuſdem Eccleſiæ per unum Presbyterum ſecularem idoneum Vice-Curatum nuncupatum per eundem Præpoſitum deputandum & ad ejus nutum ponendum, admovendum & deſtituendum, qui eidem Eccleſiæ & ejus populo in divinis deſerviat; reſervata tamen per ipſum Præpoſitum eidem Vice Curato pro ejus ſuſtentatione ſemper fructibus, redditibus & proventibus dictæ Eccleſiæ congrua portione exerceri poſſet & debeat, nec non quod Jus patronatus & præſentandi Perſonam idoneam ad dictam *Præpoſituram* dum illam pro tempore vacare contigerit, quod præfatus Comes in dicta Eccleſia anno hujuſmodi erectionem habebat ipſi Comiti & ejus ſuccel ſoribus, in dicta *Præpoſitura*, ac inſtitutio Perſonæ pro tempore præſentatæ hujuſmodi ad Archidiaconum Eccleſiæ Trajectenſis perpetuo pertineat & ſpectet, dictis auctoritate & tenore perpetuo ſtatuimus & ordinamus non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ceteris contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, ſtatuti & ordinationis infringere vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attemptare præſumſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1479. Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno octavo.

Parochiæ amplitudo.

Cum Præpoſitus hic 12000. communicantium gremio ſuo complecteretur, & ad totidem milliaria Italica Parochia ejus ſe extenderet, *Vice-Curatus*, ei erat, qui IV. miniſtros, *Sacellanos* dictos, ſub ſe haberet, Verbo Dei & adminiſtrationi Sacramentorum vacantes.

Cura ejus, ut vel ex dicto *Sixti* Pont. Diplomate patet, cum omni onere dabat florenos Rhen. 400. ex ædium atque agrorum reditibus.

Terrarum reditus Anni 1494. hi aſſignantur in Codice MS. Eccl. Harl.

Cenſus ac reditus,

Een camp lands van 5. maden, gelegen in de Waert, doet jaerlyks 8. Rhyns guldens.

1. *camp lands van 3. maden, gebeeten die Pape-camp by Sparendam, doet jaerlyks 7. R. guld.*

1. *camp lands van 4 maden op die Waert inde Liedt, doet jaerlyks 2. R. guld.*

1. *camp lands omtrent 2. maden, gebeten Papen Hoorn, doet jaerlijks 2. R. gul.*

1. *camp van 5. maden, jaerlyks 7. R. guld.*

1. *ſtuk lands van 3. maden, gelegen op Scheepmakersdyk, jaerlyke 4. R. guld.*

1. *ſtuk lands van 5. maden, doet jaerlyks 34. gulden vry geit.*

1. *ſtuk lands van 3 maden, doet jaerlyks 18. guld.*

1. *camp lands van 4. maden, gelegen in de Waert aen de Slikſloot, doet jaerlyks 24. gulden.*

Nog 1. camp lands van 5. maden, doet jaerlyks 20. gulden.

1. *camp lands van 2. maden, doet jaerlyks 6. guld.*

Cenſus ex oblationibus annuus, præter alia incerta & *accidentia*, ut vocant, æſtimatus c. flor. aur.

Cum cenſus hic minor ferendis oneribus videretur, Magiſtri Fabricæ Eccl. v. *Capellanias*, ſui juris ad IV. reduci petiêre, quorum fructus æqualibus portionibus divideretur. Legatus a *Latere*, Cardinalis Polus Georgio Egm. Traj. Epiſcopo examen hujus commiſit, atque auctoritatem uniendi & ſic conſtituendi dedit in *Diligemenſi* propè Bruxell. Cœnob. Anno 1554. 15. Kal. Aug. Pontif. Julii anno quinto; de quo vide *Bat. Sac.* part. 1. p. 249.

ſubinde adauctus.

Hæc eſt ſeries Paſtorum ab initio:

Paſtorum, ſeu Præpoſitorum ſeries.

1273. ARNOLDUS DE SASSENHEYM, qui & Curiæ Begginarum illic fundator.
1328. GERBRANDUS DE COUSTER, Præpoſitus Montibus Hannoniæ.
1373. THEODORUS VOPPONIS. *Vide litt. Beneficii S. Joſephi.*
1408 GERARDUS DE YSELSTEYN.
1416. THEODORUS DE WASSENAER, Proton. Apoſtolicus, Præpoſitus Leydenſis & S. Joannis Ultrajecti. Obiit Ao. 1465. 19. Martii.
1468. JOANNES DE ROSENBOS.
1485. NICOLAUS DE RUYTER, Proton. Apoſtolicus, Præp. & Archidiaconus Arnhemienſis, poſt Epiſcopus Atrebatenſis. In Atrebatenſi apud Grudios Collegio ad Harlemenſium Philoſ. ac Theol. ſtudioſorum tres, ut vocant, *burſas*, fundavit. *Val. Andr. Faſt. Acad.*
1528. GEORGIUS DE THENOSETTE, J. U. D. Præp. Eccl. de *Caſtel*, & *Harlebeke.*
1540. ADRIANUS TIBOUT, aliàs *Piccaert*, Mr. Capellæ Cæſ. Maj. ex collatione Beneficii S. Crucis facta per Vicarios in *F. Engelberti.*
1564. 8. Jun. NICOLAUS CASTRICOM.
1564. GUERRICUS AB HAM, * Billemenſis, cum ab A. 1558. vicario nomine *Sparwoudam* rexiſſet uſque ad Annum 1561. quandò factus eſt Pater Conventus Begginarum Edamenſium per duos annos cum medio.
1618. 25. Febr. JUDOCUS CATZIUS, S. T. L. &c.
1653. AUGUSTINUS ALSTENUS BLOEMERT, ad præſentationem Ser. Principis Alberti Pii.
CORNELIUS CATZIUS, S. T. L. &c.
JOSEPHUS COUSEBANT, S. T. D. &c.

Sacellanos Curatos infrà poſt Harl. Epiſcopos, & Canonicos dabimus.

* In Statutis Godefr. a Mierlo, Harl. Epiſc. *Bat. Sac.* part. 2. p. 316. vocatur *Biſſius.*

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſia D. Bavonis in Cathedralem erecta,

Eccleſia hæc Anno 1559. in Cathedralem per Paulum IV. evecta, inſtituto in eadem Collegio Canonicorum *graduatorum* novem, (non XIV. ut Schrevelius in *Harlemo* pag. 21.) quorum tres ex Bulla Pii IV. ſint *Magiſtri aut Licentiati in Theologia, tres Doctores Decretorum, ſeu in eis Licentiati, ac tres alii Nobiles ejus Diœceſis, etiam in Jure vel Theologiâ ſaltem gradu Licentiati*, &c. Collegio huic proſpectum fuit ex proventibus Cœnobii Canonicorum *Regularium Heylœnſium* extrà Alcmariam, atque ex *Capitulo* Decani & XIV. Canonicorum Geervlietenſium, inſtituto Anno 1307. a Domino *Nicolao Putteno*, & uxore ejus *Alytha a Streyen*, indè Anno 1565. Harlemum tranſlato.

Primus autem Harlemeorum Epiſcopus renunciatus eſt, NICOLAUS NIEULANT.



Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Dominus
D. Nicolaus Nova-terranus
Egmondanus, Epiſcopus pridem Hebronenſis Georgii Egm. LX. Ultraj. Epiſcopi ſuffraganeus, primus Harlemorum Epiſcopus, Abbas Egmondanus.

Nicolaus Nova-terranus, Egmond. Bat.

Erat autem *Nicolaus Nieulant*, de *Nova-terra*, ſeu *Nova-terranus* Latinè dictus, Egmondanus Batavus, pridem ad S. *Mariam* Ultrajecti Decanus, Epiſcopus Hebronenſis, eoque titulo Chor-Epiſcopus, ſeu Suffraganeus Georgii Egmondani, LX. Ultrajectenſium Epiſcopi, nec non Præpoſitus Harlemenſis. ántea Organicus; B. M. Ultr. Dec. &c.

Deſi-

deſignatur a Rege Phil. Jus Harl. Epiſcopus, & Abbas Egmond.

Deſignatur ad id munus a Philippo Hiſpaniarum Rege Anno 1560. Anno ſequenti die 26. Maji Pius IV. Pontifex Max. ratam habet Regis deſignationem, aſſignatâ ei in dotem Egmondanâ Benedictinorum Abbatiâ, eorumdem Abbas numero XXXVIII. juxtà hoc ad eundem *Breve Apoſtolicum*, ex authentico tranſumpto deſumptum, & nunquam aliàs, quod ſciam, editum.

PIUS PAPA IV.

Pius IV. deſignationem ratam habet per Breve Apoſt.

Venerabilis frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Nuper poſtquam fel. rec. Paulus Papa IV. Prædeceſſor noſter, ex certis cauſis tunc expreſſis, Parochialem Eccleſiam ſancti Bavonis Harlemenſem, olim Trajectenſis Diœceſis, in Cathedralem Eccleſiam, pro uno Epiſcopo, qui illi præeſſet, cum omnibus & ſingulis Cathedralibus inſignibus erexerat, nos menſæ Epiſcopali Harlemenſi, pro illius dote Monaſterium Egmondenſe, Ordinis ſancti Benedicti, Harlemenſis Diœceſis, certo tunc expreſſo modo Abbatis regimine deſtitutum ſuppreſſis penitus inibi nomine & titulo Abbatis ac dignitate Abbatiali, ita quod ex tunc deinceps dilecti filii Conventûs dicti Monaſterii, Epiſcopo Harlemenſi pro tempore exiſtenti tanquam ſuo Abbati in omnibus, & per omnia ſubeſſent, eique talem promitterent & præſtarent obedientiam, qualem olim ſuo Abbati præſtare tenebantur, de fratrum noſtrorum conſilio Apoſtolica auctoritate, perpetuò univimus, annexuimus & incorporavimus; Teque licet abſentem a vinculo, quo Eccleſiæ Ebronenſis, cui tunc præeras, tenebaris, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolvimus, & ad prædictam Eccleſiam Harlemenſem, a prima erectione hujuſmodi tunc vacantem, de ſimili conſilio dictâ auctoritate tranſtulimus, ac illi in Epiſcopum præfecimus, & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Harlemenſis, Tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenariè committendo, Tibique liberam ad eam tranſeundi licentiam tribuendo, prout litteris Apoſtolicis, ſub plumbo propediem expediendis, latius explicabitur. Nos ne interim Eccleſia & Monaſterium hujuſmodi, aliqua in ſpiritualibus & temporalibus detrimenta patiantur, opportunè providere ac perſonam tuam Nobis & Apoſtolicæ Sedi devotam, tuis exigentibus meritis paterna benevolentia proſequi volentes, Tibi, ut vigore præſentium corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi, regiminis & adminiſtrationis ac bonorum Eccleſiæ & Monaſterii hujuſmodi per te vel alium, ſeu alios, propriâ auctoritate apprehendere, ac quæ juriſdictionis Epiſcopalis ſunt exercere, nec non prædicto & ejuſdem Monaſterii, menſarum fructus, redditus & proventus percipere, exigere & levare, ac in tuos uſus & utilitatem convertere liberè & licitè valeas, in omnibus & per omnia, perinde ac ſi litteræ Apoſtolicæ prædictæ ſub plumbo expeditæ fuiſſent Apoſtolica auctoritate prædicta, tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus, mandantes dilectis filiis Capitulo, Eccleſiæ & Conventui Monaſterii prædictorum, ac utriuſque illorum Vaſallis, nec non Clero & populo civitatis & Diœceſis Harlemenſis, quatenus Capitulum & Conventus, tibi tanquam Patri & Paſtori animarum ſuarum humiliter intendentes, exhibeant tibi obedientiam, & reverentiam debitas & devotas; Clerus verò & populus te benignè recipientes, tua ſalubria monita & mandata ſuſcipiant humiliter, ac ſtudeant efficaciter adimplere; Vaſalli quoque prædicti te condignis honoribus proſequentes, tibi fidelitatem, nec non ſervitia & jura debita integrè exhibere procurent; alioquin ſententiam, ſivè pœnam quam ritè tuleris, ſivè ſtatueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari, non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. & Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit. . . . . & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus ac Eccleſiæ, & Monaſterii prædictorum juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod infra ſex menſes, a data præſentium computandos, litteras antedictas, ſub plumbo expedire, & jura Cameræ Apoſtolicæ propterea debita perſolvere omnino tenearis; alioquin illis elapſis præſentes litteræ nullius ſint roboris, vel momenti, dictaque Eccleſia Harlemenſis vacare cenſeatur eo ipſo. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo piſcatoris die XXVI. Maji Ann. D. LXI. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

quo Abbatia Egm. ſupprimitur,

ab Hebronenſi Sede Nicolaus abſolvitur,

Abbatia ei traditur Egmond.

& minis intentantur renitentibus.

Sic ſubſcriptum,

V. CA. GLORIERIUS.

Et in dorſo ſic,

Venerabili Fratri Epiſcopo Harlemenſi.

Breve alterum ad Eccleſiam Harl.

Aliam Bullam ſimilis tenoris idem Papa Pius IV. dederat, A°. 1560. VI. Idus Martii, (cui ſubſcriptum *A. de Alexiis*,) *Eccleſiæ Harlemenſi* in dorſo inſcriptam, quam tenemus autographam.

Cum Monachi Egm. reſiſterent, Corn. Suſio, Præſidi committitur, ut rem coram promoveat.

Cùm Monachi Egmondani, quorum reditus ingens Epiſcopo alendo ac decorando aſſignatus, primùm refragarentur, Margareta Parmenſis, Belgii Gubernatrix, anno eodem litteras dedit ad *Cornelium Suſium*, Conſilii Regii in Hollandia ſupremum Præſidem, quibus Præſidis huic committitur, ut perſonaliter ſe transferat in Abbatiam Egmondanam, ibique declaret *Nicolaum a Nova-terra*, primum Epiſcopum Harlemenſem, & Abbatem Egmondanum; atque Harlemenſi Clero ac populo mandet, ut eum cum honore & reverentia ut ſuum Epiſcopum agnoſcant & ſuſcipiant 1561. 27. Octob.

Marguerite, par la grace de Dieu, Ducheſſe de Parme, de Plaiſance, &c. Regente, & Gouvernante, &c. Treſchier & bien amé. Parce que ces jours paſſez nous avons eſcript a vous, & ceulx du Conſeil du Roy Monſeigneur en Hollande, auſſi par les lettres de ſa Majeſté joinctes aux noſtres, S^t. Pere le Pape avoit reſolu ſur l'erection de l'Egliſe de Haerlem en Eveſchié & Egliſe Cathedrale, ayant a icelle denommé le Suffragant d'Utrecht, Meſſire *Niclas de Novaterra*, ſuyvant le Bref Apoſtolique & le Placet que ſur celluy avons fait depeſcher, vous ayant pource enchargé que a la requiſition que vous en fera le dit futur Eveſque, vous vous euſſiez a trouver en perſonne vers les Prieur, Religieulx & Convent d'Egmondt, auſſi vers ceulx de la Loy de Haerlem, & faire au dit futur Eveſque & a ſes Commis pour l'execution de la dite proviſion Apoſtolique & de la bonne intention de ſa Majeſté, toute ayde & aſſiſtence; & depuis nous avons fait mander au dit de *Nova-terra* ſe diſpoſer a ſe faire mettre en poſſeſſion du dit Eveſchié, lequel ne

Digitized by Google

ne doubtons vous ſera delivrer nos lettres de credence, tant à vous, que aultres ſur vous au dits de Haerlem, & les Prieur, Religieulx & Convent du dit Egmond, auſquels pour voſtre charge pourrez expoſer, que tant par la copie de la Bulle de l'erection du dit Eveſchié que par le dit Placet, ils verront les juſtes & ſainctes occaſions ayans mehu noſtre St. Pere le Pape de faire erection d'aucunes nouvelles Archeveſchiez & Eveſchiez pardeca, & meſmes d'eriger l'Egliſe de Haerlem ſituee en Hollande en Eveſchié, & Egliſe Cathedrale, denommant à icelle le dit Suffragant *de Nova-terra*, eſtant perſonnaige de bonne vye & doctrine, luy ayant ſa Saincteté conſigné le Monaſtere du dit Egmond, pour doreſenavant en avoir le meſme ſoing, adminiſtration, & gouvernement, que cidevant ſouloient avoir les Abbez, qu'ils ne doibvent cecy eſtimer pour choſe nouvelle, à l'exemple de ce que du temps de la primitive Egliſe d'Utrecht le St. Pere & Eveſque *Willebrood* at uſé ayant conſtitué pour ſa retraicte & lieu de devotion le Monaſtere d'*Echternach*; comme auſſi l'on treuve en pluſieurs autres Eveſchiez avoir eſté faict, & ſe uſe encores pour le preſent, ce que auſſi ne leur tournera ny au dit Monaſtere à aucun prejudice ou diminution de leur Religion, bien, revenu d'icelluy, ains ſera plutoſt cauſe de meilleure conſervation & augmentation tant du ſpirituel que temporel d'icelluy, & bailler chemin pour ſe rendant idoine pouvoir auſſi parvenir eſtre choiſy & nommé par ſa Majeſté pour Eveſque, & que pour ce ils veullent accepter le dit *de Nova-terra* pour leur Chief, Prelat, & Eveſque, & luy porter le meſme reſpect & obeyſſance que cidevant ils ont porté à leurs Prelats, & que le debvoir de bons Religieulx envers leur Chief & Eveſque les oblige; ſans en ce faire aucune contradiction ou difficulté.

Ad Margaretam Parm.

Cela fait vers ceulx du Monaſtere du dit *Egmond* vous vous trouverez en la dite ville de Haerlem, & ferez pareil office vers ceulx qui ont la charge & adminiſtration de l'Egliſe de St. *Bavon* illecq, auſſi vers les Officier & ceulx de la loy de la dite ville, leur declairant ſemblablement les cauſes de la reſolution prinſe par ſa Majeſté ſur l'erection de l'Egliſe de Haerlem, en Eveſchié, & Egliſe Cathedrale, de laquelle ſa Majeſté a pourveu & nommé le dit *de Nova-terra* Suffragant d'Utrecht, perſonnaige doct & de bonne vye, lequel par ſes vertus ne deffauldra d'adminiſtrer icelle Egliſe & de conduyre les choſes de ſon Dioceſe, y faiſant le debvoir qu'il convient, avecq ferme eſpoir que ce ſera au perpetuel honneur & ornement de la dite ville, auſſi prouffit & utilité d'icelle. Et pour cette premiere inſtitution du dit nouveau Eveſque ſuyvant le bon plaiſir de ſa Majeſté, vous declairerez aux dits de Haerlem ce que deſſus, les requerant qu'ils ayent à temz la main que l'introduction du dit Eveſque ſelon l'ordonnance de ſa Majeſté ſe face avecq toute faveur, addreſſe & aſſiſtence d'eulx, tant à la premiere prinſe de poſſeſſion que icelluy Eveſque requerra par ſes Procureurs, que apres venant à faire ſon entree. Bien entendu toutesfois que tout ce que ſe fera en ceſt endroict, ſoit plus pour demonſtration de la reverence que l'on doibt à celluy à qui eſt commiſe la principalle charge du ſpirituel, de la dite ville & Dioceſe, que pour aucunes pompes ſeculieres, & au ſurplus qu'ils ayent au dit Eveſque en ce que concerne ſa charge à obeyr, & ſe conduyre comme bons Paroiſſiens ſont tenus envers leur Paſteur. Nous advertiſſant apres de ce que ſera paſſé en ce que deſſus à tant trechier & bien amé. Noſtre Seigneur vous ayt en ſa ſainte garde. De Bruxelles ce XXVII. jour d'Octobre 1561.

& Præſidis inſtantiam.

Aynſi ſouſcrit

MARGARITA.

Et plus bas

J. VANDER AA.

Encor plus bas

Au Preſident de Hollande & au doc.

Harlemenſis Conſules ac Senatus conſenſere in receptionem Epiſcopi 5. Febr. 1562. quem hiſce Tabulis expreſsêre:

ALZOE Mr. *Cornelis Suys*, Heere van Ryſwyk, Preſident in den Hove van Hollandt, metten eerwaerdighen Heere Mr. *Jacob vuyten Eng*, Deken van ſint Pieters tot Utrecht: den Burgemeeſteren, Schepenen ende Raide der ſtede van Haerlem, collegialiter op haere camer vergadert zynde, verthoont heeft gehadt d'intentie ende wille van onſen G. Heere den Coninck te weſen een goet getal van Biſdommen in deſe zyne Majeſteits Nederlanden te erigeren, ende mede onder anderen binnen der voirſz. ſtede van Haerlem: exhiberende de voirſz. Preſident zekere miſſiven te dien fijne, ſoe by de Con. Maj. als oick by de Hertoghinne van Parma, Regente ende Gouvernante van den Landen van herwerts over, aen Schout, Burgemeeſteren ende Schepenen van Haerlem geexpedieert, ſoe oick de Preſident voirſz. exhiberende was, zekere Bulle van onſen alderheylichſten Vader den Paus *Paulus* de vierde van dien name, in date 1559. ende oick het Brevet Apoſtolyck van *Pius* de vierde Paus van dien name, in date den 26. May 1561. by den welcken de eerw. Heere *Nicolaus de Nova-terra*, 't Biſdom van Haerlem gegunt ende gegeven wert: hebben Burgemeeſteren, Schepenen ende Rade voirſz. geſien ende geleſen de Miſſiven, Bulle ende Procuratie, van welcke Procuratie wy noch copye hebben, daer inne als onderdanighe onderſaten geconſenteert, met expreſſe conditie ende voirwarde dat de ſtat ende de Poorteren ende Ingeſetenen van dien, ende elcken van hen beſunderen ſullen geheelyk blyven by haere privilegien, ende alle haere gewoonlycke gebruycken, uſantien ende gerechticheden die zy inne ende tot haere Parochikercke met compendentien ende appendentien van dien van outs altyts ende tot huyden deſen daghe toe gehadt hebben. Ende dat oick de eerw. Heere Biſſchop toecomende, den ſelven zal garanderen van alle coſten, ſchade ende intereſten die zy ter cauſe van den voirſz. acceptatie ende conſent by hen in deſen gedraghen, zoe van den Eertsbiſſchop tUtrecht, als van anderen zouden moghen hebben oft lyden in enighe mannieren. Al d'welck de voirſz. Heeren Preſident ende Deken elcx in den name ende qualiteyt als boven zulcx belooft hebben: waer van de Gerechte van Haerlem verſocht heeft Acte. Gedaen ter camere voirſz. den 6. dach Novemb. Anno 1561.

Nicolaus Nova terr. a Senatu Harl. admiſſus, qui conſenſum Tabulis expreſſit.

Aldus onderteykent

CORNELIS SUYS.
JACOB VUYTEN ENG.

Digitized by Google

Ende alzoe wy *Nicolaes van Nyeuwelandt*, duer Goidts gracie Biſſchop van Haerlem ontfangen zynde in reele, actuele ende perſonele poſſeſſien totten ſelven voergenamde Biſdom van Haerlem, verſocht zynde by den Burgemeeſteren ende Wethouderen der ſelver ſtede van Haerlem om 't ghene voirſz. es te willen confirmeren ende beveſtighen, hebben goetwillichlycken achtervolcht, geconſenteert ende geoctroyeert, conſenteren ende octroyeren midts deſen alzoe vele als in ons es, 't ghene dat by onſen voergenoemde Procuratuers geconſenteert ende gelooft es. Midts het ſelfde oick te garanderen teghens den ghenen die zouden willen rechtelycken of indirectelycken 't voirſz. Biſdom impugneren. Des te oirconde hebben wy deſe Acten by onſen openen brieven vuytgegheven, ende met onſen ſeghel *ad cauſas* beveſticht, ten behoeve ende defenſie der ſelver ſtede, ende allen den ghenen des noots hebbende. Gegheven in onſe ſtede van Haerlem int Convent van den Commandurye ſint Jans Ordens, Anno 1562. den 5. dach February *ſtilo Harlemenſi*.

De Mandato E. S^mi Domini Epiſcopi Harlemenſis ſupra nominati

G. HUYSSEN, SS^t.

Sic per Procuratorem in poſſeſſionem venit Sedis Harl. & Abbatiæ Egm.

Præſes Regia mandata ac Pontificis Max. Diploma Senatui & Clero Harlemenſi in primaria æde, dein & Abbati Egmondano exhibuit. Sicque eodem Anno 1561. IV. Novembris, non per ſe quidem, ſed per *Jacobum Uten-Enginm*, S. *Petri* Trajecti Decanum Procuratorem ſuum, cum ipſe adhuc Ultrajecti detineretur, poſſeſſionem adiit Epiſcopatûs Harlemenſis, dein & dignitatis Cœnobii Egmondani, juxtà ſequens captæ poſſeſſionis Inſtrumentum ex iiſdem ruderibus editum.

Inſtrumentum poſſeſſionis initæ.

In *Nomine Domini Amen.* Tenore præſentis publici Inſtrumenti cunctis pateat evidenter, & ſit notum. Quod anno a nativitate Domini 1561. Indictione quarta, die verò menſis Novembris ſextâ, Pontificatus S^mi in Chriſto Patris & Domini noſtri, D. *Pii* divina providentia Papæ quarti, anno ſuo ſecundo, expoſuit Dominus Præſes Hollandiæ, Clero Harlemenſi in ſacrario Parochialis Eccleſiæ ſancti Bavonis ſolemniter convocato, ac magno in numero præſenti commiſſionem ſuam a Regia Majeſtate, ſibi ad hæc conceſſam, exhibuitque eidem Bullam Apoſtolicam fel. rec. *Pauli* Papæ quarti, ſuper ordinatione univerſarum novarum Sedium Archiepiſcopalium & Epiſcopalium, in inferioribus hiſce partibus ſuæ ditionis intus erectarum, inter quas civitas Harlemenſis ſuam contineret, ad quam nominatus & deſignatus eſſet Reverendiſſimus Dominus *Nicolaus a Nova-terra*, quem honorificè a Clero acceptandum dictus Præſes dignè commendavit, atque induxit, ut ſuum Epiſcopum & Superiorem reverenter agnoſcerent. Exhibens Dominus Præſes prædictus legendam dictam Bullam Apoſtolicam unà cum inſtrumento procuratorio ſeu mandato, per dictum Dominum Reverendiſſimum Epiſcopum conceſſo & expedito, in Reverendiſſimum Dominum ac Magiſtrum *Jacobum Vuyten-Engh*, Decanum ſancti Petri Trajectenſis, ibidem præſentem; quibus altâ voce lectis, requiſitus eſt dictus Clerus, ad horam decimam ſequentem, in religione ac albis intereſſe choro dictæ Eccleſiæ Parochialis, ad cantandum ſolemniter Miſſam de Sancto Spiritu, ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, ad quod vice-Curatus unà cum reliquis Presbyteris, ſe paratiſſimos offerebant, præſentibus ibi Venerabilibus Dominis Proviſore & Decano Kennemariæ, vice-Curato, numeroſoque Clero, ac Magiſtris *Joanne Foppenis*, *Petro Adriano Hals*, & *Jodoco Reyneri*, Presbyteris ac Vicariis dictæ Eccleſiæ, teſtibus ſpecialiter ad hoc requiſitis: dehinc Dominus prædictus Præſes unà cum Reverendo Domino Decano S. Petri Trajectenſis, ſe contulit in arcem civitatis, ſeu domum civicam, ubi *Paulus vander Laen*, Balivus Kennemariæ, *Gerardus Petri Berckhout* Schultetus, Magiſter *Theodoricus Ramp*, *Nicolaus vander Laen*, & *Johannes Zurenus*, Burgimagiſtri, Scabini, reliquique Rectores, Conſiliarii & Senatus dictæ civitatis ſimul erant congregati & præſentes, quibus ſimiliter Præſes ſuam aperuit commiſſionem, exhibuitque litteras credentiales tam a Regia Majeſtate, quam ab ejus locum-tenente Illuſtriſſima Domina Duciſſa de Parma, &c. lectiſque iiſdem litteris unà cum dicta Bulla Apoſtolica, & Placeto Regio, dictus Dominus Reverendiſſimus *a Nova-terra*, in Epiſcopum Harlemenſem gratulanter aſſumptus eſt, ſalvis omnibus & ſingulis juribus & appertinentiis dictæ Eccleſiæ Parochialis, ad uſum omnium civium & incolarum ejuſdem civitatis per omnia & in omnibus, uti & quemadmodum iiſdem ad hunc uſque diem uſi ſunt ac poſſederunt. Quod ipſum Dominus Præſes, ſimul & Reverendus Dominus Decanus dicto Magiſtratui firmiter addixerunt: quo facto dictus Dominus Præſes, unà cum Domino Decano, atque dictis Officiariis, Burgi-magiſtris, Scabinis, totoque Magiſtratu dictam Eccleſiam intrarunt; ubi mox decantatum eſt Sacrum de Sancto Spiritu in ſolemnitate & organo, finitoque eodem Sacro introductus eſt, & inſtallatus dictus Dominus Decanus, nomine dicti Reverendiſſimi Domini Epiſcopi Harlemenſis, aſtantibus in religione dictis Clero, Magiſtratu, atque Rectoribus dictæ civitatis, ſolemniterque poſt finitum Sacrum cantatum eſt, *Te Deum laudamus*, præſentibus ibidem Magiſtris *Thoma Laurentii Prins*, *Hugone Bol de Zaenen*, Scabino, *Adriano Nicolai*, Theſaurario, & Magiſtro *Cornelio de Alcmade* Penſionario dictæ civitatis, teſtibus adhæc requiſitis: quo facto Clerus vel ejus major pars in dicto ſacrario præſtitit juramentum fidelitatis & obedientiæ ad manus dicti Domini Reverendi Decani, prout mihi Notario, ex relatione Dominorum Proviſoris & Vice-curati dictæ Eccleſiæ Harlemenſis, facta eſt fides. Poſteà verò dicti Domini Præſes & Decanus ſe contulerunt ad Monaſterium & Abbatiam Egmondenſem, ubi poſtridiè convocatis Priore, Cellario ac reliquis ejuſdem Monaſterii Capitularibus, ad domum illorum Capitularem dictus Dominus Præſes, iiſdem prædictam Bullam, unà cum Brevi Apoſtolico, incorporationis prædictæ Abbatiæ, Sedi Epiſcopali Harlemenſis factæ, & litteris credentialibus Regis & Duciſſæ Parmenſis præſentavit, expoſuit & declaravit, quod ſummus Pontifex *Pius* quartus, ob cauſas in prædicto Brevi expreſſas, ad preces Regiæ Majeſtatis, Monaſterium Egmondenſe, unà cum omnibus bonis & proventibus, Eccleſiæ Harlemenſi, per *Paulum* quartum in Epiſcopalem Sedem erectæ, annexuit & incorporavit, & proinde petiit ut prædictum Dominum Reverendum, Magiſtrum *Jacobum Uuyten-Engh*, antedicti Reverendiſſimi Domini *Nicolai de Nova-terra*, Epiſcopi Harlemenſis,

menſis, Procuratorem in realem & actualem poſſeſſionem Conventus & Monaſterii præſcripti, omniumque bonorum ejuſdem inducerent, ac præfatum Reverendiſſimum pro ſuo Superiore & Prælato agnoſcerent. Qui poſt diutinam deliberationem poſtridiè, videlicet octavo præſcripti menſis Novembris die, præfatum Reverendiſſimum Dominum *Nicolaum à Nova-terra*, Superiorem ſuum agnoverunt, & eundem Reverendum Dominum Decanum, ipſius Procuratorem, in realem & actualem antedicti Monaſterii, juriumque & pertinentiarum ejuſdem poſſeſſionem, vel quaſi, cum decantatione, *Te Deum laudamus*, induxerunt, præſentibus ibidem honorandis & nobilibus Dominis, Domino *Henrico de Zwollis*, Commendatore Conventus S. Joannis Baptiſtæ in Haerlem, *Ludolpho de Herler*, Ballivo Egmondenſi, ac Magiſtro *Theodorico Ramp*, Burgi-magiſtro dictæ civitatis Harlemenſis, teſtibus ad hæc vocatis ſpecialiter & rogatis ſubſcriptum. Et quia ego *Albertus* filius *Nicolai Raet*, Clericus Trajectenſis Diœceſis publicus, ſacra Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus, Notarius, per inſignem Hollandiæ Curiam admiſſus omnibus & ſingulis, dum, ſicuti præmittitur, agerentur & fierent, præſens interim, eaque omnia ſic locis & temporibus quibus ſuprà fieri vidi & audivi; ideò hoc præſens inſtrumentum manu meâ propriâ ſcriptum exinde confeci, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi & ſubſcripſi in fidem, & veritatis teſtimonium præmiſſorum vocatus ad hoc ſpecialiter & requiſitus. Subſignatum cum ſigno Notariatus continenti hæc verba,

Altyt ten beſten,

. Raet Notarius.

Cathedram ſuam adit.

Schencko Ultrajecti in Metropolitanam Sedem immiſſo, *Nicolaus Nova-terranus* mox ad Cathedram ſuam ſe contulit, eamque Anno 1562. 6. Febr. in feſto S. Ignatii Martyris maximâ ſolemnitate Cleri, populique Harlemenſis, nequidquam prævalente niſu eorum qui clam ſe oppoſuerant, introductus eſt.

Inaugurationem ejus deſcriptam habe hâc *Cornelii Muſii* ad Martinum †, Paſtorem, Epiſtolâ:

S. P.

in eamque immittitur.

AUdio D. Paſtor & Canonice, animo meo amiciſſime, te vehementer deſiderare deſcriptionem inaugurationis, ſive introductionis Rmi D. Harlemenſis; quam quia ipſe vidi, hoc libentius tibi illam, ſed ſimpliciter & verè deſcribam.

Inaugurationis deſcriptio.

Omnia autem (ut breviter & paucis dicam) ſic habent. Anno 62. pridie Calendas Februarii ex Civitate Harlemenſi occurſum eſt Rmo D. D. *Nicolao a Nova-terra* dictæ Civitatis Epiſcopo, ad *Heemſtedium* uſque, ubi ipſe Rmus pridie in ædibus eximii Viri, *Petri Dorpii* pernoctaverat. Occurſum eſt, inquam, ſereniſſimo cælo ab equitibus fermè quadraginta, inter quos erat Clariſſimus D. *Corn. Suſius* Hollandiæ, Zeelandiæ, & Friſiæ Præſes, D. a Ryſwyck, Dominus *Splinterus ab Hargen*, D. ab Ooſterwyck, D. *Joannes Heuterus*, cum multa Harlemenſi Nobilitate.

Currus erant, ſi rectè memini, numero ſex. Interim totus ampliſſimus ille & magnificus Senatus Harlemenſis, cum pueris Scholaſticis & Sacerdotibus omnibus ad portam Rmi Domini adventum magno deſiderio expectabant.

Quò ubi, jam dictis equitibus præeuntibus & curribus ſubſequentibus, perventum eſt, de curru ſuo Rmus D. ſub ipſam portam deſcendit. Idem fecerunt & qui equis & qui curribus vecti fuerant.

Cæterum in porta adornatum erat altare, cui ſanctam crucem impoſitam D. Rmus ſalutat & pro more veteri deoſculatur.

Mox honorificè & cum multa, ſed brevi & docta, gratulatione, aſtante docto & magnifico illo Senatu, ab ejus Civitatis Penſionario excipitur.

Præcedunt pueri Scholaſtici diverſa cantillantes reſponſoria vetera; inter quæ hoc unum novum erat, quod Scholæ Archididaſcalus, annuente Senatu, a juventute ſua etiam decantari juſſerat. Id ſic habet:

Gaudeamus omnes in Domino diem iſtum celebrantes in honorem Reverendiſſimi Domini, de cujus introductione gaudent omnes & collaudant conſilium Dei.

Verſus.

Exultate proceres Harlemei, cives decet collaudatio.

Pueros ſequuntur Sacerdotes habitu illo lineo ſuo candidati ornatique.

Crucem prælatam Rmus D. proximè comitatur, medius inter Venerandum D. Decanum S. Petri, & Commendatorem S. Joannis.

Ponè ſequebantur D. Canonicus S. Mariæ, *Muſius*, & tres Religioſi Hecmundenſes. Deinde Præſes cum Nobilibus. Ab his magiſtratus totus.

De campanis (ut vocamus) hoc ipſo & proximo die crebro longumque ſonantibus, communemque totius Civitatis lætitiam publicè teſtantibus, minutius vulgatiusque eſt, quàm ut hic ſcribere libeat.

Neque etiam novum eſt, ut in novis Principum inaugurationibus fieri ſolitum eſt, ibi tum in plateis, in foro, in templo innumeram fuiſſe civium ſpectantium, atque novo Epiſcopo aggratulantium multitudinem; quare & hoc ſilentio præterire viſum eſt.

Ubi in templum, auguſtiſſimum illud dico Dominicum, ventum eſt, ibi Chriſtus & Divi non ſine lachrymis a Rmo ſalutantur.

Illinc itur in Palatium, ſive Domum Epiſcopalem quæ erat S. Joannis.

Porro tubæ (quod penè omiſeram) ab *Heemſtedio* ad Palatium uſque non ceſſabant clariſſimè clangere; non illud quidem terrificum & bellicum *taratantara*, ſed lætum illud pacis atque concordium animorum gratulatorium, *euge*.

Poſt hæc modeſtè, ſed non ſine muſicis inſtrumentis, cœnatum eſt.

Hactenus quæ ultima die Januarii acta ſunt.

Poſtridie ipſis Calendis Februariis crucibus prælatis iterum redeunt ad Palatium pueri illi Scholaſtici cum Sacerdotibus, & quatuor mendicantium Ordinibus, atque ipſis Religioſis Dominis S. Joannis. Pueri præeuntes canunt, cæteri precantur.

Hos omnes lachrymans ſubſequitur Rmus D. Harlemenſis infulatus & aureo ornamento Eccleſiaſtico (quod Cappam vocant) adornatus, medius inter Venerabilem D. Decanum S. Petri, & Dominum Canonicum S. Mariæ, cui ab Amersfordia cognomentum eſt, qui etiam Eccleſiaſticis ſuis hoeis & amiciis, ut vocant, adornati incedebant.

† Is veroſimiliter, *Martinus Duncanus.*

Digitized by Google

Sacellanus pedum præfert.

Proximè ſequebantur viri Eccleſiaſtici, aliquot amici nimirùm foris evocati & invitati.

Poſt hos ibant D. Præſes (ut diximus) cum reliqua Nobilitate & Senatu civitatis.

In Dominica poſt antiphonam S. *Bavonis* decantatam ſubjunxit R^{mus} clara voce orationem, quam *collectam* vocamus, de eodem Eccleſiæ ejuſdem Patrono.

Cantatur Miſſa de S.S. *Trinitate* cum Muſicis & Organicis, tum ſimplicibus puerorum excellentiſſimis & ſuaviſſimè conſonis vocibus.

Sacrificus erat Pro-paſtor ſive Vice-curatus.

Quatuor Sacellani adminiſtrabant.

Interea ibi vidiſſes nova novi & primi Harlemenſis Epiſcopi inſignia, ſingula ſingulis totius templi columnis appenſa, cum novi ſymboli ſubſcriptione,

Nemo Expers Hoſtis.

Ubi primæ cujuſque vocabuli litteræ ſignificant,

Nicolaus, Epiſcopus Harlemenſis.

Sacro abſoluto cantant pueri organis alternatim modulantibus Hymnum illum, cujus initium eſt, *Te Deum Laudamus.*

Sub hoc R^{mus} in medio altaris conſiſtens populo publicè benedixit, duobus illis, inter quos medius inerat, juxta ipſum procumbentibus.

Poſtremo in Palatium reditum eſt, omnibus Ordinibus & præcedentibus & ſubſequentibus, ut diximus priùs.

In Palatio, quid in prandio, & quid in cœna actum ſit, quam ſumptuoſæ epulæ inſtructæ fuerint, quæ Muſica omnium auribus inſonuerit, omniumque animos exhilaraverit, nihil attinet dicere, quum in omni Muſices genere facilè ſuperent Harlemii Hollandicas civitates omnes.

Jam poſtridie, feſto nimirùm Purificationis Mariæ, poſtquam R^{mus} Summum Sacrum in templo D. Joannis audiviſſet, ad Domum civicam cum R^{mo} D. pergimus omnes, pridie a toto Senatu humaniſſimè invitati. Quale ibi epulum apparatum, quæ Muſica, quæ congratulatio exhibita, non poſſum ego temporis brevitate excluſus verbis explicare; certè omnia ex animo promptiſſimo atque gratiſſimo proficiſci videbantur.

Hoc addam & finio, quod a R^{mo} D^{no} omnibus pauperibus eleëmoſyna largiſſima diſtributa eſt; ſinguli enim ſingulos candidos unius octonarii panes acceperunt. Religioſi omnes magnifico convivio in ſuis quique domibus non ſine copioſiſſimo vino excepti ſunt.

Habes omnia; nam tertia Februarii clariſſimus D. Præſes, D. *Heuterus*, & ego diſceſſimus; quo factum eſt, ut quid poſtea rerum acciderit neſciamus. Interim hæc ex tempore incultè, ſed verè deſcripta boni conſules, D. Paſtor, & Canonice Naeldwycene humaniſſime, & R^{mo} D. Middelburgenſi omnia communicabis, meque R^{mæ} Dominationis ejus gratiæ & precibus multum multumque commendabis: cui hæc ipſa vel ultro ſcripturus eram, ſed nolui tibi, mi *Martine*, eam ſive gloriam, ſive gratiam impudens præripere; maxime ubi ex tuis ad confratrem meum D. Paſtorem, & S. *Urſulæ* Confeſſorem, litteris intellexiſſem te tantopere hanc deſcriptionem a me expectare.

Bene vale D. chariſſime, Delphis ex D. Agathæ. Nona Febr. A^{o}. 62.

Adriani Junii, Medici, Diſtichon:

Harlemi inſignis ſeſe offert gloria cælo,
Præſule Nicolao, dederant hoc fata benigna.

Aliud alterius cujuſdam,

Cedis tante Pater, gratante, inſignia, cælo
Quando Nicoleos Harlemia tecta petebat.

Prima novi Epiſcopi cura fuit Diœceſin ſuam longitudine 90. latitudine 30. milliaria Italica, atque oppida extra pagos XII. * ut jam dictum eſt, continentem, accuratè perſpectam habere, Vicarios ſpiritualibus aptos deſignare, Conſiliarioſque maturos ac prudentes adhibere. Diœceſin luſtrat: Vicarios ei

Vicarius primus, ex Monumentis Eccl. Harl. deſignatus eſt, admodùm Reverendus ac Ampliſſimus Dominus,

D. JACOBUS ORTYGIUS, vir & virtute, & doctrinâ verè eximius. alioſque miniſtros præficit.

Officialis, ut vocant, conſtitutus,

R. D. ARNOLDUS CRANENDAEL.

Juxtà Codicem verò MS. Abb. Egmond. quem teneo commodatum,

D. PHILIPPUS MATIUS, Jur. Utr. Doctor, *Nicolai Nova-terrani*, Harl. Epiſc. Vicarius Generalis conſtitutus Anno 1562. 22. Febr. per haſce Tabulas:

N*icolaus a Nova-terra*, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Harlemenſis, notum facimus univerſis. Quod nos de legalitate, induſtria, & fidelitate dilecti nobis in Chriſto honorabilis, & circumſpecti viri Domini & Magiſtri *Philippi Matii*, utriuſque Juris Doctoris, quam plurimum confidentes, eundem Vicarium noſtrum Generalem uſque ad noſtram revocationem ordinamus, deputamus, & conſtituimus, dantes & concedentes eidem omnimodam poteſtatem, & auctoritatem vice, & nomine noſtro dictum Vicariatum regendi & gubernandi, omnia & ſingula, agendi, exercendi, expediendi, faciendi, & procurandi, quæ ad dictum Vicariatus Officium tam de jure quam de antiqua & approbata conſuetudine ſpectant & pertinent, ac ſpectare & pertinere dignoſcuntur in quibuſcunque cauſis Eccleſiaſticis vel ſecularibus, ac jus, juriſdictionem, & libertatem Eccleſiaſticam conſervandi, defendendi, & protegendi, litteras, gratias, & munimenta pro conſervatione eorundem petendi & obtinendi, computationes a quibuſcunque Officiatis noſtris audiendi, recipiendi & admittendi, de receptis quitandi & quitantias dandi, de aliis Officiis Curiæ noſtræ Harlemenſis, ac aliarum Juriſdictionum, etiam in anno biſſextili, diſponendi, ordinandi, ac Commiſſarios & Officiatos deputandi, ac juramentum fidelitatis & obedientiæ ab eiſdem recipiendi, prout videbitur melius & utilius expedire. Ratum, gratum atque firmum perpetuo habentes, ac habituri quicquid per dictum Dominum *Philippum*, Vicarium noſtrum factum fuerit in præmiſſis & quomodolibet præmiſſorum. Salvo quod nobis de receptis hujuſmodi ſui Officii computum, & rationem fideles & legales reddere teneatur.

In cujus rei teſtimonium præſentes litteras noſtro inferius ſigillo appenſo communivimus ac manu noſtra ſubſignavimus die vigeſima ſecunda menſis Februarii Anno Domini milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo ſecundo.

Ex eodem MS. Abb. Egmond. Codice, anno eodem 4. Febr. conſtituitur *Notarius*, atque etiam *Officialis* Harl. Epiſcopi. Inſtitutionis Tabulæ dicto Codice MS. continentur.

* De his, vide ſupra p. 3.

Idem

Digitized by Google

Veniam legis dat circa lacticinia in Quadrageſima.

Idem Nicolaus, Harl. Epiſc. Ao. 1562. vii. Febr. fidelibus Diœceſis Harl. licentiam dat, ſub eleemoſyna arbitraria, * veſcendi butyro & caſeo in Quadrageſima per haſce Tabulas:

N*icolaus a Nova-terra*, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Harlemenſis, notum facimus univerſis: Quod nos legitimis ex cauſis animum noſtrum ad præſens moventibus auctoritate noſtra ordinaria omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus utriuſque ſexus hominibus in partibus Hollandiæ noſtræ Diœceſis conſtitutis & commorantibus, quod in hac futura Quadrageſima butyro, caſeo, & aliis lacticiniis, abſque conſuetudinis ſcrupulo uſque ad feſtum Palmarum libere & licite uti & veſci poterunt, de ſpeciali dono gratiæ præſentibus indulgemus: dantes hoc propterea eleëmoſynam, pro eorundem arbitrio fabricæ ſuæ Parochialis Eccleſiæ, aut ſaltem alicui pauperi elargiantur. Mandamus itaque hujuſmodi noſtræ conceſſionem gratiæ per univerſos Presbyteros dictarum partium in eorum ſermonibus, & Eccleſiis denunciari. Præſentibus poſt dictum feſtum Palmarum minime valituris. Datum Harlemi ſub impreſſionem ſigilli noſtri, die ſeptima Februarii Anno a Nativitate Domini 1562. ſtilo Harlemenſi.

De Mandato

GUILIELMUS HUYSSEN.

Varia ſancit; clandeſtina matrimonia vetat:

1562. 2. Jan. diſerto edicto caverat, ne matrimonium clandeſtinè contrahatur, neve Miſſa in ædibus privatis celebretur.

1562. 24. Febr. Fratribus Minoritis per ſupplicem eorum libellum a Fratre *Martino Herentals*, Conventûs Harl *Gardiano*, aliiſque Conventus primoribus ſubſignatum, rogantibus, *ut poſſent audire confeſſionem*, & *prædicare Dei verbum*, & *a caſibus ei reſervatis abſolvere*, ſic reſpondit:

Nemo ex Fratribus veſtris admittatur ad confeſſiones audiendum publice vel privatim antequam trigeſimum ætatis annum expleverint, neque præſumant aliqui ex vobis privatim celebrare Miſſas in altaribus portatilibus apud ægrotos, in domibus privatis quorumcunque; nolumus enim ex domibus Eccleſias fieri, niſi de noſtro expreſſo conſenſu: communicentur ægroti publicè per Paſtores ſuos antiquo Eccleſiæ more.

De caſibus nobis reſervatis, fiat ut petitur. Datum Harlemi Anno Domini 1562. menſis Februarii die 24.

Sic Not. de Mandato Rev.

G. HUYSSEN, *Not.*

Religioſorum Ordinum petitionibus metas præfigit.

Decretum in eadem cauſa, juſſu ejuſdem *Nicolai*, Epiſcopi, per Vicarium ejus, *Philippum Matium* eodem tempore datum ad *Priorem* & Conventum FF. *Auguſtinianorum.*

P*hilippus Matius*, U. J. Doctor, Reverendiſſimi in Chriſto Patris, Domini *Nicolai a Nova terra*, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Harlemenſis, in ſpiritualibus Vicarius Generalis, vobis venerabili Patri Priori ac ceteris Fratribus Ordinis Sancti Auguſtini Conventûs Harlemenſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Cupientes pro ratione muneris nobis injuncti multis incommodis quæ ob minorem quam decet ætatem eorum qui confeſſionibus audiendis, multis in locis hactenus magno confitentium, ſimul & confeſſiones audientium periculo præfuerunt, opportuno, ut tenemur, tempore pro viribus obviare. Graves præterea abuſus, qui paulatim in Eccleſiam Dei irrepſerunt, dum multi pro ſua cujuſque voluntate in privatorum ædibus Miſſas celebrare in portatilibus altaribus ſibi licere credunt, præcidere volentes. Idcirco, de mandato & auctoritate ejuſdem Rever. Domini vobis omnibus & ſingulis, & cuilibet veſtrum, tenore præſentium prohibemus, ne quiſquam ex vobis quamcunque ob cauſam confeſſiones audire præſumat qui non trigeſimum ætatis ſuæ annum expleverit. Prohibentes inſuper ne quiſpiam ex vobis quamcunque ob cauſam in privatorum quorumcunque ædibus in altaribus portatilibus apud ægrotos Miſſas celebrare præſumat, niſi de expreſſo conſenſu ejuſdem Rever. Domini Epiſcopi: atque hæc omnia donec & quouſque Synodalibus conſtitutionibus propria Synodo Deo volente & cooperante promulgandis de his plenius proſpiciatur. Datum Harlemi Anno Domini 1562. menſis Februarii die 24.

Sic ſubſcriptum:

PHILIPPUS MATIUS,

Vicarius Generalis.

Simili modo *Priori* & Fratribus Ordinis *Prædicatorum* & *Carmelitarum*, nec non Guardiano ac Fratribus Ordinis Minorum, eiſdem anno, die & menſe publicatum eſt, mutatis ſolummodò his verbis; Venerabili Patri Priori ac ceteris Fratribus Ordinis Prædicatorum Conventûs Harlemenſis &c. & ſic de reliquis ſimili modo mutatis mutandis.

Hagam petit ad Comitia.

Hagam-Comitis dein ſe contulit Epiſcopus Nova terranus: cœtus enim Prælatorum Provinciæ, atque Archiepiſcopatus Ultraj. illic indictus ad menſem Majum, ut tractaretur de ſumptibus & impendiis Delegatorum ad Concilium Trid. ſolvendis; ſicut litteræ Parmenſis 28. Martii Ann. 1562. produnt.

Anno 1564. menſis Aprilis die 13. Harlemenſis hic Epiſcopus Concilium Diœceſanum habuit, egregiâ induſtriâ ex SS. Canonibus elaboratum, antè publicatum adhuc Tridentinum Concilium, Typis Zureni in 4°. Harlemi eodem adhuc anno excuſum; novis typis, quia dudùm obliteratum, repræſentatum *Bat. Sac.* pag. 294. ac ſequentibus. Hujus nunc tantùm titulos compendio dabimus.

Statutorum ſeries.

De Synodi Celebratione.
De Feriis.
De ſacra Unctione.
De promovendis ad ſacros Ordines.
De vita & honeſtate Clericorum.
De Cohabitatione Clericor. & Mulierum.
Ne quis recipiat aut foveat Monachos, & Sanctimoniales ſui Inſtituti deſertores ſub excommunicationis pœna.

* Antiquus Eccleſiæ uſus ferebat non carne tantùm, ſed & lacticiniis per Quadrageſimam abſtinere: quem & hæc Epiſcopi Novaterrani relaxatio innuit.

Digitized b

De Monachis, Sanctimonialibus, & Sacerdotibus conjugatis.

De fugitivorum Monachorum diſpenſationibus malè impetratis diligenter examinandis, & ne Eccleſias regant apoſtatæ.

De Monachis qui extrà obedientiam degentes divina tractant & populo Sacramenta adminiſtrant.

De Ceremoniis Eccleſiaſticis.

De Miſſæ ceremoniis, & de celebratione Miſſarum, deque divinis Officiis.

De Organis.

De Campanis & horologiis.

* Ne in privatorum domibus Miſſæ celebrentur.

* Vide de his ſancita, pag. 21.

Abuſus populi in audiendis Miſſis quomodò coercendus.

Quando & ubi conveniat ſimul plures Miſſas dicere.

Sub concione nulli Sacerdotum liceat in eadem illa Eccleſia Miſſam celebrare.

De oblationibus in Miſſa faciendis.

De oblationibus pro defunctis & exequiis pompoſis.

De proceſſionibus, in quibus ſacra Hoſtia cum imaginibus Sanctorum circumfertur.

De ſtationibus & ſupplicationibus.

De proceſſionibus ruralibus.

De diſpenſatione Verbi Dei in Eccleſia.

A quibus Concionatori abſtinendum ſub concionibus.

Quid ſubindè ſub concionibus docendum.

Obſervanda Concionatoribus.

De audiendis Confeſſionibus.

Ne Fratres quatuor Ordinum audiendis confeſſionibus ſe intromittant, niſi ſint præſentati.

De Confeſſoribus Sanctimonialium.

De ægrotis tempeſtivè inungendis.

De cognatione ſpirituali.

De Sacramenti Matrimonii adminiſtratione.

De clandeſtinis Matrimoniis & proclamationibus.

De cuſtodia Euchariſtiæ & Chriſmatis.

De Eccleſiis ædificandis.

De immunitate Eccleſiarum.

De horis canonicis.

De Clericis non reſidentibus.

De Præbendis.

De conceſſione Præbendæ.

De rebus Eccleſiæ non alienandis.

De teſtamentis.

De ſepulturis.

De decimis.

De conſecratione Eccleſiæ & altaris.

De ludi litterarii magiſtris deligendis.

De delictis impunitis.

De officiis Eccleſiaſticis.

De Clerico ſacrilego.

De Clerico Clericum captivante.

De Clerico Clericum occidente.

De ludis theatralibus.

Ne in Monaſteriis virginum choriſationes ac tripudia fiant.

De non admittendis perſonis larvatis in eiſdem locis.

De excommunicatione.

Epilogus & concluſio Statutorum noſtrorum.

CASUS EPISCOPALES, †

† ſive Epiſcopo Harl. reſervati.

Qui facit inceſtum, deflorans, aut homicida,
Sacrilegus, patrum percuſſor, vel ſodomita,
Tranſgreſſor voti, perjurus, ſortilegusque,
Et mentita fides, faciens incendia, prolis
Oppreſſor, blaſphemus, hæreticus omnis adultus,
Pontificum ſuper his ſemper devotus adibit.

Cautum eſt ejuſdem Epiſcopi Harlemenſis Edicto, ut omnes & ſinguli in principio Statutorum Synodalium ad Synodi convocationem nominati, hæc jam typis excuſa Statuta quamprimum citra dilationem ſibi comparent, atque etiam hæc ipſa in Eccleſiis Parochialibus, Monaſteriiſque (ut in dubiis ad manum ſint) conſerventur, ſub nota violatæ obedientiæ, ſi quis ſtudio aut malevolentiâ contrà fecerit.

Ulteriorem diſciplinæ reſtaurationem hic Epiſcopus meditabatur, ut ex *Mart. Duncano* conjicere licet. Is Anno 1566. Delphis ad S. Hippolytum Paſtor, *Nicolao à Terra-nova*, Harlemenſium Epiſcopo, dedicavit opuſculum ſuum, *De verâ Chriſti Eccleſiâ*. In hujus dedicatione refert, quod Anabaptiſtæ Theſſalienſi Magiſtratui exhibuerint libellum contra templorum & pædobaptiſmatis uſum; quod præfatus Reverendiſſimus Dominus *Nicolaus*, lecto ob valetudinem infirmam affixus, nolentem adegerit *Duncanum*, ut reſcriberet Anabaptiſtis: denique, quod idem Reverendiſſimus *Nicolaus* reformationem Eccleſiæ ſuæ à Clero ſtatuiſſet exordiri. Rigidiorem diſciplinam meditatur.

Sic enim habet *Duncanus*. "Audieram, id-"que faciliter tandem expeditum iri ſperabam, "te, Præſul optime, id jam dudum noctesque "dieſque ſollicitum ſtudioſumque conari, ut "quam poſſes optimam affectares viam ad Ec-"cleſiam veſtram reſtituendam, eamque telam "exordiendam à Clero ſtatuiſſe, cujus præcla-"riſſimi facinoris, jam dudum & jacta eſſe "quædam fundamenta, & ſpecimen aliquod edi-"tum didicimus in reſtituto compoſitoque, non "dicam quo loco, quove cœtu, ne in quos vi-"dear reprehenſionis obliquum aliquem acu-"leum infigere, & eorum vitam priorem diſſo-"lutam traducere. Faxit Deus ut ſimilia quam "plurima brevi videamus, quod & confore ſpe-"ramus.

Anno 1566. *Nicolaus* Epiſcopus, Geervlietenſium Canonicorum pluriumorum æmulationem paſſus eſt, qui ſacra loca nonnulla ab ejus poteſtate aliena eſſe contendebant, ſibique pridem ſubditos clam inſtruebant, ne perſoluto *Cathedratico*, Harlemenſem Epiſcopum agnoſcerent: quam eorundem invidiam ſucceſſor ejus *G. Mierlo* dein expertus, prudentius ac felicius in quibuſdam locis correxit. *Geervlietenſium* Canonici ei reſiſtunt.

Inſtabat interea Harlemenſis Epiſcopus, ut Statuta Synodalia exactè obſervarentur, ne ſerpens errorum contagium gregem Domini invaderet. Hoc ipſo namque anno XXI. Julii, extrà muros Harlemenſes in montibus arenoſis ad *Overveen* vicum prima concio Dominica die Calviniano ritu habita eſt a * *Joanne Arnoldi* Alemariano, ſportulario, ex opificio ſuo *Mandemaeker* dicto, confluentibus illuc 300. ferè hominibus, inter eos viris quinquaginta. Virus hinc & in ipſam urbem ſerpſit, Religioſis & Sacerdotibus nonnullis idem haurientibus. Et quoniam Iconomachia, quæ jam pleriſque locis ſævierat, & Harlemum invaſura non vano timore credebatur, Eccleſia Cathedralis (juſſu Magiſtratus Eccleſiaſtici, an ſecularis dubium eſt) Inſtat, ut ſancita obſerventur.

* *Joanni Joannis*, Amſtelodamenſi, item ſportulario, remiſſio Ap. ſtatur ad ſupplicationem Nicolai Nova-terrani facta a Philippo Hiſp. Rege A. 1561. * juxta Codicem Ms. Abb. Egm. p. CCVIII.

eſt,) die 23. Auguſti clauſa eſt, totoque trimeſtri clauſa remanſit, non antè diem 7. Septembris recluſa.

Ob turbas exortas,

Turbæ hæ aliæque ſubſequentes, quas Epiſcopus, cujus auctoritas adhuc vacillans, minimèque roborata, diſtractis maximè populorum animis, & cujus vires præ arthritide & ſenio indies diminuebantur, validè arcere non poterat, Senatu Concilioque ejus formando non exiguam moram intulère, & in ſeptem ferè annos Capituli Cathedralis erectionem executionemque protraxère.

Pius IV. interim eodem anno 17. Octobris ad *Nicolaum*, Epiſcopum Harlemenſem ſcripſit, ut Tridentini Concilii Decreta, per Diœceſin Harlemenſem obſervet.

& corporis infirmitates

Ipſe verò Anno 1569. totus infirmus, debilis, lectoque ex podagra detentus, vix Præſulis officio ſufficiebat. Ac licet Vicarius ejus advigilaret, affuit tamen illi, a Gubernatrice Parmenſi, ut opinio eſt, miſſus, *Guil. Lindanus*, ut Eccleſiæ Harlemenſi de novo Epiſcopo provideat.

Epiſcopatu cedit,

Poſtquam annis octo Eccleſiæ huic præfuiſſet, adverſâ conflictatus valetudine, onere ac Epiſcopatu, Anno 1569. ceſſit per Procuratorem, *Joannem Goude*, cauſarum in Curia Holl. Patronum, Bruxellis ad id Hagam-Comitum deſtinatum. Sedit enim ad anni hujus exitum, ut palam fit ex litteris 31. Oct. ab eo datis, in quibus debilitatis ac impotentiæ ſuæ injicit mentionem.

penſione ſibi reſervata,

Reſervavit ſibi penſionem 1000. flor. annuè, atque ædes *Abſpoel* Leidæ vicinas. Queſtus interdum, ſigillatim per litteras 12. Junii 1577. ad præn. D[um] *Adrianum Saictinum*, ab Ampzingio * exhibitas, hanc ſibi non perſolvi: ab eo ex Petro Borrio *Hiſt. lib.* 10. a potus intemperantia notatus.

& apud Zelandos quò ſeceſſerat moritur,

Reliquum quod vixit temporis, ferè degit apud Zelandos, poſtque IX. annos illic exactos, vivere deſiit in S. *Maertensdyct*, Zelandiæ pago, Anno 1579. juxtà Valerium Andr. 1580. menſe Majo.

edito libello.

Scripſit verò *Librum de ritu celebrandi Miſſam*, typis etiam evulgatum.

Godefridus Mierlo, S. T. D. Nicolai Nova-terr. Vic. Gen. ejus ſucceſſor a Rege deſtinatus,

Ex quo *Nicolaus Nova-terranus* Epiſcopatu ſe abdicavit, deſignatus mox ab Hiſp. Rege, *Godefridus Mierlo*, Sac. Theol. Doctor, ac Prædicatorum in Belgio Provincialis.

Hunc ipſe intereà, donec Romani Pontifici accederet conſenſus, Vicarium ſuum in Spiritualibus conſtituerat, ut palàm fit ex litteris Regiis, datis Bruxell. Ann. 1569. 28. Novembris.

reſiſtens primùm, dein cedit.

Cum *Godefridus à Mierlo*, (cui à Duce Albano injunctum erat, ut juxtà Rom. Pontificis mentem *Heyloënſe* Monaſterium, vel ejus certè titulum aboleret, cenſumque Capitulo Cathedrali erigendo deſtinaret) perpenſo onere tergiverſaretur, precibus & minis apud eum inſtabat Albanus; donec bimeſtri ei ad deliberandum conceſſo, precibus Inſtituti ſui Religioſorum exoratus, in delatum ſibi munus conſenſit.

Rom. Pont. Pius V. Regis deſignationem ratam habet,

Anno igitur 1570. vergente ad finem, XI. ſc. Dec. Pius V. Pontifex Max. Diploma miſit, quo non tantùm deſignationem Philippi Regis habet, ſed & conſecrationem electi *Godefridi* quantocius perfici mandat.

Teneo in hanc rem plura Pii V. Diplomata autographa; unum, quo *Godefridum* a Rege Hiſp. loco *Nicolai Novaterrani* deſignatum, confirmat.

Alterum, ejuſdem anni, quo confirmatum *Godefridum* a Cenſuris, ſi quas incurriſſet, abſolvit.

datis ad eum, alloſque ejus Eccl. Diplomatibus.

Tertium anni ejuſdem ad Archiepiſcopum Ultraj. *Schenkum*.

Quartum ad Capitulum Harlemenſe.

Quintum populo Civitatis ac Diœceſis.

Sextum Clero Civitatis & Diœceſis.

Septimum ad Vaſallos Eccl. Harl. quæ, quia ejuſdem ferè tenoris, hic non damus.

Datæ tum & Regis nomine ad Senatum Harlemenſem per Albanum litteræ, ut ſecurè in Sedem Harlemenſem introduceretur novus Epiſcopus.

Litteræ hæ a Clariſſimo Viro, ex ea urbe mecum communicatæ vernaculæ, Latinæ a me redditæ, hujus ſunt tenoris:

CARI, DILECTI;

Albani pro ejus receptione ad Senatum Harl. litteræ;

CUM *Nic. Nova-terrano*, nuper Epiſcopatu Harl. ſe abdicanti, vacaret Sedes Harlemenſis, ad hanc Dominus noſter clementiſſimus Rex deſignavit Dominum *Godefridum à Mierlo*, Sac. Theol. Doctorem, & Ordinis FF. Prædicatorum nuper Provincialem, eamque deſignationem SS. Dominus Pontifex noſter ratam habuit, præfatumque D. *Godefridum* per litteras Apoſtolicas confirmavit, diſertè præcipiens, ut in realem & actualem dictæ Diœceſis poſſeſſionem immitteretur; hinc nos ſuæ Sanctitatis ac Regiæ Majeſtatis menti obſequendum, eidemque ſuffragandum rati, prætermittere nequivimus, quin vos horum redderemus memores, Regio nomine mandantes, ut dictum D. *Godefridum à Mierlo* in Epiſcopum, ac prænominati D. *Nicolai Nova-terrani* ſucceſſorem debitâ cum reverentiâ & obedientiâ recipiatis, obſequentes illi in omnibus, dignitatem ejus & Epiſcopalem adminiſtrationem concernentibus, ſuppetias, ut probos Chriſtianoſque decet ſubditos, cum opus fuerit, ei ferentes; libertatem denique ejus ac jura, quibus ſimiles ei Epiſcopi hactenus gaviſi ſunt, defendentes, nullâque in re deficientes. Cari, dilecti, Dominus Deus noſter vobis ſit propitius. Dabam Antverpiæ 7. Kal. Martii 1570.

Infrà habebatur

F. A. T.

Inferius VANDER AA.

Inſcriptio erat:

Caris & dilectis noſtris, Prætori, Conſulibus, & Scabinis Civitatis Harlemenſis.

Ducis Albani juſſa aliis mox litteris ad Harlemeos Regis nomine ſuffulſit *Bouſſuvius* Comes.

Litteræ ab eodem ſpectatiſſimo viro nobis ſuppeditatæ, a nobis e vernaculo in Latinum idioma verſæ, hæ erant:

Aliæ Boſſuvii Comitis.

COMES *Bouſſuvius*, Dominus in *Beury*, *Gameraiges*, *Blengii*, &c. Regius Præfectus, Belli Dux, Præſes interim ac Conſiliarius Senatus Regii per Hollandiæ & Friſiæ Provincias, ampliſſimis, prudentiſſimis, multùm dilectis Amicis.

Cùm beatiſſimus Pater, Pontifex Max. ratam habuerit Regiam electionem, quâ Dominum *Godefridum à Mierlo*, Sac. Theol. Doctorem, pridem Provincialem Inſtituti S. Dominici, deſignavit Harlemenſem Epiſcopum, ut palam eſt ex Apoſtolicis litteris tertio Nonas proximè ex Urbe

* *Ampzing. deſcript. Harl. p. 446.*

Urbe datis, de quibus certiores nos reddidit Dux *Albanus*, Regius Gubernator, ſupremuſque exercitus Imperator, ſimul jubens ut Antiſtiti huic validè ſuffragaremur in adeundâ dictæ Cathedræ Harlemenſis poſſeſſione, cunctiſque Sedi iſti annexis, aut in quocunque ope vel auxilio noſtro indiguerit.

Quanquam nullatenus ambigamus, quin id à Vobis rectè plenéque mandandum ſit executioni; attamen monemus, quin Regis nomine jubemus, præcipimuſque, ut memoratum *Godefridum à Mierlo* omni auxilio ſuffulciatis, quò voluntati cum ſupremi Pontificis, tum Regis Philippi, ſine aberratione pleniſſimè ſatisfiat.

Ampliſſimi, prudentiſſimi, multùm dilecti, Dominus Deus noſter Vobis ſit ſoſpes & propitius.

Dabam Hagæ-Comitum Kalendis Martii, Anno 1570. ſtylo Curiæ.

Signatum erat,

T. S. J. Woerden, *Not.*

Inſcripta erat epiſtola,

Ampliſſimis, prudentiſſimis, multùm dilectis, Prætori, Conſulibus & Senatui Civitatis Harlemenſis.

Conſules ac Senatus Harlemenſis, receptis binis hiſce litteris, Regio mandato parendum cenſentes, deſtinatum eis Antiſtitem prævio pacto admisêre, Tabulis hiſce ſignis teſtium ac tabellariorum conſignatis, quas ex authentico Tranſumpto hîc etiam prodimus.

Godefridus a Senatu Harl. pactâ ſtipulatione admiſſus;

CUM vacante Sede Harlemenſi, per nuperam ceſſionem Domini *Nicolai Nova-terrani*, ejus primi Epiſcopi, Dominus noſter clementiſſimus Rex, ad eandem occupandam deſignarit Reverendiſſimum Dominum, D. *Godefridum à Mierlo*, Sac. Theol. Doctorem, quondam Ordinis FF. Prædicatorum Provincialem, eamque deſignationem SS. Dominus Pius Quintus, Pont. Max. per Apoſtolicas litteras Romæ 11. Decembris proximè datas confirmaverit, de quibus ſingulis Conſules & Scabini Harlemenſes, Prætore Civitatis abſente, per binas epiſtolas (quarum una ab excellentiſſimo Domino, Duce Albano 23. Februarii noviſſimè lapſi, altera ab Hollandiæ ſupremâ Curiâ 1ª. currentis menſis Martii data) certiores redditi, mandato Regio jubebantur, Præfatum D. *Godefridum à Mierlo*, Epiſcopum ſuum, & Domini *Nicolai Nova-terrani* præfacti ſucceſſorem, cum omni reverentiâ & obedientiâ recipere, illique in capeſſendâ dictæ Diœceſis, omniumque ab eâ dependentium poſſeſſione auxiliarem manum præbere, quò menti cùm ſupremi Pontificis, tùm Philippi Regis plenè in omnibus ſatisfiat, eademque omnimodis effectum ſortiatur, prout & ipſe Reverendiſſimus Epiſcopus coram à dictis Conſulibus, in dictæ Sedis poſſeſſionem die craſtinâ immitti efflagitaverat. Hinc D. *Quirinus Theodori*, D. *Lambertus Rooſeveltius*, D. *Philippus Mathius*, Conſules Civitatis Harlemenſis, unà cum D. *Adriano Aſſendelſſio*, ejuſdem urbis Syndico, ſæpius nominatum Illuſtriſſimum Dominum, D. *Godefridum à Mierlo*, ad Cœnobium Regularium extrà urbis pomœria degentium acceſſêre, eidemque coram Tabellariis noſtris publicis hîc infraſcriptis declaravêre, ſe, ut bonos ſubditos, paratos eſſe ad perficienda in omnibus, atque exſecutioni mandanda Regia mandata, eâ lege, ut oppido, oppidanis, incolis, ac eorum cuilibet * ſalva omninò & illæſa maneant privilegia, jura, conſuetudines, uſus, quibus a primævis temporibus hucuſque ad Eccleſiam Parochialem ſpectantia, vel ab ea dependentia, ſemper gaviſi fuêre. Atque hæc omnia & ſingula præfatus Illuſtriſſimus Dominus inviolatè præſtanda dictis Conſulibus ſpopondit; addens, ſe civium & incolarum Civitatis Harlemenſis jura & privilegia aucturum potius, quam diminuturum: ac ſi quiſpiam contrà hæc quid umquam tentare præſumpſerit, ſe maximâ ſollicitudine & omnibus nervis ei interceſſurum. Hæc ferè orationis ſumma. De his omnibus præſcriptis dicti Conſules à nobis Tabellariis infrà nominatis petierunt exarari, ſibique tradi unum aut plura Inſtrumenta publica ſecundùm juſtam formam. Actum in Triclinio præfati Cœnobii 3. Martii Anno Domini 1570. ſtylo vulgari, præſentibus nobis *Adriano Steyvoortio*, & *Joanne Raetio Alberti*, Tabellariis ſc. publicis ad munus hoc exercendum à dictâ Curiâ admiſſis, Harlemi degentibus, atque à memoratis Conſulibus ad illud ſpecialiter requiſitis, & ſingulariter rogatis.

Inprimis, ut ſalva eis & illæſa ſint privilegia.

In teſſeram veritatis, nos Tabellarii ſuprà nominati conſueta ſigilla noſtra hîc affiximus, die & anno præfatis.

A. STEYVOORT, *Notarius.*

J. RAET, *Notarius.* 1571.

* *Idem ſuprà ſub Nicolai Nova-terr. receptionem cautum.*

GODE-

Digitized by Google



Illuſtriſsimus ac Reverendiſsimus Dominus
D. F. Godefridus a Mierlo.
Ordinis predicatorum ſecundus Harlemiorum
Epiſcopus. Abbas Egmondanus. Obyt 1587.

Godefr. Mierlonius, Brabantus,

* GODEFRIDUS A MIERLO, in *Mierlo* Kempiniæ non incelebri pago natus, cùm alibi, tùm Lovanii ſtudiorum causâ verſatus, ea in Academia Sac. Theologiæ operam dedit.

Dominicanus, & ejus Ordinis Ultraj. *Prior facundus,*

Inſtitutum S. Dominici apud Buſcumducis profeſſus, cum aliquot ibi annos religioſam vitam egiſſet, Prior Cœnobii Prædicatorum in urbe Ultrajectina deligitur. Illic ob eruditam, piamque facundiam *Georgii Egmondani*, Ultrajectini Epiſcopi, fit Eccleſiaſtes; *Facundiâ admodum inſignis*, ex ipſius Boxhornii *Theatri Holl.* p. 146. teſtimonio.

Georgii Egm. Eccleſiaſtes, deſignatus & conſecratus alter Harlemenſium Epiſcopus,

Ob agendi uſum, peritiam & prudentiam, Ordinis ſui Miniſter Provincialis eſt creatus. Qua dignitate in decimum tertium annum functus, ad Harlemenſium Cathedram deſignatur, & Dominica Septuageſimæ Anno 1571. Epiſcopus conſecratur. Poſt hæc ad ſponſam propenſus, maturavit, ſicut ei injunctum erat, ut eandem priſtino, ſi poſſet, ſplendori reſtitueret, atque *Heyloenſe* & *Geervlietanum* Collegia, juxtà Pontificiam Bullam transferret.

* *Suffridus in Append. ad Hedam, aliique.*

Tranſlatio *Geervlietani* Collegii Bullâ eadem ſic exprimitur:

juxta Rom. Pontificis,

QUAM quidem Collegiatam Eccleſiam *Geervlietenſem* in Hollandia dictæ Trajectenſis vel alterius Diœceſis *Capellam Regiam* nuncupatam in Putten, & quæ ſeu eorum aliqua forſan de Jure Patronatus præfati Regis exiſtunt, ejuſdem Eccleſiæ *Geervlietenſis* Decanatum & alias dignitates, Canonicatus & Præbendas, Perſonatus, adminiſtrationes & Officia, perpetuas Capellanias, ceteraque Beneficia & Officia Eccleſiaſtica cum omnibus & ſingulis ejuſdem, nec non dicti Monaſterii ſuppreſſi proprietatibus, bonis, juribus, juriſdictionibus & pertinentiis ſuis, exceptis Vicariis, Capellanis, ſupellectile & ornamentis ac aliis ad Curam animarum dictæ Eccleſiæ *Geervlietenſis* etiam Parochialis deputatis, ſeu per præfatos ſubdelegatos deputandis, ad præfatam Eccleſiam Harlemenſem, in qua dilecti filii Decanus & Capitulum Eccleſiæ *Geervlietenſis* & Canonici ſuppreſſi Monaſterii hujuſmodi poſthac quilibet videlicet in ſuis dignitate & ordine reſidere debeant, etiam perpetuo transferimus & in ipſa Eccleſia Harlemenſi: unum Archidiaconatum pro uno Archidiacono, qui talem juriſdictionem per totam Diœceſim Harlemenſem prædictam habeat poſt ceſſum vel deceſſum illius vel illorum qui nunc ſunt in ulla parte ejuſdem Diœceſis qualem Archidiaconus Eccleſiæ Trajectenſis in Diœceſi Trajectenſi habiturus eſt. Et unum Archipreſbyteratum civitatenſem pro uno Archipreſbytero civitatenſi nuncupando, qui curam Rectorum Parochialium, Eccleſiarum verbi Dei & Sacramentorum civitatis Harlemenſis & unam pœnitentiariam Diœceſanam nuncupandas dignitates inibi pro uno Pœnitentiario, qui curam conſcientiarum populi per Diœceſim univerſam Harlemenſem ſpecialiter habeant, nec non ex pinguioris proventus Capellaniis ad dictam Eccleſiam Harlemenſem tranſlatis, quot Epiſcopo Harlemenſi viſum fuerit expedire in Canonicatus & Præbendas ejuſdem Eccleſiæ Harlemenſis pro illas nunc obtinentibus & totidem aliis futuris Canonicis, jure tamen ordinariis Collatoribus, nec non Patronis etiam laicis ſi qui ſunt præſentandi vel conferendi; aut aliàs diſponendi, ſalvo & illæſo quoad dictas Capellanias remanente, ac tot alios Canonicatus & Præbendas quot Canonici dicti Monaſterii ſuppreſſi ad eandem Eccleſiam Harlemenſem tranſlati exiſtunt, quotque ex ejuſdem Monaſterii ſuppreſſi proventibus ad æquivalentis fructuum Canonicatuum & Præbendarum dictæ Eccleſiæ *Geervlietenſis* creari poſſunt erigimus & inſtituimus ac Canonicatibus & Præbendis pro Canonicis Monaſterii ſuppreſſi, aliiſque de ejus bonis erectis pro eorum dote bona proprietates & proventus hujuſmodi etiam perpetuo applicamus & appropriamus, &c.

Dominicâ igitur Quadrageſimæ ſubſequenti, ex Cœnobio *Heyloenſi* cum aſſignatis ſibi Canonicis, à Cœnobitica vita exemptis, in Cathedram ſuam magnâ pompâ introducitur.

& Regis mandata Cathedrâm adit;

Heyloenſes menſe Martio ab *Albano* litteras acceperant, Antverpiâ datas XXIII. Febr. quibus jubebantur in proximum Paſcha ſe cum domicilio in Cathedralem Eccleſiam transferre, ex toto ibi manſuri. Dein Kalendis Maji Canonici *Heyloenſes* & *Geervlietenſes* omnes, tanquam primi Cathedrales Domini (*Dombeeren* dicti ex Chronico *Heyloënſi* MS.) unà cum Epiſcopo tanquam capite, & ſupremo Canonico in Cathedralem Eccleſiam ſolemniſſimè introducti, illic reſidere aggreſſi ſunt.

& aſſumptis ſecum ex *Heyloenſi* Cœnobio ac *Geervlietenſi* Collegio Canonicis deſidere aggreditur.

Epiſcopus hic *Præbendam* ex Heyloënſi Monaſterio habuit; atque hinc, ut idem notat MS. Chronicon, ex Cœnobio iſto ſolemniter ad Cathedram ſuam proceſſit.

Numerantur verò tranſlati ex *Heyloënſi* Cœnobio Canonici,

I. Ampliſſ. *D. Saſſius*, Prior creatus Præpoſitus.
II. *Petrus a Bergen.*
III. *Rochus de la Canchie.*
IV. *D. Alſtenus Bloemert.*
V. *D. Nicolaus Heuſſen.*
VI. *D. Joannes Crimperus.*

Laici ad Egmondanam Abbatiam tranſlati, S. *Benedicti* Inſtitutum amplexi ſunt;

Ex *Geervlietenſi* Capitulo hi numerantur;

I. Ampl. *D. Georgius Leſtanier*, Decanus Geervlietenſis.
II. *D. Joannes Dentieres.*
III. *Adrianus Buſſelaer.*
IV. *D. Paulus Botius.*
V. *D. Sebaſtianus Dural.*
VI. *D. Ludovicus de la Vie.*

Præter hos, in Canonicum *graduatum* adſumptus *Hieronymus Vairlenius*, qui & *Godefridi* Epiſcopi Vicarius & *Officialis* deſignatus.

Præpoſituræ Weſt-Friſ. poſſeſſionem adit Hornæ,

Poſteà Hornam ſe contulit *Godefridus* Antiſtes Harlemenſis, ut *Præpoſituræ* ac Decanatûs *Weſt-Friſiæ* poſſeſſionem iniret. Metropolitanum Ultrajecti Capitulum dignitatem hanc ad hæc uſque tempora contulit, quod & ordinariam juriſdictionem, exceptis *Pontificalibus*, illic perpetuò exercuit. Sed dignitas ea pleniſſimo jure, ex Pii V. Diplomate, in Epiſcopum Harlemenſem tranſlata. Epiſcopus *Mierlo* igitur convocato ad ſe Clero, & Senatui Hornano data ſibi a Rege & Pontifice Rom. mandata exhibuit, Quibus perſpectis, reverenter ſuſceptus, introductus, atque ſolemniter inauguratus, Epiſcopalia munia in Hornana primaria Eccleſia obiit: & quoad illic degit, Cleri oppidanorumque impenſis, pro muneris ampliſſimi dignitate feſtivè exceptus fuit, ut *Amezangius* ſcribit, hujus oculatus teſtis in actis *Godefridi* Epiſcopi.

ubi ſacra in primaria Eccleſia peragit:

Kennemariæ Decanum priſtino amoto ſtatuit.

Peractâ inauguratione, Harlemum reverſus, confeſtim, ut mandatis Apoſtolicis faceret ſatis, Decanum *Kennemariæ*, a Trajectenſi de priſtino more Archidiacono conſtitutum, amovit, amotumque, ſuo demùm nomine aſſumptum, Decanum *Kennemariæ* conſtituit; vel, ut habet *Amerangius*, *Godefridi* Epiſcopi actuarius, *per Epiſcopum Harlemenſem continuatus eſt*, *poſtquam dicto Reverendiſſimo de officii ſui adminiſtratione plenam & legalem reddidiſſet rationem*, &c.

Synodum Harlemi habet.

Anno 1571. Kalend. Octobris celebrata Harlemi a *Godefrido* Epiſcopo Synodus, in qua feliciter peractum & ad finem deductum eſt, quod orti ob Religionem motus hactenus diſtulerant; receptum nimirùm a cunctis Tridentinum Concilium, conſtitutique examinatores, qui inquirerent in promovendos ad beneficia Curata: deſignati inſuper quidam, quibus cauſæ Apoſtolicæ delegentur, nimirùm,

D. Georgius Leſtanier, *D. Jacobus Saſſius*, *D. Adr. Buſſelaer*, & *D. Alſtenus Bloemert.*

Poſt

Digitized by Google

Poſt alia laudabilia Statuta, in concubinarios, ut vidimus, animadverſum eſt, &c.

Senatum Eccleſiaſt. inſtituit.

Mox ad Cathedr. Eccleſiæ dignitates conferendas procedit *Godefridus* Harlemenſis Epiſcopus; Præpoſitum creat, *Heyloenſem* Priorem: Decanum, *Geervlietenſem* hactenus Decanum; pro munere quod geſſerant, juxtà Pii Pontificis mentem, dignitatem obtenturi. Itaque *Jacobus Saſſius*, Cathedr. Eccl. Harl. Præpoſitus, & *Georgius Leſtanier*, Decanus Harl. ex Apoſtolico mandato, & Epiſcopi Harl. deſignatione proclamantur. Tertia, *Pœnitentiarii* ſc. dignitas, *Hieronymo Vairlenio*, Harl. Epiſcopi, ut jam dictum eſt, Vicario atque *Officiali* delata fuit. Obiit interim hoc anno D. *Joannes Crimperus*, ex *Heyloenſis* Cœnobii Can. Regulari, creatus Canonicus Harlemenſis.

Sacra loca expurget & corrigat.

Eodem anno, die xi. Julii *Albanus* Epiſcopo Harl. per litteras mandat, ut juxtà Trid. Concilii Decreta, ſacra quævis loca, inter cætera, *Hoſpitalia* viſitet, expurget, & in quibus deficiunt, corrigat; eique Regio nomine auxilium ſpondet.

Orti motus compreſſi.

Anno 1572. *Godefridus* Harl. Epiſcopus tranquillè cum Capitulo ſuo reſedit menſes aliquot, Ac licet die 30. Aprilis motus quidam juſſu *Sonoi*, Borealis Holl. Præfecti, circà Harlemum orti ſint, anteſignanis *Gerardo Brederodio*, Presbytero Apoſt. & *Joanne Coltermannio*, ab Auriaco ad Senatum Harl. miſſi; ii tamen 3. Julii ſequenti ex conventione, quam refert *Ampzinghius* pag. 166. compreſſi: eâ ſtipulatus fuerat Clerus, *ut eorum perſonæ & patrimonia ab omni violatione immunia haberentur: nec ulli, niſi juris ordine anteà cuſtodito, noxa eveniret; ita ut Eccleſiaſtici omni incommodo ſepoſito ſua Aſceteria colerent*, &c.

Obſidio urbis per Hiſpanos graviſſima;

Secuta dein 9. Decembris Harlemeorum per *Fredericum Toletanum*, Albani filium, ſex menſium obſidio graviſſima, quam deſcriptam habes in *Schrevelii* Harlemo, Ampzingii *Deſcript. Harlem.* & in Boxhornii *Theat. Holl.* pag. 146. &c.

primores Cleri oppidanis egregiè conſulunt.

Subſequenti anno, menſis Julii die 13. ſtylo veteri, Regii urbem fame exhauſtam occupant. Mirum * quantùm boni & Decanus Harlemenſis in caſtris, & Vicarius *Vairlenius* è civitate ad caſtra prodiens, & cæteri Eccleſiaſtici Ordinis oppidanis tùm contulerint.

Sacrorum eis prima cura,

Capta urbe prima, inquit *Theod. Schrevelius* Harl. pag. 103. *ſacrorum cura fuit*. Ingreſſus cum ſolemni ſupplicatione tum factus in Begghinaſii, necdum tum violatam Eccleſiam. v. *Auguſti Templum D. Bavoni ſacrum expiarunt*, inquit idem, *& ſacrarunt per Epiſcopum Amerledum, qui Sacrum coram Toletano peregit, poſt recitatum Evangelium, ad ſervandas Eccleſiæ Catholicæ immunitates accepto Sacramento.*

Ex veteri Charta *Godefridus Mierlo*, iti die aſſumptionis Divæ Virginis Ao 1573. reconciliavit denuò Eccleſiam Cath Harlemi, & ſummum altare & Cœmeterium. Habuit & tum concionem ſuper hæc verba Pſ. 25. *Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.* Erat tum dies Sabbati, ordinatumque ut poſthac dedicatio habeatur Dominica poſt dictam Aſſumptionem.

Eccleſia, &c. expiata, & concio habita.

Sub hæc è vivis excedit, menſe, ut opinio eſt, Julii, D. *Petrus a Bergen*, ex *Heyloenſi* Can. Reg. Harlemenſis Canonicus, humi mandatus in primariæ Eccleſiæ adyto.

* *Monument. Eccl. Harl.*

D. Sebaſtianus, Dural, & *D. Ludovicus de la Vie*, Geervlietenſes pridem Canonici, ſub idem tempus vitâ exceſsêre, xx. ſc. Nov.

Harl. Capituli Statuta lata.

Tandem & Harlemenſis Capituli Statuta lata & præſcripta, Ann. 1573. xxv. Nov. Epiſcopi ſigillo munita, à *Saſſio* Præpoſito, & à *Joanne Dentieres*, Capituli tum ſeniore; ſubſcripta, ab omnibus recepta ſunt.

Leges Scholaribus, inprimis circa lectionem Evangeliorum præſcriptæ.

[a] Leges Scholarum ac docendorum librorum publico Edicto, tum quoque ſanxit Epiſcopus.

Inter libros hos, recenſentur Evangelia & Epiſtolæ per annum in Eccleſia ordinatæ.

Capitulum ſolemniter tum reſedit in Cathedrali Eccleſia, & in ea dignitates vigore Bullæ Apoſt. ac Statutorum conſcriptorum collatæ, deſignantur ac promulgantur. Præſentes erant,

Capitulum Harlemi ſolemniter ſedet,

Jacobus Saſſius, Præpoſitus ac Archidiaconus.

Georgius Leſtanier, Decanus & Archipresbyter.

Hieronymus Vairlenius, Pœnitentiarius, & Scholaſticus, &c.

ac in demortuorum locum alii adſciti.

Verùm paulò poſt erepto ex hac vita *Leſtanier*, ex *Geervlietenſi* Decanus Harl. aliiſque, novi in defunctorum locum creantur.

In Decani locum aſſumitur,

D. Simon Ganſius, Juris Utr. Lic.

Domino *Petro a Bergen* ſuccedit,

D. Jacobus Wybe, S. T. L. immiſſus in poſſeſſionem eo anno, die 19. Octob.

[b] *D. Guilielmus Aſſendelphius*, J. U. L. ad *affectatam Præbendam* Juris-Conſultorum aſſumitur Anno 1576.

Inſtituit enim *Godefridus* Epiſcopus *Præbendas* xxi. Unam perpetuò Epiſcopali unitam, alias novem perſonis *Graduatis*, reliquas inferioris gradûs viris conferendas.

Annua ſupplicatio ordinatur.

Anno 1574. * *Godefridus* Epiſcopus ſolemnem ſupplicationem annuam in gratiarum actionem liberatæ civitatis inſtituit; ad quam *Jacobus Wybe* jam dictus ſummum Sacrum decantat, Epiſcopus SS. Sacramentum publicè portat.

Interim ex denominatione ad *Præbendam* Harl. adſpirat *D. Petrus à Fine*, *Lyrepius*, Sac. Theol. Doctor, qui mox ad eandem adſumitur.

Obiit hoc anno * *D. Joannes Dentieres*, ſenior Canonicus, & Vice-Decanus. * al. Anno 1578.

Anno 1575. *Hieronymus Vairlenius*, *Officialis* munere defungitur, manens interim Epiſcopi Vicarius.

In ejus locum ſurrogatur *D. Simon Ganſius*, Juris-Conſultus.

Inita inter Geervliet. & Heyloënſis concordia.

[c] Eodem anno, cùm *Heyloënſes* & *Geervlietenſes* diſtinctis *Præbendis* hactenus vixiſſent, nec inter ſe de fructuum communicatione convenirent, inito per Canonicos compromiſſo, res ad æqualitatem redacta eſt, ut patet ex litteris Concordiæ datis xxx. Martii Ann. 1575.

Grave urbis incendium.

Anno 1576. 3. Oct. quinta pars Harlemenſis civitatis igne eſt abſumpta, Walonum (Schrevelius ait Germanorum) militum, ignem non ſervantium, incuriâ. ‡ "Incenſa, inquit idem, & "in cineres redacta circiter ædificia 500. præter "Fana, Monaſteria, Gerotrophia, Templa; "quippe S. *Eliſabethæ* Gerotrophium, S. *Gangulphi* templum, & in proximo S. *Martini*, & "Virginum Diſcalceatarum Cœnobium."

D. Guilielmus Copallius, Sac. Theol. primùm Licentiatus, ut perhibent patentes ejus litteræ omnes, dein & titulo Doctoris *Decretorum* inſignitus, ad Præbendam *Graduatam* aſſumitur,

[a] *Monum. Eccl. Harl.* [b] *Ead. Monum.*
* Ampzingius 1513. [c] *Ead. Monum.*
‡ T. Schrev. *Harl.* pag. 112.

ut notat *Jacobus Wybe* in ſuo Diario; die v. Nov. in poſſeſſionem immiſſus.

In Zelandiam ob cauſam Religionis evocatur.

Anno 1577. die 7. Jan. Comitiis habita in Zelandia ad Gandenſis pacti receptionem. Illuc a Conſule *Neſſio*, cum rei Catholicæ intereſſet, evocatur *Godefridus* Harl. Epiſcopus, ubi tandem Harlemenſis *Satisfactio* cuſa, *Veriæ* in Zelandia conſignatur 22. Januarii anni præſentis.

Eccleſiam D. Virginis Harl. ex pacto cedit.

Indè Kalendis Martii, Calvino-reformatis Eccleſiam D. Virginis cedere cogitur Epiſcopus, in qua die Dominico proximo 24. Martii habita prima concio, perorante [a] *Thoma Tbilio*, ex Abbate S. *Bernardi* ad Scaldim propè Antverpiam, Miniſtro Acath. Delphis miſſo; a quo & 7. Aprilis, ipſo Paſchatis feſto, cœna Calviniano ritu adminiſtrata.

Petrus a Fine, Lyrop. Decanus creatur;

Anno 1578. (licet id alii ad autumnum anni præcedentis referant) *D. Lyropius* creatur *Capituli* Harl. Decanus [b], & ſolemniter in dignitatem ſuam introductus, convivium Collegis ſuis in ſupremo Cathedralis turris faſtigio inſtituit. Sedebant tum Harlemi ſequentes Canonici;

ſedentes tum cum ipſo Canonici.

Reverend.ſſimus D. *Godefridus Mierlo*, S.T.D. Epic. Harl.
Jac. Zaffius, Præpoſitus.
Petrus à Fine, Lyropius, Decanus, S. T. D.
Hieron. Vairlenius, Pœnit. S. T. L.
Adr. Buſſelaer.
Alſtenus Bloemert.
Jac. Wybe, S. T. L.
Guil. Copallius, Decret. Doctor, & S. T. L.
Arnoldus de Ram.
Rochus de la Canchie.
Nicolaus Heuſſen.
Simon Ganſius, J. U. L.
Guil. Aſſendelſius, J. U. L.
Paulus Botius.

[c] Porrò numerus Canonicorum nunquam quatuor denario major deprehendi potuit, nec ex ſcriptis, neque ex oculatis teſtibus.

Res Catholicorum Harl. deſluunt.

A *Satisfactione*, ſeu pacto Harlemenſi ſerena lux Harlemo viſa fuerat ordiri. At vix trimeſtre effluxerat, quin dolores ſubiti in eam irruerint: ipſo enim feſto SS. Sacramenti Anni 1578. quæ tunc in diem 29. Maji incidebat, urbe Auranglæ Principis copiis deditâ, ſæviſſima ſtrages in Cathedrali Eccleſia edita eſt, a Scriptoribus noſtratibus [d] *Nona Harlemenſis* dicta, eò quòd ſub verſum illum *Nonarum*, JUSTUS ES DOMINE, ET RECTUM JUDICIUM TUUM, proruptio in Eccleſiam iſtam, ejuſque Myſtas ea die facta fuerit.

Fit irruptio in Eccleſiam,

Cæſis aliis, *Epiſcopus Godefridus à Mierlo*, inquit Theod. Schrevelius, *qui eo tempore adhuc concionem habuerat, miraculosè ſervatus à quæſitore, ſeu latrunculatore in cella ſubterranea; cui cum aliis militibus fidis ſibi, circiter L. Florenos pro honorario dedit, pretium redemptionis.* Dec. die IV. violata templa Harlemi omnia, ac Monaſteria diruta.

vix eadem evadente Antiſtite.

Fugâ feliciter elapſus *Godefridus* Epiſcopus, *Bonnam*, dein Monaſterium apud Weſtphalos ſe "recepit, [e] relicto Harlemi Vicario ſuo *Vairlenio*, "& poſtmodùm conſtituto Sedis vacantis novo "Vicario, cùm *Nicolaus Heuſſen* ſub finem hujus "anni diem clauderet extremum."

Profugus inde, inſtabilis,

Ipſe Monaſterii moratus, & tenuiter vivens, Epiſcopi iſtius tantiſper egit Suffraganeum. Anno 1587. Daventriam evocatus, illuc IV. Idus Junii adventans, Eccleſiam Cathedralem vacantem & violatam luſtricis ceremoniis expiavit, nutantem religionem verbo & exemplo ſuffulſit, fideles S. Spiritûs ſignaculo muniit, atque in religioſis hiſce exercitationibus vitam ibidem finiit, anni ejuſdem die 28 Julii, in Choro Cathedralis S. *Lebuini* Eccleſiæ humatus, poſtquam balſamo conditum corpus illic plures dies ſolemniter expoſitum, ſummâ reverentiâ a populo fuiſſet frequentatum.

& demùm Daventriæ degens moritur,

ac in D. Lebuini conditur;

Nullum ei poſitum ibi Epitaphium, ſed Epitaphii vice hoc à *Petr. Opmeero* † celebratus eſt Elogio;

ab Opmeero celebratus epitaphii vice,

GODEFRIDUS A MIERLO,
RARÆ DOCTRINÆ, ADMIRANDÆ
MANSUETUDINIS, AC HUMANITATIS ANTISTES.

condito ante teſtamento,

Antè mortem teſtamentum *Bonnæ* condidit 3. Sept. Ann. 1581. deſtinato ad illud executioni mandandum, per ſpeciale inſtrumentum propriâ manu exaratum, cujus autographum tenemus, *Henrico Berchcick*, Conventûs Colon. Priore. Illud datum *Bat. Sacr.* part. 2. p. 315.

& ſancitis ſtatutis.

Statuta Synodi Diœceſanæ juſſu & ex Mandato Reverendiſſimi Domini D. *Godefridi a Mierlo*, Epiſcopi Harlemenſis, Harlemi publicata, Anno Domini 1571. poſtridie Kalendas Octobris, *Bat. Sacr.* p. 315. quoque data.

Abſoluta amborum Harl. Antiſtitum deſcriptione, & recenſitis pag. 14. Primariæ Eccleſiæ Paſtoribus ſeu *Præpoſitis*, ad *Sacellanos* ejus Eccleſiæ *Curatos* properamus; daturos eoſdem eâ ſerie quâ ſibi invicem, non habitationis loco, ſed Sacellanatûs Officio ſucceſſerunt.

Sacellanorum Curatorum ſeries.

Tempore adhuc Cath. viguit,
GASPARUS JOANNIS.
JOANNES THEODORI STEKELWERF, obiit 7. Oct. 1605.
1612. NICOLAUS NOMIUS, obiit 21. Oct. 1626.
1626. JOANNES BEENIUS, reſignavit 2. Sept. 1633.
1633. 24. Sept. JOANNES ALBERTUS BANNIUS, obiit 27. Jul. 1644.
CORNELIUS CATZIUS, obiit 3 Jan. 1671.
JOSEPHUS COUSEBANT, obiit 12. April. 1695.
1694. CORNELIUS VANDER COOGEN, adhuc in vivis.
1555. FRANCISCUS ALARDI TEFFELEN, ad Ann. 1571. *
1563. 2. Sept. GASPARUS PETRI STOLWYCK, obiit Maji 1601.
1701. 15. Sept. FRANCISCUS LISSIUS, obiit 29. Apr. 1621.
1621. 27. Maji, JOANNES SPOORWATER, obiit 13 Nov. 1623.
1624. 21. Aug. AUGUSTINUS ALSTENUS BLOEMERT, qui reſignavit, factus Paſtor, & obiit . . 1645.
1645. GUILIELMUS VAN DE ZANDE, obiit 12. Oct. 1652.
THEODORUS BLOCKHOVEN, reſignavit, creatus Lovanii Præſes Collegii S. *Pulcheriæ*,

[a] De *Th. Tilio*, vide *Coſteri* lib. Controv. contra Rotterod. Miniſt. P. R. [b] *Monum. Eccl. Harl.* [c] *Ead. Monum.*

[d] Officium ad *Nonam* ante meridiem cantatum, patet ex dicendis infrà, ubi occiſus ante meridiem dicitur *P. Bullingus*, cujus judicio Epiſc. *Mierlonius* multum tribuebat.

[e] *Monum. Eccl. Harl.*

† *P. Opmeer. l. 1. Mart. Gorc. Dec. 2.*

* Hic eo anno fuit *Godefridi a Mierlo*, Harl. Epiſc. *Examinator Synodalis*, ex *Bat. Sac. part. 2. p. 316.*

VIN-

VINCENTIUS PALESTEYN, obiit 9. Apr. 1700.

1700. STEPHANUS VANDE WERVE.

Tempore Cathol.

MARTINUS FLORENTII.

PETRUS JOANNIS CODDIUS, obiit .. 1610.

1610. 15. Oct. THEODORUS DEYMAN, obiit . 1614.

1614. GERARDUS DE WITTE, reſignavit 6. Jul. 1624.

1625. 25. Jun. J. VANDER MY, abdicavit 12. Oct. 1626.

1627. 5. Febr. JOANNES BANNIUS, obiit 10. Sept. 1636.

THEODORUS WYHE, obiit 28. Oct. 1636.

D. *Theodorus Wybe* poſſeſſor fuit *Vicariæ* aut *Capellaniæ* in Parochiali Eccleſia Harlemenſi, in Sacello S. *Nicolai*, fundatæ per *Hugonem Bertrandi*, & *Catharinam* uxorem ejus, ut patet ex litteris fundationis, die Mercurii poſt S. *Odulphum* Confeſſorem Ao. 1313. & litteris confirmationis ſcriptis Dominica poſt S. Joannem Baptiſtam ejuſdem anni, ex collatione *Arnoldi*, *Arnoldi* fil. *van Veen*, Ao. 1634.

Eſt penes me Epiſtola ejus Latina, Harlemo ad Conſultiſſ. Dnum ac Mrum *Adrianum Burchtium*, Ultrajectum Miſſa 2. Oct. 1602. ad cujus finem hæc adjicit:

" Capto Domino * Vicario Harlemenſi, ferè " omnes fuimus proditores, nunc ſpurci. Utrum- " que falſum. Optimè proinde Concil. Trident. " hæret. non eſſe habendam fidem ſtatuit: bo- " nam autem fidem ipſis datam non ſervandam, " prout ipſi falsò interpretantur, minimè."

Ao. 1619. 27. April. adhuc in vivis erat, ex quodam tranſactionis, cui eo anno ſubſcripſit, inſtrumento.

CORNELIUS HASSÆUS, obiit 22. Jan. 1643.

CORNELIUS HEYNIUS, obiit 17. Aug. 1647.

PETRUS VANDER WIELE, obiit 6. Sept. 1666.

1666. 1. Oct. Prænob. Dnus JOSEPHUS DE KIES VAN WISSEN, obiit 26. Nov. 1677.

1677. PETRUS BRAEMS, reſignavit, obiit 12. Nov. 1693.

1693. 12. Feb. PETRUS LOBS, Sac. Theol. Bacc.

Tempore Cath.

1558. NICOLAUS PETRI WATERSCHIP, ad Ann. 1571. †

CORNELIUS HAGIUS, ſive *Utenhage*, obiit 1574.

CORNELIUS SASSEMIUS, obiit Oct. 1618.

1619. 17. April. JOANNES BUGGÆUS, obiit 9. Sept. 1636.

GEORGIUS VAN CAMPEN, obiit 15. Oct. 1637.

PETRUS VANDE WEYDE, obiit 29. April. 1666.

THEODORUS VAN GROENHOUT, reſignavit.

GERARDUS DE JONGH, obiit 19. Jan. 1681.

ANTON. CAUFMAN, Juliac. reſignavit.

* *Adalberto Eggio*, de quo alibi.

† Eo anno is quoque fuit *Examinat. Synodal.*

HENDRICUS VAN ECK, reſignavit.

ARNOLDUS BOOT, S. T. B. hodiè adhuc in vivis.

Emphyteuſis in uſum Vice-Curati Harl. fundata per præn. Dnam *Chriſtinam van den Maern*, *Alberti Aſſendelphii* viduam, juxta haſce Tabulas vernaculas:

WY *Andries van Foreeſt* ende *Gerit Adamſz.* Schepenen in Haerlem, oirconden dat voir ons quaemen, Joffrou *Kerſtine van den Maern*, *Aelbrechts* wedue van *Aſſendelft*, ende Meeſter *Huge van Aſſendelft*, haer zoon, Prieſter, Canonick te Hove in den Haghe, met *Claes van Waterlants* hant, haers beyder gecoren voochts, ende geliden dat ſi gegeven, opgedraegen ende quytgeſchouden hebben tot eene vryen eygendom der Cure van den Parochikercke binnen der ſtede voirſz. vyfthien Schellingen goet gelts tsjaers pacht, die zy luyden ſtaende hadden op ten huyſe mitten erve toebehorende Meeſter *Cornelis Viſſcher* Cyrurghyn, liggende ende ſtaende aent Zandt tuſchen *Lysbet Coman*, *Diricks* wedue an d'een zyde, *Dirrick Janſz.* die Hoedemaeckers huys an d'ander zyde, afterwaerts ſtreckende an *Jan Janſz.* Paſteybacker op te Beeck; Behoudelick dat die Vice-Cureyt van der ſelver inder tyt weſende, gehouden ende verbonden ſal zyn ten ewighen daeghen de Jaerſang ende Graefſang van *Albrecht van Aſſendelft*, Joffrou *Kerſtyn* zyn huysvrouwe, ende Meeſter *Huge van Aſſendelft*, haer zoon voirſz. daer voeren te doen of te doen doen. Ende oyck voir alſulcke ellef ſchellinghen, ſtaende op *Willem Maertſz.* huys die Brouwer in de Pueſelerſtege, die tot anderen tyden die zelve Cure opgedraegen zyn om ewige Jaerſang te hebben als voirſz. is. In oirconden deſen brieve beſegelt met onſen ſegelen int jaer ons Heren 1508. op ten twaelfſten dach in Julio. Emphyteuſis eorum uſui fundata.

Sequitur nunc ſeries Canonicorum Harlemenſium, quotquot hactenus ex Harl. Eccl. Monumentis invenire mihi licuit.

Electi. *Defuncti.*

Omnes ex † *Geervlietenſi* Capitulo.

Georgius Leſtanier, Decanus anteà Geervlietenſis, . . 1573. Canonicorum Harl. ſeries.

Joannes Dentieres, qui ut ſenior Canon. & Decanus ſubſcripſit Statutis *Godefr. a Mierlo*, . . obiit 1573.

Sebaſtianus Duval,

Ludovicus de la Vié,

Adr. Buſſelaer,

Paulus Botius,

Hi Anno 1575. 30. Mart. ſubſcripsêre Concordiæ inter Geervlietenſes & Heyloënſes initæ.

Jacobus Zaffius, primus Præpoſitus, 28. Jan. . . . . 1618.

Hieronymus Vairlenius, Pœnitentiarius, 18. Aug. . . . 1586.

De la Canchie,

J. Adr. Buſſelaer, . . . 1615.

Nicolaus Heuſſen, . . 1580.

Aiſtenus Bloemert, . . 1609.

Paulus Botius, . . . 1612.

† De *Geervliet*, vide ſupra p. 336. &c.

Electi. *Defuncti.*

Simon Ganſius, . . 1585.
Jacobus Wybe, . . 1582.
Arn. Ram,

Guilielmus Coöpallius, S.T.L. & *Decret.* ab A. 1587 *. I. Vic. Gen. Sedis vacantis, 1599.
1589. *Adelbertus Eggius*, S.T.L. †, ſecundus Vic Gen. Sedis vacantis, 18. Jul. 1610.
Wilhelmus Aſſendelphius, J. U. L. 1611. Vice-Decanus, . . 1615.
Petrus à Fine * *Lyropius* ‡, S.T.D. 1611. Decanus, Lovanii obiit 1617.

* al. vanden Enden.

1606. *Theodoricus Deyman*, antè Paſtor in Slooten,
1606. *Cornelius Saſſemius*,
Sybrandus Sixtius, ab Ao. 1615. tertius Vic. Gen. S.V. & ab Aº. 1618 etiam Præpoſitus, . 9. Jan. 1631.
1611. *Florentius ab Alkemade*, S. T. L. 14 Julii 1643.
Nicolaus Nemius, S. T. L. Decanus in locum *Petri à Fine*, qui reſignarat, obiit 1626.
Franciſcus Teylingius,
Auguſtinus Wolfius, S.T.L. Paſtor & Archipresb. Enchuſanus, 19. Octob. 1635.
Wilhelmus Crucius, S. T. L. Sept.
Anno 1612. a *Jac. Saſſio* ſubſtitutus *Simoni Ganſio*, . 24. Dec. 1624.

Hi duo A. 1617. inter Canonicos comparuerunt & numerati ſunt.

Quirinus Coſterus, S.T.L. 25. Julii 1632.
Joannes Vonkius, deinde S. J. Gandavi, 1633.
1618. 23. Apr. *Joannes Buggæus*, Pœnitentiarius & Scholaſter, 9. Sept. 1636.
Georgius van Campen, 15. Oct. 1637.
Joannes Bannius, J. C. L. 10. Sept. 1636.
Judocus Catzius, Decanus ab Aº. 1628. 12. Jan. 1641.
Joannes Albertus Bannius, J.U.D. 27. Julii 1644.
Nicolaus Verwerus, . 13. Oct. 1647.
Gerardus Eenhuſius, Paſtor & Archipresbyter Hornanus, 25. Nov. 1647.
Petrus Isbrandi, . 17. Nov. 1650.
Gerardus Braeſſemius, S.T.L. 17. Oct. 1652.
Leonardus Marius, S. T. D. quartus Vic. Gen. Sedis vacantis, 18. Oct. 1652.
Joannes Caſtrus, S. T. L. Paſtor & Archipresbyter Alcmariæ, 17 Julii 1656.
1631. *Auguſtinus Alſtenus Bloemert*, 14. Nov. 1659.
Guilielmus Coöpallius, Archidiaconus, 5. Oct. 1661.
Andreas van der Cruyſſen, Archipreſbyter Amſtelandiæ, 29. Apr. 1663.
Balduinus Catzius, S.T.L. quintus Vic. Gen. S. Vac. ac deinde Archiep. Philippenſis, . . 18. Maji 1663.
1660. *Eylardus ab Alma*, S.T.B.F. 2. Jan. 1664.
Judocus Verkampen, S.T.L. Archipresbyter Alcmarianus, 15. Nov. 1664.
Petrus vander Wiel, 6. Dec. 1666.
Lambertus Hofman, 9. Oct. 1665.
Joannes Braeſſemius, 3. Junii 1667.
Arnoldus Cuyſten, S.T.B. Archipresbyter Alcmarianus, 4. Dec. 1667.
Joannes Stenius, Archipresbyter Waterlandiæ, . 24. Sept. 1669.

* Electus a vet. Canonicis ſub obitum Rmi D. a Mierlo, Harlemi reſidentibus, juxtà Annot. J. *Buggæi* MS.

† Eodem die juxta eadem Annot. inſtitutus *Johannes Nemius*, S. T L. Paſtor Enchuſanus.

‡ Male a *Nyerop* Holl. Bor. pago, *Nyeropius*; rectè *Lyropius*, a *Lyrop* Pelandiæ pago, de quo vide *I. Bapt. Gramayum* ſub *Peland.* c. 3. p. 21.

Electi. *Defuncti.*

Cornelius Catzius, J.U.D. Decanus, & ſextus Vic. Gen. S. Vac. poſt fratrem, . 3. Jan. 1671.
1668. *Adamus Petri*, Archipresbyter Enchuſanus, . 27. Aug. 1671.
Henricus Bleſſius, S. T. D. Archipresbyter Amſtelandiæ, 8. Apr. 1673.
1668. *Cornelius Keesman*, S. T. L. Archipresbyter Alcmarianus, 30. Sept. 1680.
Joannes Wandelman, S.T.B.F. 17. Junii 1686.
Bartholomeus van Velden, 21. Julii 1691.
Joannes de Groot, S.T.B.F. Archipresbyter Kennemariæ, 6 Nov. 1692.
Juſtus Modersbon, S.T.B.F. 8 Jan. 1693.
Guilielmus Beyer,
Joſephus Conſebaut, S.T.D. Decanus & Vic. Harl. . 12. Apr. 1695.
David vander Mey, J.U.D. Archipresbyter Amſtelandiæ, 11. Nov. 1700.
Wilhelmus Schep, S. T. L. quondam Vic. Harl. . 12. Maji 1702.
Lambertus Schaep, 10. Apr. 1708.
Martinus de Swaen, S.T.D. Decanus & Vic. Gen. Harl. Archipresbyter Kennemariæ, 30. Martii 1713.
1666. *Theodorus van Groenhout*, Cap. Harl. & Diœc. Leov. Vic. &c. 7. Febr. 1716.
Theodorus de Viſſcher, Archipresbyter Noord-Holl. & Drechterlandiæ. 6. Maji 1715.
Nicolaus van der Meer.
Cornelius vander Coogen.
Simon Coetenburgh, S.T B.F. Archipresbyter Amſtelandiæ, 10. Maji 1712.
Franciſcus van Groenhout, S.T.B.F. 1714. ſub init. Oct.
Jacobus t'Zel, S. T L.
Cornelius Franciſcus Krys, S.T.L.

Eorum qui ſubindè electi ſunt, non accurata mihi eſt notitia.

Aliorum ortus, ſtudia, dotes, geſta, ac ſcripta fusè data in *Bat. Sac.* a pag. 317. ad 337.

Ut ad templa revertamur;

Extra baſilicam hanc primariam, antiquiſſimum hujus urbis fanum in *Backenes* fuit, quæ regio civitatis, Harlemum vetus dicitur. Templum Divæ Virginis *Mariæ* cultui nuncupatum, ex Chronico MS. cujus meminit *Ampzingius* pag. 30. a Guilielmo Rom. Rege fundatum, eximiis privilegiis, largiſque indulgentiis ab Innocentio IV. Rom. Pontifice ditatum, ab incendio, quo ædes hujus urbis etiam ſacræ Ao. 1347. conſumebatur, illæſum ſervatum. Pridem, inquit *Jacobus La Torrius*, ſine teſte, Parochiale eſt habitum. Extat adhuc integrum, & inviolatum, niſi quod ex parte, civium habitationibus deſtinatum, manentibus interim Templi fundamentis, nunc revulſis parietibus interaneis, reſtauratum ad conciones Calvino-Reformatorum habendas. *Turris Backeneſia ſine pretio, ipſorum Architectorum judicio eſt pretioſa*, inquit *Theatri* ſui p. 153. Boxhornius.

Primariæ baſilicæ ſuccedit *Fanum Backeneſium*, antiquiſſimum, cui turris pretioſa.

Vetuſtate proximum S. *Gangulphi* Templum, ubi pridem Boarium, nunc butyri forum, quod regni Proceres ac Comites, & ordinariè & religioſè Guilielmus II. Romanorum Rex, in ordine Comitum XVIII. frequentare ſolitus; undè & vico nomen adhæſit, Aº. 1576. cum aliis combuſtum. Quis *Gangulphus* iſte, ſub cujus nomine Deo dicatum Templum iſtud, & quandò vixerit, *Bat Sac.* part. 1. de Sancto iſto diſſerendo, diſcuſſum eſt.

S. *Gangulphi* templum, vetuſtate proximum.

Con-

Digitized by Google

Conjunctum ei S. *Joannis* Cœnobium tam celebre, quam antiquum.

Joannitarum cum ſuo Domûs Hoſpitalis, elegans ac regia,

* *Joannes* Epiſcopus *Sudenſis*, nobili ſtemmate, patritius Ultrajectinus, & Commendator illic domus S. *Catharinæ*, illud traditum ſibi a D. *Tetrodio*, Canonico Traj. ad S. Mariam, fundavit & conſecravit in honorem Dei, & B. Virginis Mariæ, nec non Joannis Bapt. Chriſti Servatoris noſtri præcurſoris, in uſum *Joannitarum*, qui Harlemum appulêre eo ipſo ferè tempore, quo Templariorum Ordo, in quavis orbis terrarum parte, uno die ſublatus dicitur, ſub Ann. ſc. 1312. in profeſto S. *Mariæ Magdalenæ*.

a Joanne, Sudenſi Epiſcopo condita,

Nam Anno 1316. idem ille jam dictus Epiſcopus *Sudenſis*, atrium regale ædificavit, & anno ſequenti templum condidit pulcherrimum & turrim loricatam, anno proximo conſummatam. In quo templo nomen Dei, & beatæ Virginis *Mariæ* memoriam & *Joh. Baptiſtæ*, ſumma veneratione coli & celebrari voluit. Quo tempore *D. Didericus à Brederoo* ad uſus ſacros calicem donavit ex puro auro. Atque hæc fere S. Domûs *Hoſpitalis* primordia fuere, & ſtatim incrementa cœpit indies majora. Commendator primus S. Domus *Hoſpitalis* S. Joh. Hieroſolymitani *Jacobus Sudenſis*, Epiſcopus Trajectenſis fuit, qui inſtituit ordinavit Fratrem *Arnoldum* vice-commendatorem, & locum tenentem Domus ſuæ, data plenaria poteſtate, transferendi, locandi, tradendi ſub annuo cenſu, vendendi, & alienandi bona ſita in Parochiis quibuſcunque. Et tandem Commendatorem & Fratres S. Domus *Hoſpitalis* hæredes inſtituit omnium bonorum ſuorum, quæ ad ſummam octigentarum librarum Turonenſium nigrarum valebant.

ab aliis dein ditata.

Poſt eum *D. Nicolaus*, dictus *Eggeliin*, Capellanus ſive Sacellanus, Deo & B. Mariæ conſecravit, & Joh. Baptiſtæ ac viris religioſis, D. Commendatori & Fratribus Domus Hoſpitalis omnia bona ſua tam mobilia, quam immobilia ſibi debita, habita & habenda, acquiſita & acquirenda, ubicumque locorum ſita ſunt, ſine ulla exceptione, Anno 1326. Et cum apud Magnates gratioſi eſſent, crevit potentia *Joannitarum*, & locupletior facta Domus *Hoſpitalis*. Ac primùm Comitis *Gulielmi* liberalitas, qui in prælio adverſus Friſones cecidit, inſignis, qua Commendatori, aliiſque ejus Ordinis Fratribus, omnia *feudalia*, & emolumenta regalia, quæ in Comitatu Hollandiæ jam ſunt, aut poſtmodùm futura, exigenda dedit, datis ad fidem litteris, quas & obſignavit, idque ea conditione, ut jam dictus Comes & poſteri ejus cum toto Comitatu hoſpitii jure fruantur in Domo Beati Joh. *Hoſpitali*. Et poſtea ut pondus adderet promiſſis, voluntatem avunculi ſui litteris ſigillatis confirmavit *Albertus* Comes Palatinus ad Rhenum, Bavariæ Dux Anno 1433. Ita Philippus Burgundiæ Dux Anno 1447. multa largitus donaria, decimas, prærogativas, reditus annuos; ſtipulatus ut Comites poſteri & Comitiſſæ in Cœnobio B. Joh. *Hoſpitalis* hoſpitium haberent.

D. Didericus à Waſſenaer benevolentiæ teſtandæ cauſa, Commendatori & Fratribus S. Domus *Hoſpitalis* legavit jugera novem. Mitto innumerabiles alios qui benè merendi de *Joannitis* ſtudio, & pietatis zelo magnam patrimonii partem in Domum *Hoſpitalem* verterunt. Hic Ordo *Joannitarum* continua Commendatorum ſucceſſione cœpit ante ccc. & amplius annos.

Hi qui ex ipſis extra Harlemum ſylvam incolebant cum bonis ſuis ex Wilhelmi Egmondani Equitis conſilio in ædes *Joannitarum* ſe recepêre.

Vicariâ ad altare S. Andreæ.

Vicaria ſeu *Capellania* in *S. Joannis* Eccleſia ad altare *S. Andreæ*.

In aula Commendatorum Tabula.

In aula Principis ſuſpenſa eſt Commendatorum Tabula, qui Joannem Bapt. profeſſi a *J. Arnoldo* A. 1310. ad *Andream Socinium*, ultimum Commendatorem Ann. 1618.

Habe hic eorum Catalogum:

I. 1310. D^{nus} ARNOLDUS.

II. 1327. D. DIDERICUS.

III. 1334. D. MARTENES.

IV. 1341. D. HUGO KOUKERKANUS.

V. 1348. D. MARTINUS KAMPENSIS.

VI. 1353. D. HUGO, SELANDUS.

VII. 1355. D. JOANNES a LEYEN.

VIII. 1365. D. JOANNES GAUDANUS.

IX. 1375. D. JOANNES HEYDANUS.

X. 1380. D. WILHELMUS SCOTANUS.

XI. 1383. D. JOANNES BERNHEMIUS.

XII. 1385. D. RUTGERUS PAULI.

XIII. 1405. D. WILHELMUS SCOTANUS.

XIV. 1428. D. GERARDUS SCOTANUS.

XV. 1460. D. PETRUS SCOTANUS, Commendator, & 1469. I^{us} Magiſter.

XVI. 1472. D. NICOLAUS SCOTANUS.

XVII. 1484. D. JOANNES WILHELMUS JOANNIS.

XVIII. 1514. D. SYMON SANENSIS.

XIX. 1542. D. HENRICUS SIVOLLENSIS.

XX. 1571. D. HENRICUS HOGENSTEINIUS.

XXI. 1575. D. TYMANUS WOUDANUS.

XXII. 1605. D. CORNELIUS JACOBI GAUDANUS.

XXIII. 1618. D. ANDREAS SOCINIUS.

Ipſe ultimus Commendator, & *Simon Jovius*, ultimus *Joannitarum* Magiſter A. 1621. Auguſtino *Aiſteno Bloemertio* optatum de vitæ ejus converſatione unà cum Clero Harlemenſi judicium dedêre.

Dominicanorum Cœnobium,

* Cœnobium vetuſtate proximum eſt Dominicanorum: Harlemi namque, quod nuſquam per Hollandiam, Zelandiam, ne Ultrajecti quidem obtinuit, IV. *Mendicantium*, ut vocant, Monaſteria antè motus ob religionem viguere. †

Florentius ejus nominus V. Baſilicæ partem eam quæ occiduum ſolem reſpicit, ad pios uſus vertit, & fundum aulæ contiguum *Ordinis Dominici* religioſis *Prædicatoribus*, Anno 1247. aſſignavit; undè vicus *Jacobiticus* etiam hodiè: hi, ut notum eſt, & *Jacobitæ* dicti, quod Pariſiis in vico *S. Jacobi* habitaſſent.

& conceſſa eis privilegia,

Hæc eis Anno 1477. a *Joanne Roſenbocho*, teſte *Hugone Aſſendelſio*, Vice-Curato, legibus adſtricta conceſſa privilegia, juxta tranſumptum verum & authenticum, cum

* Th. Schrev. *Harlemi* p. 16. & 17.

* *Wilhelmus Procurator Chron. hiſt fol* 38.

† Harl. Senatus eis præ Amſtelodamenſi (de quo infrà) benignior viſus; legibus tamen per *Curatos* & Epiſcopos Harl. ſubinde reſtricta fuêre.

qui-

quidam *Prædicator*, ſeu Dominicanus *copiam falſam*, & non *ſonantem cum originali, nec concordantem diſſeminaſſet*.

juxtà exemplar authent.

JOhannes de Roſenbech, Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini, Domini noſtri Sixti Papæ quarti ac Sacroſanctæ Sedis Apoſtolicæ Protho-Notarius, nec non Paſtor ſeu Curatus Eccleſiæ Parochialis Harlemenſis, dilectis nobis in Chriſto Priori & Fratribus Ordinis Prædicatorum Conventus Harlemenſis ſalutem in Domino. De ſpeciali favore, quem ad vos & veſtrum gerimus Conventum, ob etiam piam Dominorum ac Rectorum oppidi de Harlem inſtantiam, concedimus vobis & Conventui veſtro pro nobis & noſtris ſucceſſoribus perpetuis temporibus, ut ſi qui majorennes per ſe aut minorennes per alios apud vos ſeu Eccleſiam veſtram elegerint ſepeliri, eos libere tradere valeatis ſepulturæ ſine delatione funeris ad ſuam dictam Parochialem Eccleſiam vel oblationem aut exequiis ibidem fiendis. Ac etiam nobis aut noſtro Vice-Curato de quibuſdam juribus ratione funeris reſpondente, ſalvo quod loco & Jure portionis Canonicæ & totalis noſtri ac ſucceſſorum noſtrorum intereſſe: hoc item circa funus & funeralia nobis ſeu noſtris Vice-curatis per vos vel per hæredes defunctorum dare debeatis quod Conventus veſter ſeu Fratres Conventus & Ordines veſtri in Rotterdam per ſe vel per hæredes defunctorum Curato ibidem ſeu Vice-curatis circa hujuſmodi hodierna die dare dinoſcitur ſeu dinoſcuntur, ſic tamen quod ſi aliquod funus cum cruce per vos ad veſtrum Conventum afferri contigerit, tunc hæredes defuncti tenebuntur pulſare pro ſe in Eccleſia Parochiali Harlemenſi ſecundùm modum dictæ Eccleſiæ hodie obſervatum; alioquin noſtra præſens conceſſio nullius ſit roboris vel * momenti. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus duxi appendendum, Anno Domini 1477. menſis Septembris die octavo.

Sic ſubſcriptum

Concordat hæc copia prædicta cum originali collationata per me *Hugonem de Aſſendelft*, Eccleſiæ Harlemenſis Vicecuratum, Utriuſque Juris Licentiatum, de verbo ad verbum teſte me *Hugone* antedicto.

TRANSFIXUM.

à Davide Burgundo, Traj. Epiſcopo firmata;

DAvid de Burgundia, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, univerſis & ſingulis tam præſentibus quam futuris ſalutem in Domino ſempiternam. Noveritis quod nos ad humilem & piam * dilectorum in Chriſto, Prioris & Fratrum Conventus Fratrum Prædicatorum in oppido de Haerlem, noſtræ Diœceſis, omnia & ſingula in littera, cui hæc noſtra præſens littera eſt transfixa, contenta, narrata, conditionata atque deſcripta ex certa noſtra ſcientia ratificamus & approbamus, rataque & grata habemus, & inviolabiliter perpetuo volumus & mandamus obſervari, eaque omnia & ſingula in ea contenta auctoritate noſtra ordinaria in Dei nomine confirmamus noſtrarum teſtimonio litterarum ſigillo noſtro ad cauſas præſentibus appenſo munitarum. Datum Anno Domini 1477. menſis Octobris die nona.

* *Vox ſupplicationem, vel quid ſimile, excidit.*

Privilegia eadem *Prædicatoribus* Rotterodamenſibus, ut jam vidimus, a *Giſberto de Venray* ejus urbis Curato, &c. quoque conceſſa. & quidem eadem, quæ Rotterodamenſibus donata.

ANdreas Noorth, ex Ordine Fratrum Prædicatorum in Cœnobio Harlemenſi magna cum modeſtiæ & pietatis laude vixit circa Annum 1460. Mentionem ejus invenio apud *Albertum Leandrum* libro quinto de illuſtribus Ordinis Dominici viris. Ubi verba legere eſt iſta: *Andreas Noorth in Cœnobio Harlemenſi Hollandiæ vir bonus & devotus vitâ functus eſt Anno Domini* 1477. *Is ingenti captus ægritudine, aſſeruit Fratribus ſe in feſto Aſſumtionis B. Mariæ ex vita iſta labili egreſſurum. Interrogantibus Fratribus quam libenter vitâ defungeretur, reſpondit; Fratres, hanc horam ſemper gaudens animoque læto exoptavi ac præſtolatus ſum, &, ut in ea me rectè haberem, mundi prælcalcavi illecebras, & hanc ſanctæ converſationis togam indui. Cur igitur æquanimiter mortem ferre non debeam? His dictis paulo poſt obdormivit in Domino.* Viri in iis religione eximii, Andr. Noorthius,

Nicolaus Hollandinus, ejuſdem Ordinis in eodem Cœnobio pietatis laude inclaruit, teſte eodem *Alberto Leandro* prædicto, qui ſub finem libri ſexti hoc ipſi encomium adſcribit: *Nicolaus Hollandinus Cœnobii Haerlemenſis, vir devotus, & cum vacaret meditationi atque lachrymis deditus, mira præfulſit obedientia, ut & ſuperent omnes, atque in exemplum ſibi proponerent. Vitâ functus eſt vir Dei Nicolaus Anno à partu Virginis* 1498. & Nicolaus Holland.

Carmelitarum Calceatorum Cœnobium Anno 1249. relicta domo & propriis laribus, fundatum & largo cenſu ditatum a nobili Equeſtris Ordinis viro, D^{no} *Simone* * *ab Haerlem*, vitâ functo Anno 1280. ibique in fundo ſuo humato antè ſublime altare. Sic diſertè *Henricus Thaborita* l. 8. Chron. cap. 8. *Simon de Haerlem fundator Monaſterii Carmelitarum.* Carmelitarum Cœnobium; Conditor,

Cœnobium iſtud in platea, de *Grootehoutſtraet* ſitum, ad plateam de *Warmoesſtraet* extendebatur. ſitus,

Privilegium Carmelitis his, *Fratribus B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo* inſcriptum, a *Thoderico Waſſinario* Curato Harl. A. 1459. conceſſum eſt hujuſmodi:

THeodericus de Waſſenaer, Præpoſitus & Archidiaconus Eccleſiæ ſancti Johannis Trajectenſis, Curatus & Paſtor Eccleſiæ Parochialis Harlemenſis, univerſis præſentia viſuris ſalutem. Attendentes inconvenientiam Parochianorum noſtrorum decedentium penes Fratres de *Monte Carmeli* in oppido de Haerlem, ſepulturam eligentium circa funerales exequias ſervandas videlicet, quod pro defunctis dictis in noſtra Parochiali Eccleſia corpore ibi præſentialiter delato exæque ſolent celebrari, quibus finitis dictum corpus apud dictos Fratres ad tradentes Eccleſiaſticæ ſepulturæ ſolet deferri, quod non ſolum Fratribus illis, verùm etiam Parochianis vertitur in tædium & gravamen, ex ſpeciali favore & devota prædictorum Fratrum ſupplicatione ac etiam Parochianorum noſtrorum expeditione inducti, eiſdem Fratribus ut corpora defunctorum adultorum, qui apud ipſos Canonice elegerint & minorennium pro quibus & ipſorum parentes & propinqui elegerint, recipere valeant & ſepelire abſque introductione ad no- conceſſa ei privilegia.

* Vetus & nobilis familia hæc; de qua tamen incertum, an ipſa urbi dederit nomen, an urbs ipſi. Chartæ Anni 1203. ſubſcribunt, *Simon & Libranduſ de Haerlem.*

ſtram

ſtram Eccleſiam & exequiis ibidem faciendis ſpecialem & liberam impertimur licentiam & facultatem tam pro nobis quam pro ſucceſſoribus noſtris dictæ Eccleſiæ Curatis, ſalvo quod jure Canonicæ portionis pro quolibet adulto ibidem ſepeliendo quindecim, pro minorenni vero quinque ſolidi Hollandiæ nobis aut noſtro Vice-curato ab eorum hæredibus prius ſolvantur: quod ſi dictos ſolidos ſolvere noluerint, tunc ad præmemoratam conſuetudinem obſervandam plenarie ſervandam tenebuntur, volenteſque quod Fratres prædicti nullum funus hujuſmodi recipient aut ſepelient antequam nos aut noſtri Vice-curati de ipſius ſepulturæ electione & dictæ Canonicæ portionis ſatisfactione fuerimus contenti & ſoluti: alioquin præſens donatio & conceſſio nullius ſit roboris noſtrarum teſtimonio litterarum ſub ſigillo, quo ad cauſas utimur, præſentibus appenſo munitarum. Datum Anno Domini 1459. tertia die menſis Septembris.

Sequitur aliud eiſdem a *Joanne Roſimbechio*, A°. 1475. ſub certa lege conceſſum privilegium.

Privilegia, & tranſactio alia,

J*Ohannes de Roſimbech*, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ac Sedis Apoſtolicæ Protho-notarius, nec non Eccleſiæ Parochialis de Haerlem Paſtor ſive Curatus, omnibus & ſingulis præſentia viſuris ac audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Cum ante quondam Dominus *Theodericus de Waſſenaer*, Præpoſitus & Archidiaconus Eccleſiæ ſancti Johannis Trajectenſis, ac dictæ Eccleſiæ de Haerlem dum vixit Curatus & Paſtor prædeceſſor noſter, Fratribus & religioſis viris Dominis Priori & Conventui beatæ *Mariæ de Monte Carmeli*, in dicto oppido de Haerlem degentibus, de ſua gratia ſpeciali annuerit & conceſſerit, quod ad tollendum & amovendum tædium & gravamen tam dictis Fratribus quam dictæ Eccleſiæ Parochiali, per importationem ſeu delationem corporum mortuorum prætactæ Eccleſiæ Parochianorum & apud Monaſterium dictorum Fratrum ſepulturam eligentium exortum fuit comportatum ſive illatum, conceſſit & indulſit ut corpora adultorum qui apud ipſos & minorennium pro quibus etiam eorum parentes & proximiores elegerint, recipere & admittere valuerunt & ſepelire abſque introductione ad prænominatam Parochialem Eccleſiam & exequiis ibidem faciendis, ſalvo tamen quod jure portionis Canonicæ pro quolibet adulto ibidem ſepeliendo xv. pro minorenni vero quinque ſolidi Hollandiæ memorato *Theoderico* aut ejus Vice-curato ab eorum hæredibus prius ſolvi deberent. Quod ſi dictos ſolidos ſolvere noluerint ſeu excuſaverint, ex tunc ad memoratam conſuetudinem obſervandam plenarie tenerentur, volens quod prædicti Fratres nullum funus hujuſmodi reciperent aut ſepelirent priuſquam prælibato noſtro prædeceſſori aut ſuo Vice-curato de ipſius ſepulturæ electione & dicta Canonicæ portionis ſatisfactione fuerint contenti & ſoluti, cum expreſſo, quod ſi ſolutionem prout prædicitur non fecerint, quod tunc ipſius donatio ſeu conceſſio prædicta pro nulla haberentur. Nos igitur pium & devotum propoſitum dicti noſtri prædeceſſoris inhærentes & inſequentes prædictas donationem & conceſſionem ſuperius narratas pro nobis noſtriſque ſucceſſoribus confirmamus, ratificamus & approbamus, volentes hujuſmodi licentiam & conceſſionem ſuper tactas per dictos religioſos Fratres *de Monte Carmeli* ac dictæ Parochialis Eccleſiæ noſtræ Parochianos noſtroſve Vice-curatos in perpetuum obſervari, noſtrarum teſtimonio litterarum ſigillo noſtro præſentibus appenſo munitarum Anno a Nativitate Domini 1475. menſis Decembris die viceſima prima.

Ratæ habitæ utriuſque Curati Harl. Tabulæ a Davide Burgundo, Traj. Epiſcopo:

a Davide Burgundo, Traj. Epiſc. confirmata,

D*Avid de Burgundia*, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, univerſis & ſingulis præſentibus & futuris ſalutem in Domino ſempiternam. Noveritis quod nos ad humilem ſupplicationem dilectorum nobis in Chriſto Prioris & Conventus beatæ *Mariæ de Monte Carmeli* in oppido Harlemenſi noſtræ Diœceſis omnia & ſingula in littera, cui hæc præſens noſtra littera eſt transfixa, contenta narrata, conditionata atque deſcripta, ex certa noſtra ſcientia ratificamus, approbamus, rataque & grata habemus & inviolabiliter volumus obſervari, eaque & omnia & ſingula auctoritate noſtra ordinaria in Dei nomine confirmamus noſtrarum teſtimonio litterarum ſigillo noſtro ad cauſas præſentibus appenſo munitarum. Datum Anno Domini 1476. menſis Januarii die ſexta.

Priores, & viri eruditi.

Prior ejus Cœnobii ſub Maximiliano Imp. *Joannes Gerbrandi de Leidis*, qui famam potiſſimùm conſecutus eſt editis Epiſcoporum Traj. & Holl. Comitum Annalibus, quos e Bibliotheca *Andreæ Schotti* Antv. publici juris fecit *Franc. Swertius*, ſcripta etiam alia ſacra conſignavit: extremum opus, *Annales Abbatum Egmondanorum*. Vivere & ſcribere deſiit in dicto Carmelitico Harlemi Cœnobio A°. 1504.

SYMON HERMANNUS, ex eodem Cœnobio *copulata ſermonum* cum aliis nonnullis ſcripto conſignavit ſub Ann. 1460.

ALBERTUS JOANNIS, Carmelita Theologiam in Lov. Academiam docuit, in *Magiſtrum Sentent.* ſcripſit, & vitam clauſit Mechliniæ 1496.

NICOLAUS SYMONIS, itidem Carmelita, Ordinis ſui Provincialis, ſcriptis Theol. quæ plura ſunt, ſatis clarus, provectæ jam ætatis obiit Harlemi ad Ann. 1511.

Fr. HERMANNUS, Prior Carmelit. Harl. A°. 1533.

Comitum ibi Noſtratum Tabula.

In hoc Cœnobio tabula fuit, in qua Comites depicti omnes à primo ſtirpis auctore *Diderico*, qui originem duxit (ſi annalium conſtat fides) à Trojanorum ſanguine, & Francorum Regibus, tam ſtirpe quam virtute bellica nobiles, uſque ad *Maximilianum* Auſtriæ Ducem, qui *Mariam* duxerat, Duciſſam Burgundiæ, Comitiſſam Hollandiæ, Zeelandiæ, &c. ut videre eſt in Curia Comitum longa ſerie.

Excidium.

Hoc Cœnobium funditus everſum & dirutum noſtra adhuc memoria; ſervata tabula & ſuſpenſa in palatio, in honorem Comitum noſtratium.

Auguſtinianorum Monaſterium,

Auguſtinianorum Monaſterium Ann. 1490. Oct. 20. conditum in platea *de Achterſtraet*, cujus exitus in platea de *Sageſtraet*, & ad urbis mœnia. Ea autem lege intra urbem admiſſi ſunt:

Leges ſub quibus admiſſi.

N*os Frater Nicolaus Ottonis de Stendall*, Sacræ Theologiæ Lector, Prior Conventus Fratrum Heremitarum Ordinis beati *Auguſtini* in oppido de Haerlem Trajectenſis Diœceſis noviter erecti, totuſque ejuſdem loci Conventus, notum facimus univerſis, quod nos pro nobis & noſtris in futurum ſucceſſoribus cum Reverendo Patre & egregio Domino Magiſtro *Nicolao Ruyter*, Apoſtolicæ Sedis Protho-notario Archidiacono Bruxellenſi, in inſigni Eccleſia Cameracenſi ac Collegiata ſancti Petri Lovanienſis,

Leodienſis & Parochialis dicti loci de Haerlem tem iis ſuper jure ſepulturæ, Trajectenſis Diœceſis Præpoſito, nec non ejuſdem Parochialis Paſtore ſeu Curato Eccleſiarum pro ipſo & ſuis in eadem Parochiali Eccleſia ſucceſſoribus convenimus ſub modo & forma ſequentibus, in primis videlicet, quod conceſſa nobis & ſucceſſoribus, quam diu regularem & reformatam Ordinis noſtri Inſtitutionem obſervaverimus, a præfato Præpoſito Paſtore ſeu Curato pro ſe & dictis ſuis ſucceſſoribus, Parochianorum ſuorum apud nos inhumari volentium ſepultura, in dicto noſtro Conventu nullum funus ſeu cadaver cujuſcunque perſonæ Eccleſiaſticæ vel ſecularis, de qua Præpoſitus Paſtor & Curatus præfatæ Parochialis Eccleſiæ pro tempore exiſtens jus quomodolibet habere poterit aut intereſſe, ad ſepulturam recipiemus, etiam quamvis apud nos ſuam elegerint ſepulturam, niſi prius per præfatum Præpoſitum Paſtorem ſeu Curaratum aut Vice-curatum pro tempore exiſtentem, ſub manu propria vel vivæ vocis oraculo perſonas illas per ſe vel alios ſpecialem deſuper ab ipſo Præpoſito Paſtore ſive Curato ejuſve Vice-curato licentiam obtinuiſſe ac eidem de Canonica portione ſatisfeciſſe certificati fuerimus; & in caſu quo ſecus fecerimus, tum nos Prior & Conventus præfati noſtrique ſucceſſores Præpoſito Paſtori & Curato ſeu Vice-curato pro tempore exiſtenti pro quolibet funere ſeu cadavere, per nos ad ſepulturam recepto, intuitu & loco Canônicæ portionis quatuor antiqua ſcudata Franciæ auri aut eorum verum valorem velut ex vero, juſto & recognito debito realiter & cum effectu ac ſine aliqua contradictione vel exceptione ſtatim perſolvemus, quando per dictum Præpoſitum Paſtorem & Curatum vel Vice-curatum ſuper hoc interpellati fuerimus & requiſiti: quod ſi non aut ſecus fecerimus in toto vel in parte, poterit Præpoſitus Paſtor & Curatus ſeu Vice-curatus aut Procurator pro eo nos & ſucceſſores noſtros ac ſingulas & particulares noſtras perſones coram Reverendo in Chriſto Patre Domino Epiſcopo Trajectenſi Diœceſano loci aut ejus Officiali ſuove locum-tenente pro præmiſſis convenire & in cauſam trahere; coram quo Diœceſano Officiali ſeu locum-tenente comparere & reſpondere debebimus, ac juri ſtabimus uſque quod deciſionem negotii ventilandi, non obſtantibus & nobis contra præmiſſa ſuffragantibus quibuſcunque exceptionibus, exemptionibus, privilegiis & indultis nobis & Ordini noſtro conceſſis vel concedendis, quibus quoad hæc pro nobis & ſucceſſoribus noſtris renuntiavimus & renuntiamus per præſentes. Item quotienſcunque per prælibatum Præpoſitum Paſto- proceſſionibus, abſque; rem & Curatum ſeu ejus Vice-curatum ad proceſſiones, colloquia vel conſilia unà cum aliis Religioſis aut ſingulariter vocati fuerimus, abſque mora veniemus, immo etiam in proceſſione ſanctiſſimi Sacramenti, cui ſicut aliis intereſſe tenebimur: & nos in illa ac aliis proceſſionibus, colloquiis & conſiliis communi Clero conformare, nichilque in præjudicium dictæ Parochialis ma- jure matricis Eccl. ſemper ſalvo. tricis Eccleſiæ, cujus jus ſemper ſalvum permittemus, tam in præmiſſis quam quibuſcunque aliis prædicando, cantando, aut alias qualitercunque faciendo attemptabimus & faciemus. Quod ſi forſan nos vel ſucceſſores noſtri contra vel ultra præmiſſa aliquid fecerimus vel præeminentiæ, dignitati, juribus & conſuetudinibus ipſius Parochialis Eccleſiæ derogaverimus, detraxerimus aut de illis uſurpaverimus, vel a præconceſſis poſſederimus, ex tunc volumus & declaramus poſſeſſionem aut præſcriptionem in iiſdem etiam centum vel amplius annorum nobis non poſſe prodeſſe aut jus tribuere, vel præmemoratis Præpoſito Paſtori & Curato ſeu ejus Vice-Curato in quocunque petitorio vel poſſeſſorio ſeu manutenentiæ vel recredentiæ juribus aliquo modo nocere nolumus, etiam & ex nunc conſentimus: quod ſi in præmiſſis & circa illa aliquod dubium evenerit, illud in favorem ſæpe dictæ Parochialis Eccleſiæ interpretandum & intelligendum erit. Præmiſſis vero omnibus & ſingulis nullo unquam tempore in toto vel in parte per nos vel alium ſeu alios directe vel indirecte, quovis quæſito colore vel ingenio aliquatenus contraveniemus, nec contra illa aut eorum aliqua Apoſtolicam ſeu quamvis aliam abſolutionem vel diſpenſationem impetrabimus, neque ea etiamſi proprio motu & ex certa ſcientia conceſſa fuerit utemur. Quam præſcriptam conventionem in omnibus & ſingulis ſuis punctis nos *Nicolaus* Prior & Conventus prædicti ſolemniter in verbis Sacerdotum loco juramenti pro nobis & ſucceſſoribus noſtris præmemorato Præpoſito Paſtori & Curato pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus & Vice-curatis promiſimus & promittimus per præſentes perpetuis futuris temporibus inviolabiliter & integre obſervare, omnibus exceptionibus in contrarium per nos renuntiatum, doloque & fraude ſecluſis. In quorum omnium fidem & teſtimonium præmiſſorum honorabiles viros & Dominos, Dominos Rectores oppidi Harlemenſis, rogavimus quatenus has litteras ſigillo dicti oppidi munire & ſigillare dignarentur, eaſdem nichilominus in manus robur ſigillorum noſtrorum appenſione muniendo: & nos Sculterus, Burgimagiſtri & Scabini ac ceteri Rectores dicti oppidi ad rogatum venerabilium & devotorum Prioris & Conventus memoratorum ſigillum dicti oppidi præſentibus appendimus. Datum Anno Domini 1493. die 13. menſis Julii.

Sic ſubſcriptum

Concordat proxime prædicta copia cum originali, collationata per me *Johannem Roeper*, Notarium publicum, teſte hac mea manu propria: require originale in pyxide litterarum redituum Curæ.

Anno 1494. Fratres & Sorores Contubernii S. Jacobi Eccleſiam Divo Jacobo ſacram cum Conceſſum eis ſub certo pacto D. Jacobi fanum, ædibus duabus tribuſque cameris cum prædiis earum Auguſtinianis hiſce ceſſerunt, ſub pacto & lege Tabulis hiſce vernaculis, quæ ex *authographis* deſumptæ, contentis:

In den jare 1494. op ten ſeſten dach in Auguſto, hebben Broeder *Nicolaes Otten van Stendel*, Lees-meeſter der heyliger Schrift, Prior, Broeder *Jan Domburch*, Supprior, Broeder *Harpert van Dordrecht*, Procurator, ende voort alle dat geheele ende gemene Convent vanden nieuwen *Klooſter der Heremiten van Sinte Auguſtijns Oirde vander Reformacie ende Obſervacie in Sint Jacobs Kercke over die Spaerne binnen der Stede van Haerlem*, voor *Meynaert van Heuſſen*, ende *Cornelis van Berckenroede*, Schepenen in Haerlem, eene Obligatie ofte Verbind-ſchrift gepaſſeerd: waer in ſy bekennen, dat die Deken, Vinders, ende gemeene Ghilde-broeders ende Ghilde-ſuſters van Sinte Jacobs Ghilde, die men in die ſelve Kercke houdende is, ter eeren ende waerdicheyt van God van Hemelrijck Almachtich,

Google

tich, *Marien* der liever gebenedider moeder Goods, den heyligen Apoſtel ende vriendt Goods Sint *Jacob*, ende den heyligen Leeraer ende vriendt Goods Sinte *Auguſtijn*, om den dienſt Goods binnen der ſelver Stede van Haerlem vermeerdert te weſen, ende om dat alle goede kerſten menſchen te meer tot innicheyt ende devocien verweckt ſouden mogen worden, hun gegondt ende gegeven hebben die voorſch. Sinte Jacobs Kercke, met twee huyſen, ende drie cameren, met haeren erven daer an, omme aldaer by hen, mits hulpe, troeſt ende goedertierenheyt van goeden devooten perſoonen, die hoere behulpelicke hant daer toe reycken ende aelmiſſen geven ſullen, geſticht ende gefundeert te worden een nieuwe Clooſter van Sinte *Auguſtijns* Oirde vander Reformacie ende Obſervacie: dat ook die Ghilde-broeders ende Ghilde-ſuſters van Sinte *Jacob* voorſch. hun Auguſtijner Monnicken gelevert ende geleent hebben inde voorſch. Kercke, daer of ſy die bruyckwaer hebben ſullen, twee Miſſalen, twee ſilveren kelcken verguld, twee ſilveren monſtrancien, een ſilveren boſſe, vier ſilveren pullen, ſeſſe metalen kandelaers, een metalen wijwaters vat, ende alle ornamenten, dwalen, ende ander lijnewaet, ende anders al dat in die voorſch. Kercke is, ende der voorſch. Ghilde toebehoort, niet uytgeſondert dan alleen *'t Gaſthuys met allen den Landen, renten ende gelden die 't voorſch. Ghilde ende 't Gaſthuys hebben, ende die 't ſelve Ghilde en Gaſthuys blijven ſullen*, ende daer toe die beſlagen kiſte den Ghilde-broeders ende Ghilde-ſuſters toebehorende, mitte tafelen, ſchragen, twee Ghilde-kaerſen, ende dat dootkleet, die oick altijt totter voorſch. Ghilden behoef blijven ſullen. Ende beloven dat ſy Sinte *Jacobs* Ghilde voorn. metten gemeynen Ghilde-broeders ende Ghilde-ſuſters, die doe waren, ofte namaels weſen ſouden, in der voorſch. Kercke ende Clooſter houden ſullen ten eeuwigen dagen in ſulker waerde alſt doe gehouden werde, ende meerre: ende willen tot dien eynde alle jaers op Sinte *Jacobs* dach ende op ten Kers-miſſe dach in allen hunnen getijden, hoechtijt ende feeſte in der ſelver Kercke ende Clooſter houden, gelijke op ten heyligen Paeſchdach, ende voords alle dage inder voorſch. Kercke ten eeuwigen dagen gedurende, buyten den coſt van den voorſch. Ghilde, of van den Ghilde-broeders of Ghilde-ſuſters, drie Miſſen doen van den Ghilden wegen voorſch. ende ſoe wanneer datter een Ghilde-broeder of Ghilde-ſuſter geſtorven ende oflivich geworden ſal weſen, een uytvaert inde voorſch. Kercke daer of doen, tſavonts mit een *Vigilie* van drie leſſen, ende ſmorgens mit een ſingende Miſſe van *Requiem*, ende dat tot ſulken dagen als die Deken ende Vinders inder tijt weſende dat ordineren ende begeren ſullen. Sullen ook noch daerenboven alle jaers twee groote memorien inder voorſch. Kercke ende Klooſter doen, ende dat tſavonts mit eene *Vigilie* van negen leſſen, ende ſmorgens mit een ſingende Miſſe, ende mit een commendacie na der Miſſe, voor alle die gemeene Ghilde-broeders ende alle die Ghilde-ſuſters diere geſtorven ſullen weſen, ende dat oock op ſulcke dagen als die Deken ende Vinders dat ordineren ende begeren ſullen. Willen ook in alle hunne Sermoenen, die ſy inder ſelver Kercke ende Klooſter doen ſullen, bidden voor alle die Ghilde-broeders ende Ghilde-ſuſters, beyde levende ende doode. Beloven mede dat voorſch. Ghilde ende gemeene Ghilde-broeders ende Ghilde-ſuſters inder voorſz. Kercke voor Sinte *Jacobs* outaer hebben ende behouden ſullen vier graven, om daer inne te mogen begraven alle die Ghilde-broeders ende Ghilde-ſuſters die 't begeren ſullen, ende dat vry van allen oncoſten, behoudelick dat die doode hant die graven ſal doen op doen, ende weder ſluyten. Dat ook Sinte *Jacobs* outaer ſal blijven in ſulken weſen alſt tegenwoirdich ſtaet: ende waert dat men dat voorſch. outaer verſetten ſoude, dat ment als dan ſetten ſal daert die Ghilde-broeders ende Ghilde-ſuſters begeren ſullen geſet te hebben. Seggen ook met ſegel ende brieven verworven te hebben, dat alle die gemeene Ghilde-broeders ende Ghilde-ſuſters altijt deelachtich zijn ende weſen ſullen van allen godlicken dienſten ende deugdelicken wercken die in der heelre Oirde van al den Clooſteren van Sinte *Auguſtijns* Oirde, het zy van Broedeten ofte Suſteren gedaen worden mogen, &c.

Franciſcanorum Minorum Ordo Harlemi cœpit ſub Annum 1455. inſtituto Collegio ad urbis mœnia ad *terram ſanctam magnam* ſic dictam, ubi modò S. *Eliſabethe* Xenodochium eſt. Franciſcanorum Obſerv.

Pii enim incolæ, Philippo Bono, Burgundiæ Duce, aſſentiente, petierant a *Nicolao* V. ut ſibi liceret *Obſervantibus* domum ædificare.

Annuit ille; ſed præveniente morte Diploma non fuit expeditum. Ratum ergo habuit hoc anno Calixtus, quod prædeceſſor conceſſit per hoc Diploma inſcriptum: inſtitutio,

Dilecto filio, Præpoſito Eccleſiæ ſancti Pancratii Leydenſis, Traj. Diœceſis, &c.

RAtioni congruit, &c. Dudùm ſiquidem fel. record. *Nicolao* Papæ V. prædeceſſori noſtro, pro parte dilectorum filiorum univerſitatis, oppidanorum, & habitatorum oppidi de Harlem, Traject. Diœceſis, expoſito, quod ipſi de ſalute propria recogitantes, ac cupientes terrena in cœleſtia & tranſitoria in æterna felici commercio commutare, ad laudem Omnipotentis Dei, & ejus genetricis B. *Mariæ* Virginis glorioſæ, ob reverentiam S. *Franciſci* Confeſſoris, ad cujus religionem & Ordinem ſpecialis gerebant devotionis affectum, locum in dicto oppido pro dilectis filiis Generali, Guardiano & Fratribus dicti Ordinis prædicti de Obſervantia Regulari pro eorum Conventu inibi inſtruendo, uſu quoque & habitatione perpetuis donari volebant, & intendebant. Et deinde pro parte univerſitatis, & oppidanorum, & habitatorum prædictorum prædicto prædeceſſori humiliter tunc ſupplicato, ut Generali & Fratribus prædictis de Obſervantia Regulari, locum ipſum recipiendi, & in illo, ſicut congruerat, Eccleſiam, domum cum cœmeterio, campanili, campana, horto, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis conſtruendi, fundandi, & ædificandi, ſeu conſtrui, fundari, & ædificari faciendi licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur: dictus prædeceſſor de præmiſſis certam notitiam non habens, hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus, voluit, & conceſſit, videlicet ſeptimo Idus Auguſti Pontificatus ſui anno ſeptimo, certo judici, ejus proprio nomine non expreſſo, dari in mandatis, quatenus ſi eſſet ita, locum prædictum cum ejus juribus & pertinentiis univerſis, Generali, Guardiano, & Fratri-

bus de obſervantia, pro hujuſmodi uſu, & habitatione applicare & aſſignare auctoritate ipſius prædeceſſoris procuraret, ipſumque dictum locum pro eiſdem uſu & habitatione recipiendi, & inibi, prout opus foret, Eccleſiam, domum, cum cœmeterio, campanili, campana, hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis hujuſmodi, conſtruendi, fundandi, & ædificandi, ſive conſtrui, fundari, & ædificari faciendi plenam & liberam eadem auctoritate licentiam largiretur: prædictuſque prædeceſſor, ſi per ipſum judicem dictam licentiam largiri contingeret, ut præfertur, Generali, Guardiano, & Fratribus prædicti Ordinis de obſervantia, qui in eodem loco pro tempore reſiderent, quod omnibus & ſingulis privilegiis, libertatibus, & immunitatibus, exemptionibus, & gratiis prædicto Ordini, ac illius domibus ſive locis per Sedem Apoſtolicam, vel aliàs quomodolibet generaliter conceſſis, uti valerent pariter, & gaudere auctoritate Apoſtolica tenore ſuarum, ſi ſuper hoc confectæ fuiſſent, litterarum, indulſit. Non obſtantibus tamen fæl. record. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, &c. quam aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, nec non ſtatutis, & conſuetudinibus, dicti Ordinis juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quacumque firmitate alia roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque: jure tamen ordinarii, & Parochialis Eccleſiæ, & cujuſlibet alterius ſemper ſalvo. Ne autem de voluntate, conceſſione, & indulto hujuſmodi, pro eo, quod ſuper illis dicti *Nicolai* prædeceſſoris ejus ſuperveniente obitu, litteræ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, volumus & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod voluntas, conceſſio, & indultum dicti *Nicolai* prædeceſſoris à die ſeptimo Idus Auguſti ſuum ſortiantur effectum, perinde ac ſi ſuper illis prædicti *Nicolai* prædeceſſoris litteræ ſub ejuſdem diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperius énarratur. Quodque præſentes litteræ ad probandum plenè voluntatem, conceſſionem, & indultum dicti *Nicolai* prædeceſſoris ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, locum prædictum cum juribus, & pertinentiis univerſis ſupradictis, dictis Generali, Guardiano, & Fratribus prædictis de obſervantia pro hujuſmodi uſu & habitatione applicare & aſſignare eadem auctoritate procures, ipſis dictum locum pro eiſdem uſu & habitatione recipiendi, & inibi, prout opus fuerit, Eccleſiam, domum cum cœmeterio, campanili, campana, hortis, hortalitiis, & aliis officinis hujuſmodi, conſtruendi, fundandi, & ædificandi, ſive conſtrui, fundari & ædificari faciendi plenam & liberam eadem auctoritate, tenore præſentium licentiam largiaris, non obſtantibus omnibus ſupradictis. Contradictores etiam per cenſuram Eccleſiaſticam, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarn. Dominicæ 1455. duodecimo Kalendas Maji, Pontificatus noſtri anno primo.

Anno ſequenti ex publicis, inquit idem Auctor, facultatibus conditum Cœnobium.

ædes ſtructæ,

Sequens cum eis eorumque Guardiano, ac Curatis Harlemenſibus inita concordia A°. 1459. dein 1475. rata habita a Davide Burgundo, Traj. Epiſcopo:

Transactio cum Curatis Harl. ſuper ſepultura Eccleſiaſt.

Nos Frater *Dionyſius*, Guardianus Fratrum Ordinis Minorum Conventus Haerlemenſis, & idem Conventus notum facimus univerſis, quod nos cum nobili & generoſo viro Domino *Theoderico de Waſſenaer*, Præpoſito & Archidiacono Eccleſiæ Sancti Joannis Trajectenſis, & Paſtore ac Curato Parochialis Eccleſiæ Harlemenſis, pro ipſo & ſuis ſucceſſoribus dictæ Eccleſiæ Harlemenſis futuris Curatis pro nobis & noſtris ſucceſſoribus, convenimus ſub modo & forma ſequentibus: in primis videlicet quod conceſſa nobis & noſtris ſucceſſoribus ab ipſo dicto Paſtore pro ſe & ſuis ſucceſſoribus prætactis ſepultura Eccleſiaſtica in noſtro dicto Conventu nullum funus cujuſcunque perſonæ ſecularis aut ſpiritualis, de qua Perſona, dictus Paſtor quomodolibet habet jus & intereſſe ad hujuſmodi ſepulturam, recipiemus, etiamſi apud nos ſepulturam ſuam elegerit, niſi prius per ipſum aut ſuos ſucceſſores prætactos aut Vice-curatos eorum pro tempore exiſtentes ſub manu ſua propria aut vivæ vocis oraculo fuerimus certificati tales perſonas per ſe aut alios ſpecialem deſuper licentiam ab ipſo ſeu ipſis obtinuiſſe ac ſibi de Canonica portione ſatisfeciſſe; & in caſu quo ſecus fecerimus, tunc nos Guardianus & Conventus prædicti ipſi Curato dicto & ſuis ſucceſſoribus prætactis pro quolibet funere talis perſonæ memoratæ intuitu Canonicæ portionis veluti ex debito juſto vero & judicialiter cognito quatuor ſcudata antiqua Franciæ aut eorum verum valorem realiter & cum effectu ſine aliqua contradictione, aut exceptione ſtatim perſolvamus, quando per dictum Curatum aut Vice-curatum ſuper hoc interpellati & requiſiti fuerimus; & ſi non aut ſecus fecerimus in toto aut in parte, tunc dictus Curatus aut Vice-curatus, ſeu ipſius aut ipſorum Procurator aut Procuratores nos & ſucceſſores noſtros & ſingulas noſtras perſonas coram ſuo judice ordinario aut ſuum locum tenente pro præmiſſis convenire & trahere valebunt, & nos ibidem juri ſtabimus uſque ad finem; non obſtantibus & nobis contra præmiſſa ſuffragantibus quibuſcunque exceptionibus, privilegiis & indultis noſtris conceſſis aut concedendis contra præmiſſa, quibus etiam quoad iſta renuntiavimus & renuntiamus per præſentes pro nobis & noſtris ſucceſſoribus.

Proceſſionibus, aliiſque, (jure matricis Eccleſiæ ſemper ſalvo.)

Item quod quotieſcunque per ipſum dictum Paſtorem & ſuos ſucceſſores prætactos aut eorum Vice-curatos ad proceſſionem, colloquia ſive conſilia unà cum aliis Religioſis aut ſingulariter vocati fuerimus, veniemus & nos communi Clero conformabimus, excepto feſto Sacramenti, in quo domi manebimus ac proceſſioni non intererimus, advenientes ad eandem cum Clero nos conformabimus, nichilque in præjudicium matricis Eccleſiæ, cujus jus ſemper ſalvum permittemus, tam in præmiſſis quam in quibuſcunque aliis prædicando, cantando, aut alias qualitercumque acceptabimus & faciemus.

Item quod præmiſſis neque in toto neque in parte ullo unquam tempore directe vel indirecte quovis quæſito colore vel ingenio aliquatenus contraveniemus, neque contra eandem Apoſtolicam aut quamcunque aliam abſolutionem inſtabimus aut impetrabimus, neque ea, etiam ſi proprio motu conceſſa fuerit, utemur. Quam præſcriptam conventionem in omnibus & ſingulis ſuis punctis nos Guardianus & Conventus prædicti pro nobis & noſtris ſucceſſoribus dicto Paſtori & ſuis ſucceſſoribus prætactis promiſimus, promitti-

mittimuſque per præſentes inviolabiliter & integre perpetuis temporibus obſervare, omnibus exceptionibus in contrarium per nos penitus renuntiatis, doloque & fraude excluſis. In teſtimonium præmiſſorum honorabiles viros & Dominos, Dominos Rectores oppidi Harlemenſis rogamus, quatenus has litteras ſigillo dicti oppidi munire & ſigillare dignarentur, eaſdem nichilominus in manus robur ſigillorum noſtrarum appenſione muniendo. Et nos Sculteтus, Burgemagiſtri & Scabini ac ceteri Rectores dicti oppidi ad rogatum venerabilium & devotorum Guardiani & Conventus memoratorum ſigillum dicti oppidi præſentibus appendimus. Datum Anno Domini 1459. in die ſancti *Lucæ* Euangeliſtæ.

Sic ſubſcriptum:

Concordat hæc copia proximè prædicta cum originali littera de verbo ad verbum, collationata per me *Joannem Roeper*, Notarium publicum teſte hac manu mea propria, & require originale in pixide litterarum de redditibus Curæ.

DE EODEM.

UNiverſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis & viſuris *Johannes de Roſimbech*, ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini *Sixti*, divina providentia Papæ quarti, ſanctæque Sedis Apoſtolicæ & Eccleſiæ Romanæ Prothonotarius, necnon Paſtor ſeu Curatus Eccleſiæ Parochialis de Harlem, Trajectenſis Diœceſis, reverentiam & honorem. Attendentes inconvenientiam Parochianorum noſtrorum in dicta Parochia noſtra decedentium, penes religioſos Fratres Minores de obſervantia Regulæ beati *Franciſci* in oppido Harlemenſi prædicto ſepulturam eligentium circa funerales exequias ſervandas, videlicet quod pro defunctis in noſtra dicta Parochiali Eccleſia corpore ibidem præſentialiter delato exequiæ debent celebrari. Quibus finitis dictum corpus apud dictos Fatres ad Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradendum ſolet deferri, quod non ſolum Fratribus illis, verùm etiam Parochianis noſtris vertitur in tædium & detrimentum ſeu gravamen; volenteſque futuris litibus & diſcordiis quantum in nobis eſt obviare, ex ſpeciali favore & humili dictorum Fratrum ſupplicatione ac etiam Parochianorum noſtrorum expeditione, primo tamen pactum per prædeceſſorem noſtrum cum prædictis Fratribus de obſervantia factum cum pœna adjecta revocantes, caſſantes & annullantes ac ad nichilum redigentes, ſæpe dictis Fratribus de obſervantia ad honorem Dei & in favorem dictorum Fratrum annuimus, & ex ſpeciali gratia concedimus, ut corpora defunctorum, qui apud ipſos Canonice ſepulturam dum viverent elegerint, & minorennium pro quibus etiam ipſorum parentes & propinqui recipere valeant & ſepelire abſque introductione ad noſtram Eccleſiam, & exequiis ibidem faciendis, ſpecialem & liberam impertimur licentiam & facultatem tam pro nobis quam dictæ noſtræ Eccleſiæ ſucceſſoribus Curatis. Salvo quod Jure Canonicæ portionis pro quolibet adulto ibidem ſepeliendo quindecim, pro minorennibus verò quinque ſolidi Hollandiæ nobis aut noſtro Curato ab eorum heredibus prius ſolvantur, volenſque quod Fratres prædicti nullum funus hujuſmodi recipiant aut ſepeliant priuſquam nos aut noſtri Vice-curati de ipſius ſepulturæ electione & dictæ Canonicæ portionis ſatisfactione fuerimus contentati & ſoluti, ſuprà conceſſis ſemper in ſuo robore manentibus; alioquin præſens donatio & conceſſio nullius ſit roboris aut momenti: quod ſi dictos ſolidos ſolvere recuſaverint, ex tunc dicti Fratres ad prænominatam conſuetudinem obſervandam plenarie tenebuntur. In cujus rei teſtimonium has præſentes litteras ſigillo noſtro proprio appenſo duximus confirmandas & roborandas. Sub Anno a Nativitate Domini 1475. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini *Sixti*, divina providentia Papæ quarti, anno quinto.

TRANSFIXUM.

DAvid de Burgundia, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, univerſis & ſingulis tam præſentibus quam futuris, ad quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint, cupimus fore notum, quod nos omnia & ſingula contenta narrata & deſcripta in hac patenti littera venerabilis & circumſpecti viri Domini *Johannis de Roſimboch*, ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini *Sixti*, divina providentia Papæ quarti, ſanctæque Sedis Apoſtolicæ & Eccleſiæ Romanæ Prothonotarii, nec non Paſtoris ſive Curati Eccleſiæ Parochialis in Haerlem noſtræ Diœceſis, ſigillo ſigillata, cui hæc noſtra præſens confirmationis littera eſt transfixa, tam ipſe Curæ quam etiam Fratribus Minoribus de obſervantia in dicto oppido Harlemenſi commorantibus fore commodoſa & convenientia. Ideoque eorum ſupplicationibus inclinati, hujuſmodi litteram omniaque & ſingula contenta in eadem ex tota ſcientia ratificamus, approbamus rataque & firma habemus & inviolabiliter volumus obſervari, eaque auctoritate noſtra ordinaria in Dei nomine confirmamus noſtrarum teſtimonio litterarum ſigillo noſtro ad cauſas præſentibus impendendo munitarum. Datum Anno Domini 1475. die 26. menſis Septembris.

a Traj. Epiſcopo Davide firmata.

Hi Aº. 1561. Rectores & præcipui Patres Monaſterii hujus fuere:

Rectores ac viri primarii.

Fr. MARTINUS AB HERENTALS, Gardianus.
Fr. MARTINUS A LOVANIO, Vice-Gardianus.
Fr. JOANNES AB AMERSFORDIA.
Fr. THEODORUS A GAUDA.
Fr. PETRUS A TRAJECTO.
Fr. BARTHOLOMEUS AB AMERSFORDIA.
Fr. JOANNES À ZICHEMS.
Fr. JOANNES A BALEN, Lector.
Fr. SEBASTIANUS A LINTHRIS.
Fr. FRANCISCUS A LOVANIO.
Fr. MATTHIAS A ZULRE.

Piis ac religioſis viris floruit uſque ad Annum 1577. cum menſe Auguſti devicto oppido a Principe Auriaco, Religioſi omnes turpiter ſunt expulſi.

Excidium.

S. Antonii Ædes, cultæ primùm a Fratribus tertiæ Regulæ D. *Franciſci* ſub *Pomerii S. Antonii* nomine, notæ Harlemi, a Regularibus *Capitulo Sionenſi* ſubditis dein inhabitatæ fuêre.

S. Antonii Ædes, a Fratribus tertiariis S. Franciſci primùm cultæ.

Cum iis hoc pacto tranſegit *Theodoricus Waſſenarius*, Curatus Harl. &c.

Digitized by Google

privilegiis a Curato ſub certa lege dictæ,

THeodoricus de Waſſenaer, Dei gratiâ Præpoſitus ſancti Johannis Trajectenſis, nec non Curatus Parochialis Eccleſiæ Harlemenſis, univerſis præſentia viſuris facimus manifeſtum. Quod devotis precibus & inſtantiis Fratrum pro nunc tertii Ordinis ſancti *Franciſci* de pœnitentia nuncupati Parochiæ noſtræ Harlemenſis, quibus eos ad divini cultus honorem & ſacrorum officiorum incrementum ſancte ac vehementer conſtabat eſſe affectos, nos inducti inclinatique conceſſimus, ac pro noſtris ſucceſſoribus præfatæ noſtræ curæ prænominatis Fratribus concedimus per præſentes, ut poſſint & valeant erigere Eccleſiam & conſecrari facere cum altaribus, cœmeterio, campanilibus, campanis & aliis officinis pro Miſſis in eiſdem celebrandis requiſitis & in prætactis Eccleſia ſeu cœmeterio Fratres & commenſales ejuſdem domus & Conventus ſepelire, ſalvo quod de quolibet Fratre ſine commenſali ſepeliendo pro juribus noſtræ Eccleſiæ nobis & ſucceſſoribus noſtris reſpondeant de uno *loot* argenti puri, & inſuper quod poſſint reſervare in Eccleſia propria Sacramenta Eccleſiaſtica, videlicet Euchariſtiæ & extremæ Unctionis, etiam exhortationes, admonitiones & collationes facere coram populo ad eas audiendas convenire volenti, dummodo fiant in tempore quo divina in noſtra Parochiali Eccleſia præfata non exerceantur. Retenta nichilominus nobis & ſucceſſoribus noſtris portione Canonica pro indemnitate curæ noſtræ, pro oblationibus videlicet unum ſcutum Franciæ vel ejus valorem. In hebdomada *Cantate* omni anno a Fratribus memoratæ Domus rite ſolvendum. Et ſi contingat in præfatis Eccleſia ſive cœmeterio aliquem noſtrorum Parochianorum ſive aliorum ſepeliri, quod conſimiliter nobis & ſucceſſoribus noſtris pro juribus noſtræ Eccleſiæ ſupradictæ ſolvent & deliberent infra triceſimam diem obitus hujuſmodi defuncti quatuor ſcuta Franciæ vel verum valorem eorum, ut hæc omnia præſcripta firma maneant & illibata, nos tenore præſentium ac pro noſtris ſucceſſoribus noſtrum ad hoc exhibemus conſenſum pariter & aſſenſum: in quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum teſtimonium, noſtrum ſigillum præſentibus dignum duximus apponendum. Datum Trajecti Anno Domini 1446. decima octava menſis Maji.

S. *Antonii* Cœnobium, occupatum ab Abbate Inſulæ B. *Mariæ* propè Culenburgum, cujus fit mentio in Archivis Anno 1470. menſe Auguſto.

a Præmonſtratenſibus poſtmodùm occupatæ,

Rurſum Ann. 1484. circà D. Lucæ feſtum, reſtauratum Fratrum *Albatorum* Collegium ab Abbate *Mariano*, quod prius fundatum a Regularibus a LXX. annis retrò. Monaſterium hoc, nuncupatum poſteà *Præpoſitura* S. *Antonii*, & Monachi, ab indumento * *Albati*; undè adhuc vico nomen. Sed cum perfuncti ſacris, vitam genialem agerent, ac diſſolutè viverent, cenſus ac bona eorum, aſſentiente Rom. Pontifice, tranſlata Anno 1541. Martii die IX. ad uſum Xenodochii S. *Eliſabethæ*.

& cenſu Xenodochii S. Eliſabethæ addictæ,

Petrus Zuringus Inſulæ Marianæ Abbas, ſub hoc A°. 1545. quoſdam Ordinis ſui Religioſos Harlemum miſit, illic commoraturos, & recepturos penſionem a *Rectoribus Hoſpitalis Sanctæ Eliſabethæ*, ipſis competentes, ut præferunt hæ, quas teneo authenticas, Abbatis iſtius litteræ:

ab iiſdem habitatæ.

* ii vulgò *Præmonſtratenſes* ſeu *Norbertini* dicti, ab Inſtitutore S. *Norberto*.

PEtrus de Zuyren, permiſſione divina Abbas Inſulæ beatæ *Mariæ* Virginis, Ducatus Geldriæ, Trajectenſis Diœceſis, Ordinis Præmonſtratenſis religioſis filiis, & in Chriſto Fratribus noſtris *Anthonio Lamberti de Leydis*, & *Adriano Petri* & *Joanni Meyer de Delft*, Ordinis noſtri quondam Conventualibus Conventus *Pomerii ſancti Anthonii* in oppido Haerlemenſi Comitatus Hollandiæ, ſalutem in Domino ſempiternam. Notum facimus, quod nos propter certas cauſas animum noſtrum ad hoc moventes, vobis & cuilibet veſtrum damus licentiam habitandi, commorandi & reſidendi in oppido Haerlemenſi vel circiter ibidem cum probis & honeſtis perſonis religioſe vivendi & converſandi, propterea damus vobis & cuilibet veſtrum auctoritatem recipiendi & ſublevandi penſiones veſtras, vobis ad vitam veſtram a Rectoribus *Hoſpitalis ſanctæ Elizabeth* dicti oppidi Haerlemenſis competentes ad uſum veſtrum neceſſarium. Inſuper vobis & cuilibet veſtrum largimur facultatem ſublevandi & poſſidendi pro neceſſitate veſtra bona, ſi quæ vobis poſſunt emergi & accidere jure hereditario, ſpiritualia temporaliaque ex providentia, & favore veſtrorum amicorum, & etiam gratiam vobis & cuilibet veſtrum conferendo Curæ Paſtorali & quibuſcumque beneficiis ſerviendo pro Paſtore, Sacellano, ſeu Vicario gerendi &c. aut quocumque modo vobis commode & honeſte poterint provideri, hoc tamen ſemper addito ut zelus Dei & diſciplinæ Regularis noſtri Ordinis Præmonſtratenſis in vobis ſemper fulgeat, alioquin omnia ſupradicta non grata nec rata habemus: in quorum omnium præmiſſorum fidem & robur manum noſtram his litteris noſtris duximus ſubſcribendum. Datum in Delfft XV. die menſis Junii Anno 1545. hoc modo fuit ſubſcriptum per me *Petrum Zuringum*, Marianæ Inſulæ immeritum & humilem Abbatem, & ſupraſcriptum inſtrumentum admiſſum ac ratum & manu & chirographo proprio, anno ac die præſcriptis; ſubtus erat ſcriptum hoc adagium, *virtus per ærumnas*, adhuc ſic ſubſcriptum, collationata eſt præſens copia & concordat cum ſua principali copia de verbo ad verbum, quod ego *Philippus Schiedamus*, publicus Notarius, manu mea propria ac ſigno conſuetis proteſtor, ſubſignatum *Philippus Schiedamus*, publicus Notarius SSt.

Collationata eſt præſens copia cum ſimili copia authentica facta eſt eidem conſona, teſte me *Jacobo Dorpio*, Notario publico per Curiam Hollandiæ admiſſo,

J. DORPIUS, SSt. Notarius.

Dnus *Joannes Hardenberghius*, Præmonſtratenſis, Paſtor Schiedamenſis penſionem hanc LX. floren. aureorum vitalitiam a dicti Hoſpitalis Rectoribus juris via proſecutus eſt A°. 1564.

Cellitæ intra eandem urbem a *Nicolao Ruytero*, Curato Harl. admiſſi ſunt ſub Ann. 1496. ſub lege ſequenti Charta contenta:

Cellitarum, ſub edita lege admiſſorum, ædes.

NIcolaus Ruyter, Apoſtolicæ Sedis Prothonotarius ac Eccleſiæ Parochialis Haerlemenſis Præpoſitus ſeu Curatus, ad univerſorum notitiam deducimus & deduci volumus per præſentes, quatenus nos piis devotioni & affectui devotorum Fratrum Cellitarum Ordinis Sancti *Auguſtini*

Digitized by Google

ſtiai Conventus Harlemenſis favorabiliter inclinari ad honorem Omnipotentis Dei & divini cultus augmentum ipſis ut in dicto Conventu infra Curam Eccleſiæ noſtræ Parochialis antedictæ Capellam cum campanili ac parvo cœmeterio conſtruere & conſtructa conſecrari facere, ac Miſſas inibi apertis januis celebrare poſſint & valeant, tenore præſentium pro nobis & noſtris ſucceſſoribus dictæ Eccleſiæ Curatis plenam impertimur licentiam & auctoritatem. Item & quod in dicta Capella vel cœmeterio ſuos Fratres duntaxat ſepelire & in eadem Capella capſulam ligneam pro eleëmoſynis uſui ſuo reſervandam ponere, & per ſuum Confeſſorem vel alium Sacerdotem idoneum in eadem ſine tamen reſervatione Sacramentorum communicare valeant, dummodo tamen in quatuor principalioribus feſtis non fiat etiam gratioſe concedimus & indulgemus per præſentes. Inſuper quod etiam poſſint aliquando habere ſermonem ad populum, dummodo non fiat, in tempore quo ſermo in noſtra Eccleſia Parochiali exercetur, ne populum ibidem impediant, & quotquot ex tunc & aliis diebus in ſuo altari vel trunco ſive capſula lignea oblationes a Chriſti fidelibus datas libere valeant retinere & ſervare; ſalvo quod dicti Fratres Cellitæ & eorum ſucceſſores Curato ſive ipſius Vice-curato pro tempore exiſtenti ſingulis annis in feſto ſancti *Bavonis* decem ſolidos pagamenti Hollandiæ loco Canonicæ portionis deliberare & ſolvere tenebuntur, ultra cenſum & pactionem, quam ſingulis annis ex domibus eorum Curæ noſtræ reſpondere obligati ſunt & fuerunt: in quorum omnium veritatem & teſtimonium præſentes litteras ſigilli Curæ noſtræ antedictæ per honorabilem virum Magiſtrum *Joannem Roeper*, Vice-curatum noſtrum, fecimus appenſione communiri. Datum Anno Domini 1496. altera die ſanctæ Magdalenæ Apoſtolæ.

Concio in eorum Sacello permiſſa, extra tempus quo concio fit in Parochia.

Erat ſic ſubſcriptum,

Collationata præſens copia per mé *Adamum Jo.* publicum auctoritate Imperiali Notarium, concordat cum ſuo originali, quod atteſtor hac manu mea propria.

Sanctimonialium Cœnobia; Jum *S. Mariæ Magdalenæ*;

Nec pauciora Sanctimonialium Cœnobia fuëre Harlemi; *Sanctæ Mariæ Magdalenæ* tertiæ Regulæ D. *Franciſci* ad urbis pomœria, ubi nunc atræ luis domus, cujus mentio in litteris antiquis Anno 1475. 30. Maji conſignatis a *Gualtero Bekeſteyn*, & *Joanne Petro Hals*, Scabinis.

Sequens privilegium Sororibus his indulſit *Joannes Roſimbochius*, Curatus Harl. &c.

quibus extra ædes, Sacellum conceſſum,

Wy *Jan van Roſimboch*, by der gratien Goodts Prothonotarius des Paues van Romen, ende Paſtoor der Parochiael-kercke van Haerlem, doen condt allen luyden, ende kennen voir ons ende onſen naecomelinghen vander Cueren weghen voirſz. dat wy conſenteren den Suſteren van *ſinte Marien Magdalenen*, gheheten bekeerde Sondaerſſen of Suſteren vanden bekeerden leven te moghen timmeren, of doen timmeren, een Clooſter of Convent mit zyn toebehoren binnen onſen Curen voirſz. mitten Sacramenten die hun ende haeren Biecht-vaedere van node zyn; des ſo ſullen zy onſer Cueren voirſz. gheven jaerlix vyf ſchellinghen goets gelts. Ende waert dat zy naemaels enighe erflycke renten tot haer nootruſticheyt vercreghen, ſo zouden zy gheven onſer Cueren voirſz. een Vranckrijckſe ſchilt jaerlicx, ende van elcke Suſter als dan die daer ſtorve ende Biecht-vaedere die daer begraven worde ons oft onſe naecomelinghen dan in der tyt weſende een loot ſilvers. Ende waert ſaeck dat zy op enighen tyden yemandt anders begroeven, daer ſoude dat Convent voirſz. voir gheven den Cureyt van Haerlem vier Vranckryckſe ſchilden oft hum vernoeghen nae zynen willen. Ende zy en ſullen niet ſingen of predicken, noch doen ſingen of predicken als men enighe dienſt doet in die Parochi-kercke voirſz. dan op Kerſmis-daeghen haers Patroons, die principael Hoochtyden, alle onſer Vrouwen daeghen, cledinghe of profeſſi tyden. Ende waert zaeck dat zy hier over deden nae dat zy wittelycken vermaent waeren, zo zullen zy vervallen weſen van alle privilegien hum van onſer Curen weghen gegunt niet wederſtaende enighe privilegien die zy van den ſtoel van Romen of vander Oorde of anders hebben moghen of naemaels vercrygen mochten. In kenniſſe der waerheydt zo hebben wy bezegelt deſen brief met onſen zegele hier beneden aen ghehanghen, int jaar ons Heren 1474. op ten vierden dach in Auguſto.

ea lege, ut cantus aut concio ibi non fiat, quo tempore divinum Officium in Parochia peragitur; niſi diebus quibuſdam ſolemnibus.

II. *S. Michaëlis*; quas Harlemenſi Curato, &c. commendat Traj. Epiſc. Fr. Blanckenheimius.

S. *Michaëlis*, Sororum Franciſcanarum Conventus, ubi nunc jaculatorum hortus, conditus atque inſtitutus Anno 1488. Aprilis 8. die.

Fredericus Blankenheimius, Ultrajectinus Epiſcopus, Sorores has Curato Harlemenſis Parochiæ, vel Commendatori *Joannitarum* commendat per haſce litteras:

F*Redericus de Blankenheim*, Dei gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, univerſis Chriſti fidelibus ad quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint ſalutem in Domino ſempiternam. Specioſus forma ſponſus Eccleſiæ Dominus Jheſus Chriſtus inter cetera ſanctitatum inſignia præcipue diligit caſtitatem, ut ſibi Virgini nato de Virgine Virgines famulentur, ſtatum etiam vidualem a ſua miſericordia non repellit, cum juxta Sacræ Scripturæ eloquia non ſolum conſtat Virgines, ſed etiam viduas ad cæleſtia pervenire. Cum igitur in Haerlem oppido noſtræ Diœceſis quædam ædificia cum Capella & altari conſecrato in honorem Omnipotentis Dei, glorioſæ Virginis *Mariæ*, & ſancti *Michaelis* Archangeli, & omnium Sanctorum honeſte & congrue ſint conſtructa, in quibus nonnullæ Virgines ac continentes ſub modo vivendi Ordinis ſancti *Franciſci* de pœnitentia nuncupatæ vivunt pariter in communi, quæ arctioris vitæ deſiderio æſtuantes elegerunt ſub perpetua clauſura Chriſto Domino militare quatenus a procelloſis hujus mundi fluctibus ſupra & publicum ſegregatæ ſpectaculis in ſanctæ converſationis ſtudio contemplationis dulcedine liberius & quietius Deo vacare ac laſciviendi occaſione quam ſemota eidem valeant corda & corpora ſua in omni caſtimonia cuſtodire, atque proinde humiliter ſupplicarunt ut hujuſmodi ſuæ piæ intentioni noſtrum impertiri ſuffragium dignaremur, nos vero earum devotioni merito congaudentes tanto libentius eis favoris noſtri præſidium impertimur, quanto conſtat eas propter ſexus fragilitatem perpenſiori auxilio indigere. Quapropter venerabili viro Domino Paſtori Parochialis Eccleſiæ ſancti *Bavonis* dicti oppidi, vel Commendatori Domus ſancti *Johannis Hoſpitalis Jeroſolymitani* Haerlemenſis ibidem,

ibidem, de quorum induſtria & diſcretione in his & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, auctoritate noſtra ordinaria committimus & mandamus, quatenus prædictas Virgines ac continentes vel tot ex eis quot de bonis ſibi a Deo collatis & de operibus manuum ſuarum ſuſtentari poſſe credant per unius anni ſpacium, quem eis pro probatione rigoris hujuſmodi aſſignamus, unus eorum eadem auctoritate includat, ipſum incluſorium prout moris eſt benedicendo, anno vero revoluto vel interim ſi hoc elegerint liberum eis conceſſurus egreſſum. Quæ vero poſt annum permanere voluerint, ex tunc illas includat perpetuo inibi Domino ſervituras, ita quod nulli earum deinceps quacunque occaſione vel cauſa pateat egreſſus, niſi aliquam earum tanto & tam intolerabili morbo gravari contingeret, quod non poſſet cum aliis ſine gravi ſcandalo vel periculo commorari, aut vero nos vel ſucceſſores noſtri Epiſcopi Trajectenſes ipſis ſive alicui earum propter certam & rationabilem cauſam licentiam largiremur. Et quotiens ipſis incluſis pro tempore viſum fuerit aliquam aliam vel aliquas in futurum cum ipſis de novo debere includi Rectori pro tempore dictarum Sororum de conſilio & expreſſo conſenſu miniſtri earundem per ſaniorem partem dictarum incluſarum electio, juxta formam præmiſſam auctoritatem committimus includendi, eidem congrua de proventibus dictæ domus portione aſſignata. Ceterum ut prædictæ Virgines & continentes dictam Capellam ſancti *Michaelis* tranſactis temporibus conſtructam, vel in eodem Conventu ſive area convenientius conſtruendam & altaria cum cœmeterio habere & libere ac licite conſecrari facere valeant, quodque Miſſam & alia divina officia, prout devotio earum exegerit, legendo vel cum nota celebrari & Verbum Dei a ſuo Confeſſore & alio quovis Presbytero in verbo Dei competenter inſtructo proponi & prædicari facere poſſint, tenore præſentium auctoritate noſtra ordinaria indulgemus. Et ut idem Confeſſor ipſarum incluſarum aut includendarum & cum eis foris aut intus commorantium confeſſionibus diligenter auditis, de commiſſis pœnitentiam ſalutarem injungere, abſolutionis beneficium impendere, vota etiam minora in alia pietatis opera commutare valeat, ac omnia illa & ſingula in litteris, quibus hæc noſtræ litteræ præſentes ſunt transfixæ, conceſſa atque contenta facere poſſint, eiſdem perpetuis temporibus de ſpeciali gratia elargimur, eaque ratificamus & approbamus & in Dei nomine confirmamus. Præterea prædictam domum ſeu ædificia præfata Sororum in perſonis & rebus in religioſam & Conventualem Domum dicti Ordinis & Capellam in oratorium erigimus, ſuſcipientes ea & omnia bona earundem Sororum mobilia & immobilia ad eas juſto titulo pertinentia & in poſterum pertinenda, ſub beati Martini & Eccleſiaſtica & noſtra protectione ac Eccleſiaſtica debere gaudere libertate & tuitione decernimus per præſentes & ex certa ſcientia declaramus. Poſtremo ſupradictæ Capellæ pro tempore Rectori diſtricte committimus, injungendo ut pervigili cura per ipſas incluſas & earum congruo regimine pervigilet, de illicitis, ſi quæ commiſerint vel ſi inſolentes fuerint, auctoritate noſtra corrigendo. Et ſi pertinaces, quod abſit, extiterint, & culpa talis fuerit, nobis & noſtro pro tempore ſucceſſori vel in ſpiritualibus Vicario ſeu etiam ipſarum Viſitatori ſecundum inſtitutionem regulæ earum de conſilio miniſtri denunciet arctius puniendas noſtrarum teſtimonio litterarum. Datum Anno Domini 1416. menſis Auguſti die decima nona.

Theodoricus Waſſenarius, Curatus Harl. &c. Sorores haſce intra Parochiam admittit, & privilegia concedit hiſce litteris expreſſa:

In *nomine Domini Amen*. Univerſis & ſingulis hoc præſens publicum inſtrumentum inſpecturis ego *Theodoricus de Waſſenaer*, Apoſtolicæ Sedis Prothonotarius, Præpoſitus Leydenſis, Eccleſiarum Trajectenſis & Leodienſis Canonicus, & Paſtor Eccleſiæ Harlemenſis Parochialis ſancti *Bavonis* Trajectenſis Diœceſis, ſalutem & ſinceram in Domino charitatem. Ea quæ pro cuſtodia & devotione perſonarum feminei ſexus meæ parvitati commiſſarum expediunt eo libentius concedo, quanto conſtat eas propter ſexus fragilitatem propenſiori auxilio indigere. Quatenus igitur devotæ perſonæ Parochianæ meæ, infra dictam Parochiam meam juxta magnam plateam lignorum in area prope Capellam ſancti *Michaelis* commorantes Ordinis de Pœnitentia ſancti *Franciſci*, gratia majoris devotionis & cuſtodiæ honeſtum & diſcretum Presbyterum in earum Confeſſorem eligere valeant, qui per ſe vel per quemcunque Presbyterum a prædictis Sororibus ſive perſonis ad hoc vocatum in ipſarum Capella Miſſas & alia divina Officia celebrare, ipſiſque & earum commenſalibus continuis auditis earum confeſſionibus & pro modo culpæ pœnitentia ſalutari injuncta abſolutionis beneficium impendere, & eis quotienſcunque devotio earum exegerit & opportunum fuerit, Eccleſiaſtica Sacramenta, videlicet Corporis Chriſti & extremæ Unctionis valeat miniſtrare. Quæ Sacramenta pro majori earum cuſtodia & devotione in earum Capella in loco ad hoc decenti & ornato continue conſervari poſſent, & etiam in eodem loco Capellam & cœmeterium habere & libere conſervari facere licentiam tenore præſentium concedo. Inſuper ut & prædictarum perſonarum Sororum & earum commenſalium, ut præmittitur, decedentium corpora cum frequentatione exequiarum, prout moris eſt, per earum Confeſſorem in prædicto loco conſecrato ſepeliri poſſent; dummodo auctoritas ordinaria Domini Epiſcopi Trajectenſis ad præmiſſa acceſſerit, indulgeo per præſentes; ſalvo tamen michi & ſucceſſoribus meis pro tempore Curatis Parochialis Eccleſiæ Harlemenſis præfatæ annuatim uno ſcudato Franciæ. Quod Sorores ac prænominatæ perſonæ dicti Ordinis pro ſe & earum ſucceſſoribus pro tempore pro portione Canonica & oblationibus occaſione ſepulturæ aut aliàs undecunque provenientibus, & pro indempnitate ipſius Eccleſiæ prædictæ, ac aliis obventionibus univerſis & ſingulis annis in feſtivitate ſancti *Bavonis* realiter & in effectu perſolvere promiſerunt. Et ego *Theodoricus de Waſſenaer* præfatus promitto bona fide pro me & pro meis ſucceſſoribus pro tempore Curatis Parochialis Eccleſiæ ſancti *Bavonis* Harlemenſis præmiſſa omnia & ſingula firmiter & inviolabiliter perpetuis temporibus obſervare, nec contravenire directe & indirecte per me vel per alios quovis modo. Et ut iſta pia ordinatio perpetuum obtineat vigorem, ſupplico affectuoſe reverendo in Chriſto Patri ac Domino, Domino Epiſcopo Trajectenſi, quatenus hanc ordinationem dignetur ſua auctoritate ordinaria approbare & confirmare. In quorum omnium teſtimonium præ-

Tranſactio altera.

præſens publicum inſtrumentum per diſcretum virum Magiſtrum *Johannem Nicolaï*, Clericum dictæ Trajectenſis Diœceſis publicum Imperiali auctoritate & admiſſione ordinaria Notarium ſubſcribi & ſigno ſuo ſolito & conſueto ſignari, ac ſigilli mei feci appenſione muniri. Acta fuerunt hæc in domo inhabitationis perſonarum & Sororum prædictarum, ſub Anno Nativitatis Domini 1416. Indictione nona ſecundum ſtilum, uſum & conſuetudinem civitatis Trajectenſis Diœceſis, menſis Auguſti die decima quarta, hora Veſperarum vel quaſi; præſentibus ibidem diſcretis ac honeſtis viris Dominis *Jacobo*, filio *Johannis*, Magiſtro in Artibus nec non Baccalaureo in Decretis, *Gerardo Bloet*, *Johanne Scoten*, Presbyteris & *Johanne de Bakeneſſe*, laico Trajectenſis Diœceſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Clariſſarum Parthenon;

Nec procul indè Sorores S. *Claræ* habuêre Parthenæum. Dono fundum acceperunt a Domina *Gisberta de* * *Huiſſen*, in quo commodum extruxerunt habitaculum, & habitare cœperunt Anno 1471. capto ab Harl. oppido, ſacriſque locis miſerè profanatis ac deſtructis.

Senatûs Harl.

Piæ enim quædam mulieres tertii Ordinis, inquit ex Mon. Harl. *Waddingus*, cupientes Monaſterium Ordinis S. *Claræ*, ſibi aliiſque conſtruere, interceſſores apud Rom. Pontificem adhibuerunt Burgimagiſtros ac Scabinos, quorum votis aſſenſit per ſequens Diploma, ad Traj. Epiſcopum datum:

Ven. Fratri, Epiſcopo Trajectenſi, &c.

Rom. Pontificis,

PIIS fidelium, &c. Sane pro parte dilectorum filiorum Burgimagiſtrorum, ac Scabinorum, & aliorum oppidi Harlemenſis tuæ Diœceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod in præfata Diœceſi ſunt nonnullæ mulieres, ſummum erga Ordinem S. *Claræ* devotionis affectum gerentes, quæ terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna fælici commercio, ob frugem vitæ melioris, ad Omnipotentis Dei & ipſius S. *Claræ* laudem & honorem, in eodem oppido, vel ejus diſtrictu, pro earum uſu & habitatione in loco ad hoc congruo & honeſto, per ipſas mulieres eligendo, unum Monaſterium dicti Ord. cum Eccleſia, cœmeterio, campanili, campanis, refectorio, hortis, hortalitiis, aliiſque officinis neceſſariis de novo fundare, erigere, & conſtruere, ſeu erigi, conſtrui, & ædificari facere, ac in eo profeſſionem, juxta Regulam ejuſdem S. *Claræ* per fæl. record. Innocentium Pont. VIII. prædeceſſorem noſtrum confirmatam, emittere regularem ferventer exoptant, dummodo eis ad id Apoſtolicæ Sedis ſuffragetur auctoritas. Quare pro parte eorundem Rectorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ipſarum mulierum pio propoſito favorabiliter annuentes, eis Monaſterium, ſive Conventum hujuſmodi cum Eccleſia, cœmeterio, campanili, campanis, refectorio, hortis, hortalitiis, & officinis hujuſmodi, in dicto prædio, vel in Parochia dicti oppidi, fundandi, erigendi, vel conſtruendi, ſeu fundari, erigi, & conſtrui faciendi, ipſiſque mulieribus, illud poſtquam conſtructum fuerit, recipiendi, & pro hujuſmodi uſu & habitatione perpetuò ſub regimine & cura prædictorum Ordinis Minorum de obſervantia nuncupatorum, quemadmodum ſunt Conventus in Gouda, in Leydis, in Harlem, & alii Conventus de ſtricta obſervantia Provinciarum Coloniæ, & Franciæ, & nonnullius alterius obedientiæ cura & regimine, retinendi, licentiam concedere, ac Monialibus in illis commorantibus, per Sedem Apoſtolicam, & aliàs in genere conceſſis, uti valeant pariter, & gaudere, indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus apud te ipſum viſis & examinatis diligenter, quæ in præmiſſis, & circa ea fuerint attendenda, ſuper his provideas opportunè: jure tamen Parochialis Eccleſiæ & cujuſlibet alterius in omnibus ſemper ſalvo. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1458. ſeptimo Idus Maji, Pontificatus noſtri anno quarto.

* Legendum *Heuſſen*, ſtirpe Harlemi dudùm clara; ſic enim & legit in ſuo *Harlemo Schrevelius*.

Th. Waſſenarii,

Conditionem, quâ admiſſæ ſunt hæ *Theodori Waſſenarii*, Curati Harl. Tabulæ vernaculæ exprimunt:

WY *Dirick van Waſſenaer*, by der gratien Goodts Prothonotarius des ſtoels van Romen, Prooſt ſinte *Johans* tUtrecht ende Paſtoor der Kercken van Haerlem, doen condt allen luyden ende kennen, dat wy voir ons ende voir onſen nacomelingen van onſer Curen weghen, beliefſt ende geconſenteert hebben, believen ende conſenteren den Suſteren van ſinte *Claren* vander derder Oorde ſinte *Franciſcus*, wonende achter dat oude Gaſthuys binnen onſer Curen van Harlem, dat ſi hebben ſullen binnen haeren Convent een Kerck ende Kerckhof mitten Sacramenten die hum van node zyn voor haeren Suſteren ende Biechtvaederen. Des ſullen zy onſer Curen gheven des jaers vyf ſchellinghen goet gelts. Ende waert dat zy naemaels enighe erffelycke renten vercreghen tot haer nootruſticheyt, ſo ſouden zy geven een Vrancryckſe ſchilt, ende van elcke Suſter die daer ſtorve ende Biecht-vaederen, ons ofte onſe naecomelinghen dan meer tyt weſende gheven een loot ſilvers. Ende waer dat zy yemandt anders groeven, daer ſoude dat Convent voirſz. voir geven den Cureyt vier Vrancryeſe ſchilden binnen een maent nae dat die dode geſtorven waer. Ende zy en ſullen niet zinghen of predeken als men enighen dienſt doet in die Parochi-kercke dan op Kerſmisdaghen haers Patroons cledinghe of profeſſi tyt. Ende waert dat zy hier over deden, ſo zullen zy vervallen weſen van allen previlegien hum van onſer Curen gheghunt, niet wederſtaende enighe previlegien die zy van den ſtoel van Roomen vander Oorden weghen hebben moeghen. In kenniſſe der waerheydt ſo hebben wy &c. Int jaer ons Heren 1454. op ten 25. dach in Mey.

Joannes Roſimbochius, *Waſſenarii* ſucceſſor, deceſſoris conſenſum firmat per haſce Tabulas Latinas:

Jo-

& Joannis Roſimbechii Curatorum Harl. conſenſus,

JOhannes de Roſimbach, Subdiaconus in alma Univerſitate Lovanienſi actu ſtudens, Perſona ſive Rector Parochialis Eccleſiæ de Haerlem, Trajectenſis Diœceſis, univerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis, viſuris & audituris, ſalutem in Domino. Notum facimus, quod nos ſponte & ex gratia ſpeciali pietatis intuitu, omnia & ſingula in litteris patentibus venerabilis viri Domini *Theoderici de Waſſenaer*, prædeceſſoris noſtri Religioſis Sororibus ſanctæ *Claræ* tertii Ordinis ſancti *Franciſci* in dicta Parochia de Haerlem commorantibus indulta, conceſſa & elargita pro nobis & ſucceſſoribus noſtris etiam concedimus, indulgemus & elargimur, ea etiam prout & quemadmodum in eiſdem ſuis litteris, quibus hæ noſtræ litteræ transfiguntur, ratificamus & approbamus, ratificataque, approbata & annotata haberi volumus præſentium per tenores, & nichilominus ſi hujuſmodi per prædeceſſorem noſtrum conceſſa & ordinata ac per nos ratificata & approbata aut alicui eorum contraventum fuerit directe vel indirecte, tunc quemadmodum idem ſæpe dictus prædeceſſor noſter ſtatuit & decrevit; dummodo tamen id ſcienter & deliberate attemptare præſumpſerit, & poſt primam monitionem ipſis a nobis vel ſucceſſoribus noſtris Curatis vel Vice-curatis factam, ſe noverint omni privilegio per nos conceſſo illico fore privatas. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus appendendum. Datum & actum Lovanii Anno Domini 1471. menſis Martii die decima nona.

David Burgundus, Traj. Epiſc. tranſactionem initam confirmavit per ſequens Diploma:

à Davide Traj. Epiſc. firmatur.

DAvid de Burgundia, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, notum facimus univerſis, quod nos tranſactionem, ſeu amicabilem compoſitionem inter Curatum & ſucceſſores ſuos Parochialis Eccleſiæ de Haerlem noſtræ Diœceſis ex una, & Sorores S. *Claræ* tertii Ordinis S. *Franciſci* in & ſub dicta Parochia de Haerlem commorantes, partibus ex altera, provide factas & in litteris, quibus præſens noſtra confirmationis littera eſt transfixa, deſcriptas auctoritate noſtra ordinaria, ratas eſſe volumus & firmas, eaſque ad evitandam altercationem atque diſcordiam, quæ veriſimiliter futuris adhuc temporibus inter dictas partes oriri poſſit, auctoritate noſtra ordinaria ad perpetuam rei memoriam in Dei nomine confirmamus noſtrarum teſtimonio litterarum datarum noſtro ſub ſigillo ad cauſas præſentibus appenſo. Anno Domini 1471. menſis Aprilis die 8.

Et erat infra ſcriptum

J. DE SLUSA.

Et infra appendebat ſigillum Reverendiſſimi Domini in rubra cera impreſſum.

Concordat cum originali, quod atteſtor ego qui deſcripſi & contuli, hac 13 Jun. 1632.

J. BUGGÆUS, Secret.

Cum *Adriano Thibautio*, Curato Harl. &c. ſic deinde convenerunt dictæ S. *Claræ* Sorores:

Remiſſio cenſus ob earum inopiam facta ab *Adr. Thybautio:*

WY *Adriaen Thybault*, Prothonotarius des Stoele van Roemen, ende Prooſt der Prochikerck van Haerlem, doen kond allen luyden ende kennen, dat wy belieft ende geconſenteert hebben, believen ende conſenteren mits deſen de Suſteren van die derde Orden van S. *Franciſcus*, wonende after dat Gaſthuys binnen onſer Cueren van Haerlem, onſe leven lang ende niet langer, of zoe lange wy Prooſt des voorſz. kerke bliven zullen, dat zy my jaerlix ſullen geven niet meer dan vyf ſtuvers, als zy tot noch toe my voorſaeten gedaen hebben, ende dat voor haer jaerlixe reſponſe: hoewel nochtans dattet blyckelick genoch is, dat zy hoorden een Franſche ſchildt te geven. Ende dit om haer armoede, alle andere dingen blyvende in die ſelfde punten als zy tot haer toe geweeſt zyn. In kenniſſe der waerheyt hebben wy onſe ſegelen of ſignet hier onder gehangen, in't jaer 1543. den ſeſten dach van October.

Et infra ſtabat,

Ita annuit præfatus Dominus Præpoſitus, me

J. DE POORPERE, Not. præſente.

Et appendebat ſigillum ejuſdem D. Præpoſiti expreſſum in rubra cera.

Concordat cum originali, quod ego atteſtor qui deſcripſi & contuli 1632. 13. Jun.

J. BUGGÆUS, Sec.

Ad foſſam fulloniam *Sorores B. Mariæ Virg. Carmelit.*

Sororum Carmelit. Conventus,

Theodoricus Waſſenarius, Curatus Harl. &c. hanc eis Ao. 1465. 19. Febr. ſub certa lege conceſſionem fecit:

& cum eis conventio.

DIrrick van Waſſenaer, Prothonotarius des heylighen Stoels van Romen, Prooſt ende Archidiaken der Kerken ſinte *Jans* tUtrecht, Perſoenre ende Cureyt der Cueren ende Parochikercken van Haerlem, &c. Doen condt allen luyden, dat wy voor ons ende onſen naecomelinghen Cureyten der ſelver Curen belieft ende conſenteert hebben, believen ende conſenteren mit deſen onſen brieve de Religioſen ende devoten Suſter *Bave Dircxs*, voir haer ende haer mede Suſteren opt *Nyewelant* binnen der ſtede van Haerlem een Oorde an te nemen van onſer liever Vrouwen Broeders vander Berch van Carmeli, ende die *Capelle* opt ſelve *Nyelandt* mit haer toebehoren aen te vaten, ende daer verheffen te ſtichten, timmeren ende te bouwen voir hun ende haer naecomelinghen toecomenden Suſteren een Clooſter ende Convent der Oordenen voirſz. ghetyden the houden nae den Regel der ſelver Oorden. Behoudelyck dat zy voor hun ende haer Convent ende Clooſter voirſz. ons ende onſen naecomelinghen Cureyten der Kercke van Haerlem voirſz. alle jaer tot Paeſſchen vutreyken ende betalen ſullen eenen gouden Vranckryckſen ſchilt oft payment haerre werden daer voir, ende voir elcke Suſter oft dienre des ſelves Convents die daer ſtorf of begraven worden ſullen zy betalen een loot goet fijns puers ſilvers. Ende waert dat zy ymande die daer begeerde begraven te worden of daer quaem om begraven te ontfenghen ende begroeven,

ven, daer ſullen zy terſtont binnen een maent nae der begraevinghen den Cureyt in der tyt weſende voir betalen vier Vranckryckſe ſchilden. Voort en ſullen zy niet hanteren mit ſinghen, mit prediken oft doen prediken, noch mit proceſſien, mit queſtien oft anders in eniger manieren. Ende of zy of enich van hun den voirſz. poincten alle of enich contrarie deden, zo kennen zy den Cureyt dan weſende terſtont vervallen, ende ſchuldich te weſen daer voir een pond groot Vlaems ſo dicke ende menichwerf als zy dat doen. Ende ſtellen daer op quyt alle previlegien daer zy hun tegent voirſz ſouden moegen mede behelpen. Des t'oorconde ſo hebben wy *Dirrick* voirſz. onſen zegel an deſen brief doen hanghen int jaer ons Heren 1465. op ten negenden dach in Februario.

Zylenſium Virginum ſub inſtituto *S. Aug.* Cœnobium.

Haud procul indè *Virgines Zylenſes*, Inſtituti S. *Auguſtini*, quæ colo, lanâ & telis texendis Cœnobium ſublevabant, Præpoſito ſuo obſequentes; undè & vico nomen.

Gerardus Yſelſteynius, Curatus Harl. eâ illas lege intra Parochiam ſuam admiſit:

intra urbem ſub certa lege admiſſum.

In *nomine Domini Amen.* Univerſis & ſingulis hoc præſens publicum inſtrumentum conſpecturis ego *Gerardus de Yſelſteyn*, Curatus Eccleſiæ Parochialis ſancti *Bavonis* Harlemenſis, Trajectenſis Diœceſis, ſalvam & ſinceram in Domino charitatem. Ea quæ pro cuſtodia & devotione perſonarum feminei ſexus meæ parvitati commiſſarum expediunt eo libentius concedo, quanto conſtat eas propter ſexus fragilitatem propenſiori auxilio indigere. Quatenus igitur devotæ perſonæ Patronæ meæ Sorores incluſæ Ordinis ſancti *Franciſci* de Pœnitentia nuncupatæ infra dictam Parochiam meam in Conventu *by den Zyl* commorantes, gratia majoris devotionis & cuſtodiæ honeſtum & diſcretum Presbyterum in earum Confeſſorem eligere valeant, qui in ipſarum Capella Miſſas & alia divina officia celebrare, ipſiſque incluſis pro tempore & duodecim honeſtis & devotis perſonis hujuſmodi ſexus duntaxat earum commenſalibus continuis auditis earum confeſſionibus & pro modo culpæ pœnitentia ſalutari injuncta abſolutionis beneficium impendere, & eis quotienſcunque devotio exegerit & opportunum fuerit Eccleſiaſtica Sacramenta, videlicet Corporis Chriſti & extremæ Unctionis valeat miniſtrare, quæ ſacra pro majori earum devotione in Capella prædicta in loco ad hoc decenti & ornato continue conſervari poſſent, licentiam tenore præſentium concedo. Inſuper ut & prædictarum Sororum & earum commenſalium duntaxat, ut præmittitur, decedentium corpora cum frequentatione exequiarum prout moris eſt per earum Confeſſorem in prædicta Capella ſepeliri poſſent, dummodo auctoritas ordinaria Domini Epiſcopi Trajectenſis ad præmiſſa acceſſerit, indulgeo per præſentes; ſalvo tamen michi & ſucceſſoribus meis pro tempore Curatis Parochialis Eccleſiæ Harlemenſis prædictæ annuatim uno antiquo ſcudato monetæ Franciæ boni auri & juſti ponderis, quod Sorores dicti Conventus pro ſe & earum ſucceſſoribus pro tempore pro portione Canonica & oblationibus, occaſione ſepulturæ aut aliàs undecunque provenientibus, & pro indemnitate ipſius Eccleſiæ prædictæ ac aliis obventionibus univerſis ſingulis annis in octava Paſchæ realiter & in effectu perſolvere promiſerint. Et ego *Gerardus de Yſelſteyn* præfatus promitto bona fide, pro me & pro ſucceſſoribus meis pro tempore Curatis Parochialis Eccleſiæ prædictæ, præmiſſa omnia & ſingula firmiter & inviolabiliter perpetuis temporibus obſervare, nec contravenire directe vel indirecte per me vel per alios quovis modo: & ut iſta pia ordinatio perpetuam obtineat vigorem ſupplico affectuoſe reverendo in Chriſto Patri ac Domino, Domino Epiſcopo Trajectenſi, quatenus hanc ordinationem dignetur ſua auctoritate ordinaria approbare & confirmare. In quorum omnium teſtimonium præſens publicum inſtrumentum per diſcretum virum Dominum *Wilhelmum Albertum*, filium *Theodorici*, Clericum Trajectenſis Diœceſis, publicum Imperiali auctoritate & admiſſione ordinaria Notarium ſubſcribi & ſigno ſuo ſolito & conſueto ſignari ac ſigilli mei feci appenſione muniri. Acta fuerunt hæc Harlemi in Eccleſia Parochiali Harlemenſi prædicta ſub Anno Nativitatis Domini 1408. Indictione prima, ſecundum uſum & conſuetudinem civitatis & Diœceſis Trajectenſis menſis Aprilis die tertia hora tertiarum vel quaſi. Præſentibus ibidem viris diſcretis & honeſtis Dominis *Petro*, filio *Simonis de Monickendamme*, *Richardo*, filio *Oliveri*, Presbyteris, & *Johanne*, filio *Theodorici*, Clerico dictæ Diœceſis, ad præmiſſa teſtificanda vocatis ſpecialiter & rogatis.

Senatus Harlemenſis eis Anno 1493. 12. Maji ad preces Rectoris ſui, *Joannis Nicolai* filii, Presbyteri, facultatem fecit ædes ſuas, cum anguſtiores eſſent, dilatandi, cujus facultatis ad manum mihi eſt Charta ejus anni authentica.

ex Senatus Harl. venià ampliatum.

Has dein Dyſcolas factas, juſſu Henrici Bavari, Traj. Epiſc. A°. 1526. luſtrarunt *Mathias* & *Joannes de Goch* Epiſcopo Vicarii.

dein prolapſum circa diſciplinam. *Bat. Sac. part.* 1. p. 250.

Ad Cryptam, quæ hodiè forum porcinum, uſque ad vicum lacteum, S. *Catharinæ* Virgines *Tertiariæ* ſacraria ſua habuêre.

S. Catharinæ ſacrarium.

Theodoricus Waſſenarius, Curatus Harl. hoc eis A°. 1446. ſub certa lege privilegium tribuit:

ſub certa lege intra Parochiam receptum.

Wy *Dirick van Waſſenaer*, Prooſt ſinte *Johans* tUtrecht ende Paſtoir van Haerlem, doen condt allen luyden, dat wy voor ons ende voir onſe naecomelinghen van onſer Curen weghen belieft hebben, ende conſenteren den Suſteren ende Convent van ſinte *Katharinen* vander derder Oorden ſinte *Franciſcus* binnen onſer Curen van Haerlem geſeten, dat ſi hebben ſullen binnen haeren Convent een Kerck ende een Kerckhof, met Sacramenten die hum van noodt zyn voor haeren Biechtvaeder ende Suſteren; des ſullen zy onſer Curen gheven tſiaers een oude Vranckryckſe ſchild, ende van elken Suſter die daer ſterft ende Biechtvaeder een loot ſilvers. Ende waert dat ſi yemandt groeven anders daer ſoude dat Convent voir gheven den Cureyt vier Vrankryckſe ſchilden binnen eenre maent dat die dode geſtorven waere. Ende zy en ſullen niet ſinghen of prediken als men de Dienſt doet in die Parochi-kerck, dan op Kermis-daghen, haers Patroons, cledinghe of profeſſi. Ende waert dat zy hier over doen, zo ſullen zy vervallen zyn van allen privilegien hum van onſer Curen gegheven. In oorkonde der waerheydt hebben wy onſen zeghel hier an doen hanghen. Gegeven int jaer ons Heren 1446. den achtienden dach in Meye.

S. Urſulæ Parthenon,

In propinquo ſedem tenuere *S. Urſulæ* Virgines *Tertiariæ*, a quo etiam vicus denominatus.

Hanc cum eis concordiam iniit *Theodoricus Waſſenarius*, Curatus Harl. &c. Aº. 1451.

concordia cum Sororibus inita,

WY *Dirick van Waſſenaer*, Prooſt ſinte *Jans* tUtrecht ende Paſtoor van Haerlem, doen condt allen luyden, dat wy voir ons ende voir onſen naecomelinghen van onſer Curen belieft hebben den Suſteren ende Convent der *Elf duyſent Maechden*, vander derder Oorden ſinte *Franciſcus* binnen onſer Curen van Haerlem gheſeten, dat zy hebben ſullen binnen haren Convent, Kerck ende Kerckhof, met Sacramenten die hum van noodt zyn voer haeren Suſteren ende Biecht-vaeder, des ſullen zy onſer Curen gheven voir haer offerhande tſiaers een loot ſilvers. Ende waert dat zy yemandt anders groeven, daer ſullen zy den Cureyt voir geven vier Vrankryckſe ſchilden binnen eenre maendt dat die dode geſtorven waer. Ende zy en ſullen niet ſingen of predicken, als men dienſt doet in die Parochi-kercke dan op Kersmisdaghen, haers Patroons, cledinghe of profeſſie. Ende waert dat zy hier over deden, ſullen zy vervallen zyn van allen previlegien hum van onſer Curen ghegunt. In kenniſſe der waerheydt onſen zeghel an deſen brief gehanghen. Gegheven int jaer ons Heren 1451. opten 25. dach in Mey.

Ratam eam habuit hoc Diplomate ſuo *David Burgundus*, Ultraj. Epiſcopus, Aº. 1460.

à Davide Burg. Traj. Epiſc. firmata,

DAvid de Burgundia, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Trajectenſis. Notum facimus univerſis, quod nos ad humilem ſupplicationem dilectarum nobis in Chriſto Matris & Conventus Sororum Domus Sanctarum *Undecim Millium Virginum*, tertii Ordinis ſancti *Franciſci* in Haerlem, noſtræ Diœceſis, conſenſum & conditiones, omnia & ſingula in litteris quibus hæc noſtræ transfiguntur enarrata, prout rite & legitime facta ſunt & ordinata ratificamus & approbamus, atque auctoritate noſtra ordinaria in Dei nomine confirmamus. Inſuper Matri & Conventui prædictis ut ſuam novam Eccleſiam & altaria inibi conſtructa & non conſecrata per noſtrum in Pontificalibus Vicarium Generalem, cui etiam præſentibus ad id noſtram licentiam & auctoritatem concedimus, conſervari altaria quoque quæcunque conſecrata ad alia ejuſdem Eccleſiæ magis convenientia loca transferri facere, & cetera ipſis circa hæc neceſſaria vel opportuna; videlicet cœmeterium conſecratum, campanam, campanile & ſimilia habere poſſint & valeant, tenore præſentium indulgemus & licentiam impertimur noſtrarum teſtimonio litterarum. Datum Anno Domini 1460. menſis Auguſti die nona.

S. Annæ Conventus,

Conventus Sororum D. *Annæ*, etiam *Tertiariarum*, quibus *Nicolaus Ruyterus*, Curatus Harl. &c. hoc privilegium ſub certa lege indulſit:

& cum eo tranſactio.

NIcolaus Ruyter, ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Prothonotarius, Præpoſitus & Archidiaconus Aernhemenſis, nec non Præpoſitus & Paſtor Eccleſiæ Harlemenſis, Trajectenſis Diœceſis, dilectis nobis in Chriſto Sororibus Conventus ſanctæ *Annæ*, de tertia Regula ſancti *Franciſci* in oppido de Harlem conſiſtentibus, ſalutem in Domino ſempiternam. Sane attendentes vos eo aptius orationibus, devotionibus & contemplationibus ſalubrius intendere poſſe, quo ab hominum frequentia & cœtu magis fueritis ſeparatæ, ſicque ſaluti veſtræ & benefactorum veſtrorum valere convenientius operam vobis dare, ut in Conventu veſtro valeatis de cetero habere oratorium cum campanili, campana & cœmeterio, in eoque Miſſas & alia divina per Presbyterum idoneum legi & aliquotiens diebus feſtis præcipuis decantari facere poſſitis, dummodo hoc non feceritis eo tempore quo Miſſarum ſolemnia & Veſperarum ſolemnia in eadem Eccleſia Parochiali celebrentur, feſtis dedicationum, Patronorum & diebus inveſtituræ & profeſſionum Sororum exceptis. Utque Presbyter prætactus vobis ſermonem ædificativum faciat, confeſſiones veſtras audiat, Sacramenta Euchariſtiæ & extremæ Unctionis miniſtret quotiens neceſſarium fuerit & ſibi videbitur expedire intra ſepta veſtri Conventus duntaxat concedimus facultatem: ut autem Eccleſiæ matrici provideatur ne per hanc conceſſionem magnum detrimentum proveniat, reſpondebitis Præpoſito Paſtori ejuſdem aut ejus Vice-curato pro tempore ſingulis annis in feſto Paſchæ unam dimidiam unciam argenti puriſſimi, quam diu non habueritis in certis redditibus ſummam ſexaginta librarum Hollandiæ: poſtquam autem ad eandem ſummam perveneritis, reſpondebitis unum antiquum ſcudatum Franciæ. Et pro quolibet funere Conventus veſtri & etiam Confeſſor membrum cenſebitur, reſpondebitis unam dimidiam unciam ſimilis argenti, nulliuſque alterius funus ad ſepulturam recipietis ſub pœna invalidationum præſentium, niſi de ſpeciali Præpoſiti Paſtoris ſive ejus Vice-curati pro tempore licentia; qua obtenta pro tali reſpondebitis quatuor ſcudata Franciæ. Nolumus tamen per hanc conceſſionem populum a matrice Eccleſia quomodolibet retrahi, cujus jus volumus in ſuo robore permanere. In cujus rei teſtimonium ſigillum reverendi in Chriſto Patris & Domini, Domini *Nicolai*, Dei gratiâ Epiſcopi Salubrienſis, *illuſtriſſimi ac excellentiſſimi Principis & Domini, Domini noſtri Archiducis Auſtriæ, Burgundiæ, Brabantiæ, Comitis Flandriæ, Hollandiæ, &c. Conſiliarii & Confeſſoris, in abſentia noſtri & ad noſtram requiſitionem duximus apponendum. Datum Machliniæ Cameracenſis Diœceſis, in domo noſtræ ſolitæ reſidentiæ viceſima quarta menſis Januarii Anno Domini 1485. more Gallicano.

S. Margaretæ Chorus Virginum,

Propè portam crucis denique Virginum *Tertiariarum*, Chorus *S. Margaretæ* dicatus.

En *Theodorici Waſſenarii*, Curati Harl. conſenſum:

& leges ſub quibus admiſſæ.

WY *Dirck van Waſſenaer*, Prooſt ſinte *Jans* tUtrecht, ende Paſtoer van Haerlem, doen condt alle luyden, dat wy voir ons ende onſen naecomelinghen van onſen Curen weghen belieft ende conſenteert hebben den Suſteren ende Convent ſinte *Margarieten* vanden derder Oorden ſinte *Franciſcus*, binnen onſen Curen van Haerlem geſeten, dat zy hebben ſellen binnen haeren Convent, Kerck ende Kerckhof, met Sacramenten die hem van node zyn voir haere Suſteren ende Biechtvader. Des ſellen zy onſen Curen gheven alle jaers eenen ouden Vranckryckxſen ſchilt; ende van elcken Suſter ende Biechtvaeder die daer ſterft een loot ſilvers.

Ende

Ende waert dat zy ymandt anders groeven, daer zoude dat Convent den Cureyt voir gheven vier Vranckryckſe ſchilden binnen eenre maent dat die doden geſtorven waer. Ende zy en ſullen niet ſingen of prediken als men dienſt doet in die Parochy kerck, dan op Kermis-daghen haers Patroons, cledinghe of profeſſie. Ende waert dat hy hier over deden, zellen zy vervallen zyn van allen privilegien hem van onſen Curen gegunt. In kenniſſe der waerheydt hebben wy onſen zeegel hier aen doen hanghen, gegheven in 't jaer ons Heeren 1446. den achthienſten daghes in Mey.

Rodolphus, Traj. Epiſcopus, Curati conſenſum ratum habuit per hoc Diploma:

ratæ habitæ a Rodolpho Traj. Epiſc.

RODOLPHUS, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, dilecto nobis in Chriſto *Adriano*, Generali miniſtro Fratrum & Sororum tertii Ordinis ſancti *Franciſci* de Pœnitentia nuncupati infra noſtram civitatem & Diœceſim conſtitutis ſalutem in Domino ſempiternam. Curæ Paſtoralis officii incumbit illas præſertim religioſas quæ Spiritus Sancti dono ampliori devotioneque ſpecialiter accedunt ut Sacræ religionis diſciplina obſervetur, favoribus proſequi gratioſis. Hinc eſt quod vobis auctoritate noſtra ordinaria committimus & mandamus, quatenus Sorores tertii Ordinis ſancti *Franciſci* de Pœnitentia nuncupati Domus ſanctæ *Margaretæ* in Haerlem, dictæ noſtræ Diœceſis, per unius anni ſpatium, quem eis pro rigoris probatione hujuſmodi aſſignamus in ædificiis prædictis, vos Generalis prædictus diligenter includatis, & ſi infra annum probationis vel eo revoluto omnes vel earum aliquæ exire voluerint, liberum eis concedatis egreſſum; ſi vero ibidem permanere & perpetuo includi elegerint, ipſum incluſorium prout moris eſt benedicendum, in nomine Domini auctoritate noſtra includatis eaſdem, vel ſaltem tot ex eis quotquot de bonis temporalibus ſibi a Deo collatis & de operibus manuum ſuarum poſſe putet ſuſtentari, & quod ipſæ inibi perpetuo remaneant ſub clauſura, nec ſit eis deinceps egrediendi facultas niſi cauſa talis fuerit quod nos & ſucceſſores noſtri Epiſcopi Trajectenſes, ad concedendum eis licentiam egrediendi, merito poterimus inclinari. De cetero vero Rectori prædictarum Sororum ſecundum modum præfatum facultatem concedimus includendi, quodque ſupradictus Rector de conſilio miniſtri per ſaniorem partem Sororum prædictarum electus ipſarum incluſarum & cum eis foris aut intus commorantium confeſſiones audire, pœnitentias injungere, abſolutionis beneficium impendere, vota minora & alia pietatis opera commutare poſſit eiſdem: collationes vero facere & verbum Dei eiſque prædicare prout in concordia earum cum Curato expreſſius continetur: & quod ipſarum pro tempore electus Confeſſor eiſdem per ſe vel alium idoneum Sacramenta Eccleſiaſtica, videlicet Corporis Chriſti, & extremæ Unctionis, quorum tempus vel devotio exegerit aut opportunum fuerit miniſtrare, & ea in loco decenti & congruo pie amplioris amoris excitatione continue conſervare: & quod Capellam jam conſtructam valeant conſecrari facere cum cœmeterio, Miſſaſque & alia divina Officia juxta concordiam cum Curato prædicto initam ibidem celebrare & celebrari facere, & prædictarum Sororum incluſarum & continuarum commenſalium corpora poſtquam ab hac luce migraverint, cum frequentatione exequiarum prout moris eſt valeant ſepelire, eiſdem perpetuis temporibus tenore præſentium auctoritate noſtra ordinaria de ſpeciali gratia indulgemus: eidem etiam Rectori pro tempore modo prædicto per ipſas incluſas electo diſtincte committendum mandamus, ut pervigili cura ſuper ipſas incluſas & earum congruo regimine pervigilet, & de illicitis, ſi quæ commiſerint, vel ſi inſolentes fuerint, auctoritate noſtra ordinaria corrigendo: & ſi pertinaces (quod abſit) extiterint & culpa talis fuerit nobis vel noſtro pro tempore ſucceſſori vel in ſpiritualibus Vicario, ſeu etiam ipſarum Viſitatori ſecundum inſtitutionem Regulæ earum ac Statutorum, de conſilio miniſtri denuntiet acrius puniendas: prædictam etiam Domum ſeu ædificia prædicta Sororum in Religioſam & Conventualem Domum dicti Ordinis in Dei nomine erigimus, ſuſcipiendo eam & omnia bona prædictarum Sororum mobilia & immobilia ad eas juſto titulo pertinentia & pertinenda ſub beati *Martini* & Eccleſiaſtica ac noſtra protectione & Eccleſiaſtica debere gaudere libertate & tuitione decernimus, & per præſentes ex certa ſcientia declaramus noſtrarum teſtimonio litterarum. Datum Anno Domini 1449. menſis Januarii die viceſima.

Sic erat ſubſcriptum

AR. BYNDOPPS.

Auſcultata eſt præſens copia cum originalibus litteris in pergameno ſcriptis, habentibus inferius in duplici cauda pergamenea dependens ſigillum rotundum de cera rubea ſanis, integris & cancellatis, neque in aliqua earum parte ſuſpectis, ſed omnibus prorſus vicio & ſuſpicione carentibus: & concordat cum eiſdem de verbo ad verbum, teſte me infra ſcripto Notario,

D. VOLLENHOVEN.

Margaritenſibus his præfuit,

PETRUS BALLINGUS, ex conſulari ſtirpe Harlemenſis, ab ineunte ætate a præſtantioribus magiſtris inſtitutus, qui myops licet, cælitus illuſtratus, Epiſcopi Harl. erat oculus: a furente turba in feſto SS. Sacramenti in primaria Eccleſia trucidatus, ſpiritum ſuum Sacerdos ac Martyr Chriſti Deo Patrum noſtrorum obtulit in odorem ſuavitatis, quarto Kalend. Junii Anno 1578. cum vixiſſet annos 57. menſes novem ſummâ vitæ innocentiâ. Sepultus verò fuit *Petrus* in monumento majorum ad meridionale Eccleſiæ latus apud aram ſodalitatis baliſtariorum.

ultimus earum Rector.

Necis & motuum incentores, quò infamiam ſceleris à ſe depellerent, militem quemdam gregarium ſuſpendentes, aſſerebant hunc eſſe, qui *Petrum Ballingum* trucidaverat.

De eo fuſius *Bat. Sacr.* part. 2. p. 289. ex *Pet. Opmeero*, qui Dec. 11. l. x. *Mart.* vitam * ejus deſcripſit. Ejuſdem Symbolum: *Ama neſciri.*

Conventus Sororum alter, *Tertiariarum* quoque, D. *Mariæ* ſacer, in vico D. *Joannis*, non procul a porta, ſub hac *Joannis Roſimbochii*, Curati Harl. tranſactione admiſſus:

S. Mariæ Sororum Conventus alter.

* Eandem quoque deſcripſit *Gaſparus Petri Stolwyck*, Beghinaſii Harl. Rector, &c.

& pactum cum eo initum.

JOhannes de Roſimbochii, Curatus Eccleſiæ Parochialis Harlemenſis, Sororibus & Conventui beatæ *Mariæ* Virginis, de tertia Regula beati *Franciſci* in oppido de Haerlem conſiſtentibus, ſalutem in Domino. Sane attendentes quod eo aptius contemplationibus divinis intendere valebitis, quo ab hominum rumoribus vos reddideritis remotiores, ut igitur veſtræ ſaluti & benefactorum veſtrorum veſtris devotionibus & orationibus ſalubrius provideatur vobis, quatenus in dicto veſtro Conventu valeatis habere oratorium cum cœmeterio, campana & campanili, in eoque Miſſas, & alia divina per Presbyterum idoneum legi & aliquotiens diebus feſtivis decantari facere poſſitis, & ut ille vobis ſermonem divinum faciat, confeſſiones audiat, ſacra Euchariſtiæ, extremæ Unctionis & alia neceſſaria impendat & miniſtret quotiens neceſſarium fuerit & ſibi videbitur expedire intra ſepta veſtri Conventus duntaxat vobis concedimus facultatem; ſalvo quod horum intuitu Paſtori de Haerlem ſingulis annis intuitu Canonicæ portionis reſpondebitis unum ſcutum Franciæ, in feſto Paſchæ & pro quolibet funere dicti veſtri Conventus decimam ſextam partem unius marcæ argenti puriſſimi, nullumque aliud funus ad ſepulturam admittetis vel recipietis ſub pœna invaliditionis præſentium, niſi de ſpeciali noſtra licentia vel Vice-curati noſtri, qua obtenta pro tali reſpondebitis quatuor ſcuta Franciæ. Ad Confeſſorem veſtrum prædictum cum unico commenſali Domus veſtræ volumus etiam iſtud extendi duntaxat: nolumus tamen populum a matrice ſua Eccleſia per hujuſmodi ſetrahi quomodolibet, cujus jus & alterius cujuſlibet volumus in ſuo robore permanere. In cujus rei teſtimonium ſigillum dictæ Curæ præſentibus impendendum una cum ſubſcriptione manus propriæ Anno Domini 1468. decima die menſis Aprilis.

Subſcriptum

JO. de ROSIMBOCH.

Denique S. Cæciliæ ædes.

Virgines quoque S. *Cæciliæ* ſacræ, undè adhuc hodiè vico nomen, viguere Harlemi, cum quibus ſic tranſegit *Joannes Roſimbochius*, Curatus Harlemenſis, &c. Ao. 1468.

& cum iiſdem tranſactio.

JOhannes de Roſimbochii, Curatus Eccleſiæ Harlemenſis, Sororibus & Conventui ſanctæ *Cæciliæ* Virginis, in oppido de Haerlem ſub noſtra Cura conſiſtentibus ſalutem in Domino. Sane attendentes quod eo aptius contemplationibus divinis intendere poſſitis, quo ab hominum rumoribus remotius vos ſeparaveritis; ut igitur veſtræ ſaluti & benefactorum veſtrorum veſtris devotionibus ſalubrius provideatur vobis, quatenus in dicto veſtro Conventu habere valeatis oratorium cum cœmeterio, campana, campanili, in eoque Miſſas & alia divina Officia per Presbyterum idoneum legi & aliquotiens feſtivis diebus decantari facere poſſitis: & ut ille vobis verbum divinum prædicet, confeſſiones audiat, Sacramenta Euchariſtiæ, extremæ Unctionis & alia neceſſaria impendat & miniſtret quotiens neceſſarium fuerit & ſibi videbitur expedire, intra ſepta veſtri Conventus duntaxat, vobis concedimus facultatem; ſalvo quod horum & Canonicæ portionis intuitu ſingulis annis exolvatis Paſtori de Harlem unum ſcutum Franciæ, in feſto Paſchæ & pro quolibet funere dicti veſtri Conventus decimam ſextam partem unius marcæ argenti puriſſimi, nullumque aliud funus ad ſepulturam penes vos recipietis, niſi de ſpeciali noſtra vel vicegerentis noſtri licentia. Qua obtenta proinde reſpondebitis quatuor ſcuta Franciæ: nolumus tamen per hujuſmodi populum a matrice ſua Eccleſia ſetrahi vel apud vos detineri, cujus jus & alterius cujuſlibet volumus in ſuo robore permanere. In cujus rei teſtimonium ſigillum dictæ Curæ præſentibus duximus impendendum una cum ſubſcriptione manus propriæ Anno Domini 1468. decima die menſis Aprilis.

Subſcriptum

JO. de ROSIMBOCH.

Beghinagium.

Non prætereunda *Beghinarum* Curia, hodiédum etiam ſuperſtes, pro majori parte ſub Ann. 1262. fundata ab *Arnoldo Saſſenhemio*, Paſtore ad S. *Bavonem* in eademurbe. Illic Eccleſia dictorum Reformatorum Gallica ab Anno 1590.

Huic *Beghinarum* Curiæ ab immutato regimine præfuere,

JACOBUS WYHE, S.T.L. Can. Harl. Coloniæ mortuus Ao. 1582. 3. Aug.

GASPARUS STOLWYCK, Curat. Eccl. Harl. Notarius Apoſt. ſcriptis clarus, quæ recenſita habes *Bat. Sacr.* part. 2. p. 331. Harlemi defunctus 1601. menſe Majo.

WILHELMUS ASSENDELFIUS, J.U.L. Can. Grad. Eccl. Harl. dein Decanus, qui obiit 1615.

GERARDUS de WIT, Theol. Col. Sac. Theol. ibi Lic. Harlemi obiit 11 Jan. 1629.

JOANNES ALBERTUS BANNIUS, Harlemenſis, J. V. D. Prot. Apoſt. Can. Grad. Eccl. Harl. ex peſte defunctus Harlemi 10. Sept. 1636.

CORNELIUS CATZIUS, Gorcomio-Batavus, J. V. D. Not. Apoſt. Decanus & Vicarius Capituli Harl. *Kennemariæ* Archipresbyter ad *Angulum*, poſtquam *Beghinarum* Curiæ multis annis præfuiſſet, tranſlatus, ibique mortuus Ao. 1671. 3. Jan.

JOSEPHUS COUSEBANT, Harlemenſis, Sac. Theol. Pariſiis Doctor, Cap. Harl. Decanus, ſub non uno Vic. Apoſt. Provicarius, &c. Harlemi defunctus 12. April. 1695.

CORNELIUS vander COGEN, Amſtelodamenſis, Theol. Lov. &c.

De *Beghinaſii* ſucceſſoribus *Bat. Sacr.* part. 2. p. 330. prolixus fuit ſermo.

Angulus,

Eſt denique Harlemi Congregatio Virginum ſeparatis & diverſis in ædibus, ſibi tamen contiguis, ſinè voti vinculo religiosè viventium ſub Præpoſito, è Clero Presbytero. Locus *Angulus* dictus, principio ſeculi præcedentis inſtitutus a Reverendo Viro Domino, D. Magiſtro *Arnoldi*, Amſtelodamenſi, &c. Harlemi mortuo Ao. 1613. cujus lemma, 1. *Tim.* 6. *magnus quæſtus pietas.* Cetera habe *Bat. Sac.* part. 2. p. 334.

Anguli poſt eum Præfecti,

ac utriuſque inſtitutores, & Præfecti.

JODOCUS CATZIUS, Schoonhovio-Batavus, S. T. L. Harl. Cap. Decanus, obiit Harlemi 12. Jan. 1641.

BALDUINUS CATZIUS, Gorcomio-Batavus, Sac. Th. Lic. Paſtor pridem *Spaarnou-*

danus,

Digitized by Google

danus, Collegii D. *Pulcheriæ* Lovanii aliquando Præſes, *Anguli* Rector, *Kennemariæ* Archipreſbyter, Harl. Cap. Decanus ac Vic. Demùm Philippenſis Archiepiſcopus, atque Vicarius Apoſt. brevi fatiſcens ſub onere Lovanii defungitur 10. Maji 1663. Epitaphium, aliaque ejus geſta habes *Bat. Sacr.* part. 2. p. 475.

CORNELIUS CATZIUS, germanus ejus frater, de quo jam habita mentio.

JOANNES DE GROOT, Grootbroucanus, S. Th. Bacc. form. obiit Harlemi 6. Nov. 1692.

MARTINUS DE SWAEN, Amſtelodamenſis, Sac. Th. D. Cap. Harl. Decanus, ac Vic. Gen. Harlemi obiit 3. Kal. April. 1713.

STEPHANUS VANDE WERVE, Harlemenſis, Theol. Lov. ad * *Cap. Harl.* ad ſcitus.

S. Eliſabethæ Hoſpitale, *& Xenodochium;*

Extra Cœnobia hæc & Ædes Sacras, etiam plura Harlemi Xenodochia, Noſocomia, ac Hoſpitia, quibus & ſua fuere Oratoria ac Sacella. Primùm *Hoſpitale S. Eliſabethæ*, antiquum. Quo tempore conditum ſit, ejus temporum vetuſtate memoria intercidit. In Tabulis publicis ejus fit mentio A°. 1348. Verùm A° 1456. conditum illud opere magnifico Xenodochium S. *Eliſabethæ* ſacrum in nemorali platea, & templum quod ſe extendebat ad pontem vicinum, & poſteriori parte ad vicum regium.

Extat in Codice MS. Eccl. Harl. hæc inter Parochialem Eccleſiam, & Magiſtros Hoſpitalis S. *Eliſabethæ* ac *Lazari* tranſactio:

cum Curato Harl. & illius Procuratoribus circa ſacra habenda tranſactio;

In *nomine Domini Amen.* Anno a Nativitate ejuſdem 1494. Indictione 12. menſis Auguſti die vero 25. hora Veſperarum vel quaſi, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini *Alexandri*, divina providentia Papæ ſexti, anno tertio, in mei Notarii publici ac teſtium infra ſcriptorum ad hoc vocatorum pariter & rogatorum præſentia, perſonaliter conſtitutis, circumſpectis & providis viris Dominis & Magiſtris, Magiſtro *Stephano Petri*, in Decretis Licentiato, Officiali & Canonico Trajectenſi, ac Magiſtro *Nicolao Ybrandi*, perpetuo Vicario Eccleſiæ de *Velſen*, aſſerentibus ſe fore & eſſe arbitros, arbitratores ſeu amicabiles compoſitores. In quos venerabiles Domini videlicet reverendus in Chriſto Pater & Dominus *Nicolaus Ruyter*, Apoſtolicæ Sedis Protonotarius ac Eccleſiæ Harlemenſis Præpoſitus Paſtor, ſive Curatus pro ſe & ſuis ſucceſſoribus ex una, atque *Simon de Noordt*, *Petrus Wis*, *Rywardus Ybrandi*, & *Fredericus Jacobi*, Procuratores & eo nomine Hoſpitalis Sanctorum *Eliſabeth* & *Lazari* in oppido de Haerlem, ſuper certis differentiis ſive quæſtionum materiis inter ipſos ſubortis pro ſe & ſuis ſucceſſoribus partibus ex altera compromiſerunt & compromiſſum de alto & baſſo fecerunt & quilibet eorum fecit & compromiſit, quare dicti arbitri, arbitratores, qui amicabiles compoſitores hujuſmodi compromiſſi onere in ſe ut aſſeruerunt ſponte ſuſcepto, viſiſque per eos ut dixerunt omnibus & ſingulis quæ in negotio arbitramenti hujuſmodi videri & conſiderari poterant, habitaque ſatis notabili inter eos deliberatione ad dictas partes concordandas ad eorum ſententiam proſequendam procedendum duxerunt & proceſſerunt, eamque in ſcriptis tulerunt & promulgarunt, in hunc qui ſequitur modum.

* Cum Canonici hi, jurium ſuorum pridem acerrimi defenſores, ea modò remittere videantur, judicium majorum circa negligentes, ex *Actis Harl.* dabimus ſub *Amſtelodamo*.

In nomine Domini Amen. Nos *Stephanus* & *Nicolaus Ybrandi*, arbitri, arbitratores & amicabiles compoſitores conſideratis univerſis differentiarum inter venerabiles viros videlicet reverendum in Chriſto Patrem & Dominum *Nicolaum Ruyter*, Apoſtolicæ Sedis Prothonotarium ac Præpoſitum Harlemenſem ſeu Curatum ex una, ac Procuratores Hoſpitalis ſubortis partibus ex altera circonſtantiis atque partibus hinc inde ſufficienter auditis pronunciamus, decernimus & declaramus per hanc noſtram ſententiam arbitralem quam ferimus in his ſcriptis, quod moderni Procuratores Hoſpitalis Sanctorum *Eliſabeth* & *Lazari*, & ſui ſucceſſores pro ſuſtentatione & commoditate pauperum Chriſti in eo degentium atque utilitate ejuſdem Hoſpitalis poterunt eligere Sacerdotem idoneum, diſcretum & peritum Domino Præpoſito ac Paſtori Eccleſiæ Parochialis Harlemenſis, ſeu ejus Vice-curato pro admiſſione obtinenda prius tamen præſentandum, qui prædictis inibi degentibus pauperibus deſervire valeat in audientia confeſſionum, ſalutaris injungenda pœnitentia, abſolutionis beneficium impertiri atque Sacramenta Euchariſtiæ & extremæ Unctionis, quotiens in vita neceſſe fuerit & in morte, Eccleſiaſticam juxta eundem locum ſepulturam juxta ritum Eccleſiæ cum ceremoniis & orationibus conſuetis miniſtrare. Item quod corpora omnium pauperum defunctorum, qui ibidem ſepeliendi deferuntur, poterunt in cœmeterio ſed non in Capella dicti Hoſpitalis ſepeliri: ſed ſi hujuſmodi in Capella ejuſdem Hoſpitalis ſepeliri elegerint ſeu voluerint, debent ipſi Procuratores antequam tales ſepeliri permittent hoc Domino Præpoſito ac Paſtori ſeu ejus Vice-curato dictæ Eccleſiæ Harlemenſis per ſe vel alium ſignificare, ut ipſe actionem habeat pro intereſſe ſuo adverſus hæredes ſic in Capella defuncti ſive defunctorum: nichilominus corpora ibidem commorantium defunctorum poterunt pro ſuo libitu in cœmeterio vel Capella ſepeliri. Item quod Dominicis diebus tempore æſtivo & hyemali infra ſextam & ſeptimam horas de mane, atque aliis diebus feſtivis infra ſeptimam & octavam horas in Capella ſancti *Lazari* collatio vel ſermo cum Miſſa ante tamen inchoationem ſummæ Miſſæ in dicta Parochiali Eccleſia fieri poterit; ſalvo quod in hujuſmodi collatione ſeu ſermone nichil attemptetur quod Curæ dicti Præpoſiti ſive Paſtoris præjudicium generet, neque petitiones novæ ad populum, vel inſinuationes, aut mandata, orationes pro defunctis aut ægrotis ex libro animarum vel teſtamentorum aut alias qualitercunque fiant; quorum omnium judicium ipſi Domino Præpoſito ante dicto ſeu ejus Vice-curato reſervatur, & hoc ſub pœna annulationis omnium gratiarum ante dictarum. Item quod in dicta Capella hora ſeptima de mane feſtivis diebus exceptis principalioribus feſtis ac dedicationis indulgentiarum, Patroni matricis Eccleſiæ atque Aſſumptionis beatæ *Mariæ* ſolemnitatibus; inſuper & aliis diebus infra hebdomadam, juxta ſuam conſuetudinem de ſanctis vel alias Miſſa decantari poterit, dummodo finis ſit antequam ſumma Miſſa in ante dicta Eccleſia Parochiali incipiatur. Item quod diebus Patronorum dedicationis *Gengulphi* & *Elizabeth* Miſſæ cum Veſperis in cantu ſimpliciter celebrantur. Item quod dicti Procuratores in die ſancti *Adelberti* duntaxat, quæ eſt in craſtino ſancti *Joannis* Baptiſtæ mediæ æſtatis decenter per Curam prædictæ Eccleſiæ in oppido de Haerlem, cum Clericis &

& Presbyteris ad hoc rogatis ob reverentiam reliquiarum, ſi quæ ibidem ſint, ſine venerabili Sacramento proceſſionem habeant generalem, aliis tamen proceſſionibus penitus negatis. Item quod pro mortuis in dicta Capella & cœmeterio dicti Hoſpitalis ſepultis fieri valeant exequiæ & funeralia cum oblationibus juxta ritum Eccleſiæ diebus ipſis deſervientibus & concernentibus, ſimiliter habeant facultatem: a generalibus tamen memoriis & exequiis eorundem, vel confraternitatum vel fratrum ſuorum debebunt inibi abſtinere & ceſſare; ſimiliter ab exequiis & funeralibus mortuorum extra dictum Hoſpitale ſepultorum, niſi ad id dicti Domini Præpoſiti ac Paſtoris ſive ejus Vice-curati licentia ſpecialis acceſſerit. Inſuper quod in profeſto commemorationis omnium animarum Vigilias decantando ac in die Purificationis ſanctæ *Mariæ* Virginis cereas & in palmarum feſto frondes ſive ramos benedicendo cum Miſſis in cantu facultatem habeant, ſalvo quod dictæ Vigiliæ poſt factas in præfata Parochiali Eccleſia Vigilias incipiantur, & quod benedictiones cerearum atque palmarum prælibatæ ante proceſſionem in eadem Parochiali inceptum finem habeant, & a benedictionibus aquarum & fontis Paſchæ, ſimiliter a Viſitationibus ſepulcrorum cum aſperſorio ad ſepulchra in generali vel ſpeciali vel poſt finem Miſſarum ante altare, & aliis quibuſcunque hic non expreſſarum quæ dictam Eccleſiam concernunt, ſimpliciter ceſſent & cum effectu abſtineant. Item quod fructus, proventus, elargita per dicta emolumentà & oblata quæ in lana, lino, metallo, auro, argento vel ære, omnia & ſingula quocunque titulo ad dictum Hoſpitale de propriis & licitis rebus per Chriſti fideles in prædictis, vel cera inibi offeruntur provenientia, quæ oblationum nomine continentur, & quæ dictæ Parochiali Eccleſiæ & ejus Præpoſito ſeu Paſtori pleno jure deberentur, apud ſæpe dictum Hoſpitale, prout recipiuntur reſerventur & conſerventur in fabricam ejuſdem Hoſpitalis & pauperum ibi degentium ſuſtentationem; ſalvo quod dicti Procuratores annue in feſto Paſchæ Domino Præpoſito ac Paſtori ſæpe dictæ Parochialis Eccleſiæ ſeu ejus Vice-curato pro tempore exiſtente, proinde ac pro feſtis debitis atque gratiis ſupradictis, nec non in recompenſationem jurium matricis Eccleſiæ antedictæ in bona moneta unam libram groſſorum monetæ Flandriæ reſpondeant & cum effectu deliberent. Super quibus & omnibus & ſingulis præmiſſis memoratus *Petrus Wis* ſuo & ſociorum ſuorum atque ſucceſſorum eorundem ſæpe dicti Hoſpitalis nominibus Procurator petiit a me Notario-publico ſubſcripto unum vel plura publica inſtrumenta ſibi confici in meliori forma. Acta fuerunt hæc in domo inhabitationis *Wilbelmi Engelberti*, ſituati in publico foro oppidi Harlemenſis ſub Anno, Indictione, menſe, die, hora, & Pontificatu quibus ſupra, præſentibus ibidem providis & honeſtis viris *Wilbelmo Engelberti* ante dicto, & *Adriano Buer*, Clerico atque publico Notario, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Subſcriptum ut ſequitur,

Concordat cum originali, quod proteſtor ego

HUGO DE ASSENDELFT,
Eccleſiæ Harlemenſis Vice-curatus ſub manu propria,

Et ego *Adrianus Johannis*, Clericus Traj. Diœc. ſacra auctoritate Imperiali Notarius.

DE EODEM.

Posterior alia.

ANNO Domini 1518. die 17. Maji, ego *Gerbrandus Simonis de Haerlem*, tunc Vice curatus Harlemenſis, interrupi præſcriptionem omnem cum concordata inter Eccleſiam Harlemenſem & Hoſpitale Sanctorum *Lazari* & *Elizabeth*, præcedenti folio ſcripta, & gratioſe conſenſi & contenti fuerunt pro tempore mei ſervitii ut Præbendati, per ruptionem quorum bona dimittuntur Hoſpitali, poterunt ſepeliri in Hoſpitali, vel extra, in Eccleſia, vel extra, ſed quorum bona vadunt ad hæredes, non poterunt niſi in Parochiali Eccleſia ſepeliri ſine licentia Vicecurati. Item ſermones ſuos ita facient, quod non eodem tempore quo in Parochiali Eccleſia; & quantum ad confraternitates habebo medietatem oblationum, reliqua omnia, prout præcedenti forma narrantur, manent integra. Hæc acta ſunt in Domo meæ habitationis anno & die præſcriptis, præſentibus ibidem M. *Jacobo Verdel*, M. *Alberto de Heuſſen*, Presbyteris & Artium Magiſtris, *Wilbelmi vanden Loo*, Magiſtro Fabricæ, his pro parte mea ſeu Eccleſiæ comparentibus, ex altera parte *Victore* filio *Gerbrandi*, *Joanne de Swol*, *Wilbelmo* filio *Theodorici*, & *Timanno* filio *Theodorici*, Magiſtris dicti Hoſpitalis, cum *Ruwardo* filio *Ysbrandi Oliſlaeger*, quem ipſi pro ſua parte adduxerunt.

Sic ſubſcriptum, ita eſt,

GHERBRANDUS, fil. *Simonis de Harlem.*

Vicaria; Vicarii.

Eſt penes nos Diploma Rudolphi, Traj. Epiſcopi, quo permittitur permutatio *Vicariæ* fundatæ in honorem Omnipotentis Dei & Beatæ *Eliſabethæ* viduæ, ſitæ in novo Hoſpitali Harlem. poſſeſſæ a *Joanne Dyert*, Artium Magiſtro, cum *Capellania B. Mariæ* Virg. ſita in Parochiali Eccleſia de *Almkerck*, poſſeſſa a *Joanne Roeper*, Ao. 1448

Incendium; translatio;

Sed cum illud gravi 23. Oct. A. 1576. incendio conflagraſſet, funditus everſum paulò poſt, urbe ab Auriacis denuò occupata, tranſportatum eſt in Cœnobium *Fratrum Minorum* in vico terræ S. Ao. 1578.

Bona *Albatorum*, vulgò Præmonſtratenſium in idem, ut ſuprà vidimus, tranſlata.

Gerontotrophium; conditor;

Juxta in eodem vico Gerontotrophium eſt, paupertinæ Senectutis receptaculum, quod non tam ab antiquitate, quam a ſtructuræ magnificentia commendari poteſt. Præcipui auctores hujus operis *Gerardus Schooterbos*, *Arnoldus Meinardi Fabritius*, *Joh. de Wael*, *Hendricus Vechteri* *Coſſ.* Illi cum de condendo Gerotrophio conſilia caperent, res civitatis acciſæ fatis, tum ab obſidione, tum ab incendio, fortunam ſortilegio tentandam rati. Et cum de fundo laborarent Magiſtratus, laudavit pium eorum inſtitutum *Franciſcus a Bekeſtein*, & donavit fundum magna ex parte, paupertinæ Senectutis miſertus. Et Epulum ſollenne in ſingulos annos 3. Non. Oct. aut die Dominico celebrandum proximo. In ejus rei memoriam condito Gerotrophio in porticu quæ eſt ad auſtrum tale elogium ſaxo quadrato & inaurato inſculptum;

Epitaphium.

FRANCISCVS A BEKESTEIN
THEOD. F.
FVNDI GEROTROPHII MAGNA
EX PARTE DONATOR,
ANNVIQVE EPVLI AD IV. OCTOB.
FVNDATOR.

Para-

Parntis jam ad Gerotrophii ſtructuram loco & fundo, itum eſt ad ſortes; quas non niſi ſolenni modo inſtituendas Coſſ. & Senatores cenſuere, &c.

Has ſubſecuta ſtructura magnifica, cui præfuere *Campius & Livius de Fray*, non infimi nominis architecti.

Xenodochia antiqua & minora, cum Sacellis;

Joannitarum & * *Cœnii* Xenodochia antiqua quoque. *Cœnii* Orphanotrophium dicatum & conditum Ao. 1394. voluitque domum iſtam, in vico vulgò dicto *Albf*, Spiritui Sancto Sacram; undè & nomen, vulgò dicta *Cœnii* domus. Id tandem abrogatum creſcente Orphanorum numero, manente adhuc hodiè *Joannitarum* Xenodochio.

Sunt præterea Xenodochia minora inſtituta ad pauperum quorundam ſubſidia duntaxat, qualia S. *Jacobi*, *Remigii*, *Antonii*, *Martini*, item B. *Mariæ* & S. *Barbaræ*, quæ iiſdem ferè temporibus inſtituta ab Anno 1430. & ſequentibus aliquot. Horum S. *Jacobi* peregrinantium hoſpitium, quod a *Simone Gysberti Coman* teſtamentaria diſpoſitione inſtitutum; ab *Eliſabetha*, vidua *Johannis Bette*, domo & fundo locupletatum Anno 1436. *Remigii* Sacellum notum ex litteris donatitiis, quæ conſignatæ Anno 1421. S. Pontiani die, in quo VII. mulierculis alimenta præbentur.

uti S. Barbaræ, ejus conditor, ac ſitus.

Ad ſimilem uſum *B. Mariæ* Virginis, nunc S. *Barbaræ* Xenodochium Ao. 1435. in *Joannitarum* platea inſtitutum ab *Hugone Aſſendelphio*, per haſce Tabulas vernaculas:

Wy *Ocker van Crimpe*, ende *Jan Claeſſen Dam*, Scepenen in Haerlem, oirconden, dat voor ons quam Meeſter *Huge van Aſſendelf*, Prieſter, met *Claes van Aſſendelfs* hant, ſijns neven ende momboirs, ende opgaf puerlic ter eeren Goods, ſijnre benedider Moeder, ende alle Goods Heyligen, der gooder ſtede van Haerlem tot eenen vryen eygen, tot ſalicheyt ſijnre, ende ſijnre ouderen zielen, ende voirt tot ſalicheyt alle der gheenre zielen die hoir aelmiſſen geven, ende hoir handt dar doichden daer toe reycken ende uytſteken ſullen totten armen behuef, die huyſingen metten erven daer Meeſter *Huge* voorſch. ende Heer *Wouter Meynartſz.* Prieſter, nu ter tyt ſelven in ende opwoonen, an malcanderen liggende, ende ſtaende inde Sint *Jans* ſtraet, &c. Int jaer ons Heeren 1435. opten thienden dach in Aprille. Ende was uythangende beſegelt met drie ſegelen, een groot ende twee cleyne in groen waſſche ende aen dubbelen ſtaerten.

S. Antonii, cum contubernio S. Crucis; conditor.

S. *Antonii* Xenodochium ac Sacellum *Johannes Nicolai a Dierdſſen* ædificandum curavit extra portam *Schalcvicenſem*, quod legavit cum omnibus reditibus Decano cum juratis Fratribus & Sororibus contubernii S. *Crucis*, præſentibus & futuris, quod litteræ indicant ſigillo conſignatæ a *Simone Junio ab Adrichem*, *Gerardo a Nortwyck*, Scabinis, Anno 1440.

Hæ ejus ſunt tenoris:

Wy jonge *Symon van Adrichem*, en *Gerryt van Noortich*, Schepenen in Haerlem, oirconden, dat voor ons quam *Jan Claes Dierdiſſen*, ende geliede, alſoe hy ter eeren Godts, ende des Heyligen waerden Cruce, ende den grooten Heere ende Heyligen *Sinte Anthoniis*, een *Capelle* heeft doen timmeren ende maken, gelegen buyten *Schalckwycker Poirte*, daer nu ter tyt een eertame vergaderinge inne es van Mannen ende Vrouwen, die geheten ſijn *Broederen ende Suſteren van sHeyligen Cruys Gilde*: ſoe heeft *Jan Claes Dierdiſſen* voorſch. puerlyck om Goods willen, ende tot ſalicheyt ſijnre ende ſijnen ouderen ſielen gegeven, ende gift mits deeſen brieve tot eenen vryen eygen den Deken ende Vinders van sHeyligen Cruys Gilde voorſch. die nu ſijn of hier namaels weſen ſullen, die Capelle voorſch. met alle ſijnre timmeringen, ende daer toe dat Gaſthuys ende twee cameren daer an gelegen, ende hebben belegen den ſtede veſt aen die eene ſijde, *Gerryt Dammaſſoon* aen die ander ſijde, ſtreckende voor van der *Heerſtrate* after *Jan Claes Dierdiſſoon* voorſch. &c. In oirconde deſen brieve beſegelt mit onſen zegelen in 't jaer ons Heeren 1440. op onſer Liever Vrouwen avont Viſitatie, ende was beſegelt met twee groene waſſen zegelen aen enckele Franſchyne ſtaerten.

* T. Schrevelius in ſuo *Harlem*, *Ampzingius*, aliique.

Dotis augmentum.

Dos ei adjecta per *Alydam*, *Petri Arnoldi* filii viduam, &c. juxta hanc chartam Prætoris *Limmenſis* vernaculam:

Ick *Jacob Janſſen*, Schout tot *Limmen*, doe condt allen luyden, dat voor my quam *Alyt*, *Pieter Aerentſſoons* weduwe, met *Thaems Allertsſoons* hant, hairs gecooren Voochts, ende geliede dat zy vercoft heeft tot eenen vryen eygen den Deken ende Capelle-meiſters van *Sinte Anthonis Capelle* ende *Gaſthuyſe*, ſtaende binnen der ſtede van Haerlem by *Schalckwycker Poirte*: tot ten armen behoef weſende in 't Gaſthuys voorſch. een campe lants gelegen binnen den Ban van *Limmen* voorſch. &c. In kenniſſe der waerheyd ſoe hebbe ick *Jacob Janſſen*, Schout voorſch. deſen brief beſegelt mit myn zegele hier aengehangen in 't jaer ons Heeren 1468. op Sint Jansdach na *Trinitas*, &c. Ende was beſegelt met eenen groenen waſſen zegele van enckelen ſtaerten gebroken ende weder aengenaeyt zynde.

Inſuper B. Mariæ, S. Martini, & S. Petri,

Eodem anno Beatæ *Mariæ* hoſpitium S. *Valent.* die inſtitutum a *Nic. Brenſons* filio: litteræ conſignatæ a *Joh. Bekeſteinio*, & *Simone Junio ab Adrichem*. S. *Martini* Xenodochium e regione atræ luis domus pro ancillis valetudinariis, aut vetulis, a cereviſiarum coctoribus conditum Anno 1472. Aug. 16. die, quod tempore incendii conflagravit & funditus everſum Anno 1576. Et biennio poſt reſtauratum a ſythepſis ejus temporis primariis. *S. Petri domicilium* conditum pio inſtituto a *Petro Wtenhage*, & *Luberta ab Heuſſen* conjugibus, Anno 1558. Alumni in hac domo XII. mechanici ferè omnes, quamvis ex hac domo prodiêre viri eruditione clari *Egbertus Verhoeven* & Magiſt. *Hendricus Geeſteranus*, qui Eccleſiæ, quæ eſt Harlemi, Paſtores fuere non vulgares. Longum eſſet recenſere contubernia omnia, quæ Cameras vocant.

Denique & cameræ ac Hortuli plures.

Antiquiſſima illa Camera quæ in *Bakenes*, quam condidit in proprio fundo *Theodorus a Bakenes* Anno 1395. tranſlata poſtea in vicum Pomonæ. In *Bakenes* fuit & Camera altera a D. *Petri Wtenhage*, & uxore ejus *Luberta ab Heuſſen*, condita Anno 1558. tranſlata quoque in vicum *Cæciliæ* Anno 1600. Cameræ quoque in vico Minorum Fratrum, conditæ a viris locupletibus *Jacobo Jacobi*, qui Xenodochio S. *Eliſabethæ* diu præfuit cum ſumma laude, & *Cornelii Wy* altera. Ad hæc contubernia adhuc alia in civitate Harlemenſi, quæ propter amænitatem *Hortuli* vulgò dicuntur. Inter hos antiquitate anteit, qui a ſtirpe *Loo* nomen ducit, a *Simone* conditus & uxore ejus *Godelia Gulielmi*, in vico Sororum *Carmelit.* Ejus Hortuli reditus adminiſtrantur a tutoribus Xenodochii S. *Eli-*

S. *Eliſabethæ*. Ætate proximus hortulus *Nicolai ab Heuſſen* viri conſularis, inſtitutus primum Anno 1538. Et poſt eum *Hortulus Gratiæ* ſive domunculæ cum areolis, XII. perſonis tam viris quam feminis promiſcuè alendis deſtinatus, a *Gysberto Molinæo* & *Gulielmo Diert*, conditus in vico Jacobino Anno 1554. quod indicant litteræ, quibus rem venditam per ceſſionem in manum Coſſ. ſequeſtrarunt, præſentibus duobus Scabinis, *Joh. Zureno* & *Johanne Gael*. Hortulus item *Petri Frederici Deyman*, conditus Anno 1565.

Sic *Margaritæ Nicolai Lotzen* filiæ, honeſtæ matronæ in vico *terræ S*. conditus hortulus Anno 1585. Nec otioſum ſæculum ſequens in condendis hortulis ad pios uſus. Nam anno ferè ſæculari, pauperes bonorum ſuorum heredes voluit *Franciſcus Loenius*, inſtituto D. *Corn. Schonæo R.* qui bona ejus adminiſtraret. Is obiit Anno 1605. Et ut voluntati faceret ſatis, promiſſi reus in vico Fratrum Albatorum fundum emit exſtructo domicilio pro XI. feminis pauperculis, quæ initiatæ Anno 1607. *Jacobus Zaffius* ibidem Cameras V. condidit Anno 1609. Anno 1610. *Geertruda Borrits* in vico Pomonæ anguſto, exſtare quoque largitatis ſuæ qualecumque pignus voluit pietatis cultrix. Denique Inſtitorum hortulus, in vico, ubi quondam Fratres *Albati* Cœnobium habuere, inſtitutus Anno 1613.

Atque hæc ferè urbis monumenta ſunt ad pauperum & ægrotorum ſolatia utriuſque ſexus.

Ergaſterium.

Ad diſciplinam ergaſterium conditum prope templum *Gangolphi* antiquum Anno 1609. Ubi quondam atræ luis domus, ubi domus peſte laborantium condita A. 1566. Poſtea ad averruncandam peſtem, domus altera ad ægrorum refrigeria, condita Anno 1602. in Cœnobio S. *Magdalenæ* prope urbis antiquæ mœnia.

Hierocomium, ubi *S. Jacobi* Sacellum.

Hierocomium Elephantiacis & leproſis deſtinatus locus jam ab aliquot ſæculis: inde bulla de fundato Hoſpitali S. *Lazari*, Sacellum S. *Jacobi* inſtitutum Anno 1319. Quod litteræ indicant donatitiæ *Gerardi Arnoldi Haren*, Egmondani. Exſtat ejus rei Diploma datum a Comite Hollandiæ gratioſum in hanc ſententiam. "Nos Prætor, Scabini, & Senatores reipub. Harlemianæ, " notum facimus univerſis & ſingulis, quod legitimus Hollandiæ Comes D. noſter, donaverit " eam prærogativam, ut ex omni provincia Hollandiæ & Zelandiæ lepra infecti veniant ad S. " *Jacobi* Sacellum in territorium a *Dykendam*, ad " luſtrandam lepram & curandam. Veritatis teſtandæ cauſa, haſce litteras publici juris fecimus, " in lucem datas, appenſo ſigillo noſtro, Anno " 1413. die Veneris a D. *Jacobi* feſto." Ibidem quoque *Gyrgathus*, locus in quo mente emoti, vincti aut incluſi tenentur ab Anno 1564. uſque in hunc diem.

Gyrgathus.

Sacellum *S. Nicolai*; conceſſio Curati Harl.

Præter hoc *D. Jacobi*, notum inſuper S. *Nicolai* extra portam *Spaerwoudanam* Sacellum, cui per *Theodoricum Waſſenarium*, Curatum Harl. &c. eadem conceſſa privilegia, quæ S. *Jacobi*, ac *B. Mariæ* mox recenſendæ Capellæ conceſſa. Diploma hujus eſt tenoris:

T*Heodoricus de Waſſenaer*, Præpoſitus & Archidiaconus Eccleſiæ ſancti Johannis Trajectenſis, nec non Paſtor & Curatus Eccleſiæ Parochialis Harlemenſis, ad univerſorum notitiam deducimus per præſentes, quod nos ad divini cultus augmentationem plurimum aſpirantes pro nobis & noſtris ſucceſſoribus dictæ Eccleſiæ Paſtoribus futuris conſenſum plenarium dedimus, quod in oppido de Haerlem juxta portam de *Spaerwouda* intra dictam noſtram Curam quædam Capella poſſit in honorem Omnipotentis Dei & ſancti *Nicolai* Confeſſoris, & aliorum Sanctorum quorumcunque, erigi, fundari, dotari & etiam conſecrari unà cum altaribus in eadem fundandis, Procuratoribuſque dictæ Capellæ ut in eadem ſingulis diebus Miſſa una aut plures juxta ſuarum facultatum qualitatem celebrari faciant, præſentibus liberam concedimus facultatem & licentiam ſpecialem. Eiſdem quoque ut in die dedicationis dictæ Capellæ & altarium ejuſdem, nec non in feſtis Patronorum tam ipſius Capellæ quam ſuorum altarium, ſingulorum etiam ſub ſumma Miſſa dictæ Eccleſiæ noſtræ, cantare ſeu cantari procurare valeant, omniumque privilegiorum, quæ *Capella Beatæ Mariæ* ac *Capella Beati Jacobi* in oppido Harlemenſi a nobis & noſtris ſucceſſoribus dictæ Eccleſiæ futuris Paſtoribus obtinere meruerint, gratiam ſpecialem impertimur; ſalvo quod Procuratores dictæ Capellæ intuitu præmiſſorum pro jure matricis Eccleſiæ nobis & ſucceſſoribus noſtris præſcriptis ſingulis annis perpetuis temporibus quandam menſuram argenti puri, vulgariter *een loot gebrants fijns ſilvers*, perſolvere teneantur, noſtrarum teſtimonio litterarum ſigillo noſtro præſentibus appenſo munitarum. Datum Anno Domini 1450. quarta die menſis Septembris.

Ratam conceſſionem habuit David Burgundus, Traj. Epiſcopus, per ſequens Diploma:

rata habita a *Davide* Burg. Traj. Epiſc.

D*Avid de Burgundia*, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, ad univerſorum notitiam deducimus & deduci volumus per præſentes, quod nos donationem & conceſſionem, de quibus in litteris patentibus, quibus hæ noſtræ litteræ transfiguntur, fit mentio, omniaque & ſingula alia in eiſdem litteris deſcripta, narrata & comprehenſa, prout rite atque licite facta ſunt & ordinata, ex certa ſcientia ratificamus, approbamus, rataque & firma habemus & haberi volumus, atque auctoritate noſtra ordinaria in Dei nomine confirmamus, ſalvo quod Capella in eiſdem litteris deſcripta & expreſſa, quod quæcunque altaria jam conſtituta vel conſtituenda abſque noſtra licentia ſpeciali deſuper obtinenda non conſecrentur, ac quod nichil in eadem, ad quod noſtra requiritur auctoritas & licentia, præſentium vigore quomodolibet attemptetur, noſtrarum teſtimonio litterarum. Datum noſtro ſub ſigillo ad cauſas præſentibus appenſo Anno Domini 1461. menſis Decembris die quarta decima.

Sacellum alind in *Overſparen*, D. *Mariæ* Sacrum, in cujus erectionem conſenſit *Georgius de Theemſcke*, Curatus Harlem. &c. per haſce Tabulas:

Sacellum *D. Mariæ*.

G*Eorgius de Theemſeke*, Utriuſque Juris Doctor, Eccleſiarum de *Caſſel*, & de *Haerlebeke* Præpoſitus, nec non Parochialis Eccleſiæ S. *Bavonis* Harlemenſis Præpoſitus & Curatus, notum facimus univerſis, quod nos ad laudem Omnipotentis Dei, ejuſdemque beatiſſimæ Matris & Virginis *Mariæ*, cultuſque divini augmentum, ac etiam vicinorum de *Overſpaeren*, & circa novam Capellam ſanctæ *Mariæ* ad pontem ibidem ſub limitibus Parochialis Eccleſiæ ſancti *Bavonis* Harlemenſis Trajectenſis Diœceſis commorantium humilem requiſitionem, cùm Deus ſit nedum

dum mirabilis in factis ſuis, ſed & in ſanctis ſuis glorioſus, multo tamen glorioſior in beata ſemper extitit, quemadmodum hoc abunde in mirabilibus operibus & miraculis, quæ indies in dicta nova Capella fiunt, oſtendit: & quum eadem Capella in *Angulo* oppidi & longe a ſua dicta Parochiali Eccleſia ſita eſt, adeo ut idem vicini quandoque præſertim tempore hyemali & pluvioſo eandem Eccleſiam Parochialem viſitare ſine magno tædio non poſſunt, imo interdum ſimpliciter poſtponunt, maxime ſenes, debiles, infirmi & mulieres prægnantes, quod in animarum vertitur periculum & gravamen non modicum; ut ergo in eadem Capella altare unum, in quo deinceps Miſſas pro devotione eorum per Preſbyteros ſeculares cantare & celebrari facere poſſint, præterquam in die Paſchæ, Pentecoſtes & Nativitatis Domini, in quibus diebus ſupra dictam Parochialem Eccleſiam cum oblationibus ab antiquo offerri debitis & conſuetis viſitabunt. Et ut ibidem contubernium in honorem Dei & Beatæ Virginis *Mariæ*, erigere & facere, eleemoſynaſque pro ſuſtentatione ejuſdem Capellæ libere & licite recipere poſſint & valeant, ipſiſque & eorum ſequacibus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris in omnibus & ſingulis aliis ſemper ſalvis, ſupplicantes reverendiſſimo Domino noſtro Epiſcopo Trajectenſi, ut hujuſmodi piam & gratioſam conceſſionem & ordinationem ſua ordinaria auctoritate confirmare & approbare dignetur. Datum noſtro ſub ſigillo præſentibus appenſo Anno Domini 1528. die vero menſis Auguſti tertia.

& facta ei a Curato Harl. conceſſio.

Sic ſubſcripta erat copia: hanc copiam exhibuit michi *Alberto Bammio*, Harlemenſis Eccl. Vice-curato, M. *Johannes Griecken*, J. utriuſque Licentiatus, Anno 1535.

Celebres inſuper Harlemi Fraternitates, Fratrumque ac Sororum contubernia;

Fraternitates; I. *S. Jacobi.*

Ac Io, S. *Jacobi*, de qua jam facta mentio. Societas eorum perantiqua, conſtans 25. Fratribus, in quibus unus Decanus, & quatuor Aſſeſſores. Olim coibant Dominica die poſt S. *Jacobi* majoris feſtum, niſi feſtivitas in diem Dominicam caderet. Novus hortus jaculatoribus Comitiorum illorum hodiè locus eſt. Effigies Divi hujus a *Jacobo Mathan*, contubernii Fratre, data A°. 1624. cui ſubjecti hi verſus:

Cum Sancti depicta vides ſic ora Jacobi,
Qui Compoſtellæ mœnia clara facit:
Quisquis es, hæc animo tecum perpende viator,
Ut ſimul ad ſummi regna Tonantis eas.

Coronidis loco inſcriptum:

AMPLISSIMO D. JACOBI SODALITIO HONORIS ERGO D. D. J. MATHAN SCVLP.

II. Itinerantium in *Schonam.*

II. Fraternitas itinerantium in *Schonam*, vulgò *Schoon-vaders gild*, a LXX. qui *Schonam* Daniæ Inſulam viſerant, inſtituta, nota ex Tabulis Anni 1368. Numerus Fratrum hodiè XXVIII. qui Præſide Decano coeunt I°. Dominica poſt novi anni auſpicium in horto ſagittariorum veteri.

III. *S. Huberti.*

III. Fraternitas *S. Huberti*, venatorum Patroni, a nobilioribus Harlemenſium oppidanis, venationibus ob ſylvarum ac montium vicinitatem cumprimis addictorum, dudùm inſtituta; & cùm collapſa eſſet, reſtituta: hi menſe Novembri ſub Præſide uno & quatuor ei a conſiliis coeunt in publico diverſorio, cui *Baſterpijp* nomen.

IV. Natalitiorum.

Natalitiorum Fraternitas, ſub vernaculo nomine *Korsgilde*, ex libello Fraternitatis hujus M. S. nota ab 1378. conſtans LIV. Fratribus aut Sororibus, ſacris & ſecularibus, etiam matrimonio junctis, quorum loco proximi hæredes ſuccedunt, ea lege ut mares feminas præcedant. Primi Fratres olim certam nummorum ſummam contulere, ex qua ſub Chriſti Salvatoris natalia duabus continuis diebus, quaſi ad lætæ hujus feſtivitatis memoriam, feſtiviſſimum epulum annuè in *Principis aula* inſtituunt ſub Decani ac trium Aſſeſſorum auſpiciis: ad epulum hoc ex oppidanis egenis probatioribus XIII. invitati quoque veniunt, qui Chriſti ac Apoſtolorum perſonas referant; adeòque & primi ad menſam excipiuntur. Aſſeſſores cum duobus contubernii Fratribus ac totidem Sororibus menſæ deſerviunt; neque aliis extra contubernales eidem fas eſt deſervire.

Extra Fraternitates has, ab *Ampzingio* quoque pag. 434 435. &c. recenſitas, alia inſuper ex libello, quem teneo M. S. occurrit, ab *Ampzingio* prætermiſſa, ſc. *Fraternitas beatæ ac perpetuæ Virginis*, in D. Bavonis inſtituta Baſilica, ab Anno 1307. ibi vigente. *Vicaria* jam tum ei erat ad Dei & B. *Mariæ* honorem. A°. 1439. dos eidem adjecta, ut quotidie hora 7. ad ſummum altare Miſſa fieret pro contubernii ejus Fratribus; quin trium Miſſarum pro contubernii ejus Fratribus ſub idem tempus mentio.

V. Beat. ac perp. Virginis; *Vicaria*: dos ei adjecta.

Petrus, *Joannis* filius *de Zaede*, Ann. 1478. VI. ibi Miſſas fundavit per hebdomadam. Tabulæ ſunt ad manum.

Godefridus, Epiſcopus Tricalenſis, Davidis Burg. Traj. Epiſc. Vicarius Generalis, ſpirituales gratias Fraternitatis ejuſdem fautoribus A°. 1476. indulſit per haſce Tabulas:

ſpirituales gratiæ, fratribus conceſſæ.

G*Odefridus*, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Tricalenſis, Abbaſque Cœnobii ſancti Clementis Ordinis ſancti *Benedicti Yburgenſis*, eadem gratia Commendatarius, Reverendiſſimorumque Patrum & Dominorum, Dominorum *David de Burgundia* Trajectenſis ac *Conradi de Diepholte* Oſnabrugenſis præfata gratia Epiſcoporum, in Pontificalibus Vicarius Generalis, Univerſis præſentia viſuris & inſpecturis ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Officio noſtro Pontificali congruum arbitramur, ut his quæ divinum cultum fructumque reſpiciunt animarum pietatis operibus caritatiſque viſceribus ſolicitius intendamus, cupientes ut Fraternitas beatæ & glorioſæ Virginis Mariæ per venerandos utriuſque ſtatus viros ſpirituales & ſeculares pro perennandis animarum ſuarum memoriis cum devotis orationibus exequendis & in Parochiali Eccleſia Sancti *Bavonis*, oppidi inſignioris Harlemenſis ſub annua ſolempnitate obſervando prudenter conſtituta congrua jucunditate ſervetur, & bonum contubernalis colligationis mutua caritate aſſiduè convinciatur & augmentetur, unde & cultus divinus & caſtus amor ac confratrum dilectio in vita & frequens poſt obitum memoria ſalubris increſcat. Quum, ut ait Apoſtolus, omnes ante tribunal Chriſti ſtabimus, recepturi prout in corpore geſſimus ſive bonum fuerit ſive malum. Oportet nos jam diem meſſionis extremæ pietatis operibus prævenire ac æternorum ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere mereamur in cœlis. Cum vero ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis ſolvantur, ac orationem nubes penetrare dicitur, & oratores individui mori dignoſcuntur, ac memoria pro ſuffragiis animarum utiliter & piiſſime perennari. Ego *Godefridus* creatura Dei quæ proponuntur attendens inter venerandos caritativoſque confratres præfatæ Fraternitatis

cum internis meis affectibus ſupplicavi computari, & cum memoria æterna Deo animam commendari. Nam ille qui pietate plenus Jeſus Chriſtus Dominus noſter me orationum præfatorum Fratrum fecit participem. Congrue ſperandum eſt pietatum operibus pium munus rependi cum gratia: omnibuſque igitur vere pœnitentibus contritis & confeſſis præfatam Fraternitatem cauſis præviis ducti introeuntibus, vel debitum Fratrum defunctorum proſequentibus, vel Fratribus egenis & pauperibus pio dono vel eleëmoſyna ſuccurrentibus, aut pro conſervatione bonorum morum Fraternitatis, quovis quoque ſtudio, opere, ope, conſilio vel auxilio, dono vel munere manus adjutrices porrigentibus, aut quodcumque pium opus ad quod Fraternitati minime obligatus eſt, ex Deo id tamen ex liberalitate exigentibus, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, ejus confiſi ſuffragiis quadraginta dies Indulgentiarum de injunctis pœnitentiis in Domino relaxamus, per has noſtras litteras teſtimoniales noſtro ſigillo roboratas ac Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, die vigeſima tertia Auguſti propria noſtra currente manu cum cordis noſtri pleno affectu, & animo ad conſolacionem Fratrum meam.

Leges, His autem legibus Aſſociati fuere;

DIT is die Reghel der eerliker Broederſcap van onſer Vrouwen Ghilde *Maria* moeder der onſarmhertichevt, in deſe voerſproken Broederſcap hebben wy gevonden ende gheſet tot onſen ewelіken troeſt, in die ere Goeds ende *Marien* ſynre waerder moeder, en by rade ende wille onſe myener Broederen.

In den eerſten, dat allĕ onſe Ghilde Broederen gemeenliken alle Vridaghe te Veſper, ende alle Saterdaghe te Metten ende te Miſſen ſullen comen, ende ſculdich ſyn te comen. Ende ſoe wye dat verſumede als hyt wiſte ende ledich ware, die ſoude ſonder wederſegghen ghelden ſinen boeten, drie penningen voer elke tide alſoe dicke als hy daer niet een waer. Soe wye oec niet een quame ende niet ontſculdighen mochte mit twyen Ghilde-Broederen, die ſoude voirt comen ende ſweren bider heylıgher maghet *Marien* dat hy rechte ſaeck hadde niet te comen.

Item ſoe ſel elc Ghilde-Broeder offeren of doen voer hem offeren alle Saterdaghe tot onſer Vrouwen Miſſe een Holl. penninc of payement alſoe guet.

Item ſoe wye in onſer Vrouwen vyf hoghe feeſten totten voirſproken drien tiden niet een quame, die ſoude dubbelde boeten ghelden, dat is ſes penninc voer elke tyde het een waer dat hy hem ontſculdichde als voerſz. ſtaet.

Item van leſen ende van ſinghen een ſel gheen wederſegghen weſen noch begryp, Soe wye deen ander begreep of ſynghen ende leſen weder ſeyde ſoude ghelden drie doits.

Item ſoe wye wtghinghe bynnen deſen dryen tiden hy een hadde oirlof des Dekens of die in ſyn ſtede waer, ſoude ghelden drie doits.

Item totter ghemener morghen ſprake ſellen comen al die Ghilde-Broeders ghemeenlike, waer daer yemant by enen beſcheide boede gheroepen die niet een quame, alſoe varre als hy ledich ware, die ſoude ghelden een half pont was of vı. penninc daer voer, of hy ſoude hem ontſculdighen als te voeren gheſeit is.

Item ſoe wye wt der morghen ſprake ghinghe heymelike of openbaer ſonder des Dekens oerlof eer alle dinc gheyndet waer en beſcheyden, die ſoude ghelden alſoe veele alſe die daer niet een quaeme, het een waer dat die ghemyne Broederen duchte dat hy meerre waerdich ware.

Item waer enich Broeder ſiec, die enen anderen Ghilde-Broeder tot hem dede roepen mit enen beſcheyden bode omme raet of om enich ander ſake, quaem hy niet hy ſoude dat beteren dat Ghilde mit enen half pont was.

Item tot enich Ghilde-Broeders wtvaert, ſoe ſel elc Ghilde-Broeder comen te Vigilyen des avonts ende te Sielmiſſe des morghens ſyn offerhande brenghen, ende met dyen dode te grave gaen mit ſanghe eerliken als daer toe behoert. Soe wye dat niet een dede, ſoude ghelden een half pont was, mocht hy hem niet ontſculdighen alſt voerſz. ſtaet.

Voer enen doden Ghilde-Broeders ziele ſel elc Ghilde-Broeder gheven enen penninc, den God dyen armen te geven.

Item den doden lichame ſelmen ſetten op den Choer, ende elc Ghilde-Broeder ſel voer hem leſen of doen leſen Davids Souter, of die die Souter niet en conde, mochte leſen anderhalf hondert *Pater noſter* ende alſoe menich *Ave Maria*.

Item waer dat yemant van onſen Ghilde-Broeders dat God berren moet, teghen deſe reghel ende deſe ſtatuta hem teghen ſetten woude, dye ſoudet beteren mit ij. ſz.

Soe wye oec yemant van deſen Ghilde-Broeders laſter of ſcande ſpraec of lelike teghens hem ſconde, dat God verbyeden moet, daer twiſt of ſcande of comen mochte, iſt dat die aneſtoker wort verwonnen mit twyen Ghilde-Broeders ſoe ſel hyt den Ghilde beteren mit ij. ſz. ende den clagher mit xij. d. ten ſi dat den gemiene Broeders dunct dat hy meer verbuert hevet.

Waert oec ſake dat die aneſtoker ende die hoerſamich ende wederſtribbich woude bliven, ende an onſen nuwen wilkoer niet houden, ende bynnen vij. daghen ghemaent met te beteringhe en quamen mit groter oetmoedicheden, men ſel dye van onſer ſelſcap vreemde maken, noch gheen onſer Broederen ſel hem ghemeenſcap doen, in ſpreken, in mede drinken, in mede eten of enigherhande troeſt of hulpe by ſtaen alſoe langhe want ſi weder comen mit berouwe ende mit groter begheerte ende oetmoedicheden ende onſer Vrouwen ende die ghemyene Broederen ghenoech doen, ij. ſz. in aelmoes te gheven mit dier pene die voerſz. is.

Soe wye oec dien wederſtribbinghe ende den onghehoerſamighen ghemeenſcap dede in enigher noet ſoude weſen, in der ſelver pene daer hy in waer.

Item op die Octave onſer ſoeter Vrouwen Hemelvaert alle jaer te Veſperen, en des morgens te Miſſe ſtatelike te ſynghen, ſoe ſellen al onſe Ghilde-Broeders te ſamen comen, ende ſellen te ſamen eten datmen ghift ſwighende, in oetmoedicheit, Soe wye daer niet mede quame ſoude ghelden ſyn coſt ghcliken den ghenen die daer teghenwoerdich waren, en daer of een ſelmen hym niet laten.

Waer oec dat dat die Octaef quame op een Vridach, Saterdach of op een Sonnendaghe, ſoe ſoudmen die Feeſte houden op den Woensdach des avonts, ende op den Donnersdaghe des morghens bynne die ſelve Octave. Ende danne

ſellen

ſellen al onſe Ghilde-Broeders vergaderen als voerſproke is.

Item waer dat ſake dat des Saterdaghes in die weke enich heylighe dach velle, ſoe ſouden wy onſer Vrouwen Ambocht doen des Dinghesdaghes ten avont, en des Woensdaghes ten uchtent daer te voeren gheliken als des Vridaghes en des Saterdaghes, ende nae die Compleet alle weghe ſoe ſellen die myene Broeders leſen *Miſerere mei Deus* &c. Ende die Prieſter die den Veſper ſinghet ſel leſen een Collecte voer onſe dode Broeders. Voert nae die Metten ſoe ſellen wy leſen *De Profundis*, ende die Prieſter ij. Coll. een voer die levende, ende die ander voer die dode.

Item tot des Dekens teyken ende tot ſyn roepen ſoe ſel elc Ghilde Broeder te pulpete ende ten boeke gaen Soe wye dat niet een dede ſoudet beteren mit enen penninc. Ende alſoe dycke alſe hyt weder ſeyde enen penninc.

Item alsmen ſynghet *Gloria in Excelſis*, *Credo* ſoe ſel elc Broeder opſtaen ende eendrachtelike ſynghen onſer lyever Vrouwen te eeren, die allen arbeit wel loenen kan. Soe wye dat nyet een dede ſoudet beteren mit enen penninc.

Voert alsmen *Sanctus* ende *Agnus Dei* ſinghet, der Engelen ſanc, ſoe ſullen alle die Broeders opſtaen ende ſtatelike ſynghen, en alle leſen, die wile afterlaten op dye boete van enen penninc.

Item ſoe ſyn wy allegader daer toe verbonden by onſer Vrouwen, dat wy onſen Deken hoerſamich ſellen weſen. En wy ghemeenlike deſe voerſz. Reghel ende wilkoer gevonden en gheſet by ghemyenen Rade onſer Ghilde-Broederen ewelike houden ſellen nae onſer macht. In dit voirſproken Ghilde ſyen wy ſculdich te nemen Gheleerde luden, God gheve dat wy dat wel moeten houden, alſoe dat daer God van gheert moet werden, ende ſyn lyeve Moeder. Ende alle Heylighen verblyt wy ende ander guede luden, die daer toe helpen getroeſt worden, an live en an ziele, des moet ons gonnen die Vader, ende dye Zoene ende dye Heylighe Gheeſt. *Amen.*

Ad eam Societatem nobiliores non ex Harlemo tantùm, ſed & ex tota Hollandia adſciti, viri cum ſeculares, tum Eccleſiaſtici, quorum Catalogus ab Anno 1464. ad Annum 1573. eodem libello MS. continetur: in his agmen ducit,

Illuſtres perſonæ ei adſcitæ.

ILLUSTRISSIMUS PRINCEPS ET DOMINUS NOSTER CAROLUS DE BURGUNDIA, DUX BURGUNDIÆ, COMES HOLL. ZEL. ETC. OBIIT MCCCCLXXVII.

Inter Prælatos occurrit A°. MDLXXII.

REVERENDISSIMUS DOMINUS D. GODEFRIDUS A MIERLE, SECUNDUS HARLEMENSIUM EPISCOPUS, ET MONASTERII EGMOND. PRÆLATUS.

Tenui alium Codicem MS. qui ejuſdem bona & poſſeſſiones continet. Juxta Codicem hunc, Fraternitatis illius ex prædiis, ædibus & cenſualibus litteris cenſus erat Anno 1574 (Denique & cenſus.)

1323 - 2 - 9

In primaria Eccleſia denique *Fraternitas* fuit ſub nomine SS. *Sacramenti*, ab *Ampzingio* quoque prætermiſſa. (VI. Fraternitas SS. Sacramenti;)

Nicolaus Zeeman ab Overveen, Fraternitati huic Ao. 1548. donavit reditum VI. flor. Carol. (ejusque cenſus.)

Engelbertus Ewalde, Ao. 1570. ei domum donavit in platea *Sparwoudana*.

Mr. *Petrus Nicolai Ballingus*, Rector Sororum S. *Margaretæ* Harl. & *Joannes Nicolai*, frater ejus germanus primariæ Eccleſiæ æditUus Fraternitati eidem obſtricti erant ad reditum redimibilem III. flor. Carol.

Harlemei, doctrina aut religione eximii.

Viris eruditis aut pietate eximiis Harlemenſibus, ex Cleri, ut vocant ſecularis, ac Regularis ordine, ſub ſua ſingulis claſſe jam nunc recenſitis, & alios, quos urbs Harlemum dedit, juvat addere; qui ſunt,

HUGO AB HAERLEM*, Abbatum Egmond. XXII. creatus Ao. 1326.

JOANNES OLOUTIUS, Decret. Doctor celeberrimus Ao. 1351. Antiſtitum Egmond. XXV. factus, de quibus fuſius ſub Abbatum eorum ſerie infra.

THEODORUS HARLEMIUS, qui Licentiæ gradum in Theologia emeruit & adeptus eſt Pariſiis, circa Annum 1508. Carthuſiæ Colonienſis fit alumnus. Manu ejus nonnulla exarata leguntur Coloniæ.

FLORENTIUS HARLEMIUS, Carthuſiæ Lovanienſis Prior, vir fuit non tralatitiæ eruditionis. Edidit vernaculo idiomate de Chriſtianæ vitæ inſtitutione libros VI primùm a *Tacito Nicolao Zegero*, deinde a *Laurentio Surio* Latinitati tranſſcriptos. Floruit Carolo V. regnante. Fratres binos habuit *Vincentium* & *Rodolphum*, utrumque Ordinis Minorum per Belgium Provincialem.

THEODORUS STUMPWICHIUS, Harlemius Carthuſ. A°. 1609.

VINCENTIUS THEODORICI DE HAERLEM, Ord. Præd. S. T. Doct. Lov. inclaruit, & ſcripſit circa Annum 1514. adverſus *Eraſmum* titulo *Taxandri* libellum.

PETRUS A MONTFOORT, Poëta, carmine ad *Cornelium a Bergen*, Præſulem Leodienſem, ſcripto & edito inſignis, excuſo Leydæ 1539.

JOHANNES WILHELMI, vir variarum Linguarum, & præſertim Sanctæ, callentiſſimus, ejuſdemque Profeſſor Lovanii in Collegio Buſlidiano. Hujus, quod haud prætereundum eſt, in celeberrimis illis Bibliis, quæ a Philippo Hiſpaniarum Rege, cujus auſpiciis in publicum prodierunt, Regia vulgò appellantur, adornandis haud contemnenda opera fuit; teſtante B. *Aria Montano*, præcipuo eorum Architecto, qui in altera ad Lectorem ſuum Præfatione luculentum hoc de *Johanne Wilhelmi* Harlemio teſtimonium orbi dedit: *Adhibitus eſt*, inquit, *ad eam rem Johannes Harlemius, S. Theologiæ Licentiatus, in omni Linguarum genere exercitatiſſimus, S. Scripturæ & Hebraicæ Linguæ apud Lovanienſes in Societate Jeſu Profeſſor.*

De eo ſic in MS. quæ teneo, *Gysbertus Lappius*;

"JOHANNES HARLEMIUS, vir in Sacris Scripturis peregregiè verſatus, quas & ex Hebræa Lingua Lovanii apud Societatis Jeſu interpretatus eſt.

"Scripſit *Indicem Biblicum*, brevitate exiguum, utilitate maximum. Habuit in Societate Jeſu etiam fratrem ſuum.

"Cujus item manus Epiſtolam adſervo. *Ribadeneira* in Catalogo Scriptorum & hæreticus prædicans *Samuel Ampzingius* in deſcriptione

* *S. Ampzing. Boxhornius, Valerius Andreas, aliique.*

 Har-

" Harlemi ejus meminerunt; nec non magnificè Pater *Otthe Zylius*, noſtras in Jubilæo Societaté Jeſu, quod ſuperiore anno perquam ornatè Antverpiæ eſt editum.

Obiit autem Lovanii Anno 1578.

NICOLAUS FLORENTIUS, Antiquitatis & litterarum ſcientia præſtantiſſimus, eoque nomine *Huberto Goltzio*, *Juſto Lipſio*, & *Adriano Metio*, antiquariis ſummis, acceptiſſimus vixit.

QUIRINUS TALESIUS, Magno *Eraſmo* a manu, & deinde civitati Harlemenſi a conſiliis, miſerabili morte defunctus eſt Anno 1573. ut latius exſequuntur Patriæ Annales.

JOANNES SURENUS, vir undequaque doctiſſimus plurima ſcripſit, quæ adhuc latent, inter alia Dialogum elegantiſſimum, quo Artem Typographicam, Harlemi primitus, non alibi, inventam fuiſſe pluribus oſtendit. Vita defungitur ſenex Anno 1591. Effigies Epigramma hoc ſubſcriptum habet:

Corporis effigiem, expreſſit quam Goltzius ære,
Heemskerckus docta pinxit & arte manu.
Tunc inerat formæ florenti gratia major:
Plurima nunc faciem ruga ſenilis erat.

CORNELIUS A BERESTEIN, libris Hiſpanicis Linguæ vernaculæ tranſcriptis famam meruit. Moritur Harlemi Anno 1595.

GUILHELMUS COPALLIUS, S. Theologiæ Licentiatus, ſedis Harlemenſis Vicarius Generalis, mortuus Anno 1599. de quo fuſè *Bat. Sac.* part. 2. p. 318. 319.

SYMON SOVIUS, Poëta & Grammaticus non contemnendus, Scholæ patriæ Rector aliquamdiu vixit. Fratrem habuit *Bartholomæum Sovium*, itidem Scholæ Harlemenſis Rectorem, cui in flore ætatis exſtincto ſucceſſit.

GEORGIUS BENEDICTUS WERTELO, Poëta, cum paucis comparabilis Epinicia, Epitaphia & Epigrammata varia conſcripſit, partim edita, partim adhuc edenda. Vitam finiit Heidelbergæ Anno 1589. *Jano Douſæ*, *Grutero*, *Lipſio*, *Poſthio*, *Paullo Meliſſo*, & *Scipioni Gentili* elegantiâ ingenii admodum placuit.

JOHANNES HUGO A LINSCHOTEN, ſuſceptis in Indiam Orientalem peregrinationibus celeberrimus, exſpiravit Enchuſæ Anno 1611.

JOHANNES GALIUS, Juris Conſultus ſcripſit *de Teſtamenti & Jure Codicillorum*, obiit Anno 1621.

NICOLAUS VANDER HOOCHIUS, quod eſt *ab alto*, ſtrenuam Juri operam navavit Lovanii, & deinde Doctor in Andegavenſi Gallorum Academia creatus eſt. Poſtmodum in Curia Machliniensi magni nominis cauſſarum Patronus, obiit Harlemi Anno 1624. *Singularia Juris*, ſeu Doctorum dicta memorabilia, in publicum edidit, ſingularis ingenii argumentum.

PETRUS SCHONÆUS, Harl. Med. Doct.

THEDORUS SCHREVELIUS, Harl. Scholæ Patr. Rector, inter alia ſcripta Harlemum dedit.

J. ISAACIUS PONTANUS, Parentibus Harlemenſibus natus.

PETRUS SCRIVERIUS, vir ut ad reſtituendas litteras, & omnis ævi antiquitatem, ita ad inſtaurandum patriæ ſuæ decorem natus. Clamant id illa ejus monumenta, quæ in vulgus edita ſunt.

Præſtantiſſimorum Pictorum & Sculptorum copia longè maxima hinc emerſit: quorum Catalogum & Opera vide ſis apud Cl. V. *Samuelem Ampzingium*, Harlemenſem.

Suburbanum Canonic. Regul. Cœnobium;

Ad urbis Harlemenſis portam quâ Alcmariam iter eſt, ſub Ann. 1400. extructum fuit Cœnobium Canonicorum Regularium D. Auguſtini, *Viſitationis D. Mariæ* titulo, per venerabilem Patrem ac Dominum *Hugonem Golſmit*, Presbyterum, de quo ad dictum ann. *Chron. Windeſ.* l. 1. cap. 39. " Sub eodem tempore Monaſterium " *Viſitationis Beatæ Mariæ*, propè Haerlem per " venerabilem Patrem, Dominum *Hugonem* * *Golſmit*, Presbyterum, ædificari fuerat inchoatum, " & Generali Capitulo noſtro de *Windeſem* cum " omnibus agris, domibus & attinentiis ſuis ad " aſſumendum oblatum. Commiſſum eſt ergò " venerali Patri *Wernero*, Priori in *Hem*, debitam de loci & bonorum ejus circumſtantiis facere inquiſitionem, & proximo Generali Capitulo id referre. Cumque ædificia & bona ejus temporalia pro Ordine noſtro inſtituendo " nondum ſufficerent, aſſumptio ejus ad annos " ſeptem eſt dilata. " Duo interim Fratres illuc ex Capitulo directi, *qui horas Canonicas pariter dicerent*, *& Miſſam adhuc legerent*.

origo,

progreſſus,

Exindè ad Capitulum Windeſemenſe adlectum, inter Cœnobia ei ſubjecta, lib. 1. cap. 44. ejuſdem *Chronici* recenſetur, *Viſitationis Beatæ Mariæ propè Haerlem*.

Priores,

JOANNES A KEMPIS, *Thomæ* frater, ejus Cœnobii fuit *Rector* ac *Prior*, & quidem *ſeptem annis*, ex *Chron. Windeſ.* l. 1. c. 39. Id ipſum *Chronici Windeſ.* l. 2. cap. 35. his verbis confirmatur; " Rurſum a Conventu Monaſterii *Viſitationis Beatæ Mariæ*, Ordinis noſtri propè Haerlem in " Priorem fuit electus; cui ſeptem annis continuis in temporalibus & ſpiritualibus bonis benè præfuiſſe dignoſcitur . . . . Qui dùm adhuc eſſet in humanis, inquit ejuſdem *Chron.* " Auctor, ſic in quadam *Collatione* diſſeruit; *Volumus eſſe humiles ſine deſpectione*, *patientes ſine tribulatione*, *obedientes ſine coarctatione*, *pauperes ſine defectu*, *virtuoſi ſine labore*, *pœnitentes ſine dolore*, *laudari ſine virtute*, *amari ſine bonitate*, *honorari ſine ſanctitate*; *ſed Chriſtus Deus noſter ità non fecit & docuit*, *qui regnum Cœlorum vim facientibus repromiſit*, *& injuriam patientibus gloriam & honorem retribuet*, *nullumque malum relinquat inultum*.

egregium monitum,

JOANNES DE ZUZATO, *non modò in Amſterdam ad Regulares*, *ſed & deinde in Monaſterio Ordinis noſtri*, inquit idem *Chronici* Auctor lib. 1. cap. 28. pag. 112. *propè Haerlem Prior effectus eſt*.

ſitus,

Locus hic in Tabulis Traj. *op die Weerd*, prope Haerlem appellatur. Et quoniam Cœnobium hoc ſub Harlemenſi ſitum erat Parochia, conſenſu opus habuit Curati ejus Eccleſiæ, Dni *Gerardi Yſelſteyni*: de Curati igitur † aſſenſu cum Cœnobii ejus Rectore inita eſt tranſactio, ad normam ejus, quam ejuſdem inſtituti Regulares ad mœnia Amſtelodami inierant cum ejuſdem urbis Curato:

Tranſactio.

IN *nomine Domini*, *Amen*. Per hoc præſens publicum inſtrumentum cunctis pateat evidenter. Quod Anno Nativitatis ejuſdem 1407. Indictione quinta decima, menſis Septembris die tertia decima, hora primarum vel quaſi, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri Domini *Gregorii*, divina providentia Papæ duodecimi anno primo, in mei Notarii publici & teſtium infra ſcriptorum præſentia perſonaliter conſtituti venerabiles viri Magiſter *Theodoricus de Benthem*, Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ

* In Iconograp. ſupra Goudſmit.
† Chron. Mont. S. Agn. c. 24. p. 62.

beatæ

beatæ *Mariæ* Trajectenſis, & Dominus *Johannes Theodorici*, Canonicus Trajectenſis, Procuratores venerabilis viri Magiſtri *Gerardi de Yſelſteyn*, Curati Eccleſiæ Parochialis in Haerlem, per ſpeciale Procuratorium ejuſdem Curati in hac parte vero ſuo ſigillo munitum pro contractu & amicabili compoſitione inter memoratum Curatum ſeu Perſonam dicti Perſonatus & ſuos ſequaces, qui ſemper pro tempore fuerint faciendo ex una parte, nec non venerabilis vir Magiſtri *Bernardus uten Enge*, Procurator & Procuratorio nomine Religioſorum virorum Priorum & Conventus Monaſterii *beatæ Mariæ Virginis*, Canonicorum Regularium Ordinis beati *Auguſtini*, prope Haerlem Trajectenſis Diœceſis parte ex altera, propter pacem & concordiam inter dictas partes, qui ſemper pro tempore fuerint perpetuo conſervandam bona & diligenti deliberatione præhabita ut aſſeverant, amicabilem contractum ſeu compoſitionem contraxerunt, ac invicem quemadmodum Prior & Conventus ejuſdem Ordinis beati Auguſtini Canonicorum Regularium prope Amſtelredam habent cum Curato ſuo & per reverendum Patrem ac Dominum *Fredericum*, Dei gratiâ Epiſcopum Trajectenſem, confirmatum quod ſequitur in hunc modum. Primò videlicet, quod ſi quæcunque perſona ex dicta Parochia in dicto Monaſterio ſuam elegerit ſepulturam, exequiæ ejuſdem ſi deceſſerit prius fieri debent in prædicta Parochiali Eccleſia antequam ſuum corpus ad Monaſterium prædictum deportetur, & quicquid poſt hoc oblatum fuerit in dicto Monaſterio ex parte ejuſdem funeris cedet in uſus Conventus ante dicti. Item omnes familiares & continui commenſales dicti Conventus præſentes & futuri poterunt confiteri & accipere quæcunque ſua Sacramenta in dicto Monaſterio ſeu clauſtro & inibi ſepeliri. Item hoſpites & advenæ non exiſtentes Parochiani dictæ Parochiæ qui venerint ad prædictum Monaſterium, poterunt ibidem confiteri & ſua Sacramenta ſumere in neceſſitatis articulo, & etiam ibidem ſepeliri ſine contradictione Curati memorati, & abſque aliqua ſolutione ſeu ratione de oblationibus ſeu quibuſcunque aliis hujuſmodi occaſione eidem Curato facienda. Item Prior & Conventus prædicti Monaſterii qui pro tempore fuerint ratione præmiſſorum tenebuntur Curato dictæ Eccleſiæ Parochialis perpetuo ſingulis annis in dimidio antiquo ſcudato auræ monetæ Regis Franciæ vel valore ejuſdem quolibet anno in feſto Sanctorum Philippi & Jacobi Apoſtolorum perſolvendo. Et proinde venerabiles viri Magiſtri *Theodericus de Beuthem*, Præpoſitus Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ*, & D. *Johannes Theodorici*, Canonicus Trajectenſis, præfati ex parte prædicti Curati Magiſtri *Gerardi de Yſelſteyn*, Perſonatus Eccleſiæ Parochialis Haerlemenſis & ſuorum ſucceſſorum vigore dicti Procuratorii & de ejus ſpeciali mandato renunciaverunt omnibus aliis juribus & proventibus quibuſcunque ex dicto Monaſterio Curatum dictæ Eccleſiæ concernentibus, vel ad eum ſpectantibus, vel quæ poſtea concernere poterunt, vel ſpectare ad eundem. Inſuper Magiſter *Theodoricus*, Præpoſitus, & D. *Johannes*, Canonicus præfati nomine Curati Eccleſiæ Haerlemenſis prædictæ, & Magiſter *Bernardus uten Enghe*, nomine Priorum & Conventus prædictorum, promiſerunt bona fide michi Notario legitimè ſtipulanti præmiſſa omnia & ſingula firmiter & inviolabiliter perpetuis temporibus obſervare, nec contravenire directè vel indirectè per ſe vel per alios quovis modo, ſuper quibus omnibus ſæpe dictæ partes a me Notario publico ſubſcripto petierunt ſibi fieri hinc inde unum vel plura publicum vel publica inſtrumentum vel inſtrumenta una cum appenſione ſigillorum prædictorum Magiſtri *Theodorici*, Præpoſiti & Domini *Johannis*, Canonici Trajectenſis, & Magiſtri *Bernardi uten Enghe*, Procuratorum partium utrarumque, humiliter nichilominus ſupplicantes reverendo in Chriſto Patri ac Domino, Domino *Frederico*, Epiſcopo Trajectenſi, quatenus tranſactam compoſitionem ſeu concordiam præmiſſam cum conditionibus ſupradictis dignetur ad perpetuam rei memoriam confirmare. Acta ſunt hæc in Eccleſia Trajectenſi anno, indictione, menſe, die, hora, & Pontificatu quibus ſupra. Præſentibus diſcretis viris Dominis *Philippo Arnoldi* & *Johanne de Puermer* Presbyteris teſtibus fide dignis ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Henricus Benzem*, Clericus Trajectenſis, publicus Imperiali auctoritate & ordinaria admiſſione Notarius, qui præmiſſis omnibus & ſingulis dum ſic agerentur & fierent unà cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi, ideo hoc præſens publicum inſtrumentum per alium fideliter ſcriptum exinde confeci, ſignoque, nomine, & ſubſcriptione meis ſolitis ſignavi & ſubſcripſi unà cum appenſione ſigillorum venerabilium virorum Dominorum Magiſtri *Theoderici de Beuthem*, Præpoſiti Eccleſiæ beatæ *Mariæ* Trajectenſis, *Johannis Theodorici*, Canonici Trajectenſis, & Magiſtri *Bernardi uten Enghe*, prædictorum, requiſitus in teſtimonium veritatis omnium præmiſſorum.

Conſenſus plebani cum tranſfixo Epiſcopi, quod non oportet funera primò deportari ad Eccleſiam Parochialem: Inprimis circa ſepulturam.

T*Heodoricus de Waſſenaer*, Præpoſitus Eccleſiæ ſancti *Johannis* Trajectenſis, & Archidiaconus in Eccleſia Trajectenſi, ac Paſtor Eccleſiæ Parochialis Haerlemenſis, notum facimus univerſis. Quod religioſi viri Canonici Regulares in noſtra Parochia extra Haerlem *op ten Waerdt* habitantes, nobis humiliter expoſuerint ſupplicando ut quandocunque aliquis Parochianorum Eccleſiæ noſtræ prædictæ apud dictum Monaſterium Canonice ſuam elegerit ſepulturam, corpus illius ſive cadaver ſine introductione ſeu noſtræ Eccleſiæ Viſitatione prius facta, per eos valeat ſepeliri. Nos igitur dictorum Regularium piis petitionibus annuentes propter pacem & concordiam inter nos ſucceſſoreſque noſtros Curatis Eccleſiæ prænotatæ futuris temporibus firmius obſervandam, deliberatione præhabita diligenti pro nobis ſucceſſoribuſque noſtris præfatis præſentibus damus & concedimus facultatem, & ex nunc de cetero in antea quandocunque & quotienſcunque aliquis Parochianorum dictæ noſtræ Eccleſiæ apud prædictum Monaſterium Canonice ſuam elegerit ſepulturam, corpus ſive cadaver illius ſine introductione ſeu Eccleſiæ noſtræ Viſitatione prius facta valeant ſepelire, nobis & ſucceſſoribus noſtris mediate omnium oblationum, quæ in dicto Monaſterio præſente hujuſmodi funere oblatæ fue-

fuerint pro portione Canonica reſervata, omni dolo & fraude excluſis ſine aliqua dimunitione ſeu deductione, reliquam partem diſpoſitioni dictorum Dominorum Regularium & Conventus relinquentes. In quorum teſtimonium præſentibus ſigillum noſtrum duximus appendendum. Datum Anno Domini 1422. feria tertia poſt feſtum beati Ægidii Abbatis.

TRANSFIXUM.

firmata a' Frederico, Traj. Epiſc.

FRedericus, Dei gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, notum facimus univerſis, quod omnia & ſingula narrata & contenta in littera, cui noſtra hæc præſens cedula eſt transfixa, tenore præſentium ratificamus, approbamus & in Dei nomine confirmamus, eaque in perpetuum inviolabiliter volumus obſervari harum noſtrarum teſtimonio litterarum. Datum Anno Domini 1422. feria tertia poſt feſtum beati Ægidii Abbatis.

DE MINORENNIBUS.

a Theoderico Waſſenario ad minorennes extenſa.

THeodericus de Waſſenaer, Præpoſitus Eccleſiæ ſancti *Johannis* Trajectenſis, & Archidiaconus in Eccleſia Trajectenſi, ac Paſtor Parochialis Eccleſiæ Harlemenſis. Notum facimus univerſis, quod privilegio religioſis viris Canonicis Regularibus in noſtra Parochia extra Haerlem *opten Woerds* habitantes, ſuper ſepultura apud ipſos ſepeliri eligentium per nos dudùm pro nobis & noſtris ſucceſſoribus conceſſo, ac per piæ memoriæ Dominum *Fredericum*, Epiſcopum Trajectenſem, confirmato ſecundum omnem ſui tenorem in ſua integritate permanente nos eiſdem propter pacem & concordiam inter nos ſucceſſoreſque noſtros Curatos Eccleſiæ prædictæ & ipſos perpetuo obſervandas, eiſdem damus & concedimus per præſentes facultatem, quod ex nunc in antea ipſi corpora ſive cadavera minorennium ſive per ætatem ſepulturam eligere non potentium per parentes ſuos aut etiam alterum eorum ad ſepeliendum apud eos apportata, quorum parentes apud dictos Regulares ſepulturam ſuam habent, ſine introductione ſive Eccleſiæ noſtræ dictæ Viſitatione prius facta valeant & poſſint recipere & ſepelire, nobis & ſucceſſoribus noſtris loco medietatis omnium oblationum quæ in Monaſterio ipſo præſente funere oblatæ fuerint in eligentibus ſepulturam pro portione Canonica reſervatæ, pro eadem Canonica portione de quolibet hujuſmodi funere quarta parte floreni Rhenenſis, reſervata oblatione tota diſpoſitioni & uſui dictorum Dominorum Regularium cedente ſive ceſſo omnibus dolo & fraude ſecluſis. In quorum teſtimonium præſentibus ſigillum noſtrum duximus appendendum Anno Domini 1448. tertia Septembris.

Santvoorti Div. Tut. & Rectores.

Santvoort, &c. pagus maritimus, ubi Div. Tutel. *S. Agatha*, juxtà *J. la Torrium* & *S. Adrianus* Martyr.

Sacellani Curati, aut eorum adjutores Harlemo illuc ob perſecutiones dudùm excurrere ſoliti; inter cæteros,

STEPHANUS VANDE WERVE, ex patricia ſtirpe Harlemenſis, in patria urbe Sacellanus Curatus, & modò *Anguli* Rector, &c.

LUCAS AHUYS, Amſtelodamenſis, in patriâ modò urbe Paſtor.

CORNELIUS FRANCISCUS KRYS, Amſtelodamenſis, Theol. Lov. S. T. D. dein Paſtor in *Diemen*, &c. Capit. Harl. Canonicus.

GYSBERTUS LAP, Ultrajectinus, Theol. Lov. dein Paſtor in *Jutphaes*, &c.

JOANNES BRANDYN, Hagæ-Comitanus, Congreg. Orat. Presbyter, demùm deſervitor in *Berkel*, ubi diem clauſit extremum 20. Martii Ann. 1710.

ARNOLDUS HODENPYL, Ryſwycanus Batavus, Theologus Colonienſis, primus inhabitans Paſtor in *Overveen*, *Santvoort*, & *Bloemendael*, extructâ Paſtorali domo & Eccleſia decenti in *Overveen* obiit 9. Aug. 1710.

Huic ſucceſſor datus,

WILHELMUS CHRISTIAENSE, Zutphanienſis.

Santpoort.

Santpoort, inter Harlemum & Velſenum vicinia, per quam iter eſt Bevervicum ac Alcmariam, arci *Brederodæ* & *Velſenæ* proxima.

Arx Brederodiorum vicina.

Arx *Breder.* antiquiſſima, a quo nomen habet nobiliſſima *Brederodiorum* familia, cujus geneologiam recenſuit Petrus *Corn. Bockenbergius*, Goudanus, &c. Arx ea cum emoriente ſtirpe, penè disjecta, cujus rudera ſuperſtant. Ad arcem illam Capella olim *Velſenæ* Parochiæ ſubdita, fundata ſub Ann. 1397. a *Joanne Brederodio*, dictæ arcis poſſeſſore, de quo hæc *Joannes Gerbr. a Leidis Chron. Belg.* lib. 31. cap. 56.

Capella conditor, &c.

" *Joannes*, Dominus de *Brederode*, perrexit
" Hyberniam ad * purgatorium S. *Patricii*, in
" quo fuit quadrageſimali tempore, & rediit do-

S. Patricii purgatorium diſcutitur.

* Frequens avorum noſtrorum memoria peregrinatio ad S. *Patricii* in Hibernia dictum purgatorium, in Occidentali Ultonia, quæ priſcis *Tirconallia*, hodiè *Donegallenſis* Comitatus eſt, haud procul ab Erneo lacu minor alius eſt, eo nunc nomine celeberrimus, quod in eo dicatur fuiſſe S. *Patricii* purgatorium; locus, (ſicut incolarum traditio potius, quam ulla Veterum monumenta credi jubent) divinitus magno *Patricio* demonſtratus; quem *Oënus* miles intravit Anno 1153. ex Hiſtoria, *Matthæo Pariſienſi* attributa, ſcripto commendata per *Henricum* Monachum *Salteryenſem*, eo ſucceſſu quem deſcribit. Locus is deinde traditus Canonicis Regularibus, qui, velut ſi a principio ſuus iſtic Ordo habitaſſet; S. *Patricium* ſuis adnumeravêre, & officium proprium curavêre Rom. Breviario inſerendum; cujus lectiones totæ de hoc purgatorio, biennio poſt quam prodierant, expunctæ ſunt: non tamen abolitus cultus proprius, quamvis diſputaretur de ejus auctore; qui ſi non fuit S. *Patricius*, *Magnus Patricius* eſſe potuit, ſecundus reſpectus S. *Palladii*, (qui primus Hiberniæ Epiſcopus miſſus erat, alio nomine vocatus *Patricius*) nuncupatus. Nullo autem indicio deprehendi poteſt, quod poſt ingreſſum Canonic. Regul. in Inſulam tale quid, quale *Oënus* accidiſſe narratur, contigerit. Manſit tamen ſua loco veneratio, donec invaleſcentibus vitiis, & Eccleſiæ Hibernicæ agrum magis indies magiſque deformantibus, priſtina religionis obſervantia turpis avaritiæ facta occaſio eſt, hoc pacto detecta: Anno 1494. præſidente Eccleſiæ Ultraj. Davide a Burgundia Canonicus Regul. ex vicino Dordraco Cœnobio, *Eymſtede* dicto, vir multùm religioſus, peregrinus eòdem a præſidente loci admitti petit; a quo remiſſus ad Diœceſanum Epiſcopum, cum certam pecuniæ ſummam, quam ab intrantibus ſibi jure deberi poſtulaſſet, is verò pauperem ſe dixiſſet, tandem poſt ix. dierum jejunium, Sacramentis munitus, nudis pedibus in locum profundum dimiſſus, nihil quale aliis legerat accidiſſe expertus, auctoritate Apoſtolica curat foſſam obſtruendam. Locus a Regularibus illis tranſiit ad Franciſcanos. Qui plura de his volet, puteique iſtius deſcriptionem, & quomodo poſt horas 24. educantur egreſſi, quibuſve pœnalibus exercitiis ad ejus ingreſſum ſe comparent, cognoſcere deſiderat, adeat Bollandinos in *Actis SS. Tom.* 2. *Martii*, ad diem 17. ejuſdem Menſis, ex quibus pleraque hæc deſumpta.

" mum

" mum ipſo die ſancti *Odulfi* Confeſſoris. Fundavit Capellam in *Santpoort* ad honorem Omnipotentis Dei & S *Patritii*. Vixit ſub Ann. " 1397. . . non habens prolem, factus eſt Monachus converſus ad *Carthuſienſes* propè Trajectum. "

Sacellani. Sacellani *Brederodæ*, Anno 1452. ad A. 1507.

D^nus JACOBUS PETRI.

1534. JOANNES SCRIBIUS.

N Y E K E R C K.

Extra ejus nominis pagos & Eccleſias in Zelandia, in Trajectino agro, in Hollandia Auſtrali, & alia reperitur in *Kennemaria* extra Harlemum verſus lacum Harl. per eundem attenuatus, vulgò *Nieuwerkerck*, ad collationem Holl. Comitum; hujus Paſtor, ſeu Curatus ab Ao. 1511. ad Annum 1533.

Nyekercka vetus, ſitus, Collatores, priſci Rectores,

D^nus BALDUINUS JOANNIS.

Vice-Curatus eodem tempore,

D. PETRUS A MEDENBLICK.

Ad Curam hanc pertinebat domuncula, reddebatque abſenti annuè x. floren. Rhen.

ac proventus. Æditūus tunc nullus aderat, quia munus illud nullius valoris.

S P A R W O U D A,

Sparwoudæ Etymon, gigas. Et *Sparenwouda*, in Codicibus Traj. *Spiserwalda*, pagus perantiquus, olim Traj. modo Diœceſis & Decanatûs Harlemenſis, a ſylva & rivo *Spier* denominatus. Ibi ad Annum 1500. natus eſt homo immenſæ magnitudinis, *Nicolaus a Kieten* vulgò dictus, a *J. Vondelio* carmine celebratus; de quo plura Patriæ Annales.

Parochia, Collatores. *Spaarwoudana* Eccleſia, S. *Gertrudi* Virgini ſacra, cujus collatio penes Holl. Comites, in ſtitutio penes Maj. Ecc. Ultrajecti Præpoſitum. Ea cum omni onere valebat A^o. 1514 floren. Rhen. 80. Sed propter aggerum incommoda abſenti nil magnopere reddebat. Ad eam præter

Proventus, ædes ſpectabant xii. jugera, quæ xxv. flor Rhen. valebant. Vicanis de Æditūo cura erat, qui cum conducere ſolebant.

Priſci Paſtor *Sparwoudanus* ſub Ann. 1511.

Mr. GERBRANDI ZUYDERMONDT,

Rectores; & per ejus ceſſionem Ao. 1514.

Mr. GYSBERTUS PETRI.

Vice-Curati Ao 1452.

D. WILHELMUS.

1538. JACOBUS, filius de *Harderwyck*.

Circa immutationis tempora Paſtorem *Spaarwoudanum* egit,

In his, Nic. Cannius, NICOLAUS CANNIUS, Amſtelodamenſis, *Eraſmi* aliquot annis amanuenſis, Cœnobii Virginum S. *Urſulæ* in patria urbe Rector, & *novi lateris* ad tempus Paſtor, dein Paſtor *Sparwoudanus*, de quo pluribus ſub Amſtelodamo.

Hujus ſucceſſor,

HENRICUS TALESIUS, *Quirini Taleſii*, natalibus illuſtris, ſed fidei confeſſione adhuc præſtantioris filius, natus Harlemi circà tempora, quo Sancta in regionibus conculcabantur. Defuncto Anno Domini 1555. M^ro. *Nicolao Cannio*, ſucceſſit is in Curâ *Sparwoudanâ*, cùm eſſet annorum non plus quam viginti, ac Lovanii ſtudiis operam daret. Duodecimâ Martii anni illius a vice-gerente Hollandiæ, *Verano* introductus, & Vice-Curato conſtituto M^ro. *Reyero Roolhooft*, Lovanium ſtudia repetiturus digreſſus eſt.

Anno 1558. *Sparwoudam* vicario nomine rexit Mr. † *Guerricus* * *Bilſemenſis*, uſque ad Ann. 1561. quando creatus Pater Conventûs *Begbinarum* Edamenſium per duos annos cum dimidio, Anno 1564. conſtitutus eſt Paſtor Harlemenſis, loco *Nicolai Caſtricom*, S. T. L. pridem defuncti. Guerr. Bils.

Ejus elogium hiſce litteris ad M^rum *Thomam Perſoeil*, 2. Sept. 1564. texit *Quirinus Taleſius*.

S. P.

" Ornatiſſime ac integerrime Domine, M. " *Thoma*. Qui has tibi meas adfert litteras, deſignatus eſt *Paſtor Eccleſiæ Haerlemenſis nominis* " *M Guiricus de Ham Bliſius*, cujus animi & ingenii " dotes, meus certe indiſertus ac ſtupidus calamus exprimere non poteſt; quare melius judicavi de eo nihil ſcribere quam de tali viro " parva & illaborato ſtylo inconcinna quædam " effundere, quum clara etiam virtus nulla commendatione indigeat. Gratiſſimus eſt noſtro " reverendo Epiſcopo Harlemenſi, gratiſſimus " D. *Viglio* Præſidi, gratiſſimus denique omnibus bonis ſinceritatem Eccleſiæ Catholicæ ac " Chriſtianæ adamantibus.

Anno 1561. 6. Dec. Mr. *Henricus Taleſius*, Sacerdos doctus ac pius, reſidere cœpit *Sparwoudæ*, tanquam verus Paſtor.

JOANNEM BRUINIUM HUGONIS, Harlemenſem; cùm nullus ei operam ſubſidiariam præſtaret, ſocium ei jungi optabat *Quirinus* Pater; hinc ſcribens ad *Thomam Perſoeil*, Vicarium majoris Ultraj. Eccleſiæ 31. Oct. 1563. ut ſacerdotio initiari poſſet.

" Verùm aliquot poſt annis oſores *Henricum* " *Taleſium*, Curionem Sparewoudenſem *Quirini* " V. C. filium, vinctum carceri incluſerunt Hagenſi, quod delator quidam detuliſſet . . ex " muliere peregrinâ audiviſſe, illum dixiſſe, haud " ſecus ac olim, Eccleſiam quoque nunc ſuos " veros Catholicæ fidei habere Martyres, quamvis non fuerint Canonizati, Diariiſque inſcripti. " & Henr. Taleſius.

Henricus hic Decanus *Kennemariæ* conſtitutus Ao. 1560. per *Cornelium Micropium*, &c. cujus inſtitutionis authenticas Tabulas tenemus.

BALDUINUS CATZIUS, S. T. L. aliquando Paſtor fuit *Sparwoudanus*, ut infrà ſub ejus Elogio videbitur. Poſt. ævi curatores.

CORNELIUS VOSBERGIUS, Gorcomienſis, Sac. Theol. Bacc. form. Paſtor in *Sparwouda*, &c. obiit Harlemi Anno 1653. ætatis 35.

Huic defuncto ſubſtitutus eſt in adjutorem *Balduini Catzii*, & in Paſtorem *Sparwoudanum*,

PETRUS NOORMAN, Amſtelodamenſis, Sac. Theol Bacc form inde Paſtor Hornæ, ubi & obiit 2. Jan. Ann. 1680.

Mr. SIMON VANDER PLAS, Sac. Theol. Bacc. form. Sparwoudanus Paſtor in *Sparwouda*, poſt ix. annos piè Curæ iſti impenſos, defungitur illic in flore ætatis, 13 Aprilis 1663.

MEINARDUS DE JONGH, Strecano-Batavus, provectæ ætatis ſenex, dudùm *Sparwoudam* excolit. Vide plura *Bat. Sacr.* part. 2. pag. 378. & 379.

† Infra *Guiricus*. * *Bliſius*.

Sparendamum; ubi Sacellum pridem, & Capellania, ex Curati Harl. conſenſu;

Præter *Sparwoudam* antiquam Parochiam, eſt & *Sparendam*, a *Sparenæ* ſeu *Sparæ* rivo, & aggere ei ad *Tham* objecto, denominatus pagus Harlemo propinquus, ubi pridem Sacellum ſub primaria D. *Bavonis* Eccleſia. Hic habe *Theodori Waſſenarii*, Curati Harl. &c. in erectionem Sacelli hujus conſenſum:

GErbrant vander Couſter, Prieſter, Prooſt te Bergen in Henegou ende Cureyt der Kercken in Haerlem, doe condt allen luyden, dat ick geoorloft hebbe ende geconſenteert, oorlove ende conſenteer mit deſen brieven den gemeynen bueren van *Sparendam*, enen Capellaen in die Capelle tot *Sparendamme* te ſetten, die te bewaeren ende te bedienen als daer toebehoort, ende dien ſullen zy vernyewen alſo dicke alſt hun genoecht, ende lonen mit ſulcken goede als der Capellen nu ter tyt toebehoort of hier naemaels vercryghen mach, behoudelycken der moeder Kerken daer dit van *Sparendam* onder geſeten zyn haers rechts. In oerconde des briefs heb ic mynen zeghel hier aen gehanghen, gegeven op ten anderden dach in Januario, int jaer ons Heren 1328.

Fano disjecto, novum exſtructum.

Fano iſto vetuſtate collapſo, ac tempeſtate Ao. 1626. XII. Jan. & boreali vento disjecto, novum ædificari cœptum 20. Aprilis 1627. juxta hos illi inſcriptos verſus vernaculos:

d'Oude ſwacke Kerck is 's nachts door ſwaere vlaegen,
Van harden Noorden ſtorm geſtort, en ingeſlaegen:
Dirck, Pieter, Abraham van Beaumont leggen 't werck,
Een, twee en derden ſteen, 't beginſel deſer Kerck.

S L O T A,

Slota; Divus Tut.

Kennemariæ pridem Decanatûs, *Amſtelandiæ* annumeratus vicus, cujus Eccleſia *S. Pancratio* Martyri ſacra.

Paſtor Eccleſiæ iſtius, ut antiqua traditione fertur, caput hujus Martyris ad XII. Maji populo oſtentabat.

Priſci Paſtores.

Anno 1544. Mr. NICOLAUS VAN TEXEL, aliàs *Keiſer ſkins*, Paſtor erat in *Sloten*.

THEODORICUS DEYMAN, Paſtor aliquandò in *Sloten*, Ao. 1606. electus Canonicus Harlemenſis.

S L O T E R D Y C K,

Sloterdici

Ejuſdem Dec. & Præfecturæ vicus, cui ſacer S. *Petrus* Apoſtolus.

Divus Tut.

Paſtor ibi

1572. Dnus CLEMENS.

priſci,

Poſt defectionis tempora *Slotæ*, *Sloterdici*, & Viciniæ *Oſtdorp* fidelibus deſerviêre,

ac hodierni Paſtores.

CORNELIUS HOFLANDUS, Artium Mr. Sacerdos ac Paſtor *Slotenſis*, Harlemi natus, Anno 1601, ibidem denatus Anno 1666. Verſus typo ejus inſcripti, dati *Bat. Sac.* part. 2. p. 378.

N. MEYER, multis annis *Hoflando* adjutor, ei ſucceſſit, & longâ ibi annorum ſerie Paſtor, ſenex diſceſſit in *Civiam*, ubi & obiit; cujus ſucceſſor, qui & ei in ſenectute adjutor,

ADRIANUS VAN CUYL, Gorcomienſis, Philoſophus Lov. Theologus Col. ad tempus Paſtor in *Aſſendelſt*, obiit Paſtor *Slot.* 10. Decemb. Ann. 1706.

Huic ſuffectus

GERARDUS VAN VLIET, ex Rhenolandiæ pago, *Aerlanderveenâ*, Theologus Lov.

V E L S E N,

Velſen; varium nomen. Arx, fata;

Pagus ad Orientem Harlemi, ubi Arx quondam *Velſeniorum*, quorum nomen *Gerardi* in Florentium Comitem parricidio execrabile; in bonorum Traj. indiculo *Valeſa*; *Velſereburg*, Eccleſia mater in tranſactione inter Trajectinum Epiſcopum, & Epternacenſem Abbatem Ann. * 1063. appellatur.

* al. 1064.

matrix Eccleſia perantiqua.

Eccleſia enim Parochialis primitus erecta fertur a S. *Willibrordo*, tanquam una e quinque primis ac matricibus Hollandiæ Eccleſiis. Poſteriori ævo exſtructa, quæ adhuc extat, dedicata fuit S. *Engelmundo*, Abbati, ſpeciali *Velſenſium* Patrono, ac *Kennemerlandiæ* Apoſtolo.

S. Engelmundo ſacra; ejus natales, adventus, labores, obitus, ſepultura,

"*Engelmundus* hic, Anglus de ſtirpe Friſonica, "non quidem ex duodenario S. *Egberti* & D. *Willibrordi* numero, cum eſſet Presbyter & Abbas "Ordinis S. Benedicti, temporibus beati *Willibrordi*, divino inſtinctu venit ad fines Hollandiæ, ubi ferocibus & indomitis Kennemariis verbum ſalutis prædicavit. Et poſt multos labores febri correptus, animam Creatori "reddidit, & honorificam ſepulturam accepit "in vico *Velſen*, ubi etiam precibus ſuis aquam "de terrâ produxit. Sanctum autem corpus per "myſticam revelationem creditur *Baldericus*, decimus quintus Epiſcopus Trajectenſis adinveniſſe, cum multis aliis corporibus, quibus "Diœceſim Trajectenſem honorificè adornavit, "Anno Domini nongenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Natalem habent antiqua Miſſalia Kalendis Februarii, ſed a memoriâ hominum celebratus eſt in æſtate die vigeſimâ primâ Junii, "quando fortè eſt elevatus. In pago autem *Velſen* Sanctus *Engelmundus* etiam noſtrâ memoriâ "claruit miraculis; & patrocinio contra dentium "dolorem. Sed caput auro involutum inde antè "aliquot annos furto eſt ablatum.

Reliquiæ,

"Cæteræ Reliquiæ poſteà (a primis Calv. dogm. "ſectatoribus) per pavimentum templi diſperſæ, "ſed à cuſtode collectæ, & in tuto loco ſunt con-"ſervatæ. Eæ jam ſervantur Harlemi, quia *Velſæ* "omnes ferè ædes cum trabibus Eccleſiæ dirutæ ſunt, & exuſtæ, partim hoſtili incurſione, "partim militum Regis neceſſitate." Hactenus J. *Molanus in Nat.* SS. Belgii, ex *Hiſtoria Velſana*, &c.

miracula,

In MS. Codice Cœnobii Præmonſtrat. Antverpiæ exprimuntur nonnulla ejus meritis patrata miracula; uti, quod ſub Ann 1370. puer Gelrus in *Velſen* allatus, curatus ſit a tumore colli, unde languebat in gutture: Vir quidam ſub Ann. 1390. illicò convaluerit a glutiendi impotentiâ, eodemque anno puer alius ad D. *Engelmundi* memoriam ſanitatem receperit a ſanie ex auribus, naribuſque defluente, &c.

peregrinationes.

Præter *Molanum*, cum Divis Benedictinis adſcripſêre *Hugo Menardus*, *Bucelinus*, *Mabillonius*, aliique. Vide de eo *Acta SS.* per *Bollandinos* Tom. IV. Junii ad diem 21. Junii.

Peregrinationes ad Sanctum *Engelmundum* illuc frequentes ad leniendos dentium dolores, in loco nunc quidem campeſtri, in quo ejus honori dicatum olim extitit Sacellum.

Curæ Paſtorit. Collatores.

Circa muneris Paſtorit. collationem controverſia olim inter Holl. Ordines, & *Brederodios*. *Gerardus Hubertus* ſub Ann. 1514. *Velſenus* Paſtor ſexagenarius declaravit ſe Curam adiiſſe ad Holland. Comitum deſignationem;

Digitized by Google

Proviſus. nem; ad majorem tamen cautelam ſe illam quoque ſuſcepiſſe a *Brederodio* Dynaſta.

Domus erat Paſtori, atque ex agrariis proventibus annuè ei veniebant v. libræ.

Paſtores ibi,

Priſci, Ao.1460. THEODORICUS DE ZAENDE, & JOANNES NICOLAI, Vice-Curatus.

1472. SIMON YSBRANDI, Vice-Curatus, obiit Ao. 1484.

1485. GERARDUS DE OESTGEEST, obiit 1525.

1514. GERARDUS WILHELMI, ut jam vidimus.

1534. GERARDUS HOFLANDT, per quem fundatio ad altare S. *Andreæ*, cujus bona ob lites juſſa divendi per Holl. Ordines.

1564. D. MILERDUS, ex fœdis illuſtriſſimi Domini, *Guil. Lindani*, Paſtor *Velſenus*, vitam S. *Engelmundi* copioſiorem poſteris reliquit eâ quam dederat ex *J. Molano*, *Sanſſuius*, ad cujus finem quædam miracula adduntur a Divo iſto patrata.

1569. EGIDIUS JOANNIS, qui Paſtor obiit 1574.

Antè ſeceſſum ab avita fide Catholica Paſtorem *Velſæ* egit, *Eylardus Waterlandus*, e vetuſta Batavorum ſtirpe, Alcmariæ 3. Idus Dec. Anni 1573. unà cum *Davide Leonardi* crudeli Martyrio affectus.

Poſt introductam novitiam fidem,

Iſtr hodierni ævi JOANNES SIMONIS, Groninganus, 5. Aug. Ann. 1623. ſe inſcripſit Paſtorem in *Velſen*, in epiſtola Cleri Bat. in Urbem datâ ad *Nic. Nomium*. Ex Jac. La Torrii *Relat. Rom.* bonum illic Paſtorem egit.

PETRUS DIRCKSHORNIUS, ex *Dixsborn* oriundus, cognomine *Retu*, S. T. B. Paſtor in *Velſen*, ibid. defunctus Ann. 1646.

Hujus ſucceſſores,

Paſtores. WYNANDUS A WYNINGHEN, Sac. Theol. Bacc. form. Paſtor in *Velſen*, defunctus 4. Nov. 1666.

GUILIELMUS HASKINCK, Vredenſis, aliquandò Daventriæ Paſtor, Paſtor in *Velſen*, obiit ibid. 26. Dec. 1667.

CHRISTIANUS VAN STADEN, Amſtelodamenſis, qui obiit Paſtor in *Velſen* 10. Jan. 1697.

THEODORUS DE JAGER, Amſtelodamenſis, Theologus Lovanienſis.

Cæterùm Mr. ALBERTUS . . . Strekobatavus, a proſcripto Catholicæ fidei cultu Catholicorum fidelium inter Harlemum ac Alcmariam ſedulam curam geſſit.

BEVERWYCK,

Beverwici varium nomen, Alibi * *Wyckop 's Sant*, in antiquis Chartis *Agathen-Kireca*, & in Diplomate Wilhelmi, Traj. Epiſcopi, Ann. M. LXIII. apud Boxhornium *Theat. Holl.* pag. 357. *Agate-Kercka*, ſeu S. *Agathæ* fanum dictum, a Parochialis Eccleſiæ Patrona S. *Agatha*.

Div. Tut. Cura Paſtoritia *Joannitis* Harlemenſibus demandata.

Collatores. Ex eorum collatione Paſtor *Beverwicanus*

Paſtores, Priſci, Ao. 1540. JACOBUS DE MERESTEIN.

1573. JUDOCUS CLEMENS.

1587. CORNELIUS DE SCHOTEN, ex Ordine *Joannitarum*.

Alverada, *Coudekerkæ* Domina, Eccleſiæ *Bevervicanæ* ex teſtamento reliquit 2. libras, Paſtori 6. ſolid. Æditui ſolidos 5.

* Hodie paucularum ædium viciniis.

Fundatio illic ad altare S. *Crucis*, & S. *Andreæ* Apoſtoli, per Magiſtrum *Gerardum Hoflant*. Patroni hujus, Domini *vander Laenen*. Altaris, fundatores, poſſeſſores.

Altare ibi inſuper S. *Annæ*, in quo beneficium fundatum, cujus poſſeſſor Ao. 1544. Dnus *Nicolaus Diert*, Presbyter.

„ *Bevervici* autem, ex Boxhornio ibidem, „ nomen inditum eſt a frequentibus peregrinatio„ nibus, quæ precum concipiendarum cauſa huc „ inſtituebantur, quas *Bevaerden* Belgæ noſtri „ appellant. Alii a *Bavaris* nomen derivant, quaſi „ *Bavarorum* ſedes, ſeu Caſtra." Nominis origo.

Municipium eſt amplum & elegans ad intimum *Tbæ* receſſum, ejuſque Territorium, Bleſenſe, a Comitibus Bleſenſibus, ejus Dominii pridem poſſeſſoribus, denominatum. Dynaſtæ veteres.

Cœnobium hic olim fuit, ſeu *Prioratus* Canonicorum Regularium D. Auguſtini, *Beatæ Mariæ in Sion* dictus, de quo *Chron. Windesb.* l. 1. c. 44. teſtaturque *Chron.* ejus Auctor, illum Anno 1424. unitum fuiſſe Capitulo *Windeſemenſi*, per Fratres *Godefridum de Tyela*, & *Joannem Buſcb* reformatum. " Ex eodem Scriptore l. 2. c. 43. „ *Henricus de Mande*, Dordracenus, obiit in Mo„ naſterio Ordinis & Capituli Windeſemenſis *in* „ *Sion propè in Beverwyc*, quod conſilio & au„ xilio ſuo fuerat inchoatum, poſtquam trigin„ ta & ſex annos patienter & devotè in Ordine „ peregiſſet." Canonicorum Regul. Cœnobium; ejus ortus, ac primi inſtitutores.

Cœnobium hoc ad grave æs ex emphiteuſi Abbatiæ Egm. obſtrictum erat, uti ex hiſce Anni 1432. Tabulis pateſcit: Gravi æs, cui obſtrictum erat.

W*ilhelmus*, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Abbas, Prior, totuſque Conventus Monaſterii S. *Adalberti* Egmondenſis, Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubjecti, Ordinis S. *Benedicti*, Trajectenſis Diœceſis, harum ſerie litterarum notum facimus univerſis, quod nos matura deliberatione præhabita, nec non infra ſcripta Juriſperitorum uſi concilio, quibuſdam certis cauſis arduis & legitimis nos ad id moventibus, de conſenſu & voluntate Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini *Eugenii* Papæ IV. locavimus perpetuis temporibus & in emphyteuſim ſive ſub perpetua penſione his præſentibus locamus, honorabilibus & Religioſis viris Dominis & Fratribus, Priori & Conventui Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, Monaſterii beatæ *Mariæ Virginis in Sion*, prope *Beverwyck*, pro ſe eorumque ſucceſſoribus omnia & ſingula bona infra diſtrictum ſive territorium de *Beverwyck* jacentia, quæ quondam *Bartholomæus Wterwyck* a noſtro Monaſterio in feudum tenuit, & habere conſuevit, ac per deceſſum memorati *Bartholomei* ad noſtrum Monaſterium Egmondenſe devoluta, quæ quidem bona inferius deſcripta ſunt & ſpecificata. In primis quinque pecias terræ arabilis, ante paſcuam tendentem ad viam publicam vulgariter dictam *Heemskerkerwech*, continentes decem & novem modios *rogſadinghe*, *achtendeel* nuncupatos, vel circiter, confrondatas a parte Meridionali, cum terris Abbatiæ Monaſterii noſtri Egmondenſis, quas quondam *Nicolaus Teſſelaer* ſub titulo locationis habere conſuevit, a parte vero boreali cum terris, quas quondam *Albertus Berchmeer* a noſtro Monaſterio in feudum tenuit. Item aliam peciam dictam die *Beeckarker*, ante paſcuam & unum *vierteel* ad partem borealem prædictæ peciæ contiguum, tendentem ad aquæductum communiter dictum, *Roeloff Byenzoens beeck*, continentem decem & ſeptem modios *rogſadinge*, dictos *achtendeel*, vel circiter, convallatam a parte auſtrali

cum aquæductu vocato *Baertloots beeck*, a parte verò boreali, cum terris Abbatiæ Monaſterii noſtri, quas quondam *Nicolaus Teſſelaer* ſub titulo locationis habere conſuevit. Item aliam peciam dictam *die Schuervierteel*, tendentem a via Egmondenſi ad aquæductum communiter dictum *Roeloff Bꝛenzoenks beec*, continentem tres modios cum dimidio *rogſadinghe*, *achtendeel* dictos, vel circiter, convallatam a parte Meridionali cum terris quas quondam *Albertus Berchmeer* a noſtro Monaſterio Egmondenſi in feudum tenuit, a parte vero boreali, cum terris Abbatiæ noſtri Monaſterii, quas quondam *Gerardus* filius *Wilhelmi Florentii*, ſub titulo locationis habere conſuevit. Item aliam peciam dictam *die Huys-acker*, tendentem ab angulo *de Vrytgers*, ad memoratum *Roeloff Brenzoens beeck*, continentem decem modios *rogſadinghe*, *achtendeel* nuncupatos, vel circiter, confrondatam a parte auſtrali cum terris, quas quondam *Albertus Berchmeer* a noſtro Monaſterio in feudum habere conſuevit, a parte autem boreali cum terris heredum quondam *Wilhelmi de Dyck*, & mercatoris *Theoderici*. Item unum *vierteel* tendens *de Vrytgers* ad viam publicam dictam *Hofflander wech*, continens unum modium *rogſadinghe*, *achtendeel* dictum, vel circiter, convallatum a parte Meridionali cum terris Abbatiæ noſtri Monaſterii, quas quondam *Gerardus* filius *Wilhelmi Florentii*, ſub titulo locationis habere conſuevit, a parte vero boreali cum terris quondam *Matthiæ Nicolai*. Item tria quartana unius agri, jacentis ad partem borealem viæ communiter dictæ *Aernt Aelbertizoens wech*, tendentis a quadam modica pecia terræ jacentis ſupra aquæductum, *die groote beeck aen den duyn*, continente quatuor modios *rogſadinghe*, *achtendeel* dictos, cum dimidio, vel circiter, confrondata a parte auſtrali cum via publica dicta *Aernt Albertzoens wech*, a parte vero boreali cum terris, quas quondam *Joannes Gerardi* de Abbatia Egmondenſi in feudum tenere conſuevit. Item aliam peciam dictam *den Abts acker*, tendentem *de Wencke* jacentem juxta partem Orientalem aquæductus dicti *die groote beeck*, a parte vero Occidentali tendentem *aen die duyn*, continentem quinque modios *rogſadinghe*, *achtendeel* vocatos, vel circiter, convallatam a parte auſtrali cum terris, quas quondam *Parydom*, filius *Warmboldi*, a noſtro Monaſterio Egmondenſi in feudum habere conſuevit, a parte vero boreali, cum terris quondam *Nicolai Symonis*, & *Nicolai Gerardi*. Item aliam peciam vulgariter dictam *een ſtreng*, tendentem ab aquæductu ſupradicto, *die groote beeck*, a parte Occidentali *aen die duyn*, continentem duos modios cum dimidio *rogſadinghe*, *achtendeel* dictos, vel circiter, convallatam a parte auſtrali cum terris, quas quondam *Wilhelmus* filius *Gerardi* a noſtro Monaſterio in feudum tenuit, a parte vero boreali cum terris, quas quondam *Parydom*, filius *Warmboldi*, a jam dicto noſtro Monaſterio in feudum habere conſuevit. Item unam peciam continentem paſcua trium vaccarum, incipientem *opten Huys-acker*, & terminantem in mari, confrondatam a parte Meridionali cum terris, quas quondam *Albertus Berchmeer* a noſtro Monaſterio in feudum habere conſuevit, a parte vero boreali cum communiter dicta, *dat Vrytgers*. Item aliam peciam dictam, *die Hooghemaede*. Item medietatem cujuſdam peciæ dictæ, *de Hoorn*. Item unam peciam dictam, *die Venne*, ſupra aquæductum communiter dictum, *Heeren Florys beeck*, ſituatam, continentem paſcua vaccarum duodecim, vel circiter, convallatam a parte auſtrali cum aquæductu ſupradicto, *Baertloots beeck* nuncupato, a parte vero boreali cum terris, quas quondam *Albertus Berchmeer* a noſtro Monaſterio Egmondenſi in feudum tenuit, & habere conſuevit. Pro quibus terris, bonis, & poſſeſſionibus ſuperius ſpecificatis memorati Prior, & Conventus Canonicorum Regularium, ſolvent, tradent, & exponent, nobis ſeu noſtro Monaſterio ſingulis annis perpetuis temporibus, quinque nobilia Regis Angliæ juſti & legalis ponderis, de quatuor *Engelſche* cum dimidio, aut alias pecunias, prædictis nobilibus in valore æquivalente, ultra ſummam centum & octo nobilium, monetæ & ponderis ſupra dictorum, nobis jam temporibus traditam ab eiſdem & ſolutam, quam penſionem annualem ſupra dictam Prior & Conventus in *Syon*, in feſto *Remigii* & *Bavonis*, infra ſepta noſtri Monaſterii ſolvere promiſerunt, aut infra quindenam prædictum feſtum proxime ſubſequentem, tali addita conditione, ſi ſæpe dicti Prior & Conventus in *Syon* qui pro tempore fuerunt, prædictam annuam penſionem infra terminum ſolutionis eis præfixum & ſuperius aſſignatum, perſolvere diſtulerint, ex tunc ultra illam memoratam annuam penſionem cedent nobis & noſtro Monaſterio Egmondenſi in quinque nobilibus monetæ & ponderis prædictis. Et ſi prædictam penſionem cum pœna quinque nobilium ei appoſita, (ſi commiſſa fuerit) infra annum a termino ſolutionis computando perſolvere non curaverint, ex tunc cedent nobis & Monaſterio noſtro præexpreſſo in omni jure & actione, quas unquam de præſcriptis terris & bonis habuerunt. Quæ quidem bona cum omnibus ſuis juribus & dominio, tam utili quam directo, deinde ad noſtrum ſæpe dictum Monaſterium (ſi nobis ea acceptare placuerit) ſine cujuſcunque contradictione devenient ac libere devolventur. Inſuper concordatum eſt, tranſactum & ordinatum, quod ſi prædicti Prior & Conventus in *Syon*, a præfatis terris, bonis, & poſſeſſionibus, aliquo judicio ſpirituali, aut ſeculari, legitime devicti fuerint, cui judicio prædicta bona de jure aut laudabili conſuetudine ſunt ſubjecta, ex tunc a tali annua penſione, cum omni pœna & obligatione eidem appoſita, prædicti Prior & Conventus in *Syon* erunt liberi & immunes, & ab illa pecuniarum ſumma pro talibus poſſeſſionibus nobis tradita, expoſita & ſoluta, eiſdem a nobis Abbate & Conventu ſupra dicto reſtituetur, ac realiter ſine ulla conditione perſolvetur. Sed ſi nobis aut Priori & Conventui in *Syon* de ſæpe dictis bonis & poſſeſſionibus, aliqua impeditio ſeu moleſtatio fieret, judicio ſeptem teſtium aut altero cui illa bona non fuerint de jure ſubjecta, talibus impeditioni, & moleſtationi, nos unà cum Priore & Conventu in *Syon* reſpondere & reſiſtere promittimus expenſis Prioris & Conventus in *Syon* prædictorum. In quorum fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum, nos Abbas & Conventus Monaſterii Egmondenſis, præſentes litteras noſtrorum ſigillorum munimine duximus ſigillandas, & ob majorem roboris firmitatem, nos Prior & Conventus Ordinis Canonicorum Regularium in *Syon* quod præmiſſæ conditiones, tranſactiones, & ordinationes, intra præfatos Dominos Abbatem & Conventum ex una, & nos ſive noſtrum Monaſterium ex altera partibus, ſic ut præmittitur, conditionatæ ſunt, tranſactæ & ordinatæ, ideo præſentes litteras noſtro ſigillo una cum appenſione ſigillorum prædictorum Dominorum

feci-

fecimus communiri. Datum & actum Anno Domini 1432. menſis Auguſti die tredecimo.

Libellus ſupplex Novaterraño oblatus, ut eo levari poſſet.

Cœnobii ejus nomine dein libellus ſupplex oblatus *Nicolao Nova-terrano*, tanquam Abbati Egm. ut liceret eis V. mil. *aureos Anglic.* quibus Abbatiæ obſtricti erant, pretio rationabili redimere, quod eis certa lege conceſſum per haſce Tabulas:

Ende overmits die voorſproken bedonghen penningen geheel en al, den ieerſten met ten leſten ons in preſencie van Broeder *Rutger Rutgerſz. Kelder*, van onſen Godtshuyze voirſz. by den Prior ende Procurator van de Regulieren voirſz. wel ende duechdelick betaelt ende opgheleyt zyn, hebben daeromme quyt gheſcholden, ende quyt ſchelden mits deeſen den Regulieren in den *Beverwyck* voirſz. in der tyt ende alle hoire naecomelinghen Conventuaelen aldaer die voirgenoemde jaerlixe erffpacht van achthien ghulden, zeventhien ſtuvers ende eenen halven. Ende alle andere actien die wy ofte onſe naecomelinghen ter oirzaeke van dien, op 't ſelve Convent ſouden moeghen hebben ofte ons enichſins in toecomende tyden ſouden moeghen competeren. Ende oft gebuerde (dat God verhoede) dat wy ofte yemandt van onſe naecomelinghen Abten ende Conventuaelen van Egmondt in toecomende tyden deeſe onſe quyt ſcheldinghe voir die geloofte ende ontfanghen penningen nyedt en zouden willen onderhouden, ſullen in dien gevalle ſonder enighe contradictie, in dien zy den erfpacht ſouden willen van weerden houden, ſchuldich zyn wederomme op te legghen die voirgen. betaelde penningen, met het intereſſe vande penningen die zy zoo langhe aldan ontbeert ſullen hebben, ende die profijten die zy daer mede zouden hebben moeghen doen, indien zy die op andere plaetſen aengeleyt hadden, hier toe verbindende onſe perſoonen ende alle onſe goederen waer die geleghen zouden moeghen weſen, voir allen juſticieren ende rechteren, zonder enighe hulpe ofte exceptie van enighe privilegien, coſtumen ofte andere enighe vreemde vonden ter contrarie van deeze onſe vercoopinghe nu ende ten eewigen daeghen, allen dinghen ſonder arch, bedroch ofte liſt, als tuſſchen gheeſtelicke perſoonen behoirt ter goeder trouwen te geſchieden. Des t'oirconden, ende om eewelyck onverbrokelyck an beyden ſijden gehouden te worden, hebben wy Prelaet, Prior, Kelder ende Senioren onſe handt hier onder geſtelt, ende onſe zeghel met ons Convents zeghel hier onder aen doen uwthanghen. Gegeven ende gedaen in onſen huyſe tot Haerlem int jair ons Heeren 1567. den dertichſten dach van Meye.

Prior, & Religioſi Primarii Anno 1569.

Nicolaus a Nova-terra, qui ſupra SSt.
F. *Otto Myropius*, Prior.
F. *Joannes Campis*, Senior.
F. *Rutgerus Cellarius.*
F. *Theodoricus Montanus.*
F. *Jacobus Neomagus.*
F. *Jacobus Blondeliuſe*
F. *Cornelius Delft.*

Margini inſcriptum erat:

Anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo in Novemb. numeravit adhuc Prior Regularium centum octuaginta florenos; eo quod erratum erat prius in calculo & valore* Nobilium, ut patet ex Regiſtro D^ni *Godefridi de Mierlo* ſol. duodecimo.

* Nobels.

Cœnobii hujus Canonicus Anno 1540. *Guilielmus de Almonde.*

Monialium ejuſdem Inſtituti Conventus;

Fuit & alius *Beverwici* Conventus Monialium ejuſdem inſtituti, *Nazareth* dictus.

Ejus Rector A. 1563. *D. Guilielmus Joannis*, hunc libellum ſupplicem *Nicolao Nova-terrano*, Harl. Epiſcopo, obtulit:

Libellus ſupplex ejus nomine oblatus per Rectorem.

Exponitur Reverendiſſimæ P. V. pro parte devotum illius oratorium D^ni *Guilhelmi Joannis* Confeſſoris ac religioſarum Monialium Matris & *Conventus de Nazareth in Beverwyck*, Ordinis *St. Auguſtini* veſtræ Diœceſi & veſtræ ordinariæ Juriſdictioni ſubjectorum, *graves admodum fieri impenſas in admittendis hujuſmodi Monialibus* ad probationem, & rurſum non minores in emittendis & ſuſcipiendis expleto jam probationis anno illarum profeſſionibus, ac etiam in convocandis patribus qui hujuſmodi actum celebrationi ex deputatione Reverendiſſimæ P. V. juxta ſacrorum Canonum conſtitutiones, ac Regulæ dicti Ordinis præſcriptum intereſſe debeant. Quibus quidem ſumptibus introducentes parentes hoc præſertim ſumptuoſo ſeculo plurimum gravantur. Supplicant igitur humiliter dictæ oratrices quatenus illis in præmiſſis paterne proſpicere illarum Confeſſori antedicto, ut Moniales hujuſmodi ad illorum Conventum pro emittenda confeſſione accedendo, *& in legitima ætate conſtitutas* ad probationis annum faciendo admittere, & eo rite expleto profeſſionem per Moniales dicti Conventus emitti ſolitam, ab eis recipere ac eaſdem ad hoc cum precibus & orationibus ac ſolempni votorum præſtatione aliiſque ſolempnitatibus, circa præmiſſa fieri conſuetis, de licentia Viſitatoris ad hoc ab eadem Reverendiſſima P. V. deputato ſeu deputando abſque dictorum Patrum convocatione expenſas hujuſmodi evitando gratis admittere poſſit, & valeat facultatem & authoritatem concedere, & elargiri dignemini de gratia ſpeciali non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus dicti Conventus in contrarium facientibus.

Apoſtilla, fiat ut petitur dum præſens Confeſſor ſupplicans vixerit & legitime in regimine adminiſtraverit.

Salvo quod nobis de ætate probatricis & profitendæ conſtiterit. Datum Haerlemi 18. Aug. 1563.

NICOLAUS A NOVA-TERRA, SSt.

Ultimus Rector.

Ultimus Rector Cœnobii hujus, D^nus *Joannes Joannis a Gouda* Anno 1615. pro ætate provecta adhuc ſanus, ac vegetus, juxta teſtamentum quod eo anno 9. Julii, condidit Harlemi coram *Wilhelmo van Triere* Notario Harl. atque *Joanne Egberti Vitriario*, ac *Cornelio Jacobi*, promulgatore curato, ut teſtibus.

Moniales.

Moniales in his.

1453. D. JOANNA, Prioriſſa.
HASQUIA & MACHTILDIS, Sorores & Moniales.
1570. DOMICILLA JOANNA DE GROENEVELT.

Corn. Adrichemia, ejus ſcripta,

CORNELIA ADRICHEMIA, ibi floruit virgo verè religioſa, ac ſacræ poëſeos ſtudiis non minus quam generis nobilitate longè clariſſima, atque hoc nomine *Muſio* Poetæ ac Martyri familiaris, quæ & ipſa Pſalmos Davidicos carmine Latino

Digitized by Google

Scripta, & Epitaphium.

tino reddidit, aliaque pia opuſcula Latinè conſcripſit.

Epitaphium ſibi moriturae ſequens conſcripſit;

Corpus humo, ſuperis animam Cornelia *condo,*
Pulverulenta caro vermibus eſca datur.
Non lacrymas, non ſingultus, triſteſque querelas,
Sed Chriſto a latas nunc precor umbra preces.

Templariorum ibi olim Ordo.

In Parochia de *Beverwyck*, celebris olim Ordo Templariorum, ſatis ſumptuoſum ac magnificum Cœnobium habuit, &c.

Parochiæ Paſtores.

PETRUS DIRKSHORNIUS, Sac. Theol. Bacc. form. primus a dictâ Reformatione *Beverwicenſis* Paſtor, *Velſam* cum Viciniis ſimul curavit.

Poſt illum fidum *Beververici* Paſtorem egit,

JOANNES LATU, Sac. Theol. Bacc. form. qui vitâ ibidem deceſſit Anno 1653. 17. Dec.

Defuncto *Latuvio* ſucceſſêre,

CORNELIUS TESMANS, Paſtor Bevervici XXVII. annos, defunctus illic 5. Jun 1681.

HENRICUS PAUW, Amſtelodamenſis, filius ſeptimo-genitus, Sac. Theol. Bacc. form. defunctus Bevervicenſium Paſtor 4. Aprilis Ann. 1704.

HENRICUS LOENIUS, Edamenſis, Congregationis Oratorii Presbyter.

WYCK ſuper MARE,

Wyck ad mare Divus Tut.

Vulgò *Wyck op 't Zee*, pagus Kennemariæ maritimus, Parochiali gaudens Eccleſia, Divo *Odulpho* Confeſſori ſacra. Collatio ejus antiquitus penes Comitem Egmondanum, præſentatio ſeu jus Patronatus penes Abbatem Egmondanum. Sic *Wilhelmus Witenborſt*, Egmond. Abbas A°. 1501. 5. Julii ad Eccleſiam hanc, vacantem per mortem D^ni^ *Wilhelmi de Beverwyck*, Archidiacono Traj. præſentavit honorab. virum Dom^um^ *Nicolaum Petri*, nominatum prius per Comitem Egmond. Jus illud ſubſecuto tempore negatum Comiti, Abbas ſibi vindicavit. Hujus verò Collatio, ex recenſionis Codice MS. Anni 1514. penes Holl. Comites; inſtitutionem dabat Ultrajectinus Archidiaconus.

Collatores, priſci, & Paſtores.

Paſtor Wycanæ Eccleſiæ, qui hæc affirmabat 1514. D^nus^ *Theodorus Jacobi*, annorum XXXV. qui & aſſerebat Paſtori nihil certi eſſe; abſenti, antequam curam eam adiret, inde veniſſe XX. flor. Rhen. annuè; ſe victum & amictum ægrè indè haurire.

Cenſus eorum, & ædituí.

Æditůus etiam erat ad collationem Holl. Comitum. Sed cum cenſus ei non eſſet aſſignatus, Vicani æditůum conducebant, cui annuè XIV. aut XV. flor. Rh. adjiciebant. Idem qui *Bevervicum*, & *Wycum ad Mare* hodiè curat Paſtor Catholicus.

HEEMSKERCK,

Heemskerkæ priſca nomina.

In antiquis Chartis, ſc. Guilielmi, Traj. Epiſc. ad Ann. 1063. *Hemezenkerece*, Stokio *Eemskerck*, ex antiquioribus *Kennemariæ* pagis eſt, nobilis natalibus celeberrimi priore ævo pictoris, *Martini Heemskerckii*, in Harl. urbis obſidione mortui.

Arx ibi gentis cognominis *Heemskerck*, a Wilhelmo Rom. Rege A°. 1250. tamquam propugnaculum contra Friſios erecta, cui præfecit virum nobilem *Gerardum de Heemskerck*. Ab *Heemskerckiis* Arx & Toparchia devoluta ad *Vianæos*, ab his ad *Arembergios*, iſtis emptione devênit ad *Hautinium*, Veteri nomine mutato hodiè *Marquette* eſt appellata.

Arx cognominis. Etymon.

Houvius vocabuli *Heemskerck* originem ducit a rivulo *Heems*, atque a fano ſeu Eccleſia, vernaculè *Kerck*.

Eccleſia hæc D. *Laurentio* ſacra, donata *Joannitis*, ex veteri Charta MS. *Gysb. Lappii.* Paſtor ejus A°. 1216. D. *Henricus.*

Eccleſiæ, Divus Tut. Priſci Paſtores.

Capella in eadem Eccleſia, in qua ex veteri Charta Anni 1466. *Fundata eſt & dotata Capellania* ſeu *Vicaria* de licentia Paſtoris ad *altaria* ibidem: ex eadem Charta hæc ſunt altaria, S. *Catharinæ* & S. *Barbaræ.*

Capellania. Altaria.

Pagus hic, ut & *Caſtricum*, vicinus *Kennemariæ* pagus, proprios a defectione Paſtores non habuêre; *Uitgeeſtani* quippè eis, ſimul & viciniis *Limmenſibus* ſuccurrebant.

In caſtro autem *Aſſemburch*, *Heemskerckæ* contiguo, *Aſſum* vulgò dicto, Paſtoralia primus exercuit, qui *Aſſendelphi* & *Heemskerkæ* Dynaſtæ, *Reneſſio ab Elderen*, tunc a ſacris erat,

ANTONIUS VERHEERENT, Sac. Theol. Bacc. form. qui curam eam ſubinde deſervit.

Noviſſimi ævi Paſtores.

Succeſſor ejus

R. D. FRANCISCUS LIPPEOLO, diſceſſit Mechliniam paucis inde annis, ubi & vitâ defunctus eſt. Tunc rurſus curam hanc ſuſcepit R. P. *Ant. Verheerent*, in qua obiit fideliſſimus operarius in ſenectute bona 1672. 9. Martii.

Poſt hunc,

GEORGIUS VAN CAMPEN, Harlemenſis, Congr. Orat. Presbyter, de conſenſu Rectorum Eccleſiæ *Weſopum* tranſlatus, ſucceſſorem in *Heemskerckana* Cura accepit,

GORNELIUM HOECKGEEST, Hagæ-Comitanum, Sac. Theol. Bacc. form. *Weſopi* ad annos aliquot Paſtorem, provectâ ætate ibi defunctum A°. 1717. 12. Aprilis. Cujus ſucceſſor, qui anteà ei Vicarius,

SIMON YSVOGEL, Beverwycanus.

Rietwyck, locus *Kennemariæ* circa arcem *Poelenburgicam* collapſus, in Cod. MS. Maximil. Anni 1514. recenſitus, fanum ſeu ædem ſacram habens, cujus collatio penes Patriæ Principes, inſtitutio Ultrajecti a majoris Eccl. Præpoſito petebatur.

Rietwyck ſitus, Collatio, cenſus.

Præter domunculam quam tenebat, cum omni onere tum valebat XXVIII. flor. Rhen. annuè.

ASSENDELFT,

Aſſendelphi ſitus, priſca, nomina.

Celebris inter *Tham* & *Sanam* pagus ac dominium in antiquis Chartis, uti in tranſactione inter Trajectenſes & Eptern. Præſules Ann. 1063. *Aſcmanneſdelf*, aut *Eſcmundilf*, uti in Diplomate *Theodorici* V. Anno 1083. dictum. Dynaſtas dudùm habuit *Reneſſios ab Elderen*, quibus Caſtrum erat *Aſſemburgum*, vulgò *Aſſum* dictum, (a quo pagi nomen quidam derivant) quinque turriculis conſpicuum, cujus modò poſſeſſor, vir Amſtelodami prædives, Dominus *Deutz*, qui & præſens *Aſſendelphi* Dominus.

Dynaſtæ.

Divus Tut.

Eccleſia pago Parochialis, S. *Odulpho* nuncupata.

Parochia S. Odulphi;

S. Odul-

Digitized by Google

ejus ortus,
S. *Odulphus*, nobili Francorum ortus proſapiâ, adoleſcens proficit in ſtudiis litterarum ac pietate.
ſtudia, munia,
Initiatus ſacerdotio, regit, ut Paſtor *Oorſchotanam* apud Brabantos Eccleſiam. Renuntians porrò omnibus quæ poſſidet, relictoque patre ac matre, Ultrajectum ſummæ tunc reverentiæ locum, majoris perfectionis ſtudio, migrat, cujus ſedem tenebat magnæ ſanctitatis vir *Fredericus*; à quo benignè exceptus, excellit in omni genere virtutum, Rectorque Collegii Regularis ab eo conſtituitur. Inde *Stauriam* ad Friſones ab avita fide degeneres, quos nec per ſe, nec per miniſtros à ſe delegatos ad viam veritatis revocare potuerat, à *Frederico* miſſus, ad meliorem frugem convertit.
Ultraj. adventus,
In [blot]ſiam miſſio.

Spiritus Proph.
Ultrajectum reverſus, ſolita ſenex exercitia peragit. Spiritu Prophetiæ Friſonum defectionem, paganorumque incurſionem, aliaque circa *Staurios* prædicit: ob ſenium baculo fulcitur. Sub incendio cellulæ, precibus ejus extincto, manſit illæſus. Febri exinde correptus, diem mortis præſagiens, omnibus ex ordine ac ſanctè diſpoſitis, obit in Domino, ſuavemque mox odorem ſpargit, Ultrajecti in Divi *Victoris*, quod *Martiniano* templo imminet, Oratorio, ut opinio eſt, conditus. Ædes ejus ad S. *Salvatoris* cœmeterium ante aliquot annos adhuc viſebantur. Cranium ejuſdem argento obductum, pridem in dictâ *S. Salvatoris* Eccleſia publicæ venerationi expoſitum, hodiè in Oratorio venerabilis Presbyteri, reverenter aſſervatur; nec non & ſcyphus, quo iter inſtituens, utebatur, ingenti virtute ex fidelis populi perſuaſione præditus (S. *Odulfs-nap* vulgò dictus). Populus hic Feſto Divi ipſius, crucem ſcypho illi, cum ex eo bibit, immergere ſolet.
obitus, ſepultura, ædes, cranium, ſcyphus, cultus;

Habetur autem S. *Odulphi* memoria ad diem XII. Junii.

Sancti hujus ac Reliquiarum ejus in hoc quoque pago celebris cultus; ad quarum attactum, ſurda cùm dudùm & nullâ Medicorum arte curabilis fuiſſet, *Maria Catharina van Oudewerve*, filia *Franc. ab Oudewerve*, Dni. *van Burgh*, *Adrichem*, ac Dominæ *Annettæ Derontie*, ætatis annorum IX. ab eo malo Anno D. 1654. curata eſt.

Aſſendelphi etiam celebris.
Decimatertia Maji Anni 1654 regreſſi ſunt cum gratiarum actione ad templum Domini de *Aſſendelft*, comitibus fratre, ſorore nobilibus, *Hermanno Janſen*, & *Margareta van H[illegible]*, ancilla.

Ita atteſtabatur *Cornelius ab Oudewerve*, *Michael Br[illegible]ber*, Sacerdos, *Hermannus Bont*, *Maria Catharina*.

* Hæc ex Codice MS. Eccleſiæ in *Aſſendelft*.

In Archivis ejuſdem Eccleſiæ ſervantur Tabulæ authographæ, in quibus Dominus *Nicolaus Derout*, & Domina *Annetta Derout*, vidua prænobilis Domini *Francisci ab Oudewerve*, cum viveret Domini *van Burch*, *Adrichem*, præſente *Cornelio van Schoonhoven*, Presbytero, aliiſque teſtibus fide dignis ſeriem rei enarrant, & quoad ſingula teſtimonium ferunt coram *J. van B[illegible]velt*, Curiæ Trajectinæ Notario jurato. XVI. Januarii Ann 1657.

Anno 1382. Curatus Eccleſiæ Parochialis in *Aſſendelft* fuit,

D. THEODORICUS DE HOEGHENDORP.

Priſci ac moderni Paſtores.
1507. Mr. CORNELIUS, ibi Vice-curatus †.

Habuit autem *Aſſendelphum*, juxtà Jac. La Torrium, inhabitantem ab Anno 1617. Paſtorem, *Nicolaum*, à pago in quo ortus eſt, *Giſpenſem*.

† Ex Tabulis Magiſtri Alberti Jac. Paſtoris Weſtz.

Mortuus eſt autem Mr. *Nicolaus*, *Giſpenſis*, Paſtor in *Aſſendelft* 16. April. Anno 1635.

Hunc ſubſecutus eſt

CORNELIUS SIMONIS CLUVERIUS, Aſſendelphius, eo in pago natus Anno ſeculari M. D. C. in patrio ſolo creatus Paſtor, illic obiit in flore ætatis 28. Decemb Anno 1643.

Hujus memoriæ conſecratum eſt, duplex, latino ac vernaculo ſermone, carmen; datum *Bat. Sacr.* part. 2. pag. 380.

Cluverium excepit,

GUILIELMUS BEYER, Sac. Theol. Licentiatus, Canonicus Harl. Curâ dein poſt plurium annorum decurſum cedens, & in Brabantiam ſecedens, illic obiit. Scripta ejus recenſita habes *Bat. Sac.* part. 2. p. 381.

Succeſſor decedenti datus,

ADRIANUS VAN KUYL, Gorcomienſis, deindè Paſtor in *Sloten*, *Sloterd.* & *Ooſtdorp.* Cui ſucceſſere,

MARTINUS DE SWAEN, S.T.D. De eo ſub Harlemo, quò hinc fuit tranſlatus, &

CORNELIUS POELENBURCH, Alcmarienſis, Theologus Lovanienſis.

CASTRICOM,

Caſtricomi varium nomen, antiquitas,
Priſco nomine *Caſtercbem*, *Kennemariæ* vicus antiquus & nobilis, vulgò hodiè *Caſtercum*, celebris ex Domino ejus *Brimone à Caſtrichum* ſub *Florentio pingui* ad pagum *Schorel* a Friſonibus occiſo Theodoricus V. in Diplomate Anni 1083. memorat *Arnulſum* proavum ſuum hic quædam donaſſe *Hecmundæ* Cœnobio, & *Stokius Sifridum*, *Arnulfi* filium hinc uxorem ſibi duxiſſe.

Divus Tut.
Eccleſia Patronum colit S. *Pancratium*.

Vicaria,
Vicaria in ea ad altare S. *Nicolai*; alia ad altare B. V. *Mariæ*.

Paſtor, ſeu Curatus ibi,

1428. D. NICOLAUS SCHAEL.

Priſci,
1537. D. JOANNES GAGWYN, Vice-Curatus.

ac hodierni Paſtores.
ANDREAS THEODORI, ex *Caſtricom* oriundus, Enchuſæ ſub Ann 1561 ad *S. Pancrat.* Paſtor *à fide avita devius*, Calv. Dogm fit Miniſter.

JOANNES PETRI, ſub Ann. 1570. Paſtor in *Caſtricom*, *novis a fidei addictus.*

Sub idem tempus Capellanus ibid. *Theodorus Jacobi.*

Pago huic dein eidem, qui & *Lymmæ* & *Uytgeeſtæ* Paſtores fuêre ad Annum uſque 1650. quo obiit R. D. *Petrus Sibrandi*. *Antonius* * *Verbeerent* dein Paſtor fuit in *Caſtricom* & in *Heemskerck*. Ei ſubſtitutus *Franciſcus Lippelo.*

* al. *Verbeering.*

JOANNES NOORMAN, Amſtelodamenſis, Paſtor in *Caſtricom*, obiit 27. Maji 1692. Hujus ſucceſſores,

GERARDUS TUCKER, ex Trajectenſi agro, Collegii Urbani Romæ Doctor. Illo ibidem mortuo, 7. Febr. Anno 1705,

GUILIELMUS CAVALIER, Amſtelodamenſis, Theologus Lovanienſis.

UYTGEEST,

Uitgeeſti etymon, ſitus, [illegible], Parochia, Div. Tut.
Kennemariorum pagus dudùm celebratus, ex primariis ordine tertius, ad ſoli aridi excelſi, *Geeſt* vulgò dicti, terminum, inter *Bevervicum* & *Akerſlotum* medio ſitus itinere, *Bleſenſium* pridem, modò Holl. Com. dominium, cujus Parochia B. *Mariæ* Virginis nativitati ſpeciali cultu conſecrata.

Collatio,
Hujus collatio pridem penes Rom. Pontificem, & B. *Mariæ* Ultrajecti Præpoſitum alternis vicibus; uti in verbo ſacerdotii declaravit

A[illegible]

Google

Ao. 1514. Decanus *Kennemariæ*, & Paſtor *Uytgeeſtanus*,

Priſtini. Dnus GYSBERTUS GISBERTI. Curato aderat Vice-Curatus.

Ao. 1545. Dnus WILHELMUS YSBRANDI, Vice-Curatus erat in *Uytgeeſt*.

A proſcripto Catholico ritu *Uytgeeſtanis*, & pagis inter Harlemum & Alcmariam mediis, ut ſupra diximus, ſuccurrit Mr. *Albertus*, ex *Streta*, tractu inter Hornam & Enchuſam, oriundus.

Primus, ut proprius Paſtor Cath. *Uytgeeſtum*, à proſcripto, ut dictum eſt, ritu Catholico incoluit,

Monum. Harl. WILHELMUS CRUCIUS, Harlemenſis, qui poſteà Harlemum ſeceſſit; ubi creatus Canonicus *Harl. Capituli*, juxta Acta ejus MS. *pluribus modis contra Capitulum ſuum deliquit*: quod cum eique adhærentes redarguendo, jura ſua egregiè tum defendit, ut ſub *Amſtelodamo* videbimus pag. 106.

Hunc ſubſecutus,

R. D. Mr. CHRISTIANUS GARSTIUS, Patriâ Amſtelodamenſis, Paſtor uti in *Uytgeeſt*, ſic & in *Caſtricum*, & in *Lymmen*, defunctus Amſtelodami Ao. 1615.

R. D. Mr. ROBERTUS ROOD, nobili ſtirpe Scotus, natus Ultrajecti, Anno 1620. *Uytgeeſtum* adveniens, Paſtor ibidem, uti & in *Heemskerck*, *Caſtricum* ac *Lymmen*, poſt duorum annorum curriculum in *Bovenkarſpel* evocatus, diſceſſit, & locum fecit,

NICOLAO DILLENIO, Mechlinienſi, Theologo Col. Sac. Theol. illic Bacc. form. Is ex epidemiæ lue, poſtquam juniori ſacerdoti, *Nicolao Engelmundo*, eodem morbo laboranti *Akerſlooti* inſervierat, *Uytgeeſti* defungitur Anno 1630. 12. Jan.

R. D. Mr. PETRUS ISBRANDI, Uytgeeſtanus, natus ibi Ao. 1604 16. Jan. Sac. Th. Lic. Ao. 1630. circà menſem Junium *Uytgeeſtum* ad Curam Paſt. venit. Anno eodem menſe Novembri eò quoque advenit

JACOBUS VAN DE SANDE, & ipſe *Uytgeeſtanus*, Sac. Theol. Bacc. form. ſimulque cum præfato D. *Petro Isbrandi* quatuor pagis iſtis deſerviit; peſte in flore ætatis, maximæ fidei, charitatis ac induſtriæ Paſtor, abripitur 17. Aug. 1636.

PETRUS ISBRANDI, Canonicus Harl. Hebraicâ ac Græcâ linguâ eximius, per annos xx. *Uytgeeſti*, & vicinorum pagorum Paſtor, obiit 17. Nov. 1650. *Lemma* ejus,

Servite Domino in lætitia.

** al. Verheering.* ANTONIUS VERHEERENT *, Uytgeeſtum advenerat Ao. 1637. circà menſem Sept. & cum *Petro Isbrandi*, Curam hanc ad ejus uſque obitum adminiſtrarat; primus dein redditus Paſtor proprius in *Heemskerck*.

Subſecutus dein Ao. 1650. 10. Dec.

REINERUS ENGELIUS, Amſtelodamenſis, Jur. Utr. Lic. Congreg. Orat. Presbyter, Uitgeeſtum veniens 1650. 10. Dec. poſt duos annos eâdem, quâ venerat die, diſceſſit Amſtelodamum, ubi Paſtor in *Cattenburch* obiit 14. Martii 1673.

R. D. Mr. ADAMUS STALENUS, Embricenſis, Sac. Theol. Bacc. form. *Reinero* ſucceſſit Ao. 1653. menſe Martio; obiitque Paſtor *Uytgeeſtanus* 1671. 13. Jan. *& hodierni Paſtores.*

Succeſſit 1671. 30 Jan.

MICHAEL VANDER STERRE, Delphus, Sac. Theol. Bacc. form. anteà Ampl. Dni. *Cornelii Catzii*, Harlemi in *Angulo* Sacellanus, &c. plurium illic, ſc. 44. annorum Paſtor obiit 10. Iun. Ao. 1715.

Mortuo ſucceſſit, *Vicaria.*

PHILIPPUS CAVALIER, origine Gallus, ortu Amſtelodamenſis, Theol. Lov.

Vicaria in *Uytgeeſtana* Eccleſia ad altare SS. *Nicolai* & *Jacobi* Apoſtoli, cujus collatrix tempore Georgii Egm. Traj. Epiſcopi generoſa Domicella, *Rolanda de Heemſtede*, Domina temporalis ejuſdem dominii: donationem, reſignationem, tranſlationem & incorporationem dictæ *Vicariæ*, de quibus mentio in ejus Tabulis, ratam habuit prædictus Antiſtes. *ejus Patroni,*

Ericus, Dux Brunſvicenſis, *Vicariæ* S. *Nicolai* Patronum ſe venditat per haſce Tabulas:

ERICUS, Dei gratiâ Brunſvicenſis & Limburgenſis &c. Dux, Princeps Imperii, Baro Lysfeldiæ ac Dominus in *Woerden*, reverendiſſimo in Chriſto Patri ac Domino, Domino Epiſcopo Harlemenſi, ſeu reverendo Domino, Domino Præpoſito & Archidiacono Trajectenſi, eorumve Officialibus, ſeu illi vel illis, ad quem, vel ad quos inſtitutio infrà ſcriptæ perpetuæ *Vicariæ* ſeu Capellaniæ, de jure ſeu conſuetudine aut aliter ſpectare & pertinere dignoſcitur, ſalutem. Poſteàquam ad aures noſtras pervenit, perpetuam *Vicariam* ſeu Capellaniam, ſitam ad altare D. *Nicolao* ſacrum in Eccleſia Parochiali de *Uutgeeſt* partium Hollandiæ, Haerlemenſis Diœceſis, & Archidiaconatûs Trajectenſis, per N. V J. Licentiatum, ultimum prædictæ *Vicariæ* poſſeſſorem, in manus noſtras, tamquàm verum & perpetuum Collatorem & Patronum deveniſſe, ut qui dictam *Vicariam* in manus noſtras liberè reſignarit, & nobis inſciis matrimonium contraxerit. Nos nolentes jus noſtrum conferendi & præſentandi negligere, ſed dictæ *Vicariæ*, ſic ut præmittitur, ſeu alio quovis modo * vacandæ, de idoneo Rectore providere, prædictam *Vicariam* ſeu Capellaniam perpetuam præmiſſo, ſeu quovis alio modo vacantem, egregio ac præclaro viro, *Joſqui no Baſtonio*, Gandenſi, Capellæ noſtræ Magiſtro tamquàm habili & idoneo ad dandam, habendam & obtinendam cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis univerſis purè, liberè, & ſyncerè contulimus & conferimus præſentium litterarum per tenorem, ac eundem vobis reverendiſſimo Domino Epiſcopo, ſeu Præpoſito & Archidiacono, ſeu cuilibet veſtrûm ſupradictis pro Inſtitutione Canonica ad eandem obtinendam præſentandum duximus & præſentamus per præſentes. Petentes ut prædictum Capellæ noſtræ Magiſtrum vobis aut cuilibet veſtrum per nos præſentatum ad prædictam perpetuam *Vicariam* ſive perpetuam Capellaniam inſtituere & de eadem inveſtire velitis, facientes ad hæc ſibi de univerſis reditibus, fructibus, juribus, obventionibus ad eandem *Vicariam* ſpectantibus integrè reſponderi, adhibitis ad hæc ſolemnitatibus ſolitis & conſuetis, reſervato noſtro jure. In cujus rei teſtimonium præſentes haſce noſtras litteras ſigilli noſtri appenſione & noſtrâ ſubſignaturâ communivimus. Actum in arce noſtra *Lysfeldiæ* Anno 1569. menſis Julii die ſexta.

** fortè vacanti.* *& ultimi Vicarii.*

Sic ſubſcriptum,

HERZOCH ERICUS,
Manu propria SSt.

Paulò inferius adhuc ſcriptum erat, prout ſequitur: factâ collatione cum originalibus de præſentatione litteris ut ſuprà ſubſcriptis & ſigillo rubeo ſubtuspendente ſigillatis, inventa eſt præſens copia eiſdem conſona, quod ego infrà ſcriptus Notarius per Curiam provincialem Trajectenſem admiſſus atteſtor.

Vica-

Digitized by Google

Vicariâ eadem vacante per reſignationem *Guilielmi de Berch*, ultimi Rectoris ac poſſeſſoris ejuſdem, cum dictus Dux Brunſvicenſis, &c. *Petrum de Berch*, Clericum Diœc. Leod. ad eandem præſentaret; ſed Eccleſiâ *Uytgeeſtanâ* A°. 1575. *deſtructâ* & *prophanatâ*, nulla divina officia in ea celebrarentur; cùm nullus interim oppoſitor aut contradictor compareret, *Godefridus Mierlo*, Harl. Epiſcopus, præſentatum admiſit A°. 1575. qui 2. Martii per *Paulum Botium*, Eccl. Harl. Canonicum, tamquam ejus procuratorem in poſſeſſionem immiſſus eſt.

In eadem Eccleſia ad altare Septentrionale fundata eſt *Vicaria*; eſt ad collationem Holl. Comitum, cum onere duarum Miſſarum per hebdomadam, quam A°. 1514. ex eorum collatione obtinuit D. *Nicolaus Heepuick*, Canonicus Antv. cui ex ea annuè veniebant XXXVIII. lib. XI. ſol.

Comites Holl. ibi quoque æditiuum ſtatuebant, qui ex eorum collatione A. 1514. erat *Petrus Arnoldi van Lis*, cui abſenti inde veniebant III. flor. Rhen. annuè.

In finibus Officii *Uytgeeſtani*, uno ferè ab *Uytgeeſto* milliari *Marcken* Inſula eſt, vulgò *binnen* dicta, ad diſtinctionem *Marcke buyten*, inſulæ adjacentis Edamo. Sacellum illic olim, D. Virginis Nativitati, uti & *Oeſtgeeſtana* Parochia, dicatum, cui & *Capellania* pridem & Sacellanus. Huic modò Paſtor *Crommenydicanus* inſervit ob vicinitatem.

CROMMENYE,

Cromme-nyæ Etymon, Divus Tut. Collatores, Priſci ævi Paſtores.

Ab *Thie* amnis obliquo denominatus pagus, cujus Eccleſia S. *Nicolao* Epiſcopo dedicata. Paſtorem & illic olim deſignabat Abbas Egmondanus. Sic ex Indiculo Abb. Egmond. *Jordanus van Driel*, Abbas Egmond. Anno 1486. 4. Aprilis Eccleſiam Parochialem de *Crommenye*, vacantem per mortem Domini *Cyriaci*, contulit Magiſtro *Jacobo Conrardi de Alcmaria*, eundemque præſentavit Archidiacono Traj.

Henricus Witenborſt de Rees, Abbas Egmond. Anno 1500. 6. Oct. Eccleſiam hanc vacantem per mortem Domini *Petri* filii, contulit Domino *Henrico* F. eundemque præſentavit Archid. Traj.

Meynardus Mannius, Abbas Egmond. Eccleſiam eandem, vacantem per ceſſionem Magiſtri & Domini *Theodorici* Anno 1508. 3. Dec. contulit Magiſtro *Petro*, filio *Lamberti*, eumque præſentavit Archid. Traj.

Anno 1502. Curatus Eccleſiæ Paroch. in *Crommenye* fuit, Mr. *Theodoricus Nicolai*, cui *Fredericus Badenſis*, Epiſc Traj. licentiam conceſſit vendendi terras quaſdam, cum conſenſu & conſilio Mri. *Cornelii Jacobi Schow*, Curati Eccl. Paroch. *de Wormer*.

Mr. PETRUS, Paſtor in *Crommenye*, Ann. 1544.

Capella.

Fuit & *Capella* in *Crommenye*, ex Cod. Abb. Egm. ad collationem ejuſdem Abbatis.

Crommenyersdyc. vinculis S. Petri dicata; noviſſ. ævi Crommenyæ,

Crommenyersdyck, vicus *Crommenye* vicinus, ubi S. *Petrus*, ſpeciatimque D. *Petri vincula* in honore.

Paſtores *Crommenyæ* & vicini Tractus a proſcripto avitæ fidei cultu ad Dnum *Twyſtium* uſque, incolæ fuêre *Crommenyersdici*, deſerviebantque pagis ac vicis vicinis, *Weſt-zanæ*, & *Wormerveer*, &c.

R. D. Mr. GRATIANUS CORNELII, Strecanus, Artium Magiſter, Theologus Col. Sac. Theol. Bacc. form. ab Anno 1612. pagorum iſtorum, vicinorumque vicorum Paſtor, 24. Junii, Ann. D. 1626. ætatis 51. in *Crommenyersdyck* fatis eripitur; cujus memoriæ vice Epitaphii conſecrati ſunt verſus vernaculi *Bat. Sacr.* part. 2. p. 388. relati; commendantes gratum benignumque viri animum, cum alluſione ad *Gratiani* nomen.

Succeſſores *Gratiani*,

Crommenyer dici Paſtores.

R. D. Mr. JOANNES NOYUS, vitâ functus *Crommenyersdici* 22. Martii, Anno Domini 1651.

R. D. Mr. JOANNES TWYST, Sac. Theol. Bacc. form. ex ordinatione Capituli Harl. anteà Paſtor in *Texel*, defungitur Paſtor in *Crommeneya*, &c. 19. Aug. Ann. 1679. *Plenus dierum ac meritorum*, ut latius exprimitur funebri carmine, memoriæ ejus conſecrato, *Bat. Sac.* pag 388. exhibito.

Pagum *Crommeneyæ* dein Paſtores hi incoluêre,

JOANNES NEERCASSEL, Gorcomienſis, Theologus Romanus, Joan. Caſtorienſis Epiſcopi ex fratre nepos: ac illo ad Curam *Voorburganam* evocato,

JOANNES PESSER, Ultrajectinus, Theologus quoque Romanus, è Vice Paſtore Amſtelodami, Paſtor in *Crommeneye*, ibidemque munere & vitâ defunctus Anno 1701. in medio ætatis: quem ſubſecutus,

PAULUS SCHOUTEN, Amſtelodamenſis, Theologus Lovanienſis.

Paſtores autem *Crommenyersdicenſes* hoc ordine enumerantur;

R. D. Mr. ISBRANDUS JOANNES, (aliis *Joannes Duyves*,) Sac. Theol. Bacc. form. ſub Annum 1638. Paſtor erat in *Crommenyersdyck*.

R. D. Mr. PETRUS BOBELDICIUS, Paſtor in *Crommenyersdyck*, defunctus 9. Martii Ann D. 1651.

GISBERTUS VERHAER, Ultrajectinus, Paſtor in *Crommenyersdyck*, vitâ defunctus 12. Dec. Ann. 1677.

WILHELMUS ROSENHOUWER, Theologus Lov. Paſtor in *Crommenyersdyck*, ibidem mortuus 12. April. Ann. 1701.

JOANNES OPMEER, Amſtelodamenſis, Paſtor in *Crommenyersdyck*.

THEODORUS COCK, aliàs *Portenge* ſtudii Romani.

WORMER,

Wormeriæ priſca nomina, antiquitas.

In Catalogo bonorum Eccl. Traj. antiquo *Wromeri*, in Catalogo Latino per *Arnoldum Buchelium* reſtituto *Wermere*, quaſi *Were-meer*, a lacu, & aggere undis ejus objecto denominatus opimus *Kennemariæ* pagus, antiqua colonia lacubus & dumetis cincta navigationibus & mercatu ante annos 400. florentiſſima, uti perſpicuum eſt ex Florentii V. ejus nominis Holl. Comitis Egmondæ data epiſtola Ann 1296. de quo, uti & de vicina *Gyſpa*, audi Patriæ Scriptorem Opmeerum:

" *Wormaria* cum *Giſpa* vico *Caninefatum* vetus ſunt
" ac potens municipium, *Zana* amne tribuſque
" maximis ſtagnis in modum Inſulæ cingitur,
" proximum eſt *Waterlandis*, quos Aquitanos
" minores nonnulli dictos volunt. Incolæ Gala-
" ctophagi fere ſunt, operis amantes, parci, in-

duſtrii,

Digitized by Google

industria.

"duſtrii, linguis liberi, nec non tenaces juſti. "Agrum poſſident paluſtrem, qui foſſis frequentibus diſciſſus majori pecore abundat. Hunc "mira ſolertia ferre triticum ſuaviſſimum, etiam "aliaque frumenta docuere. Linum è foſſarum "fundo vellunt, eoque jacta per ripas ſemina "conſpergunt admixto fimo. Æſtate non modo "ſolum, ſed & ſalum colunt, piſcatuique halecum ſunt intenti. Hieme vero condunt ſe, geniumque curant. Panis bis coctus cum butyro "caſeoque: piſces quoque ac cerviſia Delphica "Moſtlaris illis deliciæ. Quanquam interea vini "paſſi, cáricum, pomorum, nucum atque hujuſcemodi illecebrarum multo avidiſſimi ſint. "Si uſquam adhuc ruſticana ſimplicitas & antiqua virtus, in hoc terrarum angulo latitat. "Qui non tantum robuſtorum, ac meritis in "Republ. clarorum virorum, ſed & mulierum "fortium fertilis eſt. Orta namque hîc & educata fuit *Gertrudis*, *Hadriani* filia, aperti excelſique animi virago, quæ vitis generoſæ inſtar "fructibus concordis conjugii lætè redundans, "nuper Chriſti odor bonus fieri Deo meruit. "Digna plane Paſtore quondam ſuo *Martino* "*Duncano* ovicula: digna tanto magiſtro diſcipula. Cujus multiplices agones Martyriique "coronam eò libentius memoriæ prodidero, "quod ipſius fratre *Cornelio*, dum viveret, familiariter uſus fuerim. Fungebatur is ſacerdotio *Bruclii*, celebri in Batavis pago; unde tumultuantibus Hollandis ſtatim Delphos demigraverat, credens tuto ſe poſſe ibi conſiſtere, &c."

Laus a claris non viris ſolum, ſed & feminis.

Eccleſia præſtans, Divi Tut.

Eccleſia præſtans, excellentiſſimorum architectorum ſtructura intus & extra, ac eleganti organo ornata, *Giſpenſis* Eccleſiæ dudùm matrix, Deo *Mariæ Magdalenæ* nomine ſacrata, Divum Tutelarem ſubinde quoque nacta eſt S. *Odulphum*. Prioris gloria obfuſcatâ, alterius cultus augmentum ſumpſit, nautis iter ſuum ejus patrocinio voventibus, atque argenteas cymbarum, halecum, aliorumque donorum thecas ejus nomini dedicantibus. In anniverſariâ S. *Odulfi* die ſolemnis cum Sancti ejus ſtatua per plateas & vicos fiebat ſupplicatio; cúmque ad pagi terminum ventum eſſet, ad ſtratum ibi altare poſita paululùm ſtatua, modicaque quiete in locatis ibidem ſedilibus habita, ſub cantantium & ludentium ſono regreſſus fiebat ad Eccleſiam. Præter *Odulphi* ſtatuam ac altare, etiam D. Virginis *Mariæ* puerum *Jeſum* tenentis honori in Eccleſia hac dicatum erat altare ac ſtatua, feſtivuſque dies ad honorem ejus habitus, Divæ Virginis lacteus dies, vernaculè *Onſe lieve Vrouwen m'-lkdagh* appellabatur; quia eo die alter alteri lac in xenium mittebat, pauperibusque inprimis lac ex eleemoſyna eo die diſtributum.

Eorum ſtatua.

ſolennis ſupplicatio,

dies feſtivus.

Quandonam feſtivus ille dies celebrabatur, aſſequi non potui. Dictus Opmeerus in ſolſtitio æſtivo ſolemne gaudium *Wormatiæ* olim agi, ſic inquit: *Solſtitium æſtivum erat, & licet nullo religionis cultu ut ſolet, attamen gaudio publico epuliſque lætis celebratur anniverſaria dedicationis templi Wormariani ſolemnitas.*

Collatores.

Curam porrò Paſtoritiam conferebant Patriæ Principes.

Proventus,

Ad hanc præter domum ſpectabant ex reditibus ruralibus 50. floreni Rhen. ex quibus ad aggeris reparationem tenebatur Paſtor, qui & Vice-Curatum habebat. Cura, computatis reditibus his ſub Ann. 1514. valebat LXXX. flor. Rhen. annuè. Abſenti veniebant XXVIII. flor. Rhen.

Paſtor *Wormerianus* A°. 1514.

Mr. CORNELIUS, *Jacobi* fil.

A°. 1434 D. THEODORUS NICOLAI.

1502. Mr. CORNELIUS JAC. SCHOIR,

Et D^{nus} *Nicolaus* ibidem Capellanus, ex Indiculo Abbat. Egmond. Priſci,

Sub tempora defectionis Paſtorem *Wormaria* habuit, *Martinum Duncanum*, Quempenatem, (cujus vitam alibi dedimus,) qui & *Wormariæ* ludum litterarium aperuit magno Chriſtianæ Reip. bono, interque diſcipulos numeravit, *Matthiam Hovium*, tertium Mechlinienſium Archiepiſcopum.

Ejus Sacellanus, *Petrus Surckius*, plures ſtudioſos calamo annotavit, quos *Henr. Soetebomius* ſe tenere aſſerit.

Gnaviter cum voce, tum calamo illic cum Anabaptiſtis, queis regio illa aquatica abundat, decertavit *Duncanus*.

Wormariam etiam Natalibus ſuis illuſtrarunt,

ANTONIUS HONÆUS, Theologus, Poëta, atque Abbas Epternacenſis, *Cornelio Muſio* cumprimis charus, & *Gertrudis Adriani*, *Simonis* filia, jam memorata, fratri Sacerdoti graviter afflicto, annonam benignè ferens, ab inſulſis quibuſdam ex eorum numero intercepta, & poſt tormenta pro avita Catholica fide conſtanter perpeſſa, in furcam prole gravida acta fuit *Iperſloti*, haud procul Amſtelodamo 4. Kal. Julii Ann. 1573. Antè ea verò tempora *Henricus Wormarianus*, & *Petrus Ubelius*, *Wormeria* quoque orti, in *Bibl. Belg. Valerii Andr.* recenſiti.

Wormariam autem poſt fœda hæc tempora curavit,

JOANNES COETZIUS, Harlemenſis, illic natus Anno Dom. 1601. 24. Dec. Sac. Theol. Bacc. form. qui Paſtor in *Wormeria*, obiit Harlemi 20. Junii Ann. 1647. decoratus carmine funebri *Bat. Sacr.* part. 2. p. 389. exhibito. & hodierni Paſtores,

PETRUS SCHOUTEN, S.T.B. ſucceſſor *Coetzii*, gregi ſuo cohabitans Paſtor in *Wormeria*, ibidem migravit è vitâ 16. Febr. Ann. 1678.

JOANNES SPRUYT, Aelſmêranus, Theologus Lovanienſis, Paſtor *Wormerianus*, obiit 15. Oct. Ann. 1691.

ALARDUS HOFLAND, Amſtelodamenſis, S. T. D. Rom. Et ipſo diſcedente, primò *Hagam*, ubi vicarium egit cognati *Titzingii*, dein in *Homade*, ubi creatus eſt Paſtor,

CAROLUS DE BONT, Bruxellenſis, Sac. Theol. Lic. Paſtor in *Wormer*, defunctus 27. Dec. Ann. 1702.

JOANNES VANDER STEEN, patricius Dordracenus, Theologus Lov. ampliſſimi D^{ni}. *Mart. Swaenii*, P. M. Harlemi in *Angulo* aliquot annis vicarius, Protonotarius Apoſt. &c.

G H Y S P,

Ex Codicibus Eccl. Traj. nonnulli *Jeſp*, *Iſp*, *Giſp*, ſed qui accuratius hodiè ſcribunt *Jiſp*; a rivulo, ut conjectura eſt, *Iiſp*, ad quem olim ſitum habuit vicus, & quem hodié-dum retrò pagum conſpicere eſt, quem unà ſub *Wormeria* ex *P. Opmeero* deſcripſimus. Sub ejus pridem Parochia Sacellum ſeu Capellam tantùm habuit ad Annum 1434. menſe Martio ſub Philippo, ejus nominis ſecundo, ex Burgundiæ Ducibus, Holl. Comite, ut ex hoc ejus Diplomate conſpicuum eſt:

Giſpæ, variam nomen;

Capella pridem;

Phi-

Wormeriana Parochia fundata.

PHILIPS, &c. doen kondt allen luiden, alſoo wy onſen Buren van *Jiſpe* gegonnen en geconſenteert hebben Heeren *Dirk Klaaſz.* Curateur van *Wormer*, daar zy voor dezen tydt onder geprochijt hebben geweeſt, die dat overgegeven heeft zyn leven lang, alſoo verre als in hem is, datſe voortaan een Parochie-Kerke op hen ſelven, in heuren Dorpe, met ſulken voorwaarde als de dadinge die gemaakt is by onſen Rade, tuſſchen onſen voorſz. Cureit van *Wormer*, en onſen Buren van *Jiſpe* voorſz. dat klarelyk inhoudt, ſoo hebben wy onſen Buren van *Jiſpe* gegonnet en geconſenteert, gonnen en conſenteren met deſen Brieve alſoo als in ons is, als Collectoor van de Kerke van *Wormer*, dat na de doode van Heeren *Dirk Klaaſz.* op deſen tydt Cureit van *Wormer*, alle de wiſſe en ſeekere renten, tienden, Chynſen, Landen, Melck en anders, leggende binnen den ban van *Jiſpe*, en die onſe Buren van *Jiſpe* onſen Cureit jaarlyks plegen te geven, en nu der Papelyker provende van *Wormer* behooren, en daar toe alle de onſeekere renten, vervallen en proffyten van der Nieuwe Kerke van *Jiſpe*, die daar nu toeſtaan, of namaals toevallen ſullen, daar onſe Buren van *Jiſpe*, den Cureit van *Wormer* voornoemt, zyn leven lang twintig Schilden 's jaars voor geven ſullen, by conſente des Biſſchops van *Uitrecht*, die komen, weſen en blyven ſullen aan der Nieuwer Kerke en Papelyker provende van *Jiſpe*, daar wy en onſen nakomelingen, Graven en Gravinnen van Hollandt, Collectoirs en giſters af wezen zullen tot eeuwigen dage toe; en omme conzent hier af te verkrygen van den Biſſchop van *Uitrecht*, daar toe zullen wy onze Buren van *Jiſpe* alle hulepe ende vordermiſſe doen, aan de voorſz. Biſſchop, mit bede, en mit brieven voor hen te ſchryven die wy mogen: en of 't van noode zy, by doode Heer *Dirk Klaaſz.* op deze tydt Cureit van *Wormer*, onze Buren van *Jiſpe* vorder en meerder brieven van ons of van onzen nakomelingen hier af te hebben of te bezorgen, in der prezentatien die wy ofte onze nakomelingen dan geven zullen, van der Kerke van *Wormer*, die brieven zullen wy dan onze Buren van *Jiſpe* geven in der beſter forme, als zy ons ofte onze nakomelingen dat vermanen zullen. In oirkonde dezen brief bezegelt met onzen Zegel hier aan gehangen, gegeven op den zeſten dagh in Maert, Anno 1434. na den loope van onzen Hove.

S. Petro sacra; S. *Petro* Apoſtolo ſacra Eccleſia hæc, erat, uti & *Wormariana*, ad collationem Holl. Principum; inſtitutionem quoque dabat majoris Eccl. Ultrajecti Archidiaconus.

Proventus. Ei domus, & reditus annuus ex agris erat, IX. florenorum Rhen. Præſenti cum omni onere L. floren. Rhen. abſenti non ultrà libram annuè reddebat. Æditum agrarii conducebant, cùm nulli ferè ei reditus.

Fanum ab incendio reſtauratum, Eccleſiaſt. ſupellectile. Fanum ducentis ferè a ſtructura ejus annis flammis conſumptum, denuò reſtauratum & eleganter extructum, imaginibus, altaribus, omnique Eccleſiaſtica ſupellectile egregiè ornatum fuit; in quibus excelluit Hierotheca alteri columnæ ad boream innixa; cujus, aut verius ſummi altaris, fundamenta hodié-dum viſuntur; ſurſum enim ad tabulata crux ingens & artificioſe ſculpta, evecta erat, per Iconomachiam ſub *Batenburgi* conſpectu, qui illuc venerat, disjecta. Elegans profectò fanum fuit, utpote in quo tàm excellens ac artificioſum vitrum, ac in quovis per Hollandiam templo effulſit; variæ in eo hiſtoriæ, Comitum, Ducum, aliorumque excellentiorum virorum inſignia repræſentata. Supra ſummum templi adytum D. *Helenæ* crucem Dominicam invenientis, & *Conſtantini* equo vecti Imp. portam Jeroſolymitanam ingredi volentis effigies expreſſa. Ex adverſo Chriſti Circumciſio; ad latus adyti, tres Magi duce ſtella in Bethleem tendentes. ac vitro alibi picto excelluit.

Paſtor Eccleſiæ hujus,

Ao. 1514 Mr. JACOBUS AB ILPENDAM. Priſci,

Ao. 1520. D. PETRI, Mr. *Cornelii* ſucceſſor.

Mutato regimine, poſt

JACOBUM ROSANT, Sac. Theol. Bacc. indè per heterodoxos proſcriptum, ſecundus eam curavit, & hodierni Paſtores.

JOACHIMUS PIECK, Sac. Theol. Baccalaureus. Defunctus autem Paſtor ibidem 28. Martii, Ann. 1667.

Succeſſorem accepit,

JOANNEM MARSAEL, qui ultrà XXX. annos ejus loci Paſtor, ſenex ibidem obiit 7. Martii Anno 1704.

GERARDUS JOANNES ROMENBURCH, Voorburgo-Batavus, Romæ Collegii Urbani VIII. Theologus.

THEODORUS COCK, qui ſe *Pertenge* hodiè ſcribit, ſtudii quoque Rom. indè *Crommenyers-dicum* tranſlatio.

GRAFFT,

Kennemariæ Præfect. ac Decan. pagus Paroch. cujus Cura Paſtoritia, ut & Æditui munus ab Holl. Comite conferri ſolita, inſtitutionem dante maj. Eccl. apud Ultrajectinos Præpoſito. Graft, Collatores,

Divus ejus Tutelaris, S. *Bonifacius*, patriæ Præco. Divus Tut.

Paſtores illius Ao. 1560. Paſtores.

ALBERTUS WINCKEL.

1414. JOANNES OBEL, Canonicus Daventrienſis, cui & Vice-Curatus, qui eo anno erat Dnus *Jacob. Simonis* fil.

1404. JOANNES DE RIETVELT, Vice-Curatus.

1408. JOANNES CALIS, Vice-Curatus.

1411. BRUNO REPPRANSZ. Vice-Curatus.

1424. 1428. PETRUS JOANNIS, Purmerentianus, Vice-Curatus.

1481. JOANNIS NICOLAI, Vice-Curatus.

Cura cum omni onere valebat annuè C flor. Rhen. abſenti veniebant XL. aut L. flor. Rh. Domuncula erat Paſtori, & ex agrariis reditibus circiter L. flor. Rhen. annuè. Proventus.

Æditus eodem anno erat *Diderici Boiſotti* filius; undè abſenti venire ſolent XL. flor. Rhen. annuè.

Altare in ea Eccleſia *S. Catharinæ*, atque *Capellania* ad altare iſtud fundata a *Brunone*, filio *Sappen*, ejuſque uxore *Etta*. Capell.

NICOLAUS DE ADRICHEM, Abbas curam hanc vacantem per mortem Domini *Nicolai de Grebber*, Ao. 1477. 22. Maji (cùm collatio ad Abbatem, ac Paſtorem in *Graft*, & ſeniorem ex ſanguine fundatoris ſpectaret) unà cum jam dictis contulit Mro. *Theodorico Engelberti*.

HENRICUS WITTENHORST, Anno 1501. 10. Martii eandem *Capellaniam*, vacantem per mortem Domini *Frederici* (unà cum aliis Collatoribus) contulit Magiſtro *Andreæ Harlem*. Proventus Capellaniæ Sacellani.

Vicus *Ryp* ei vicinus. Ryp, vicus ei adjacens.

& moderni.

Locis his jam olim deſerviit,

Mr. COETZIUS, Theologus Colonienſis, Paſtor in *Rypa* &c. defunctus Anno 1630.

JACOBUS ROSANT, S.T.B. indè Paſtor in 't *Kalf*, ſeu *Vitulo*, de quo ibid.

STEPHANUS BODECKER, ex Paſtore *Wieringano*, Paſtor in *Ryp* & *Graft*, ibidem vitâ functus 8. Martii 1658.

GUILIELMUS CLEEF, Paſtor in *Ryp* & *Graft*, obiit ibidem 26. Jun. 1655.

NICOLAUS BOSMAN, Harlemenſis, Theologus Lov. Paſtor ibidem obiit 10. Jun. 1685.

HERMANNUS VAN EGTEN, Paſtor ibi defunctus 12. Oct. 1691.

JOANNES BERCK, Ultrajectinus, Theologus Lov. ex vitâ illic migravit 9. Jan. 1712.

Huic ex *Bavenſi* cura per Col. Nuntium ſubmiſſus,

CORNELIUS BREUGEL, Amſtelodamenſis, Theologus Romanus.

Paſtores hi & ex parte vicinam curant *Schermeriam*, de qua infrà.

OESTZANEN,

Ooſtzanæ ſitus, Parochia S. Cathar. ſacr. ac Collatores, Proventus.

À *Zanæ* rivo, cui ad ortum eſt, pagus Parochialis vetuſtus, in longum milliari uno protractus, cujus Parochiæ Rectorem pridem deſignabant patriæ Principes, inſtitutionem dante majoris Eccleſiæ apud Ultrajectum Præpoſito.

D. *Catharinæ* ſacra erat Eccleſia hæc. Proventus abſentis Anno 1514. circiter VIII. libræ annuè, ut teſtabatur eo anno Mr. *Engelbrechertus Wyſſius*, *Kennemariæ* quoque Proviſor.

Priſci, Paſtores ac Rectores.

Paſtores illic Ao. 1411.

D. JOANNES DE ASPEREN.

1414. JOANNES REINERUS LOUWIUS, de quo mox infrà.

1464. NICOLAUS, *Joannis Petri* fil.

1540. SIMON LAANIUS.

Vice-Paſtor JACOBI MARTINI.

Fanum ex Rhythmo reſtauratæ Eccleſiæ inſcripto, Ao. 1573. juxta *Soet. bomium* 1574. igne per Hiſpanos tunc victores abſumptum. Paſtor eorum Catholicus interim *Bartholomæus Jacobi*, jam dictus, exiguo ſeceſſu ad concionem utebatur. Ao. 1588. per Ordines Holl. primus eis datus Calv. dogm. Præco. Ao. 1601. pro parte, & 1630. fanum ad crucis formam cum turri reſtitutum.

Calv. dogm. primus Præco. Sacellum Zaand. Orient. ei pridem ſubditum;

Parochiæ *Ooſtzanæ* pridem ſubdita erat pars *Zaandami* Orientalis, ſub *Kennemariæ* præfectura, ei ſubſtracta ex *Soetenbomio*, paucis annis ab objecto *Zanæ* aggere.

ejus Sacellani,

Sacellum eis ſeu Capella, in qua *fundata Capellania perpetua in honorem Omnipotentis Dei, B. Mariæ Virginis, & ſanctæ Mariæ Magdalenæ*, cujus Sacellanus fuit 1411

D. PETRUS REMBRANDI, Presbyter,

D. ARNOLDI DE WITTE, ſucceſſor.

Collator.

Collator ſeu Patronus indubitatus eo tempore *Wilhelmus de Schoten*, tutorio nomine nepotis ſui *Tibrandi Joannis de Schoten*.

Ex populi frequentioris accurſu jura Sacello ac Sacellano accrevêre, Anno 1419. juxta *Frederici Blanckenheimii*, eo anno datum Diploma. Sacellano enim data facultas diebus ſingulis Miſſam dicendi aut cantandi pro libito, præterquam in duabus ſummis feſtivitatibus, Paſchæ ſc. ac Pentecoſtes, quibus ad conſuetas oblationes in *Ooſtzanenſi* Eccleſia tenebatur: defunctorum, annos 12. excedentium exequias celebrare ei interdictum. Incolis fas erat deligere Presbyterum, qui confeſſiones exciperet, pœnitentias imponeret, a reatu abſolveret, Corpus Chriſti ac viaticum ad ægrotos deferret, aquam benediceret, benedictamque adſpergeret, crucem ac vexilla in ſupplicationibus & in diebus Rogationum portaret, verbum Dei palam prædicaret, aliaque æquè ac *Joannes Reinerus Louwius*, *Ooſtzanenſis* Paſtor, licitè perageret, Pædo-baptiſmi, & ſepulturæ juribus unicè exceptis. Conceſſæ ad hæc oblationes, & proventus omnes ad Capellam exſtruendam, extructamque conſervandi, præter VI. * uncias argenti, ad Parochiam *Ooſtzanenſem* die S. *Catharinæ*, Eccleſiæ iſtius Patronæ, deferendas.

Traj. Epiſcoporum ac Curati Ooſtz. conſenſus.

Jura hæc Ao. 1440. ſub Suedero Culenburgico Cathedram Ultraj. favore Papæ Eugenii tunc occupantis a ex Philippi, Burgundiæ Ducis, conſenſu, aſſentiente *Simone Laanio*, *Ooſtzanenſi* Paſtore, accrevere. Tabulæ aſſenſus hujus vernaculæ ejus ſunt tenoris:

EENEN yegelijk die deſe letteren ſullen ſien, zy bekent, dat ik *Symon Laan*, Paſtoor, en Parochiale Curatus van de Kerke van *Ooſtzanen*, des ſtichts van *Uitrecht*, tot lof Godes, eere en vermeerdering van den dienſt des Heeren, hebbende ontfangen het ſmeek-ſchrift en ootmoedig verſoek van mijne Onderdanen binnen de *Meerdam*, en de braak uitgaande (te weten die van 't *Kalf* en 't *Weiver* of *Wormer-damme*) welke aan de *Wormer* woonen, ſittende wijdt van de *Ooſtzaner* Kerk, hebbe met rypen rade ende voorſichtigheidt, de voornoemde mijne Onderdanen voor als nu in 't voorſz. begrip woonende, ofte in 't toekomende ſullen mogen woonen, om dat mijn Kerke daar verr' van gelegen is, zy ſonder groote moeiten niet konnen beſocht, ja ook meenigmaal heel achter geſtelt werden, 't welke gedijen moet tot geen kleine beſwareniſſe haarder zielen, hun genadelijk toegelaten en vergunt mits deſen: Voor eerſt dat de buuren van *Zaander-dam*, in 't voorſz. begrip woonende, een beſcheiden man tot Prieſter verkieſen mogen, die in hun Kapel alle ampten en dienſten, die ik in mijn Kerk van *Ooſtzanen* doen kan, vrijelijk doen en oeffenen mach, *het Doopſel en de Begraaffeniſſe uitgenomen*; daar-en-boven heb ik vergunt, en gunne tot opbouwinge en ondehoudinge van de voorſz. Kapelle en zijn vercierſel, mijne voornoemde Onderdanen in de Buerte van *Zaanderdam*, datſe in 't voorſz. begrijp alle inkomſten, viſitatien en Offerhanden die 'er mogen gebracht werden, en andere giften tot 'et gebruik van de Kapelle voorſz. doen ſtrekken, behoudelijk mijn en mijner navolgeren in der tijdt Voor-ſorgeren der Kerke van *Ooſtzanen* uit te reiken negen oncen alle jaren, voorts het andere te behouden tot de voornoemde Kapelle voor hun en hunne navolgeren in de Buert van *Zaanderdam*; latende voor ons een regtmatig deel, en Offerhande op den naam van bouwing ofte anders te betalen, d'eene helft in 't Feeſt van de geboorte onſes Heeren, en d'ander helft in 't Feeſt der ſelver opſtandinge, welke belooft is in der daat te ſullen betaalt werden; en ik *Symon Laan*, Prieſter, beloove op goede trouw, voor my en mijne nakomelingen, in der tijt Voorſorgers der Parochiale Kerke van *Ooſtzanen*, alle en elk der beloofde dingen vaſtelijk en onverbreekelijk t'allen tijden te onderhouden, ſonder daar tegens openbaar of heimelijk aan te gaan: en op dat deſe

Digitized by Google

deſe Godtvruchtige ordening een eeuwige kracht behoude, ſoo bid ik hertelijk den eerwaerdigen Vader in Chriſto de Heer, Heer Biſſchop van Uitrecht, dat hy ſich verwaerdige deſe ordening met zijn gewoonelijke achtbaarheidt en ordinare macht toe te ſtemmen, en beveſtigen: in welker aller oorkonde en klare getuigeniſſe, heb ik deſe tegenwoordige letteren met 't aanhangen van deſen Zegel doen beveſtigen, in 't jaar ons Heeren 1440. den 23. van April.

Walravus Meurſius, qui & Ultrajectinum Epiſcopum ad tempus ſe geſſit, eidem conſenſum præbuit. Huic etiam *Rodolphi Diepholdii*, cui per initam concordiam Sedes Ultrajectina integra manſit, acceſſit conſenſus. *Nicolaus*, *Joannis Petri* fil. Presbyter, & Eccleſiæ *Ooſtzaanenſis* Paſtor ſuum eidem calculum adjunxit VIII. Maji 1441.

Zaandamenſes, hamatorum & aſellaticorum factionibus diſpendium paſſi, quibus & diſſentiones ob Sedem Trajectinam obſuerant, largitionibus his, & cenſu adaucto elati, *Diepholdium* hunc pacificè Cathedram Traj. jam tenentem rogarunt, ut Capellam ſuam reſtaurare, ampliare, atque oblationibus in hanc conceſſis frui poſſent. Supplicum votis annuit per haſce Tabulas Rod. Diepholdius:

Reſtauratio ac ampliatio.

RODOLPHUS, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, dilectis in Chriſto Proviſoribus ſeu Fabricæ Miniſtris Capellæ in *Zaenderdam* Diœceſis noſtræ, ſalutem, & omnem diligentiam in rebus commiſſis. Cum ſicut ex teſtibus fide dignis accepimus prædicta Capella a poſterioribus retrò temporibus damnum ac collapſionem paſſa ſit, quæ, ut aliæ injuriam paſſæ, prout neceſſitas requirit, reſtauratione & debita renovatione egeat; hinc nos tali opportunitati & neceſſitati volentes providere, vobis Proviſoribus & Fabricæ Miniſtris tam præſentibus quam futuris pro autoritate generali quam in his habemus, pro hac etiam hac vice concedimus libertatem & poteſtatem ad prædictam Capellam ejuſque ſtructuram extruendam, & extruij curandam, eam mutandam, & ad priſtinum, quin & commodiorem ſtatum reducendam; inſuper quod Chriſti fideles in uſum Capellæ hujus largiti ſunt, & legaverunt ac tradiderunt ad ſummam 30. ſcudatorum Philipp. ſimul & ſemel tollendi, & reditus prædictæ Capellæ ad decem ſcudatos annuos levandi, atque ad uſum & ſtructuram Capellæ hujus reddendi ac impendendi, etiam vendendi & alienandi, nummos quos ex hujuſmodi Benedictionibus utiliter ad ſtructuram Capellæ ejuſdem convertendi: quibus conſcientiam veſtrum omnium & cujuſlibet in his quæ ad petitionem veſtram largimur, & oneramus, harum tenore litterarum, datarum Anno Domini 1449. poſtridie * S. Reginii. N. Rauſdorp. Tabulæ ſcriptæ erant in pergameno, ad quas ſigillum in cera nivea appenſum.

* Fortè Remigii.

Fundus in eam conceſſus.

Prætor *Ooſtzaanenſis*, aggerum, Comitis nomine Præfectus, rogatus ut fundum ad ſtructuram concederet, petitioni annuit, per Chartam hujus tenoris vernaculam:

KOndt zy allen luiden die deſen Brief ſullen ſien ofte hooren leſen, dat ik *Dirk Klaaſz. Put*, Schout en Dyk-graaf in *Ooſt-zaanden*, oorlof geve en machtig make, van myns genaden Heeren wegen, *Egbert Albertſz. Dirk Dirkſz. Pieter Dirkſz. Pouwels Pieterſz. Willem Gerritſz.* en *Pieter Allertſz.* als Kapelmeeſters op *Zaanderdam*, te timmeren de Kapel, en te ſetten en te voeren aan beide zyden uit ende voorwaarts, na datſe willen, ofte yemant van harent wegen, ſonder misdoen ofte verbeurenis, ſoo verre myns genadigen Heere ſtraat is, en hem aangaat, om dat dit waar is, en te houden en vol te doen, ſoo heb ik *Dirk Klaaſz. Put*, Schout voorſz. deſen Brief bezegelt met myns ſelfs Zegel, hier beneden aangehangen, in 't jaar ons Heeren 1450, op den 20. dagh in April.

Chartæ huic infra appenſum erat ſigillum in viridi cera ad duplicem caudam pergamenam. Magiſtri *Fabricæ*, duplici numero (tres veteres, & tres novi) ſtructuram obtento conſenſu renovarunt, ampliarunt ac perfecerunt, eo ſplendore ut nulli ex fanis cedat vicinis.

Encœnia ſeu dedicationis annua commemoratio, Dominica poſt Nativitatem D. Virginis celebrari ſolita, ob cauſas in Dominicam poſt S. *Martini* poſtmodum tranſlata eſt, juxta harum tenorem Tabularum: Dedicatio annua, poſtmodùm tranſlata.

MATTHIAS, Dei gratiâ Badenſis Epiſcòpus, reverendiſſimi in Chriſto Patris ac Domini *Frederici*, eadem Dei gratiâ Ultrajectini Epiſcopi, Vicarius Generalis in Pontificalibus, notum facimus omnibus & ſingulis, quod nos certis & legitimis de cauſis, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris concedimus ut Capellæ & altaris **in Zanerdam** dedicatio hactenus celebrata Dominica poſt Nativitatem *B. Mariæ Virginis*, in nomine Domini transferatur in Dominicam poſt feſtum hiemale *S Martini*, ſecuturis perpetuis temporibus annuè eo die celebranda; quapropter omnibus & ſingulis utriuſque ſexus pœnitentibus, confeſſis ac contritis qui ad dedicationem prædictæ Capellæ ac altaris in honorem *S. Mariæ Magdalenæ* conſecratæ acceſſerint, & ſacrificio Miſſæ aut aliis ſacris eo die interfuerint, vel qui altari iſti luminaria, ornamenta, libros, calices vel alia dona devotè donaverint, legaverint, aut procuraverint, toties quoties præmiſſa vel eorum aliquid fecerint, de Omnipotentis Dei miſericordia confiſi, & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus, & *S. Martini* Patroni noſtri auctoritate confiſi, quadraginta dies indulgentiarum de *injunctis* pœnitentiis relaxamus harum teſtimonio litterarum datarum Anno Domini 1416. III. Octobris.

Poſt innovatum Regimen, ſub ferventi perſecutionis æſtu, ad tractum hunc primus è viciniâ *Purmerendâ* excurrit, R. D. Mr. *Franciſcus*.

Exindè in loco quem *Vitulum*, vulgò *Kalf*, vocant, Oratorium extruxit,

JACOBUS ROSANT, Sac. Theol. Bacc. form. anteà Paſtor in *Ryp* & *Graft*, pagis contiguis. Noviſſ. ævi Paſtores Cath.

Cùm autem hic plebi Catholicæ per *Vitulum* diſperſæ aliquot annis deſerviiſſet, obiit Paſtor ibidem 6. Maji Anno 1655. de quo, ejusque libro vernaculo *Bat. Sac.* p. 390.

CORNELIUS BOGAERT, Sac. Theol. Bacc. form. expleto XX. annorum miniſterio, Paſtor in *Vitulo* occubuit 21. Dec. 1684. Corpora hujus & deceſſoris ſepulta ſunt in Sacello *Ooſtzaandamenſi*.

FRANCISCUS VAN GROENHOUT, ex togata familia Harlemenſis, Theologus Lov. Sac. Theol. illic Bacc. form. Canonicus Harle-

I 3 menſ-

Digitized by Google

menſis, Sebaſteni Arch. Romam proficiſcentis comes, illic poſt annos miniſterii ferè xxx. mortuus Ao. 1714. ſub init. Oct. ſucceſſorem accepit

N. de JAGER Amſtelodamenſem, ſtudii Lov.

[Weſtzaandami initia, progreſſus,] *Weſtzaandam*, ſub Bleſenſi Præfectura, à parvis initiis & pauculis domunculis, excrevit in municipium, vulgò *Zaardam*, ſive *Zaanredam* dictum, ad *Zanam* fluvium, mercaturâ omnis generis lignorum, ac navium fabricâ celeberrimum, cui & *Maria Magdalena* eſt Patrona, a vicino *Ooſtzaandamenſi* Sacello mutuata. Cùm Fanum, ut & regimen, cum *Ooſtzaandamenſibus* commune eis eſſet, proprium dein excreſcente potentia, faſtu etiam ex ſuperbia natum, [Fanum novum,] extrui cœptum 27. Aug. Ao. 1638.

"Ad pagum iſtum populoſiſſimum pridem, "ex *Relatione Philippi Rovenii* Anno 1638. "Amſtelodamo excurrebat Mr. *Gualterus Fontein*, Amſtelodamenſis, Sac. Theol. Bacc. "Amſtelodami ſub *Leonardo Mario* Operarius." Viri hujus memoriam retinuerunt *Weſtzaandamenſes* in Tabula picta, & hymno, qui & memorat annis eum xxv. miniſtraſſe *Weſtzaandamenſibus*.

In labores Gualteri ſucceſſit,

[Rectores:] Mr. GUILIELMUS SCHOENIUS, Edamenſis, Sac. Theol Bacc. Paſtor aliquandò in *Ooſt*- atque *Weſt-Blockert*.

[Oratorium,] A *Weſtzaandamenſibus*, cùm paululùm deferbeſceret perſecutio, ſtructum eſt Oratorium in *Mole-buurt*, loco a multitudine molarum ſic nuncupato, in quo miniſterium præbuit is annis xii. aut, ut alii malunt, xv.

Orta tunc inter Paſtorem atque Eccleſiæ æditnos eſt diſſentio; contendente Paſtore, ut ſi quæ puerperæ poſt partum introductæ in Oratorium, munus offerrent, ad altare illud offerrent. Similiter ſtatuit ut Oblatio fidelium pro defunctis, ſub Sacrificio exequiarum offerretur, &c.

Iratum in æditnos animum prodidit in libro vernaculo, typis impreſſo Antv. Anno 1676. munito approbatione *Auberti ab Eede*, Canonici, Archidiaconi & Cenſoris librorum Antverpiæ, cui Titulus, *Via ad caſtitatem pro virginibus Batavis*, de quo plura *Bat. Sac.* p. 390.

Ex iſta diſſenſione demùm ortum, ut qui Edamenſes curabat,

JOANNES a RYSSEN, Daventrienſis, Theologus Colonienſis, tranſierit in locum *Guil. Schoenii*. Ille ſenex, Embricam migravit, ubi & obiit 2. April. 1700. Cedenti mox datus ſucceſſor,

GERARDUS SLUYTER, Zutphanius, Theologus Lov. Sac. Theol. Bacc. form. Cætera *Bat. Sac.* p. 390.

WESTZANA,

[Weſtzanæ priſcum nomen,] Vicus *Kennemariæ* Parochialis, a *Zana*, cui ad occaſum eſt, denominatus, in Catalogo bonorum Eccl. Trajectinæ, cui ad cenſum obſtrictus erat, Weſtzegnem dictus, gentis cognominis aliquandò dominium. [Parochia,] Parochiæ Rectorem dabant [Collatores,] Ao. 1514. Patriæ Principes, inſtitutionem majoris Eccleſiæ Ultrajecti Archidiaconus, uti dicto anno aſſeruit

[* Alphert.] Mr. * ALFRIDUS JACOBI, ejus loci Paſtor, & *Kennemariæ* Proviſor. Paſtor antè eum

[Rectores,] Mr. JOANNES GERARDI, ad Annum 1506. Paſtores dein,

Ao. 1544. Mr. GYSBERTUS SANDELYN, Canonicus Antv.

1604. D. YSBRANDI, Canonicus.

[proventus.] Cenſus abſenti valebant xii. libræ annuè.

Sub *Weſtzanenſi* Parochia, vicus eſt *Wormerveer*, cui *Fredericus Badenſis*, Traj. Epiſc. Ao. 1504. ob legitimas rationes poteſtas fecit Capellam ſeu Sacellum ſub certa lege erigendi. Divæ Virginis Nativitati illud ſacrum. [Sacellum ad ſubditum;]

Diploma *Frederici* Epiſcopi, *Philippi* Burgundiæ Ducis aſſenſum, conſenſum quoque Mri *Alfridi Jacobi*, Paſtoris *Weſtzanenſis*, dedimus *Bat. Sacræ* part. 2. pag. 454. & 455.

URSEM,

Kennemariæ Præf. ac Dec. pagus, cui D. *Bavo*, de quo *Bat. Sacr.* part. 1. p. 26. dudùm Patronus. [Urſem, Divus Tut.] Eccleſiam hanc alternis vicibus conferebant Holl. Comites *, atque Abbates Egmondani; inſtitutio dabatur a majoris Eccleſiæ Ultrajecti Præpoſito. [Collatores,] Ad eam pertinebant xvi. jugera. Cura cum omni onere valebat l. flor. Rhen. [proventus.] annuè; abſenti indè veniebant Ao. 1514. v. libr. gr. annuè.

Eccleſiam hanc, vacantem per mortem Dni. *Simonis*, *Jordanus*, Egmondanus Abbas Ao. 1494. contulit Mro. *Wilhelmo Nicolai*.

Ao. 1514. Paſtor [Paſtores,]

Mr. JACOBUS RHENO, Decanus Xirixæanus, qui eandem eo anno ex conſenſu Collatorum permutavit. [alii]

Vice-Curatus eodem anno [Rectores;]

Dnus ZEGERUS, *Wolbrandi* fil.

[Ædituus, &c.] Ædituus a Patriæ Principibus conſtitui ſolitus, Ao. 1514. erat D. *Gerardus Joannis*, Presbyter, *Urſemii* incola. Ad munus illud pertinebant duo jugera, valebatque non ultra xv. flor. Rhen. annuatim.

JOANNES SIMONIS †, Groninganus, Colon. Theologus, *multorum laborum Confeſſor* Groningæ, dein Paſtor in *Urſem* & *Avenhorn*, plenus dierum & bonorum operum ex pleuritide moritur 21. Aprilis 1636.

BEEST,

[Beetſſech varium nomen, Collatores, Cenſus. ‡ deymeten.] Olim *Beetſſech*, & contractè *Beetſſeh*, ejuſdem Præf. ac Dec. pagus Parochialis, cujus collatio penes Patriæ Principes, inſtitutio penes maj. Eccl. Ultraj. Præpoſitum. Ad curam ægrè pertinebant tria ‡ jugera, reddentia annuè tres flor. Rh. Nullus, cùm cenſus ei aſſignatus non eſſet, ibi æditnus. Paſtor in *Beets*

[Paſtores, & deſervitores.] Ao. 1514. D. JACOB OLOFEERDI.

Ao. 1544. PETRUS SELGRONISE.

Pagis & viciniis his advigilavit ſub Ann. 1656. Ordinis S. *Dominici* Presbyter, Fr. *Auguſtinus Leers*.

GROSTHUYSEN,

[Grootshuyſen, Divus Tut. Collatores.] Decanatus hujus, *Weſt-Friſiæ* annumeratus, pagus Paroch. D. *Martino* ſacer; cujus collatio quoque penes Patriæ Principes, inſtitutio penes dictum Archidiaconum, reddens in abſentia xx. flor. Rhen.

Paſtor Ao. 1514.

[Paſtor.] Dnus ÆGYDIUS WILHELMI.

[Capella vicina.] In *Myſen*, vico Capella pridem fuit ad Abbatum Egm. collationem.

VEENHUYSEN,

[Veenhuyſen, Collatores;] Pagus Parochialis, cujus Collatores Patriæ Principes; inſtitutionem dabat *Weſt-Friſiæ* Præpoſitus.

* Hi duobus primis menſibus conferebant, alii tertio menſe. † *Necrol. Eccl. Harl.*

Cura

Digitized by Google

Bona, Proventus, Paſtor. Cura cum omni onere valebat XL. ſeu L. flor. Rhen annuè. Ad eam ſpectabant XII. jugera, cetera ex accidentibus proveniebant.

Verus ejus Paſtor Ao. 1514.

OTTO RUDOLPHI.

Vicaria. Æditui cura pridem *Jacobæ Bavaræ* temporibus in *Vicariam* converſa, ad collationem erat IV. ex Senatu cum Decano.

OUDENDYCK,

Oudendyci Collatores. Parochia, cujus Rectorem dabant Patriæ Principes, inſtitutionem maj. Eccl. Ultraj. Præpoſitus.

Cenſus Cenſus ejus tenuis, ad quem non ultra unum *Nobel* ex agrariis reditibus pertinebat, uti teſtabatur Anno 1514. Paſtor, quinquagenarius,

& Paſtor. Dnus JOANNES FLORENTII, fil. Presbyter.

OUDEKARSPEL,

Oudekarſpel, &c. De eo ſub *Langedyco* fit mentio.

ACKERSLOOT,

Ackerſloti arx vetuſta. Vetuſtus admodùm primariuſque *Kennemariæ* pagus, gentis cognominis (ex qua *Hugo van Ackersloot* Ao. 1163.) olim tenentis vetus Caſtrum, nunc deſtructum.

Parochia Div. Tut. Parochia S. *Jacobo* majori Apoſtolo dicata, ubi & S. *Crucis* Inventio honoratur.

Collatores. Curam Eccleſiæ conferre ſoliti Romanus Pontifex, & S. *Mariæ* Ultrajecti Præpoſitus alternis vicibus, juxta quod diſertè delegatis a Maximiliano Duce Ao. 1514. aſſeruit

antiq. Paſtor. Dnus PETRUS THEODORI, Paſtor *Ackerſlotanus.*

Vicariæ duæ. Duæ in ea Eccleſia *Vicariæ*; juxta Tabulas MS quas teneo, ad collationem ambæ Abbatis Egmondani.

Vicaria, ſc. *Capellania* Domini *Theodorici Vodinc.*

Ad altare S. *Mariæ* altera. Hæc deinde diſpertita, ut per decurſum videbitur, ac in duas diviſa; quarum una certè alium Patronum ſeu

Patroni. Collatorem habuit ab Abbate Egmondano.

Lis circa unam; Lis circa hanc gravis exarſit circa Ann. 1460. inter Dnum Mrum *Martinum*, filium *Arnoldi Carnificis*, Traj. Dioec. Presbyterum, Vicarium perpet. Eccl. Paroch. S. *Jacobi* Hagæ-Comitis, per 10. annos circiter ejuſdem pacificum poſſeſſorem; & *Theobaldum*, *Nicolai*, Clericum, qui in Curia Rom. verſabatur.

Ut lis hæc melius intelligatur, præmittenda relationis ſeries ex Actis & Tabulis, cauſam hanc ſpectantibus deſumpta.

I.

Hujus baſis ac ſynopſis. Sententia *Officialis* Traj. quâ *Wilhelmus* contra *Theodoricum* declaratur jus habere ad *Vicariam Ackerſl.* Ao. 1300.

II.

Martinus, Presbyter teſtatur de fundatione & donationibus ad *Vicariam* collatis. Donatores & donationes nominantur. *Reynardo Dodonis* filio, ejuſque hæredibus tribuitur *Jus Patronatus*, & perſonam idoneam ad dictam *Vicariam*, cùm vacaverit, præſentandi 1329.

III.

Joannes, Ultraj. Epiſcopus, Presbyterum in *Vicariam* immittit 1330.

IV.

Wilhelmus inſtituitur, tanquam a *Joanne Reinardo* præſentatus.

V.

Acta Notarialia compromiſſi, quibus lis circa *Jus Patron.* inter *Reinardum Joannis* & *Reinardum Dodonis* Abbati Egmondano, ac duobus Presbyteris, tanquam arbitris committitur 1379.

VI.

Sententia dicti Abbatis 1379. quod dictus *Reinardus* ejusque hæredes *Jus Patronatus*, ſeu præſentandi, habituri ſint alternis vicibus, per *Walravum*, electum Ultraj. Epiſc. confirmatur 1437.

VII.

Officialis Ultraj. *Nicolaum* in dicta Vicaria conſtituit.

VIII.

Ex compromiſſo inter *Joannam Jacobi* & *Gertrudem Reinardi* ex una, ac *Reinardum Dodonis* ex altera parte per duos oppidanos Harlemenſes tanquam arbitros prædicta *Vicaria* dividitur, &c. ut latius pateſcit per inſtrumentum Anni 1439.

IX.

Ex compromiſſo partium, *Vicaria* per duos Presbyteros Harlemenſes, conſtitutos arbitros, diſpertitur, ſic ut quilibet ex bina nominata ſtirpe *Jus Patronatus* ad unam duarum partium habeat; & in caſu proximitatis, junior maſculus ſexus feminei perſonam præcedat. Proventus æqualiter dividatur.

Sacellanus quilibet ex duobus ſemel per hebdomadam ſacrum ad dictum altare in Eccleſia *Ackerſlotana* peragat. *Walravus*, electus Traj. Pontifex annexo Diplomate Anni 1439. idem confirmat.

X. & XI.

Ejuſdem ſunt tenoris. *Joanna*, *Alydæ* famulæ ſuæ legat portionem terræ ad vitam Ao. 1470.

XII.

Sixtus Pontifex mandat, ut *Theobaldus* in *Vicariam* immittatur contra ejus adverſarios, *Joannem* ac *Martinum* 1472.

XIII.

Nicolaus, Sacellanus in Curia Romana, Pontificis nomine Imperatori, Ducibus, Epiſcopis, &c. notum facit, quod ſententiam tulerit, quâ *Theobaldum* in *Vicariam Ackerſlotanæ* Eccleſiæ jus habere declarat. *Martinum* & *Joannem* ejus ſocium ad litis expenſas condemnat; eis qui ſententiæ parere recuſarint, minas excommunicationis intentat, &c. 1474.

XIV.

Digitized by Google

XIV.

Martinus minis exterritus, *Vicariæ* cedit; at jus mox denuò redintegrat 1475.

XV.

Martinus, ſententia ab Archidiacono Ultrajecti in ſui favorem contra æmulum impetrata, Romam ad hujus querelas evocatur 1478.

XVI.

Abbati Egmondano, & S. *Joannis* apud Ultrajectum Decano a Curia Romana fit eodem anno ac die facultas, ut *Theobaldum* a diris per Archidiaconum Traj. abſolvant.

XVII.

Wilbelmus in *Vicariam Ackerſlotanam*, a *Joanna Adrichemia* præſentatus immittitur 1482.

XVIII.

Wilbelmus Adrichemius, ut Patronus *Joannem Jacobi die Looſs*, Presbyterum ad eandem *Vicariam* præſentat 1501.

XIX.

Teſtimonium boni nominis ac famæ Venetiis per Ducem coram Actuario datum 1539.

1553. Ex his liquet manifeſtè tunc duas *Vicarias* fuiſſe, a duabus diverſis perſonis hic nominatis poſſeſſas.

1560. Curator *Claræ vander Mye* declarat, quod in ea qualitate *Vicariam Ackerſlotanam* contulerit *Gerardo van Schoten*, unam nimirum ex duabus his *Vicariis*, ut dilucidè patet ex inſtrumento Anni 1553. Quod illud fecerit ſine juris alterius læſione; *Zoo*, &c.

Reperio tamen in Codice MS. Abbatiæ Egm. „quod *Joannes van Driel*, Abbas Egmondanus „A°. 1493. 27. Aprilis *Vicariam* perpetuam in „altari *B. Mariæ Virg.* in Eccleſia Parochiali „de *Ackerſloot*, vacantem per liberam reſignationem *Jacobi Vos*, contulerit honorabili viro, D^no ac M^ro *Reynero Zael*, Vicario Capellæ Curiæ Hagienſis, eundemque præſentarit Archidiacono Ultraj.

Tabulæ plenæ diris acerbiſſimis.

Sequuntur modò Acta, & Tabulæ publicæ circa hanc litem, ejuſque progreſſum.

Incipit:

Glorioſiſſimo & invictiſſimo Principi & Domino, Domino Friderico, divina favente Clementia Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, ac reverendiſſimis & reverendis in Chriſto Patribus & Dominis, Dominis Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Archiepiſcopis, & Epiſcopis; nec non Principibus, Magiſtratibus, Presbyteris, Monachis, cæteriſque ſacri & profani ordinis viris, & civitatibus, quæ longa ſerie uſque ad agricolas, a ſummo ad unum enumerantur, *Nicolaus de Ubaldis, U. J. D. Domini noſtri Papæ Capellanus, ſacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditor*, &c. *ſalutem in Domino, & noſtris, imò veriùs Apoſtolicis, firmiter obedire mandatis.* Tum multa verborum ambage denunciat, auctoritate *Sixti* IV. R. Pontificis ſeſe ſententiam dixiſſe pro *Theobaldo*, ad *Vicariam* in Eccleſia Ackerſlotana præſentato, contra *Martinum* in lite adverſarium: quem unà cum *Johanne* conſorte damnat ad ſolvendum expenſas XXVIII. florenorum auri, aliorumque IV. florenorum pro expeditione litis in Curia Romana. Quibus ita ſancitis, *Omnes & ſingulos*, huic ſententiæ parere detrectantes, *excommunicationis* gladio ferit: *Capitula verò quæcunque, Conventus & Collegia, in his forſan delinquentia, ſuſpenſionis à divinis: Eccleſiam Parochialem in Ackerſloot, ac aliorum quorumcunque delinquentium, & rebellium Eccleſias, Monaſteria & Capellas, interdicti Eccleſiaſtici ſententiæ* involvit. *Vobis verò*, inquit, *Archiepiſcopis & Epiſcopis præfatis, quibus ob reverentiam S. Sedis Apoſtolicæ, & veſtrarum Pontificalium dignitatum deferimus in hac parte, ſi contra præmiſſa, vel aliquod ipſorum feceritis, ſex dierum Canonica monitione præmiſſa, ingreſſum Eccleſiæ interdicimus. Si verò hujuſmodi interdictum per alios ſex dies ſuſtinueritis: Vos ſimili Canonica monitione præmiſſa ſuſpendimus ad minus. Verùm ſi præfatas interdicti & ſuſpenſionis ſententias, per alios ſex dies animis, quod abſit, ſuſtinueritis induratis: vos eadem Canonica ſex dierum monitione præmiſſa, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc excommunicationis ſententia innodamus.*

Cæterùm cùm ipſe Nicolaus, *arduis impeditus negociis, perſonaliter nequeat intereſſe: Abbatibus, Decanis, Archidiaconis*, aliiſque, *ſuas, auctoritate Apoſtolica, committit vices.* Adeóque *requirit & monet, primo, ſecundo, tertio, & peremptoriè in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna*, ut commiſſo ſibi munere gnaviter defungantur: atque *contradictores & rebelles*, niſi cedant, publicè in Eccleſiis denunciari curent à Chriſti & Eccleſiæ communione extorres: idque etiam, ſi *per decem dies* ultrà perſiſtant, *nominatim, campanis pulſatis, candelis accenſis, & demum extinctis & in terram projectis*, aliiſque ſignis ad terrorem comparatis: nempe, *quia creſcente malitia creſcere debet & pœna, ne facilitas pœnæ audaciam tribuat delinquendi.* Monet autem *orandum* eſſe, ut *Dominus noſter Jeſus Chriſtus ipſos ad Catholicam fidem, & ſanctæ matris Eccleſiæ gremium reducere & revocare dignetur.* Denique *Pſalmo* CVIII. cum aliis quibuſdam decantatis, *ad januas Eccleſiarum unà cum Parochianis & Clericis accedant*, ait, *& ad terrorem, ut ad obedientiam redeant, tres lapides verſus domos habitationum ſuarum projiciant, in ſignum maledictionis æternæ, quam Deus dedit Chore, Dathan, & Abiron, quos terra ſuſtinere non potuit, ſed juſto Dei judicio vivos abſorbuit, ut in infernum deſcenderent viventes.*

Adhæc, ſi ne ſic quidem flectantur, ſtatuit ut *omnes & ſinguli Chriſti fideles utriuſque ſexus homines, & præſertim familiares & ſervitores ipſorum denunciatorum, à participatione & communione, ac familiaritate & ſervitio ipſorum, penitùs & omninò deſiſtant. Nec cum eiſdem denunciatis ſerviendo, loquendo, ſtando, ſedendo, comedendo, bibendo, ambulando, ſalutando, hoſpitando, molendo, coquendo, cibum, potum, aquam, vel ignem miniſtrando, aut aliquo humanitatis ſolatio, præterquam in caſibus à jure permiſſis, participare præſumant.* Lata etiam in hos, niſi morem gerant, *excommunicationis ſententia*, ſolemni ritu in Eccleſiis denuncianda.

Præterea, ſi hæc quoque fruſtrà fuerint, ac denunciati, *Pharaonis duritiam imitando, ad modum aſpidum ſurdarum aures ſuas obturaverint, ne vocem audiant incantantium:* ille pœnis pœnis innectens, *Caſtra, terras, oppida, villas, ſuburbia, ac quarumcunque Eccleſiarum collegia, Parochias, & alia quæcunque loca, in & ſub quibus, & ad quæ dictos denunciatos, aggravatos & reaggravatos, aut eorum aliquem, morari, declinari, ſeu devenire contigerit, quamdiu ibidem fuerint, ſeu*

aliquis

aliquis eorum fuerit, *Eccleſiaſtico ſupponit interdicto*; ita ut *ceſſetur à divinis*, exceptis *Pœnitentiæ* & *Baptiſmatis* Sacramentis: *Eucharistia infirmis tantùm miniſtretur*: *Matrimonium ſine Eccleſiaſtica ſolemnitate contrahatur*: &c. Sed nondum finis.

Tandem *Fredericum Romanorum Imperatorem*, ut *gladium* expediat, *in Domino exhortatur*. *Principes* verò, *Duces*, *Comites*, cæteroſque longo ordine dictos, *requirit & monet in virtute ſanctæ obedientiæ*, *& ſub excommunicationis pœna*: ut moniti, etiam *per captionem*, *invaſionem*, *incarcerationem & detentionem perſonarum*, *corporum*, *rerum & bonorum*, Denunciatorum iſtorum *inſurgant*, *liberè & licitè*: quippe ad quæ perpetranda *liberam licentiam*, *plenariamque poteſtatem concedat*.

Igitur *dictos denunciatos*, *aggravatos*, *reaggravatos*, *& interdictos*, *ita & taliter adſtringant & compelant*, *etiam manu forti & potenter*: *abſque tamen gravi corporum eorumdem læſione*, *uſque ad integram ſatisfactionem*, *& ſolutionem omnium & ſingulorum præmiſſorum*, *dicto Domino Theobaldo principali impendendam*. *Sub Anno à Nativitate Domini* M. CCCC. LXXIV. *Indictione* VII. *die Mercurii*, VI. *menſis Julii*, *P. S. D. Sixti Papæ* IV. *anno* III.

Nota: *Subdelegatis* ſuis, Abbatibus &c. nihil non Apoſtolica auctoritate, nihil non ſub pœna Epiſcopali præcipit. Sex dies plerumque pro termino Canonicæ monitionis, aliquandò decem præfiguntur.

Minis iis territus cum æmulo tranſigit; ſed quia ab invito extorta fuerat tranſactio, eam mox revocavit, ut ſeq. Tabulis docemur:

Tranſactio minis extorta,

IN *nomine Domini*, *Amen*. Univerſis & ſingulis ſubſequentia viſuris & lecturis, ſeu legi audituris pateat evidenter, atque ſit notum. Quòd Anno à Nativitate Domini M. CCCC. LXXV. Indictione VIII. menſe Aprilis, die verò XV. hora quaſi XII. in meridie, ſecundùm uſum, ſtylum, & conſuetudinem Civitatis & Diœceſis Trajectenſis, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Domini *Sixti*, divina providentia hujus nominis Papæ IV. anno IV. in mei Notarii publici ſubſcripti, teſtium quoque infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia conſtitutus perſonaliter *honorandus Dominus Magiſter Martinus*, filius *Arnoldi Carnificis*, Presbyter Trajectenſis Diœceſis, Vicarius perpetuus Eccleſiæ Parochialis *S. Jacobi Hagenſis*, querulosè & cum cordis ſui amaritudine michi Notario infra ſcripto retulit, ſe habuiſſe lites ſuper quadam *Vicaria*, fundata & dotata in altari beatæ *Mariæ* Virginis, in Eccleſia Parochiali de *Ackerſloet*, dictæ Diœceſis, per decem annos vel quaſi *ab ipſo pacificè poſſeſſa*, inter ipſum & *quemdam Theobaldum Nicolai Clericum*. *Qui quidem Theobaldus dolo & fraude verſatus in Curia Romana ſuper contumacia ipſum convicit*: & deſuper excommunicationem, aggravationem, reaggravationem, & alias cenſuras priores Eccleſiaſticas obtinuit, & contra eumdem palam & publicè fulminari, notificari, declarari, & inſinuari fecit: prout in litteris executorialibus deſuper confectis latiùs continetur. *Unde contigit, quòd idem Magiſter Martinus inductus eſt ad concordandum cum dicto Theobaldo adverſario ſuo*, & componendum, ut evaderet prædictas cenſuras, & ut leniùs & mitiùs potuerit conſequi abſolutionem à Summo Pontifice, cum aliàs ſecurè evadere non potuit. Qui quidem Magiſter *Martinus* prædictus metu cenſurarum Eccleſiaſticarum prædictarum compoſuit & concordavit cum dicto Adverſario ſuo, reſignando omne jus ſuum, quod habuit vel habere potuit in dicta *Vicaria*, coactè tamen & non ſponte, prout michi Notario infra ſcripto expoſuit, cogitans ſe velle ad ſtatim, & de jure poſſe revocare, ſicuti omnia jura clamant. Quare modicò intervallo temporis, vix duarum horarum ſpatio tranſacto, coram me Notario publico ſubſcripto omnia & ſingula prædicta revocavit & pro revocatis haberi voluit: de quo proteſtabatur, & adhuc proteſtatur. Super quibus omnibus & ſingulis præmiſſis dictus Magiſter *Martinus* a me Notario publico ſubſcripto ſibi petiit fieri unum publicum inſtrumentum, aut plura publica inſtrumenta.

illicò reſciſſa.

Johannes Hennenberch, Notarius.

Hic litis Romam protractæ exitus, quæ eam ſubſecuta ſunt, me latent.

Ceterùm, R. Dnus ÆGIDII, vigente adhuc Catholicæ religionis cultu illic Sacellanus, Paſtore deficiente, factus eſt Paſtor *Ackerſlotanus*, ad ſummam uſque ſenectam.

Noviſſimi ævi Paſtores Catholici.

Paſtorem verò multis retrò annis illic egit,

M. NICOLAUS ENGELMUNDI, Theologus Colonienſis, Paſtor in *Ackerſloot*, defunctus ſub Ann. 1630.

Hujus ſucceſſores,

NICOLAUS STEENIUS, Harlemenſis, Sac. Theol. Bacc. form. *Ackerſloti* optimè multis annis (ab Anno ſc. 1631. 6. Julii) operarius, & muneri Paſtorali ibidem immortuus 13. Jan. Ann. 1670. ætat. 65. Vide *Bat. Sac.* part. 2. pag. 387.

HILLEBRANDUS PRONCK, Sac. Th. Bacc. Paſtor in *Ackerſloot*, defunctus 18. Maji Ann. 1674.

HIERONYMUS KOECK, Amſtelodamenſis, Sac. Theol. Lic. per annos XVI. Paſtor in *Ackerſloot*, Avenione, quò relicto Paſtoratu peregrinatus fuerat, e vivis ereptus 14. Julii Ann. 1703.

JACOBUS NOORMAN, Amſtelodamenſis, Theologus Lov. Paſtor vitâ ibidem cum munere defunctus 6. Maji Ann. 1712.

Cui ſucceſſor datus,

JACOBUS DE BROEDER, Amſtelodamenſis, Theologus Lovanienſis, &c.

EGMONDT MONASTERIUM.

Egmond commune nunc quatuor locis;

Egmond ad Mare, vulgò *op Zee*, ubi fluminis portus & oſtium pridem fuit.

Egmond interius, vulgò *binnen*, inde traductum.


Egmonda quadruplex.

Egmond ten Hoef, a Curia dictum, Caſtrum olim Comitis, &

Egmond Monaſterium.

Cœnobium hoc in veteribus Chartis vocatur, *Sancti Adalberti Monaſterium*, cujus nunc originem deſcribere aggredimur.

I. Monaſterium, S. *Adalberto* inſcriptum.



[illegible] Egmundana.

Varium ejus nomen, ortus, profeſſio, iter in Friſiam, dotes,

Adalbertus in epiſtola inter *Bonifacianas* 79. *Aldbrecht* appellatus, quem Joannes a Leidis *Athalbertum* vocat, gente Anglus, ſub S. *Egberti* Abbatis diſciplina in Hybernia Monachus, omnium perfectioni virtutum ſtudens, S. *Willibrordi* ab *Egberto* hoc in Friſiam miſſi circa Annum DCXC. cum x. aliis comes ac ſocius, *Levites* appellatus, proinde ad Diaconatûs Ordinem, ut credibile eſt, promotus, comis, humilis, mitis, amans ſalutem aliorum, *Egmundæ* degit, uſus hoſpitio *Eggonis*, (a quo *Egmundam* plures dictam volunt) ibique & vicinis locis Evangelium Chriſti annunciat. Inde diſcedens, addicit reditum, ubi & grana pomi combuſta ab igne revireſcerent; quibus juxta promiſſa fructum proferentibus, eò regreſſus eſt.

Prædicatio Evang.

obitus.

Multis annis ibidem & in Friſia laboravit ad annum ſeculi VIII. XL. vel XLIV. quandò meritis plenus, vitâ ante S. *Willibrordum*, ut probabile eſt, defungitur, miraculis poſt obitum illuſtris.

*Acta. * alii Medelocenſis.*

Acta ejus a Monachis *Benedictinis* Monaſterii * Mediolacenſis apud Treviros vetuſtiſſimi circa ſeculum x. rogatu *Egberti*, Trevirorum Antiſtitis conſcripta; mutato ſtylo contractoque edita a *L. Surio*, nihil habent quod *Bedæ* narrationi adverſetur; brevior autem vita ex iſtis contracta, & aliundè perperam aucta a quodam Egmondenſi Monacho, quaſi ficto *Marcellino* præludente, ut fuſius dictum *Bat. Sacr.* part. I. pag. 44. & ſeq.

Cultus.

Ad diem XXV. Junii ſolemniter illic & per totam Diœceſin Ultraj. ac Harlemenſem colitur, quo in actis dicitur obiiſſe, & plurimis miraculis inclaruiſſe. Hæc de eo Sancto in Eccleſiaſtico Officio recitatur oratio:

Oratio.

Excita, quæſumus Domine, in Eccleſia tua ſpiritum, cui Beatus Adalbertus Levita ſervivit, ut eodem nos repleti, ſtudeamus amare quod amavit, & opere exercere quod docuit. *Adalberti* corpus in locum, pridem *Hallem* dictum, a Theodorico Comite tranſlatum, originem dedit Monaſterio Egmondenſi, quod ineunte ſeculo x. exſtructum, fuſius a nobis deſcribendum eſt.

Sepulturæ locus.

Hallem, & Egmundæ Etymon.

Hallem terra ea dicta fertur antiquitus, dein *Egmunda* aut *Hecmunda*; cujus Etymon varium: Joannes à Leidis in *Annalib. Egmund.* eam ſic dictam aſſerit, quia per B. *Adalberti* merita à Barbarorum incurſibus, ſeu potius ab Idololatriæ ſpurcitie mundata, Sanctus hinc gratias Deo referens, dixerit; *Gratias Deo, jam loca hæc munda ſunt.* Aut quod D. Willibrordus loca hæc paganorum ſuperſtitionibus infeſta, ad prædicandum Evangelium accedens, comitibus dixerit; *Hæc mundate.* Sed id Monachorum commentum videtur Boxhornio in *Theatro Holl.* pag. 60.

Altingii *Not. Germ.* part. II. p. 83. ſingularis eſt opinio, *Hecmundam, Eccleſiam dictam fuiſſe à primis ejus Sacerdotibus quadam ſanctitatis affectatione ante alias.*

Boxhornius ſupradicto loco derivat nomen *Egmundæ* (ita ſcribitur in antiquis Diplomatis, non *Hecmunda*) ab *Eg* fluvio præterlabente; & à *mond*, aut *munt*, quod os nobis ſignificat; cum nomina urbium aut pagorum in *munt* deſinentia, præter- vel inter- labentis fluminis delapſum denotent; ſic *Rupelmonda*, quod ad *Rupelæ*, *Iſalmonda*, quod ad *Iſalæ* os ſitæ ſint, commodè appellantur.

Bollandini *Egmondam*, ut jam vidimus, vocatam volunt, ab *Eggone* S. *Adalberti* hoſpite.

Capella S. Adalberti.

"Fideles, juxtà *Annal. Egm.* Eccleſiam ſive "Capellam in honorem Omnipotentis Dei, &

"S.

ed by Google

Deſtructa,

" S. Adalberti ibidem (primitus conſtruxerant,) " à Nortwegis ſæpè deſtructam.

ſurſus reſtaurata;

" Procedente verò tempore, *ibid.* cap. IV. quidam Presbyter, *Amalech* nomine, cum aliis tribus ſanctæ religionis laicis, Angelico didicit oraculo eandem Eccleſiam reædificare; quod " & ſtrenuâ devotione implevit."

Theodoricus I. adeptus, ex patris *Gerolfi* hæreditate, Comitatum ad littus Oceani inter Rhenum & *Sutbardesbagam*, Moſamque, cui deerant loca quædam partis occiduæ ad ditionem *Hecmundanam* ſpectantia, tantâ valuit gratiâ apud Carolum Simplicem, Franciæ Regem Anno 913. nuper in poſſeſſionem Lotharingiæ miſſum, ut non tantùm hæc reliqua *Weſtlingæ* Comitatus nomine ab Henrico IV. Imp. decorata in Diplomate Anni 1064. cis Rhenum obtinuerit regali dono, ſed omne id quod trans Rhenum eſt, ad *Kinnemum* rivum, Hecmundam etiam ipſam.

Diploma donationis Caroli, non Calvi, ſed Simplicis, *Bat. Sac.* part. I. p. 6. allatum ac illuſtratum eſt.

ad quam, conditum Cœnobium,

Theodoricus hic pro temporum eorum more ligneum primitus ibi Cœnobium ſtruxit Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti.

primò Monialium, dein Virorum ſub inſtituto S. Benedicti.

Theodoricus II. ejus filius (non *Guilielmus* II. ut malè Opmeerus *oper. Chron.* p. 619.) Monialibus *Bennebroecam* in propinquo Harlemo tranſlatis, ex Monaſterio ligneo Egmondenſi, ædificavit aliud ex latere, atque Monachis Ordinis S. Benedicti ad habitandum fecit, quò fortius prædonum Friſionum incurſibus obſiſteretur; utque ibidem eſſent monumenta Comitum morientium juſſit. Transferri eòdem curavit oſſa S. Jeronis Presbyteri Nortvyceni, atque apud Reliquias *Adalberti* Diaconi collocari.

Largiſſime in illud Donationes.

Largâ inſuper poſſeſſione Eccleſiam Egmondenſem donavit, præter *textum Evangeliſtarum auro fulvo, pretioſiſque lapidibus circumtectum:* ampliore dein poſſeſſione auctum eſt Cœnobium à *Theodorico* V. & ſucceſſoribus Comitibus; ita ut ditiſſimum fuerit Cœnobium iſtud.

In Indiculo bonorum & Privilegiorum Abbatiæ Egmondanæ, quod tenemus, ſub titulo *FUNDATIO* & *DOTATIO* ejusmodi plurima recenſentur, *Bat. Sacr.* part. 2. pag. 425. repræſentata.

Præter prædia, decimas & cenſus innumeros, ibidem recenſetur, jus venandi in arenoſis collibus, & conceſſio Philippi Ducis de quadrinis cygnis in Abbatis palude, vulgò *Abſpoel*, propè *Leydam*.

Ejus ſplendor, ac opulentia.

Cœnobii ſplendori, & Abbatis dignitas acceſſit; ejuſque Rectores dicti Abbates, quibus largus quoque cenſus, & jura ingentia. *Uſi fuêre Abbates Monaſterii illius*, juxtà Opmeerum, *libris quinquaginta & duorum groſſorum Flandriæ in hunc uſque diem.*

Clauſtralis Eccleſia;

In hac *S. Adalberto* inſcripta Eccleſia clauſtrali *Capella*, & altaria plurima.

Walterus VIII. Abbas ædificaſſe fertur *Capellam B. Mariæ*, de qua & ſub ſequentibus Abbatibus perſæpè mentio.

Fundatio Miſſæ B. *Mariæ* Virginis feriâ 4. ex Indiculo bonorum Eccl. Egm.

Capellæ illi,

Sub *Francone* Abbate XI. mentio *Capellæ*, quæ *Paradiſus* dicitur, cujus altare dedicatum à *Drumwardo*, Suffraganeo Traj. in honorem S. *Michaelis* Arch. S. *Nicolai*, & S. *Jeronis* Martyris.

Anno 1175. conſecrata *Capella S. Michaelis* Archangeli, & *Nicolai*, a *Raymundo Upponenſi* Epiſcopo, Suffraganeo Trajectenſi.

& Altaria;

Alibi & mentio eſt *Capellæ S. Benedicti.* Varia inſuper altaria recenſentur ex *Ann. Egmond.* *Gerardus*, Epiſcopus & Vicarius Traj. conſecravit altare in cryptâ, turri Auſtrali contiguâ, in honorem *SS. Joannis Bapt.* & *Andreæ* Apoſtoli 4. Nov. A. 1113. Idem adhuc conſecravit Baſilicam *B. Mariæ*, quæ *MARTEN-MUNSTER* dicta, nec non Baſilicam, ubi *S. Adelberti* oſſa requieſcere conſueverunt 3. Nonas Nov. Baſilica hæc poſteà deſtructa.

Ex iiſdem *Annal.* cap. XXII. *Suwardus*, Suffraganeus Traj. Ann. D. 1136. conſecravit in *Egmonda* duo altaria; unum in honorem D. N. *Jeſu Chriſti*, & *S. Mariæ* matris ejus & omnium *Sanctarum* Virginum: alterum in honorem SS. Proto-Martyris *Stephani*, *Jeronis*, *Laurentii*, *Vincentii*, *& omnium Martyrum Chriſti.*

Anno Dom. 1187. conſecrata adhuc duo altaria ab *Heriberto* Traj. Epiſcopo; unum in honorem *S. Crucis*, in medio Eccleſiæ: aliud in honorem *S. Joannis Evangeliſtæ* in Boreali parte Eccleſiæ, in quo plurimæ *Reliquiæ* Sanctorum reconditæ, quæ apud *Joann. Leidenſem* enumerantur.

Gratiæ ſpirituales.

Clauſtrali huic *S. Adalberti* Eccleſiæ Innocentius ejus nominis IV. Pont. Rom. quotannis XX. dierum Indulgentias in feſto *S. Adalberti*, religioſè eam viſitantibus conceſſit, ab aliis Pontificibus ſubindè auctas. Extra hanc clauſtralem, altera * Parochialis Eccleſia, in *D. M. Virginis* honorem conſtructa ab *Athalardo* VI. Abbate.

Parochialis ſeu civilis, Eccleſia, Cœnobio unita.

De quo hæc Bockenbergius: *Alardus* hic, & *Athalardus* dictus, " Egmondæ Diœceſanum, " inquit, Divæ Virgini poſuit templum. *Civile* " illud alio nomine fuit appellatum." Divo *Petro* illud etiam, certè dein nuncupatum fuit, ut ad ejus ruinas infrà dilucidè oſtendemus.

Gerardus de Poelgeeſt, juxtà *Annal. Egmond.* cap. LXXXII. p. 117. *Incorporavit Monaſterio Eccleſiam Parochialem Egmundenſem, contra Dominum Egmundenſem, & contra Capitulum caſtri ſui, ... op die Hoeff.*

Tabulas unionis hujus infra dabimus ſub pago de *Hoeff* dicto.

Dignitas ac jura Abbatum;

Abbas Egmondanus ad alias inſuper XXIV. Parochiales Eccleſias Paſtorem deſignabat, *Capellaniasque* conferebat XLV.

Ex libro M. S. de Anno M. CCC. LVIII. de *Feudis* Monaſterii, de *privilegiis*, & de *Capellaniis*, hæc ſequentia extraxi.

Iſta ſunt beneficia, de quibus Abbas Egmundenſis habet diſponere, & in quibus *Jus Patronatus* competit eidem.

Ac primo:

Eccleſia de *Egmonda*, *Capellaniæ* in *Wimnem* in eadem Parochiâ.

. . . *Heylgelo*, & duæ *Capellaniæ* in eadem.

. . . *Alckmar*, *Capellania* Domini *Everardi.* Item *Capell.* D. *Tibrandi.* Item *Capellania* D. *Albini.* Item *Capellania Henrici Oylaie.* Item *Capellania Wilhelmi Vopponis.*

Item in Hoſpitali de *Alcmaria*, *Capellania* D. *Theod. Vopponis*, quæ prius fuit in Hoſpitali de Egmonda. Item una alia ibidem, quæ conſuevit deſerviri per D. *Wilhelmum Abbe. Capellania* D. *Theod. de Valckenburgh*, fundata in honorem S. *Catharinæ*.

Item D. *Reyneri Hillinck*, Item *Capellania* filii *Jacobi Hillinck.* Item *Cap.* quam D. *Theodorus* habet ad officiandum. Item D. *Wilhelmi Abbe.* Item *Cap.* D. *Alardi.*

* Hæc in *Egmonda interiori ſita*, *civilis*, vernaculè de *Buerrekerck* dicta, 1589. aere ſereno concidit, choro & turri hodiè-dum ſtante. In clauſtrali Eccleſia ex duabus turribus, una integra, & alterius pars quædam ſuperest.

In altari S. *Joannis* Evangeliſtæ Abbas confert & contulit, ſi Patroni intra 6. hebdomadas non conferant.

Eccleſia de *Outorp.*

Item in Eccleſia de *Ackerſloot*, *Cap.* D. *Theodorici Vadice.*

Item quondam in Parochia de *Vroen*, quam Eccleſiam Abbas conſuevit ante ejus deſtructionem conferre.

Item Eccleſia in *Broeck* ſuper longum aggerem.

S *Pancratii* Eccleſia.

Eccleſia de *Outerleet*, de *Hensbroeck*, de *Opdam*, de *Spanbroeck*, & *Cap.* ſuper altare S. *Michaelis* ibidem.

. . . de *Watwey*, de *Wogbenem*, de *Urſem*, & *Cap.* de *Miſen* in eadem Parochia.

. . . de *Scborin*, de *Voerbout*, & duæ *Cap.* in eadem Eccleſia. Fundatrix unius Domicella *de Teylingen*, Ao. 1310. Fundator alterius Dom. *Hugo Sollaird.* 1339.

. . . de *Saſſenbem*, de *Hillingbem.* Item *Cap.* D. *Volpardi* in Eccleſia de *Warmonde.*

. . . de *Noertich*, & *Cap.* D. *Rodolphi*, in honorem B. *Mariæ*, ſuper altare ejuſdem in eadem Eccleſia. *Cap.* D. *Jo. Alardi*, in honorem B. *Mariæ*, ſuper idem altare. *Cap.* D. *Woltheri de Langeraet*, confirmata ſuper fundatione 10. librarum. *Cap.* D. *Ghijſelberti Neve*, in honorem B. *Mariæ*, ſuper altare S. *Jeronis.* *Cap.* *Nicholai* . . . . . in honorem B. *Mariæ*, ſuper altare S. *Nicolai.* *Cap.* D. *Wilhelmi Naghelts*, in honorem B. *Mariæ*, ſuper altare ejuſdem. *Cap.* D. *Kerſtantii*, in honorem & ſuper altare ejuſdem.

Item *Capella* in *Langhevelt*, in eadem Parochia.

Eccleſia de *Noertigherbout*, de *Vlaitdinghe*, & una *Capellania* in eadem Eccleſia quam tenet D. *Gerardus Hugonis.* Item alia quam tenet D. *Philippus Screvelini*, fundata ſuper altare S. *Petri.*

. . . in *Ketel*, in *Ouderſcie*, & una *Cap.* in eadem Eccleſia, quam D. *Daniel de Mattenes*, tenet in feudum a Monaſterio Egmondenſi.

. . . in *Berkel*, in *Hen-beloe*, & una *Capellania*, quam fundavit D. *Johannes de Pinaker*, Curatus ibidem.

Bullæ ex quibus Abbas hic Inſtitutionem earum Eccleſiarum & Præbendarum habebat, toto loco aſſervantur.

Sigillatim extat ibi Bulla *Julii* II. de *Eccleſiis Alcmaer*, *Heylo & Noortwyck.*

Aliorum privilegiorum Cœnobio atque Abbati iſti conceſſorum, mentio fit in Indiculo bonorum Eccl. Egmondanæ, ſub titulo *BULLÆ*, ut habes *Bat. Sac.* part. 2. pag. 424.

Abbat. ſeries. Cætera privilegia & jura referuntur in geſtis Abbatum Egmondanorum. Horum ſeries ex Annalibus Egmondanis J. de Leidis, ex P. Bockenbergii Actis Abbatum Egmond. hactenus ineditis, fuſè data *Bat. Sac* part. 2. a pag. 425. ad p. 430. Hic nudum habe Catalogum:

I. Abbas WONOBOLDUS.
II. ANDREAS.
III. BRUNO.
IV. REYNERUS.
V. STEPHANUS ſeu STEPPO.
VI. ATHALARDUS.
VII ANSELINUS.
VIII. WALTERUS.
IX. WIBOLDUS.
X. LAMBERTUS.
XI. FRANCO.
XII. LUBBERTUS DE RYSWYCK.
XIII. HENRICUS.
XIV. ARNOLDUS.
XV. THEODORICUS.

XVI. LUBBERTUS II. ab Innocentio IV. impetravit, aut repeti curavit ne quis Monaſterio, aſtutia aut violentia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum major pars conſilii, ſanioris ſecundum Deum, & B. *Benedicti* Regulam providerint eligendum. Ao. 1251. infulam, annulum, ceteraque Pontificum ornamenta primus obtinuit.

XVII. NICOLAUS SASSENHEMIUS.
XVIII. HENRICUS.
XIX. FLORENTIUS UTENHAGIUS. *Fr. Bockenb. in Actis Abb. Egm.*
XX. WERNERUS UTENWAERDIUS.
XXI. BERTHOLDUS OYENUS.
XXII. THEODORICUS II. SCHREVELIUS.
XXIII. HUGO HARLEMIUS.
XXIV. WILHELMUS ROLLANDUS.
XXV. JOANNES OLOUTIUS.
XXVI. HUGO DE ASSENDELFT.
XXVII. JOHANNES II. HILLEGOMIUS.
XXVIII. JOHANNES WEENT.
XXIX. GERARDUS OCKENBERGIUS.
XXX. WILHELMUS SIMONIS DE MATHENES.
XXXI. JACOBUS DE POELGEEST.
XXXII. GERARDUS DE POELGEEST.
XXXIII. NICOLAUS DE ADRICHEM.
XXXIV. JORDANUS DE DRIEL.
XXXV. HENRICUS DE WITTENHORST.

XXXVI. MEYNARDUS MANNIUS, *Eraſmi Rot. Mart. Dorpii*, aliorumque ejus temporis eruditione præſtantium conſuetudine celeberrimus.

XXXVII. GUILIELMUS GOESANUS.

Harlemenſi Sedi erectæ, Abbatis Egmondani portio eſt aſſignata, atque *Guilielmo Goezano* ſucceſſit,

XXXVIII. NICOLAUS NIEULANT, Egmondanus, *Meynardi Mannii* aliquandò *Organicus*, primus Harlemeorum Epiſcopus; de quo fuſe ſupra, p. 15. & ſeq.

Sepultus eſt (quod ibi prætermiſſum) Ultrajecti in Abbatia *S. Servatii* ante ſummum altare, ubi tale habuit Epitaphium:

RN. DNS. NICOLAUS
A NOVATERRA
PRIMUS EPS. HARLE-
MENSIS HIC REP.
VIXIT ANN. LXX. D. VI.
OB. AN. M. D. LXXX. XVII. CAL. JUL.

M. S. monum. ſepulchral. in S. Servatii.

Eoque munus ob ſenium abdicante,

XXXIX. GODEFRIDUS A MIERLO.

Cujus vitæ ſeries ſuprà a nobis quoque data, p. 25. & ſeq.

Ceterum Egmonda nobilitata natalibus, non tantùm *Nicolai Nova-terrani*, de quo ſupra, ſed &

ANTONII HOVÆI,* Egm. Bat. qui S. *Benedicti* inſtitutum in patria amplexus, Epternacenſis Abbatiæ in Ducatu Luxemb. regimine ſuſcepto obiit regiminis Anno VI. Chriſti verò Viri extra Abbates, illuſtres.

* Jac. La Torrius, Ant. Hovæum *Wermerianum* ſcribit, ſed *Egmondanus* habetur a Valerio, Swertio, aliiſque.

1568.

Digitized by Google

1568. VIII. Idus Oct. Moriens cygnea velut voce hoc ſibi cenotaphium luſit:

Hic jacet excelſi præceptor amoris Hovaeus,
Exſpectatque ſui Judicis ora Dei.
Urna ferat flores, vernent atque omnia circum,
Corpus humi cubitet, mens colat alta polos.

Scripta recenſita habes in Valer. Andr. *Bibl. Belg.* & in Sweertii *Ath. Belg.* p. 133.

Originem Egmondæ extra eos debent,

ac eruditi. GUILIELMUS JACOBI, Egmondanus, in Holl. Monachus *Benedictinus*, qui verſibus deſcripſit *Chronica Martiniana*, aliaque, quæ Egmondæ olim lecta fuiſſe, teſtatur *Bunderius*.

THEODORUS, Egmondanus Batav. qui Grammaticam puerili captui inprimis accommodatam ſcripſit, Amſtel. typis *Herm. Mulleri* 8°. excuſam.

In hoc Cœnobio olim ſervabantur, ut jam pag. 75. meminimus, quatuor Evangelia, quæ fuerant patris *Theodorici* I. ibidem ſepulti.

Reliquiæ ac monumenta ſacra; Particula ligni ſanctæ Crucis, aureæ Cruci incluſa, illic pridem etiam aſſervata, a *Nicolao Nova-terrano*, primo Harl. Epiſcopo, & Abbate Egmondano Anno Dom. 1563. *Corn. Muſio* dono miſſa, quam & hic ſuper omnia in pretio habuit ac religioſè veneratus eſt; Delphis modò tuto loco recondita.

Bibliotheca. Inſtructiſſima & illic pridem Bibliotheca, quæ antiquiſſima patriæ noſtræ monumenta continebat, ex qua *J. Heda* Anno 1246. hiſtoriam Ultrajectinam contexuit.

Excidium; Porrò Bibliotheca hæc cum omni ferè ſupellectile exuſta, & Abbatia tota diruta concidit Anno circiter 1572. quo ibi Gubernator *Snoyus* ſtativa habuit; tantâ in omnes Monachorum ædes ipſamque Eccleſiam debacchatus rabie, ut ne quidem relinqueret, quo milites ſui recipi poſſent.

ruinæ. Supereſt tamen pars craſſæ turris ex topho conſtructæ, & templi pars inter geminarum turricularum ruinas cum ſuprà ſtante S. Petri rubro in marmore effigie inter Theodorum VI. ac matrem ejus *Petronellam* viduam;
addito nomine D. Petri litteris ferè   Α Π
Græcis, Græcanico more a ſummo   Γ Ε
deorſum uſque ductis, quæ tantùm   Ι Τ
valeant, ac ſi Latinâ planè formâ   Ο Ρ
ſcriberetur,   Ο
SANCTUS PETRUS.   Σ C

Supernè verſus hi ſculpti legebantur:

Janitor ô Cœli tibi pronum mente fideli
Intromitte gregem, Superûm placans tibi Regem.

Et paulò inferius:

Hic Theoric erat, opus hoc Petronella decorat.

In arce *Rampenboſchia*, Abbatiæ loco vicinâ,
Ædificii ſpecies. pictura Cœnobii hujus viſitur cum hac inſcriptione,

Quam diſpar fortuna mihi, quæ gloria quondam
Egmondana fui, nunc ſum miſeranda ruina?

Ædificii ſpeciem, ſicut antè ruinam erat, ex melioribus typis deſignatam, æri inciſam ad poſterorum memoriam ſupra dedimus.

Egmonda hæc, hodiè interior, vulgò *Egmondt binnen*, major quoque appellatur. Parochialis ejus Eccleſia, Divæ Virgini, ut ſupra dictum, quin & D. Petro ſacra, dicta fuit *Civilis*.

Civilis Eccleſiæ Collatores. Paſtoris deſignatio, ex Cod. Cœn. Egm. MS. ad Abbatem Egm. pertinebat.

Eccleſiæ hujus quoad illud ſubjectio uberius patet ex hac Charta *Gerardi Poelgeeſti*, Egmond. Abbatis:

G*Erardus de Poelgeeſt*, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Abbas Monaſterii *S. Adalberti* Egmundenſis Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjecti Ordinis S. Benedicti univerſis præſentia viſuris vel audituris notum facimus per præſentes, quod honorabiles & circumſpecti Domini Decanus & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ *S. Catharinæ* ante caſtrum Egmundenſe *op den Hoeff* per nos moniti deſuper & requiſiti, ut Sedi Apoſtolicæ ac ſententiis per eandem Sedem Apoſtolicam pro nobis & Conventu noſtro, & contra ipſos Decanum & Capitulum prætactos ſuper juribus Eccleſiæ Parochialis Egmundenſis latæ & promulgatæ obediant & pareant ut obedientiæ filii, hoc rite fecerunt & adimpleverunt, nec non omnibus juribus, quæ ad eandem Eccleſiam habere prætendebant, ceſſerunt expreſſe & renunciarunt, prout hoc latius in inſtrumentis publicis deſuper confectis continetur. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum duximus appendendum Anno 1465. menſis Martii die ultima. Subſcriptum erat: Concordat cum tranſumpto, quod proteſtor manu propria N. B.

Dnus *Petrus Offeweyer*, uti Parochiæ ejus deſervitor a *Nicolao Nova-terrano*, ut Abbate Egm. A°. 1566. admiſſus certa lege ex hac Charta vernacula:

W*y Nicolaes van Nieuwelandt*, Prelaet van den Godshuyſen van Egmonde: Doen condt eenen yeghelicken, ſoo dat wy den Religuoſen Broeder *Rutgher Rutgherſz.* onſen Prior doen was, laſt ende bevel gegheven hebben, mitsgaders volle macht ende authoriteyt, omme te moegen overcomen ende accordeeren, met Heeren *Pieter Offeweyer*, ende den ſelven gonnen ende gheven die adminiſtratie van onſen *Parrochie kerke van Egmond binnen*, ende die ſelve te bedienen als een goedt Cappellaen dat ſchuldich is van doene, ende van oudts ghedaen heeft alles tſelve op condicien als hier naevolget; Te weten, dat hy Heer *Pieter* voirſz. onſe voirſz. kercke als Cappellaen bedienen ſal, alle zyne leven lang voir Jairlix die ſomme van een hondert Carolus guldens, tſtuk tot veertich grooten Vlaems gherekent, des ſal hy Heeren Pieteren voirſz. noch vry hebben ende genieten het Hoochtyt gheldt, ende die adminiſtracie vanden heylighen weerdighen Sacramente met alle die andere vervallen die hem in onſe voirſz. Parrochie kercke ſouden moeghen toecoomen ende vervallen, des ghelooven wy den voirſz. Heeren Pieter alle jaire te betaelen ofte doen betaelen uwt onſe voirſz. godtshuyſſen goederen, ſoo langhe hy onſe voirſz. kercke bedienen ſal, die voirſz. ſomme van hondert Carolus guldens als boven; des ſoo ſal oick den voirſz. Heeren Pieter gehouden zyn (by alſoo hy kranck ofte geſcaepen waer, den voirſz. zynen dienſt nyet te moeghen bewaeren) ons in onſe kercke voirſz. te beſtellen alſulck eenen Cappellaen in zyne plaetſe, op zynen coſt, die die voirſz. kercke ende ghemeente, wel ende deuchdelich ende godlick bedienen ſal, ende die gemeente conK 3 tente-

Digitized by Google

tenteren alſoo dat behoiren ſal; des ſoo ſal oick altyts den voirſz. Heeren Pieter zyne Jairlixe ſalaris van hondert ghuldens als vooren, volghen met alle die emolumenten van de voirſz. kercke. Alle dewelcke verbant ofte accordt aldus ghedaen, overcoomen ende beſlooten tuſſchen den voirſz. Broeder *Rutgher Rutgherſz*, doen ter tyt onſe Prioir, en den voirſz. Heeren *Pieter Offeweyer*, wy mits deeſen believen ende van weerde houden, als oft wy daer ſelve by, aen, ofte over gheweeſt hadden. In oirconde van onſen zeghel hier onder geſtelt tot meerder vaſticheyt, mitsgaeders het handtſcrift van onſen voirſz. Prioir doen ter tyt was. Aldus ghedaen in onſen Godtshuyſe van Egmondt voirſch.

Hoſpitale, & in eo Capellania. *Hoſpitale* in pago hoc fuit, in quo pridem *Capellania*, ut vidimus, D. *Theodori Voppenis*, Alcmariam dein tranſlata.

Pagus hic totus adhuc ferè Catholicus, ubi præcipuus etiamnum viget cultus S. *Adalberti*.

EGMONDT ſuper MARE,

Egmondæ ad mare Sacellum; Vulgò *Egmont op Zee*, ſive ubi portus ac oſtium fluminis, & unde nomen *Egmondæ* interioris traductum fuiſſe creditur. Sacellum ibi olim viguit, quod ad honorem D. *Agnetis Volgerius*, *Dodonis* filius, ſub Ann. 1036. fundavit,

conditor, Div. Tut. quæ & ibidem hodiè Patrona colitur.

Fano a maris rabie exitium imminet.

Paſtor loci, quem Hol. Comites pridem deſignabant, *Egmondano* Abbati decimas dabat, juxtà Indiculum bonorum Abbatiæ *Egmondanæ*. Olim Comes Egmondanus, juxtà Indiculum bon. ejuſd. Abb.

Collatores. Paſtorem ad Eccleſiam iſtam nominabat, & Abbas eundem Archidiacono Traj. præſentabat: ſubſecuto tempore Abbas totum jus, Comiti negatum, ſibi vindicavit. Sic *Henr. Wittenborſtius* Abbas, Anno 1501. 10. Martii *Nicolaum Petri*, nominatum prius per Comitem, præſentavit ad

Curati. Parochiam *Egmondæ ad Mare*, vacantem per mortem Domini *Wilhelmi de Beverwyck*.

D^nus^ WILLIBRORDUS, Paſtor *Egmondæ ad mare* A^o^. 1544.

Egmonda aulica, Eſt & *Egmonda Aulica*, *ten Hoef* dicta, a caſtro & aula, quam illic pridem habebant Egmondani Comites. Horum originem noſtrates Scriptores altùm extollunt, eorumque ſeriem dedit *Petr. Bockenbergius*.* Ad caſtrum hoc plures ædes, ut ferè fit, vici inſtar coäluêre.

Sacellum, conditor: Sacellum ibi ad Annum 1244. vel 48. ut alii A. 1544. fundavit *Guilielmus Egmondanus*, ex Bockenbergio *pag.* 58.

Eccl. Collegiata D. Cathar. ſacra. Eccleſia hæc Deo ad honorem S. *Catharinæ* dicata erat, in qua *Joannes*, Egmondæ Dynaſta, Collegium Canonicorum VI. fundavit ſub Annum 1451. quod malè ad Egmondam interiorem refertur a Jacobo La Torrio in *Relat. Rom.*

Collatores, Circà deſignationem Paſtoris ad Eccleſiam hanc, aliquandò controverſia fuit cum Abbate *Egmondano*, atque Comite & Capitulo. In Codice *bon. Abb. Egmond.* mentio eſt *Bullæ circà controverſias Eccleſiæ S. Catharinæ op de HOEF.*

Paſtores, JOANNIS ODZERUS, Curatus Egmondanus, excommunicatus juxta Tabulas Egm. Cœnobii, quas teneo MS.

* P. Bockenb. Egmondanorum, . . Hiſt. & Geneal.

JOANNES VANDER DOES, Egmond. Paſtor ſub Ann. 1481.

LYMMEN,

Lymmæ varium nomen. Olim & *Lymben*, *Lymbon*, aut etiam *Limmen*, *Kennemariorum* pagus ex vetuſtioribus, inter Capitales ſeu primarios ordine ſecundus, cui Fanum antiquiſſimum, a *Raboado*, Egmondano Heroë religioſiſſimo viro cùm collapſum eſſet,

Divi Tut. Anno 740. ut traditio eſt, reſtauratum, Divi *Martini* apud Trajectum Baſilicæ donatum; undè & Divi *Martini* cultus illic celebris, uti & S. *Cornelii* Papæ ac Martyris, ad quem in ejuſdem feſto 14. Sept. ſolemnis illuc accurſus contra morbum caducum.

Collatores, Curæ ejus collatio penes Holl. Comites, inſtitutio penes Arch. Traj.

Proventus; Ad eam præter veterem domum, ſpectabant A^o^. 1514. VII. jugera. Paſtor eo anno

Rectores Priſci, M^r^. ANTONIUS A TEYLINGEN.

Vice-Curatus D. JOANNES NICOLAI, qui abſenti reddebat XXVI. flor. Rh.

Dominus ELLERUS, Paſtor in *Lymmen*, fundavit *Vicariam* in primaria Alcm. Eccleſia ad altare Beatiſſ. Virginis *Mariæ*, in *Lymmen* mortuus Ann. 1358.

& hodierni, *Lymmam* autem noviſſimis temporibus, ut peculiaris Paſtor primus curavit, quemadmodum & *Heylöam*, ab Anno 1650.

VINCENTIUS PALESTEYN, Harlemenſis, Sac. Theol Bacc. VII. ferè annis, poſtmodùm in patriâ urbe Sacellanus Curatus, ubi obiit 1700. 9. April.

Hujus in *Lymmenſi* cura ſucceſſores,

JOANNES OOMS, Buſcoducenſis, Sac. Theol. Bacc. form. defunctus Paſtor in *Lymmen*, 8. Febr. Ann. 1680.

THEODORUS VAN GROENHOUT, Harlemenſis, J. C. L. Sacellanus Curatus aliquandò Harlemi, dein Paſtor *Noortvycenſis*, Capituli Harlemenſis Vicarius, & Friſiæ dudùm Provicarius, &c. de quo ſub Noortvyco p. 515.

THEODORUS ROMEYN, Harlemenſis, Theologus Lovanienſis, Juris etiam Canonici peritus.

Sacellum D. Virg. Inter *Lymmam* & Heylöam Kennemariæ vicus eſt, *Oſdom*, hodiè *Ooſtdom* dictus, ubi Sacellum pridem fuit B. Mariæ Virgini ſacrum, *Dominæ noſtræ in neceſſitate*, vernaculè *onſe lieve Vrouw ter noodt*, ſeu *Runexputte* appellatum, ab

hodiè-dum frequentatum. A. 1573. ſolo tenus deſtructum, ruderibus adhuc conſpicuis, ad quæ ex antiqua hominum memoria ingens fidelium undique eſt accurſus, ad præſens uſque tempus frequentatus.

HEYLOE,

Hyloæ, Hodiè vulgò *Heyloo*, *Heiligelo* in antiquis Chartis apud Bedam, & ſigillatim in Diplomate Wilhelmi, Epiſcopi Traj. ad Ann. M. LXIII. Contractius *Heylo*, una de 5. aliis 7. matricibus Eccleſiis, Alemariæ ad Occidentem contiguis.

Etymon; Vox hæc, quæ *Sacrum excelſum* Latine vertitur, & deſignat locum ſacrum, huic loco adhæſit, quod primi fidei Præcones, inprimiſque ſanctus *Willibrordus*, eum triverint, prædicatione ac labore excoluerint, atque miris ſignis illuſtraverint. Hinc & Parœcialis Eccleſia Deo

Divus Tut. S. Willibrordus, ſub S. *Willibrordi* nomine nuncupata. In hujus Cœmeterio viſitur etiamnunc puteus, qui ex conſtanti illarum regionum traditione, ab hoc ſancto patriæ Præcone in ſiccitate ac ſiti, adinſtar

ſtar fontis è terra arenoſa per miraculum fuit productus.

Fons per miraculum eductus,

Alcuinus in Vitâ *S. Willibrordi* cap. 16. apud Mabill. *Secul.* III. *Benedict.* hujuſmodi illius Sancti cœleſte ſignum referens, ſic inquit; "Cum "vir Deo plenus propter Evangelicæ prædica"tionis inſtantiam loca circuibat maritima, in "eiſdem aquæ dulcis penuriam patiebatur. Quod "cum cernebat ſuos commilitones propter ardo"rem ſitis graviter ſuſtinere, vocato uno ex il"lis, præcipit ei intra tentorium ſuum foſſam "aperire parvam, ubi ſecretò fixis genibus ora"bat Deum, qui populo ſuo in deſertis aquam "produxit de petra, eâdem miſericordiâ ſervis "ſuis de arenoſa aquam produceret terra. Qui "mox exauditus eſt, & ſubitò fons dulciſſimi ſa"poris foſſam implebat," &c.

ejus nomine hodié dum celebris.

"Eadem ciſterna, inquit J. Beka in *Chron.* "nunc in territorio de *HEYLIGELO* patenter "oſtenditur, quæ ab inquilinis iſtis inhabitanti"bus moderno tempore, *Puteus S. Willibrordi* "dicitur." Certè languidi ac febribus vexati undique eò accurrunt, aut aquam ex puteo adſportari jubent; quæ non ſolum limpida diu ſervari, ſed & præſidio infirmis eſſe cognoſcitur.

Parochial. Eccleſia eidem nuncupata;

Duæ in Heyloënſi Eccleſia *Capellaniæ*, ambæ, ut & Parochialis ipſa Eccleſia, ad nominationem Abbatis Egmondani. Una ad altare *D. M. Virginis*, & *S. Stephani*, altera ad altare *S. Nicolai*.

Altaria, *Capellania*, Collatores,

JORDANUS A DRIEL, Abbas Egmond. *Capellaniam* ad altare B. M. Virginis & S. Stephani in Eccleſia *Heyloënſi*, vacantem per mortem Mri *Stephani Kannemakers* Ann. 1486. contulit Mro *Lamberto Wilhelmi de Haerlem*, Sac. Theol. Lic. eundemque præſentavit Arch. Ultraj.

MEINARDUS MANNIUS, Abbas Egm. Ao. 1510. 10. Jun. Licentiam dedit Dno *Theodorico Iconis*, Vicario perpetuo in *Heylo*, permutandi *Vicariam* ſuam cum Dno *Jacobo*, *Simonis* fil. pro beneficio quocunque Eccleſiaſtico Curato vel non Curato.

Curati, Vicarii.

Parochialis Eccleſiæ Curatus Dnus *Joannes de Pinater*, qui & *Capellaniam* ibi fundavit, Ao. 1462. *Joannes Nicolai*, ibid. Curatus.

Ao. 1487. Curatus *Joannes de Bernyuchuſen*.

Cœnobium, r. Tertiariorum;

Sub Heiloënſi Parochia celebre pridem fuit Canonicorum Regularium Cœnobium.

Anteà ædes ibi *Blincken* dictæ, cum Capella Fratrum tertii Ordinis D. *Franciſci* de pœnitentia, *Domus S. Willibrordi in terra-ſancta* nuncupatæ.

Sic de Cœnobio eo ſcriptum reperi in vet. charta MS. "Anno 1420. Monaſterium, dictum "*BLINCKEN*, fundatur in *HEYLOA*, ſub "tertia Regula *S. Franciſci*."

Fratres Anno 1438. tranſierunt ad Regulam S. *Auguſtini*:

WY Brueder *Jan Henricz. Pouwels Gherritz. Jan Claesz. Wouter Claesz. Dirc Dircz. Dierc Janz.* ende *Hillebrant Romerz.* ghemene Brueders der oyrden van Penitencien ſinte *Franciſci* des Convents ſinte *Willibrordi in Heylo bi Alcmer*, belyen openbaerlic, ende doen condt allen luden, dat wi alle ende elc byſonder by naemen voernoemt, puerlic om die ere ende dienſten Gods te vermeren ende ſalicheit der zielen, wt rechten begheerten ende mynen eens heyligheren, ſekeren ende behoerlikeren leves met ripen ende wel beraden ghemoedes ghecomen ſyn voer Heer *Jan Claesz.* Prior der Reguliren in *Steyn* tot *Emaus* buten der Goude, ende voer Heer *Jan Claesz.* Prior der Clariſſen te *Syon* buten *Delf*, di om onſe begheerten wille gheſendt waren van hoers ghemeens Capittels tot ons: ende hebben ons ſelven mit al onſe gueden, ruerlic ende onroerlic, die wi nu ter tyt hebben of naemaels crighen moeghen, overghegheven ende overghedraghen, ende nu overgheven ende overdraghen in Gods ende in horen handen; ende verbinden ons ſtarckelic mit hem, ende hebben ghegheven, gheloyſt ende gheloven onder ghehoerſaemheyt hoers ghemeens Capittels in allen dinghen te ſtaen: ende horen Capittel gheheel ende ghetrouwe te weſen, ende na den rade ende ghemeen inſettinghe hoers Capittels te leven, te doen ende te laten; ende ſoe wat Prior of Rectoir dat Capittel voerſz. ons ordineren ende toeſchicken ſel, dien ſullen wi altycs onderdanich weſen als guede, ghehoerſame kinderen ſculdich ſyn te doen. Ende oec ſoe wat Brueders Reguliren ſy ons by ſetten om een Reguliers Cloeſter mede te beghinnen ende ſtaende te houden, het ſy luttel of veel, die ſellen wy mit begheerten ons herten ende in rechter mynnen ontfaen als onſe Conventuaels Brueders, ende guet ende quaet mynlic mit hen draghen. Ende hoe onſe Prior of Rectoir mit onſen Brueders Regulieren den ſtaet van onſen huſe ſacken ordineren ende regiren, des ſullen wy ons alle te vreden ſetten, als guede ghelaten Brueders toebehoert. Behoudelic datmen ons niet offniden of verſenden en ſel in anderen huſen, ten waer dat wy alſoe ſcandelic of oneerbarlic leefden of ſtugghe ende onſegghelic waren, dat God verbieden moet, ſoe mochte dat Capittel voerſz. ons verſenden in anderen huſen, te waer dat wy om penitencien te doen alſoe langhe alſet hen guet ſal duncken. Ende ſoe wat laſt, moyniſſe ende oncoſt den Capittel voerſz. opcomen mach tot enigher tyt die ſullen wy ghelike horen andere Conventen ghelyc draghen ende mede betalen ſonder wederſegghen van ons of van onſen nacomelinghen. 1438.

dein S. Auguſtini

Walravus Moerſanus, electus Traj. Epiſcopus, eoſdem, annuentibus *Steinenſis* Cœnobii & *Sionenſis Prioribus*, Anno 1431. tranſtulit ad Ordinem Canonicorum Regularium, ſubjecitque *Capitulo Hollandenſi* ſuæ Diœceſis, erigens *ſimul Domum eorum S. Willibrordi in Monaſterium*, *ac Capellam ipſorum in Oratorium*, ut conſpicuum eſt ex his *Walravi* Tabulis;

WAlravus de Moirſſa, electus Trajectenſis, univerſis & ſingulis, ad quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint, Salutem in Domino ſempiternam. Paſtoralis curæ ſollicitudo continuis nos impulſat ſtudiis, hisque religionem ſanctam concernunt ſolerter intendere. Sanè dudùm pro parte Fratrum quondam tertii Ordinis de Pœnit. S. Franciſci, *Domus S. Willibrordi in Heylo*, noſtræ Diœceſis, nobis porrecta humilis petitio continebat, quatenus tranſlationem eorundem Fratrum cum omnibus condependentiis ſuis ad Ordinem Canonicorum Regularium ſecundùm modum & formam certarum litterarum, per Dominum *Arnoldum*, filium *Bertolomei*, Decanum Eccleſiæ S. Pancratii Leydenſis, Notarium publicum deſuper confectarum, ad manus venerabilium Patrum Priorum, Fratris, videlicet *Johannis Nicolai*, Prioris Canonicorum Regularium, Domus S. Gregorii dictæ *Emmaus*, in terra de Steyn, necnon & Fratris *Johannis Nicolai*, Prioris Canonicorum Regularium Montis

tis

tis Syon, propè Delff, Canonicè celebratam, auctoritate noſtra ordinaria ratificare & approbare dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationi tamquam juri & rationi conſonæ annuentes, & eò libentius inclinati, quò in eis Divini cultus augmentum, ac S. Religionis profectum & decorem pleniſſimè conſtare confidimus, hujuſmodi tranſlationem Fratrum eorundem cum omnibus bonis ſuis mobilibus, & immobilibus, juribus, pertinentiis, ac aliis condependentiis ſuis, ad Ordinem, ac Capitulum Hollandenſe Canonicorum Regularium, noſtræ Diœceſis, his præſentibus ratificamus, approbamus, & in Dei nomine confirmamus; erigentes prædictam Domum *S. Willibrordi* in Monaſterium, ac Capellam ipſorum in Oratorium, ſuſcipientesque Domum eandem ac Fratres ſupradictos, cum dictis omnibus ſuis bonis, juribus & pertinentiis, ſub noſtra ac Beati *Martini* protectione, ac ipſos Fratres tam præſentes, quam futuros, & Conventum eorundem omnibus, & ſingulis gratiis, privilegiis & indultis Ordini, ſeu Capitulo Canonicorum Regularium prælibatis, tam per Nos, quam Prædeceſſores noſtros, ex cauſis conceſſis uti & gaudere debere, auctoritate noſtra ordinaria decernimus per præſentes, harum noſtrarum teſtimonio litterarum. Datum Anno Domini 1438. menſis Auguſti die ſexta. Sic ſubſignatum,

RUTGER BERCHMAKER.

Indulgentiæ Oratorium eorum frequentantibus conceſſæ.

Martinus, Epiſcopus *Magionenſis*, *Walravi* in Pontific. Vicarius, iis qui Monaſterium & Cœmeterium, Anno 1439. conſecratum religioſè viſitaverint, Deum illic devotè oraverint, aut aliquid ad ejuſdem profectum decoremve contulerint, XL. dierum de injunctis aut indulgendis pœnitentiis indulgentias concedit, per Diploma datum *Bat. Sac.* part. 2. p. 383.

Quinque in ea Eccleſia altaria;

I. Beatiſſimæ Dei Genitricis *Mariæ*, *S. Michaelis*, & omnium *Angelorum*, *B. Joannis Bapt.* & omnium *Sanctorum.*

II. *S. Auguſtini*, *Joannis* etiam Evang. & omnium *Sanctorum.*

III. *S. Willibrordi*, *S. Adalberti*, *S. Jeronis*, & omnium *SS.*

IV. *S. Bonifacii* & ſociorum ejus; *Laurentii*, *Stephani*, & omnium *SS.*

V. *S. Agnetis* Virginis; *Mariæ Magd. S. Catharinæ*, & omnium *SS.*

Condita, & ſacrata ibi altaria.

Hæc ab eodem *Martino* conſecrata Anno 1440. juxtà Tabulas datas ibidem.

Joannes, Korkag. Epiſcopus, Rodolphi Dieph. Vicarius Gener. tria adhuc altaria, ibidem conſecravit Anno D. 1449. cujus Tabulæ ibid. p. 384.

Jura eis ſub certa lege donata.

Joannes Nicolai, Curatus Paroch. Eccleſiæ in *Heiligloe*, ſalvo ſuo & ſucceſſorum jure, Regularibus *Heyloenſibus*, Anno 1442. facultatem concedit ad Oratorium, ſub Parochia ſua erigendum, Sacramenta adminiſtranda, mortuos ſepeliendos, cæteraque agenda, quæ ibidem Tabulis datis continentur.

Curati Heyloenſis. Eorum,

Joannes de Bernynchuyſen, Rector Paroch. Eccleſiæ de Heyloë Anno 1487. cum Regularibus Heyloënſibus tranſegit, *ſuper portione Canonica & oblationibus occaſione ſepulturæ*, juxtà Tabulas admodùm prolixas quas tenemus. Transactionem ratam habuit David de Burgundia. Diploma datum *Bat. Sac.* part. 2. p. 385.

Phil. Burgundi,

Philippus Burgundus, Holl. Comes Cœnobium hoc Canonicorum Regul. *S. Willibrordi*, extrà Alcmariam, ſub territorio de *Heiligeloe*, Capitulo Hollandico ſubditum, in clientelam ſuam ſuſcipit per Diploma Anni 1456. 9. Aprilis, quod ibidem exhibitum.

Maximiliani & Mariæ Duc. conſenſus.

Maximilianus, & *Maria*, Dei gratiâ Duces Burgundiæ, Holl. Comites, &c. alio Diplomate Philippi Burgundi privilegia firmarunt per Diploma 24. Maii, Ann. 1481. p. 386. repræſentatum.

Dedicatio, ejuſque tranſlatio.

Fredericus Badenſis, Traj. Epiſcopus Dedicationis feſtum, ob quædam incommoda, atque alias cauſas, transfert publicis Tabulis, quæ ibidem datæ.

Modus incluſionis Fratribus ex Prioris petitione præſcriptus:

Incluſionis forma,

PETIT Prior in *Heyloë*, ut placeat Capitulo quò appenſione ſigilli Capituli ejuſdem & Patrum Viſitatorum approbetur & confirmetur modus & forma incluſionis Domus in *Heyloe* anno præterito a Patribus Viſitatoribus concepta; ea tamen lege, ut Fratres omnes pro ſe & poſteris ſuis in Viſitatorum hujus anni manibus eam promittant perpetuis temporibus ſervandam, perinde atque eorum Prior in manibus Viſitatorum anni præteriti promiſit. Si verò quis refracto animo reſtiterit & hanc incluſionis formam ſervandam promittere noluerit, privetur omni gratia in eadem forma conſcripta perpetuamque ſubinde incluſionem ſervet ſub pœna carceris. Quod niſi fiat & a Patribus jamjam approbetur, timet Prior prædictus ſibi & Domui ſuæ.

Commiſſum eſt Patribus Viſitatoribus a Capitulo, *Walterus*, Prior in Fonte Notarius SSt.

Indulgentiæ Windeſ. Cap. paulùm remiſſa.

Mitigationem ab incluſione, quam Capitulo *Windeſemenſi* propoſuerant Fratres, hiſce Tabulis impetrarunt:

ALIQUANDIU tacitus meo cum animo revolvens ſupplicationem Fratrum in *Heyloe* conſtitutorum, miſſam anno elapſo per venerabilem ſuum Priorem Capitulo Generali, confidenti *Wyndeſem*, qua obnixius rogabant, ut ſibi liceret aliquid laxamenti ab incluſione Domus ſumere: ac ratione perpendens diſcretionem ſuper hac a Capitulo Generali habitam per venerabiles Patres *Nicholaum Gherardi*, Priorem *novæ Lucis* prope *Horn*, & *Guilhelmum Lubberti*; Priorem Domus *ſancti Viti* prope *Nerden*, tunc temporis Domus prænominatæ Viſitatores, quibus id negocii a Capitulo Generali datum erat, ut Fratribus in *Heyloe* formam incluſionis mitiorem traderent propter mutationem loci. Approbo igitur ac irrefragabiles confirmataſque eſſe volo ego *Gherardus Bornius*, Prior ſuperior Capituli ac Domus *Windeſemenſis*, litteras Viſitatorum, quæ continent formam ac gratiam incluſionis aliquantulum mitioris conceſſam prædictis Fratribus, auctoritate Capituli per Viſitatores prænominatos Anno a Chriſto nato ſeſquimilleſimo, quinquageſimo quarto, menſis Maji die penultima. Nihil interim addens aut adimens, ſed per omnia formæ incluſionis Fratribus prænominatis traditæ per ſuos Viſitatores conſentiens. Quam hic inſerere non neceſſarium duco, propterea quod ſatis dilucidè habeatur in litteris quæ Fratribus in *Heyloe* conſtitutis ſuper hoc traditæ ſunt a Viſitatoribus ſupra nominatis. In horum omnium robur ac teſtimonium ſigillum ſecretum Capituli noſtri

Digitized by Google

noſtri duxi appendendum. Actum in *Wyndeſem* Anno a Chriſti Nativitate ſupra ſesquimilleſimum quinto & quinquageſimo, Nonis Maji, Capitulo Generali in *Wyndeſem* ſedente.

En Cœnobii hujus Priores, Suppriores & Procuratores:

Ao. 1413. Fr. HENRICUS, Prior.
1442. Fr. WILHELMUS, Prior.
1497. Fr. MATTHÆUS, filii JACOBI, Prior.
Fr. PETRUS CROMMENEYE, Procurator.
1499. Fr. JACOBUS REMBRANDI, Prior.
Rectores.
Fr. WILHELMUS, Supprior.
Fr. SEBASTIANUS, Procurator.
1510. Fr. MATTHIAS, filius JOANNIS, Procurator.
1535. Fr. JACOBUS CONRADUS, Prior.
1552. EGBERTUS NICOLAI, Prior.
Fr. ELBERTUS, filius JOANNIS, Procurator.
1560. JACOBUS ZAFFIUS, ult. Prior.
Infra ut Prior memoratur *Cornelius Liechiopegius.*

Bonorum ſeries.

Hic habe bonorum illius ſummam:

½ *van 2 koeweyde in de vryheit van Alkmaer.*
½ *van het Lagelands*, ibid.
1 *Kamp weylandts*, ibid.
1 *ſtuk lands geheeten Jonkvrouw Alidaas landt.*
1½ *Geers landts in Heylo.*
2 *Geers landts*, ibid.
4 *Geers landts*, ibid.
2 *ſtucken landts*, ibid.
5 *want landts*,
½ *koeweyde by Alkmaer.*
1 *want landts by Binnebroek.*
1½ *Geers landts.*
32 *want landts in Heylo.*
2 *want landts*, ibid.
1¼ *koeweyde.*
4½ *koeweyde by Alkmaer.*
1¼ *koeweyde.*
1½ *Geers landts in Heylo.*
1 *mergen landts*, ibid.
1 *mergen landts by Alkmaer.*
1 *halve paerde camp in den banne van Bergen.*
2 *mergen landts.*
1 *want landts in Heylo.*
5 *want zaet-land by Alkmaer.*
3 *koeweyde*, ibid.

Miſſa diebus Sabbathinis ad B. M. Virg. honorem fundata per *D. Joannem van der Mijde, &c.*

Heer Jan van der Myde, en Juffrouw Sybieck van den Cooſter, hebben gefundeert in het Klooſter te Heylo een Miſſe alle Saterdag, ter eeren van ons L. Vrouw, en gaven daer toe een ſtuk landts in den ban van Heylo. Circa Annum 1500.

Plura de eodem Cœnobio infrà ſub Amſtelodamo.

Jura, prædia, & poſſeſſiones alia.

Jura Cœnobii alia, prædia, cenſus ac poſſeſſiones continentur libro prægrandi pergameno MS. qui litteris deauratis præfert nomen *Cornelii Liebtiopegii, Prioris in Heylo*, ex quo & priores Tabulæ deſumptæ.

Condendo Harl. Collegio deſtinata.

Sub novarum per Inferiorem Germaniam Sedium erectionem, juſſu Pii IV. Pont. Max. *Heiloenſe* Cœnobium extinctum, bonaque ac cenſus ejus deſtinata fundando novo Harlemi inſtituto Cathedrali Capitulo. Primus Præpoſitus, ejus Cœnobii tum Prior, *Jacobus Zaſſius*, de quo nobis ſub Harlemo fuit ſermo.

Ab extincto Cœnobio & avitæ fidei cultu proſcripto, *Heiloam*, & vicinum tractum viciniores Paſtores primùm excoluêre.

Noviſſimi ævi Paſtores, atque animarum Curatores Cath.

Paſtor dein *Heyloæ* proprius ſub Ann. 1650. aſſignatus, *Vincentius Paleſteyn*, Harlemo-Batavus.

In eam ſpartam ſub regimine Jacobi La Torrii (ut Romæ coram S. Cong *de prop. fide* *, "præſens expoſtulavit) non vocatus, nec debitè miſſus intrudere ſe conabatur Dominicanus "aliquis; cujus in memoriali apud hanc Sacram "Congregationem, inquit, feci mentionem."

Nomen hujus *Relatio* hæc non exprimit. Attamen ex Necrologo *Eccl. Harl.* ad Annum 1651. conjicere licet, fuiſſe Patrem *Hyacinthum Theod. Hermanni*. Ex illo enim Necr. Anno 1651. "R. P. *Hyacinthus Theodorus Hermanni*, Ord. "Prædicat. Sac. Th. Lic. Ordinarius in *Heylo*, "obiit Alcmariæ 2. die Aprilis.

Vincentio verò *Paleſtein* poſt navatam illuc ſeptem annis operam, ad patriam urbem evocato, ibidemque creato Sacellano Curato;

"*Heyloam* Anno 1657. die 4. April. ex Decre"to *Capituli Harl.* † miſſus eſt R. Dominus *Joannes* "*Ooms*, Harlemenſis, per modum proviſionis.

Dein per eruditiſſimum Dominum *Jud. Verkampen*, Canonicum Harl. Anno 1658. die 15 Jan. ex ordinatione *Capit. Harl.* ª intromittitur in Paſtoratum *Heyloenſem*,

JOANNES SCHOT, Sac. Theol. Bacc. form. qui moritur Paſtor in *Heylo* 28. Febr. 1667.

Succeſſores accepit,

EDUARDUM VAN TEYLINGEN, ex calculo illic ſenem defunctum Paſtorem 4. Febr. Anno 1672

FRANCISCUM TEMMING, Arnhemenſem, Paſtorem *Heiloenſem* defunctum 2. Oct. A. 1678.

GERARDUM HOGFBOOM, Heylöenſem Batavum, Theologum Lovanienſem. Huic poſt plurium annorum impenſos illic labores, ædificatamque commodam Eccleſiam, intempeſtivè mortuo Paſtori *Heiloenſi* 7. Febr. Ann. 1709. à Nuntio apud Ubios Apoſtolico ſubmiſſus,

N. HEYNE, Zevenarienſis.

* Jac. La Torrii Rel. Rom.
† Acta Cap. Harl. ª Ead. Acta.

A L C M A R I A,

Alcmariæ antiquitas,

MInimè[a] ex *Veronæ* cineribus, vel ex civibus *Veronâ* dirutâ excedentibus excitatum; ſed vetus *Marſatiorum* oppidum, poſteà *Kinnemariorum*, & *Hollandiæ* reliquæ propugnaculum contrà Friſios, ultrà *Kinnemum* à Carolo M. & deceſſoribus ſe continere juſſos; atque abhinc quia limitaneus, telonii locus, cujus vectigal omne Egmondenſi Abbati tribuit Theodoricus. II. auctis etiam prædiis, quæ Pater Theodoricus jam antè Annum 960. hoc in territorio dederat. Quibus Theodoricus V. Anno 1083. adjecit jus dandi Prætorem urbi & territorio Alcmarienſi. A Friſiis aliquandò direptum & concrematum; jure municipali ornatum fuit à *Guilielmo* Romanorum Rege, qui & arcem munitiſſimam *Thorenburgum* propè urbem, contrà Friſios excitavit.

Jura, ſita,

Situs, dignitas.

Urbs eſt non inelegans, ſalubri ac amæno loco ſita, *Weſt-Friſiæ*, vel, ut vulgus loquitur, *Noortbollandiæ* urbibus, & quidem loco primario accenſita. *Alcmarienſe Chronicon*, ex fide, & monumentis *Alc.* Eccleſiæ, refert, deſtructo paganorum fano, Chriſtianorum Oratorium ad honorem D. *Laurentii* ſubſtructum, Anno 860. perfectum fuiſſe; exile tum quidem, cum & oppidum in primis initiis exiguum foret. Verùm oppido cum annorum ſerie, & numero ædificiorum & incolarum accreſcente (cum D. *Laurentii* Ædes hæc oppidanos non caperet) Eccleſia alia ex unanimi eorum voto Anno 1382, priori contigua in eodem cœmeterio ad Auſtrum ædificatur ad *S. Matthiæ* Apoſtoli honorem; licet ex SS. *Laurentii* & *Matthiæ* effigie, quam hodié-dum in ſummo crucis veſtibulo viſere eſt, conjectura fiat, ad Boream ſitum habuiſſe.

Ex paganorum fano, Chriſt. Oratorium;

cum altero adjunctum.

Div. Tut.

"Anno Dom. 1468. IV. Kal. Nov. ex Codice "MS. cecidit inſignis & famoſiſſima turris Ec"cleſiæ D. *Laurentii* oppidi Alcmarienſis, duaſ"que Moniales in antiquo Conventu oppreſſit.,, Anno enim 1468. Ædi S. *Laurentii* impoſita, necdum tamen confecta pondere ſuo ruit, tantæ, ut fertur, altitudinis, ut phari loco nautis mare ſecantibus eſſet.

Turris pondere ſuo collapſa.

Narciſci turris ſibi corruit Alcmarienſis.

Ex duabus diſjectis, ampliſſimi operis Ædes una fabricata.

Anno 1470. deſtructis duabus ſibi mutuò contiguis Eccleſiis, lapſu turris prædicto multùm labefactatis, in eorum fundamentis ædificata elegans, & ampliſſima Eccleſia in D. *Laurentii* honorem. *Ode Alcaica*, Tabulæ penſili in eadem Æde inſcripta, hæc jam dicta memorat.

Capella ſeparata, D. Virgini dicata, ex Jacobi La Torrii *Relat. hic erat ampliſſima, & adhuc hodiè ſupereſt.*

Capella D. Virg.

Capella hæc per D^num^ *Joannem a Wieringhe* dotata 44. flor. annuè, aliis ſubindè dotibus adaucta. Miſſæ indies ternæ in ea celebrari ex fundatione debebant; diebus dominicis ac in feſtis SS. Apoſtolorum adhæc concio haberi.

Altaria,

Præter altare illic *D. Mariæ Virginis*, plura alia in eadem Eccleſia altaria; Inter hæc,

. . . *S. Crucis*,
. . . *S. Annæ*,
. . . *S. Joſephi*,
. . . *S. Huberti*,
. . . *S. Gandulfi*,
& . . . *Dei in neceſſitate*, &c.

De quibus mox infrà. V. eorum erant maximè opima, ex Diplomate *Nicolai Novo-terrani*, Harl. Epiſcopi, mox recenſenda.

Capellanias ibidem & *Vicarias*, quas aſſequi potui, hìc repræſentabo; præcipuè ex Codice MS. *Abbat. Egm.* cùm plures eſſent ad collationem, vel certè præſentationem illius Abbatis.

Capellania ex illo Codice, fuit Alcmariæ, Domini *Theodori Fopponis*, quæ prius fuit in *Hoſpitali* Egmondano.

Vicariæ.

Vicaria S. Joannis Evang. fundata & dotata per *Nicolaum* fil. *Matthiæ* Anno 1343. 23. Sept. confirmata per *Joannem*, Epiſc. Traj. 1344. 9. Febr. *Henricus de Wittenborſt*, Abbas Egm. præfatam perpetuam ſine cura *Vicariam*, vacantem per mortem, Domini *Arnoldi de Ryck*, Anno 1508. die Pentec. 11. Junii contulit *Bartholomæo Nagel*, eundemque præſentavit Archidiacono Traj.

Conditores,

Meinardus Mannius, Egm. Abbas, eandem *Vicariam*, vacantem per liberam reſignationem Magiſtri & Domini *Wilb. Heda*, Præpoſiti Arnh. contulit *Antonio Hugens.*

Vicaria Domini de *Valckenburch*, fundata in honorem S. *Catharinæ*, quam *Henr. Wittenborſt*, Abbas Egm. vacantem per mortem *Joannis Byndop*, Canonici S. Salvat. Traj. Anno 1503. 3. Oct contulit Domino *Martino Groendyck*.

Collatores.

De *Vicaria* hac eæ extant in Cod. MS. Abb. Egm. collationis Tabulæ:

N*Icolaus*, Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratiâ Epiſcopus Harlemenſis, nec non Prælatus Monaſterii Egmondenſis, dilecto nobis in Chriſto *Arnoldo de Beer*, Presbytero Leodienſis Diœceſis, Salutem in Domino. *Capellaniam* perpetuam fundatam ad altare beatæ *Catharinæ*, ſitam in Eccleſia Parochiali de *Alcmaria* meæ Diœceſis, ad meam collationem, proviſionem & omnimodam diſpoſitionem ejus vacationis tempore occurrente ratione meæ Prælaturæ ſpectantem & pertinentem ad præſens liberam & vacantem per liberam reſignationem magnifici & egregii viri Domini & Magiſtri *Adriani Emmens*, J. V. Doctoris Clerici dictæ Leodienſis Diœceſis ac præfatæ Capellaniæ, noviſſimi pacifici poſſeſſoris, in manibus noſtris, cauſa tamen certæ Canonicæ permutationis de eadem Capellania per ipſum Dominum & Magiſtrum *Adrianum Emmens*, tecum ad Capellaniam perpetuam fundatam ad altare D. *Catharinæ* novæ fundationis ſitam in Eccleſia de *Heneas* prope oppidum Lovanienſe dictæ Leodienſis Diœceſis conceptæ & initæ & non aliis ſponte factam & per nos rite receptam, & admiſſam tibi præſenti & humiliter petenti, ac tamquam ad eandem Capellaniam obtinendum habili & idoneo, in Dei nomine contulimus & his ſcriptis conferimus, ac de eadem juribuſque & pertinentiis ſuis univerſis providimus & providemus, te in eadem Rectorem & poſſeſſorem præſentium tenore inſtituentes ac committentes ulterius omnibus & ſingulis Notariis & Tabellionibus publicis, quatenus accedendo dictum locum ſeu Eccleſiam de *Alcmaria*, te aut tuum ad hoc legitimè conſtitutum Procuratorem pro te & tuo nomine in & ad corporalem, realem & actualem poſſeſſionem dictæ

[a] Boxhorn. *Theat. Holl.* p. 365. Alting. *Not. Germ. Infer.* par. 2. p. 5. Simon Eikelenb. *Weſtfriſ. ſtatus* p 51. &c.

dictæ Capellaniæ beatæ *Catharinæ*, juriumque & pertinentiarum ejuſdem ponant & inducant, ac de fructibus, redditibus & proventibus ipſius, quantum in iis eſt, reſpondeant & ab aliis reſponderi faciant & procurent, ſeu id faciat eorum aliquis deſuper requiſitus adhibitis ſolemnitatibus in ſimilibus adhiberi ſolitis & conſuetis, jure tamen noſtro & cujuslibet alterius ſemper ſalvo: in cujus rei fidem & teſtimonium præſentes exinde fieri & per Secretarium noſtrum infra ſcriptum ſubſignari, ſigillique noſtri juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum & actum Bruxellæ Cameracenſis Diœceſis, Anno 1563. menſis Septembris die ſecunda. Præſentibus ibidem honorabilibus ac diſcretis viris Magiſtro *Michaele van Zydenborch*, in Conſilio Comitatus Hollandiæ in Hagha Comitis Advocato, & *Rudolpho Vincentii*, Clerico familiari noſtro domeſtico teſtibus ad præmiſſa vocatis & requiſitis, & me *Joanne Muntingio* Secretario reverendiſſimi.

Ex mandato reverendiſſimi Domini

Epiſcopi Harlemenſis.

Vicaria ad altare Beatiſſimæ Virginis *Mariæ*, fundata per D. *Ellerum*, Paſtorem in *Lymmen*, Anno Dom. 1358. ibi mortuum. Collator ejuſdem, Fraternitatis Decanus.

. . . ſuper altare B. *Mariæ* Virginis, fundata Anno 1381. per Magiſtrum *Hugonem Wilhelmi*, Decretorum Licent. Canonicum *Zirixaenſem*, *Vicarium* in *Heylo*, nec non matricularium, ſive cuſtodem in Alcmaria; cujus collatores Decanus, & duo Conſules Fraternitatis dicti altaris. Vicarii.

. . . Domini *Reineri Hillinc*, item filii *Jacobi Hillinc*, item Domini *Allardi.*

. . . *Chriſtinæ van Thoorenburch*, Alcmarienſis, filiæ *Nicolai van Thoorenburch*. Hæc enim Anno 1430. 20. Sept. fundavit *Vicariam*, aut *Capellaniam* perpetuam ad *Sanctum altare* in Parochiali Eccleſia Alcm. cujus Collatores ſint, legitimi geniti dicti *Nicolai*, ipſius parentis.

. . . ad altare ſeptem dolorum, (*ſeve wenen*) quam vacantem per obitum *Joannis Utenbrouckii*, ultimi poſſeſſoris, prænobilis vir, *Jacob a Waſſenaer* & *Duvenvoirde*, Dominus in *Warmont*, ut Patronus & Collator, 12. Aprilis Anno 1621. contulit *Joanni van Zell*, filio Magiſtri *Adriani van Zell*, J. U. L. ex prænobili Domina *Helena van Duivenvoirde* ſorore ſua.

. . . ad altaria *S. Crucis*, & *S. Joannis Evangel.* unita, de qua unione extant litteræ in Cod. M. quem teneo Abbat. Egm.

. . . ad altare S. *Coſmæ*, cujus poſſeſſor 1544. D. WILHELMUS.

Paſtoritium munus ad collationem erat Abbatis Egmondani, de qua extat Bulla *Julii* II. Pont. Rom. qui & eidem Eccleſiæ aliquando providit de Monacho ſui Cœnobii. Sic Paſt. muneris Collatores, Abbates Egmond.

NICOLAUS VAN HOOGWOUDE, Conventualis Egmondenſis Anno 1477. 9. Sept. ut Paſtor Alcmarienſis memoratur in dicto Codice Abb. Egmond.

Dimidio ferè ſeculo antè, ex alio Cod. MS. quem teneo, laudatur ejus Eccleſiæ Paſtor, cujus nomen, quia abraſum erat, mihi incognitum, *ut viduarum protector ſingularis; qui poſtquam Eccleſiam Alcmarienſem vigilantiſſimè & ſummâ alacritate rexiſſet, plenus operibus bonis in Domino ibidem quievit, cujus corpus cum maximo omnium luctu ad altare S. Sebaſtiani ſepulturæ traditur.*

Ejus, eodem (quo obiit) anno, ex vet. Codice ſucceſſor, Paſtores poſtremi ævi Catholici.

Mr. JOANNES DE SCHIEDAMI, conſtituitur Paſtor Alcmarienſis.

Anno Dom. 1467.

GODEFRIDUS DE TRAJECTO, Paſtor Eccleſiæ Alcmarienſis moritur, ex eodem Codice.

Anno 1500. 27. Martii *Henr. Wittenborſt*, Abbas Egm. Eccleſiam Alcmarienſem per liberam reſignationem Domini *Joannis Hornsbach* vacantem, & menſæ Abbatiali *incorporatam*, contulit *Adriano de Foreeſt*, Monacho & Presbytero Egmond. Idem Abbas Ann. 1503. 8. Aug. Eccleſiam Alcmar. dudùm collatam Magiſtro *Adriano de Foreeſt*, poſt reſignationem *Joannis Hornsbagh*, poſt mortem ejuſdem denuò eidem *de Foreeſt* confert; quia prior collatio plenarium effectum non habuerat. ex Abbatiâ Egm. frequenter deſumpti.

WILHELMUS SCHILT, Curatus Alcm. ex eodem Codice, non deſignato anno.

Mr. JACOB UITENENGIUS, Decanus S. *Petri*, Ultr. Paſtor Alcmarienſis Anno 1544. Ex Paſtoratu reſignato obtinuit penſionem 140. floren. Aº. 1562. per *Nicolaum Nova-Terranum*, Harl. Epiſc.

D. JUDOCUS ADRICHEM, Paſt. Alc. Ao. 1563. obiit 1572.

ELBERTUS HUYCKIUS, Amſtelodamenſis, ſub Ann. 1566. ex *Ger. Brantio*, Paſtor Alcmarianus, curam iſtam, ſi eidem fides, *adeptus fuerat ſub annua* 500. *flor. penſione à Canonicis quibuſdam Ultrajectinis, acerrimus Lutheraniſmi circa annum iſtum eâ in urbe inſectator.* De eo adhuc infra ſub *Swage.*

Cenſus Paſtoris Alcmariani, ut commodè ſuſtentari poſſet, ſub hoc tempus, Anno ſc. 1569. auctus eſt ducentis florenis Carolinis. Centum horum flor. profluere debebant ex v. altaribus maximè opimis, juxtà *Nicolai Nova-terrani*, tunc Diœceſani Epiſcopi, conceſſionem vernaculam. Vide *Bat. Sacr.* part. 2. p. 417. quorum cenſus adauctus.

EYLARDUS THEODORI WATERLANDIUS, antiquæ nobilitatis Presbyter, *Velſenſium* aliquandò, & *Alcmarienſium* Aº. 1570. Paſtor, unà cum *Davide Leonardi* 3. Idus Dec. Anno 1573. Alcmariæ crudeliter ob fidei Cath. profeſſionem, cujus zelo eximiè ardebat, trucidatur. Specimen zeli hujus ex Charta MS. exhibitum *Bat. Sac.* part. 2. p. 417.

CORNELIUS KOOLTUIN, Alcmarienſis, Presbyter, circa Annum 1558. Enchuſanus Paſtor creatur. alii a fide avitâ devii.

LAURENTIUS ZAS, Alcmarienſis Paſtor, quem ut Magiſtrum ſuum, ac ut virum eruditum colebat *Kooltuinius*, circà hoc tempus Alcmariæ vitâ deceſſit.

Strenuum fidelis populi Miniſtrum, ac Chriſtianum Doctorem eum appellat *Brantius.*

Ejus loco * *Kooltuinius*, Paſtor creatur Alcmariæ. At quoniam dudùm Miſſam non celebrarat; Veſperis, Laudibus, peregrinationibusve Catholicorum haud favebat, gratus non erat ejus ſermo neque concio: & vix duas hebdomadas Officium peregerat, quin Vicarius Generalis Ultraj. Epiſcopi ſacro eum interdixerit miniſterio. Cùm interim populum clam a Catholicâ fide avertere non deſiſteret, Vice-Inqui-

* *Mart. Schoockius de Canon. Ultraj. p.* 491.

ſitor *Nicolaus a Caſtro* cum ſatellitibus ab Ultraj. Epiſcopo, novis identidem querelis incitato, Alcmariam miſſus, ut comprehenſum cum Ultrajectum adduceret, *Kooltuinius* monitus ex ædibus ſe ſubduxit, *Embdamque* profugit.

Novitiam ſectam introducere Alcmariæ ſtuduit adjutoribus *Petro Nannio*, & dicto *Laurentio*.

Joannes Arnoldi, ſportularius, domo Alcmarianus, Aº. 1572. quo civitas hæc Principis Auriaci arbitrio ſe permiſit, laboravit in colligendo & ordinando illic novitio cœtu, illiteratus homo, zelo *Elb. Huyckii* urbe pulſus, *Campos* tantiſper profugus 25 Aug. Aº. 1573. Alcmariâ ab Albano arctè obſeſſâ mortuus eſt.

Sasboldus Voſmerus, Vic. Apoſt. per Fœd. Belg. &c. rebus Catholicæ fidei cùm alibi, tùm apud *Alcmarianos* conſulturus, ad illos ab Anno 1609. deſtinavit *Henricum Loeffium*.

HENRICUS LOEFFIUS, *Ludolphi* filius, Craneburgenſis, Collegii Colonienſis alumnus, è ſtipendiario milite, Chriſti miles ac Presbyter, jam ab Anno 1603. a *Sasboldo* deſignatus eſt Paſtor *Ryſwyccanus*, juxtà Chartam quam tenemus, *Sasboldi* iſtius manu exaratam. *Henricus* autem laboravit Alcmariæ Paſtor & ex-Paſtor totos XXIV. annos, vitâ illic defunctus Anno Domini 1639.

Idem *Sasboldus* Archiepiſcopus ab Anno 1613. Alcmariam alterum miſit Paſtorem,

QUIRINUM COSTERUM. Erat *Quirinus* hic ortu *Aſſendelphius*, Sacræ Theol. Licentiatus, Græcâ ac Latinâ linguis, & Muſicâ eximius.

Obiit autem *Quirinus Coſterus*, Alcmariæ Paſtor 25. Julii Ann. 1632. ætatis ſuæ 45.

Vernaculi verſus typo ejus ſuppoſiti, viri dotes egregiè exprimentes, dati *Bat. Sacr.* part. 2. p. 418.

& noviſſ. temporis Catholici.

JOANNES CATERUS, patritius Alcmarianus, Artium Mr. S.T.L. Alcmarienſis Paſtor, *Quirini* ſucceſſor, illic Archipresbyter, Canonicus Harl. Cathedrâ Epiſcopali dignus habitus, & acuti ingenii Philoſophus, ut teſtatum inter cætera faciunt ejus in *Renati Carteſii Meditationes* argutæ oppoſitiones. Præcipuum tamen viri ſtudium fuit, avitam fidem promovere, & Cleri Harl. jura aſſerere, cujus præclarum monumentum ſunt binæ epiſtolæ ad clariſſimum virum, datæ *Bat. Sacr.* part. 2. ibid.

JUDOCUS VERKAMPEN, S.T.B. form. Lovanii primus in Philoſophiæ ſtudio renunciatus, ex *Nieropiæ* Paſtore, *Alcmarienſis* Paſtor, conſcripſit ſtatum Alcmar. Eccleſiæ. A. 1661. MS.

ARNOLDUS CUISTEN, S.T.B. Sylvæducenſis, ex Paſtore *Aelſmeriano*, *Alcmarianus* Paſtor, *Judoci* ſucceſſor, & Archipresbyter obit illic 4. Dec. 1667.

REINERUS COETENBURCH, Juris Utriuſque Licentiatus, Alcmariæ quoque operam ſuam impendit, ibidem mortuus 16. Sept. Ann. 1661.

CORNELIUS KEESMAN, Grootbroeckanus Bat. Sacræ Theol. Licent. Paſtor. Alcm. obiit Alcmariæ 30. Sept. Anno Dom. 1679.

Deſtinabatur in ejus curam *Petrus Coddæus*, apud Ultrajectinos *Abrahami Brienii* tum adjutor, atque futurus ſucceſſor. At Primoribus Eccleſiæ iſtius obnitentibus, miſſus eò fuit a Caſtorienſi Epiſcopo & Harl. Cœtu,

THEODORUS DE VISSCHER, Amſtelodamenſis, Artium Magiſter, ac Philoſophiæ in *Portenſi* Gymnaſio anteceſſor Lovanii, Can. Harl. ætate provectus, Paſt. Alc. obiit 6. Maji 1715.

HEN. LOEFFII, in altera cura ſucceſſor,

GERARDUS BRASSAMIUS, Hornanus, in promotione Philoſophica Lovanii omnium primus proclamatus, obit Paſtor *Alcmariæ* in flore ætatis die 17. Octobris, Anno Dom. 1652.

JOANNES BLOM, Presbyter, obiit Alcmariæ Anno 1669. die 15. Januarii.

Braſſemio præmaturâ morte defuncto, ut Paſtor ſucceſſit,

JACOBUS GALIUS, Harlemenſis, Sacr. Theol. Bacc. form. indè tranſlatus in *Toutyenbornenſem* vicinum pagum, ubi & è vita deceſſit, ſicut ad illum pagum referemus.

THEODORUS ORDING, Embricenſis, poſt *Galii* diſceſſum Alcmariæ Paſtor conſtitutus, indè in patriam urbem evocatus, Paſtor illic & Canonicus creatur, ac utroque ibi munere cum vita defungitur 2. Oct. Ann. 1691.

NICOLAUS CYRIX, Woggenomo-Batavus, Theologus Lovanienſis, diſcedenti *Ordingio* Paſtor Alcmariæ ſufficitur, ibidemque defungitur 26. Jun. Ann. 1709.

Huic ſucceſſor datus,

JOANNES CHRISTOPHORUS SURHUYS, Embricenſis, Theologus Lovanienſis, anteà variis locis ſubſidiarius, & apud Daventrienſes Paſtor.

Paſtoribus Alcmariæ collaborabant Franciſcanus, Dominicanus, & Presbyter S. J. unus, uſque dum hic cum cæteris illius Inſtituti Hollandiâ pelleretur.

Cæterùm religioſorum ac eruditorum Alcmarienſium Catalogo accenſendi,

PETRUS NANNIUS, Alcmarianus, Presbyter, Can. Atreb. in Collegio *Trilingui* Lovanii Anteceſſor, ibidem defunctus Ann. 1557. & in D. *Petri* ſub præclaro monumento ſepultus. Viri religioſi

FREDERICUS AB HEYLO, Presbyter & *donatus* profeſſus in Conventu Heiloënſi Alcmariæ vicino, olim Rector trium Conventuum ſucceſſivè, ſc. in *Warmunda*, *Leidæ*, & *Bevervyci*, Poëta, Orator & Theologus inſignis, ut probatur ex ſcriptis ejus, quorum aliqua ex prædictis Monaſteriis eruta, recenſentur a Boxhornio in *Append. ad Holl. Theat.*

PETRUS FORESTUS, Alcmariæ natus ac erudit. nobili *Foreſtorum* familia, Medicus, Medicinam Delphis annos ferè XL. profeſſus.

NANNIUS FORESTUS, Alcmarianus, qui ſcripſit *narrationem* brevem obſidionis Alcmariæ, editam Delphis Aº. 1574.

ADRIANUS MEETIUS, Alcmarianus Bat. Matheſeos Franequeræ Profeſſor, qui fratrem habuit

JACOBUM MEETIUM, qui primus perſpicillum adinvenerit.

PANCRATIUS CASTICOMIUS, Alcmarianus, J. C. urbis Groninganæ Syndicus, mortuus Aº. 1619. ut alios prætermittamus.

Sua quoque Alcmaria intus & foris Cœnobia habuit; in his intra oppidum præcellens Minorum Obſervantium Monaſterium, conditum in loco cui *Heigeleveld* vocabulum, indè enatum, quia antè Monachorum eorum adventum VII. ibi Sacerdotes piè religioſéque vivebant. Fundatio a Jacobo La Torrio in *Rel. Rom.* aliiſque aſſignatur 12. Febr. Ann. 1447. At vetuſtus liber MS. *Prov. Col.* cujus meminit in Annalibus *L. Waddingus*, Annum Chr. 1445. ſtatuit: "quod verius, inquit "auctor iſte, puto ex litteris *Philippi Boni*, Burg. "Ducis, quibus domum hanc eo anno in ſuam "ſuſcipit clientelam."

Ex FF. Minoritis hiſce Aº. 1572. Cœnobium Minoritarum,

Gar-

Gardianus erat, Pater *Daniel Arendonck*, non incelebri *Atvaticorum*, quos *Campinienſes* nunc vocant, pago ortus. Lovanii didicerat Theologiam ab *Adamo Sasboutio*.

Joannes Nardenſis.

Pater *Cornelius Dieſtenſis*, honeſta familia opulentiſque parentibus genitus.

Ludovicus Voetz ab Aiquenne.

Duo laici, *Adrianus Goudanus*, janitor, & *Engelbertus Terborgius.*

Hi Alcmariâ Enchuſas deducti, eo anno VIII. Kal. Julii crudeliter ob avitæ fidei profeſſionem enecantur.

Eodem anno dirutum Cœnobium, poſtquam annis ferè 125. viguiſſet. Loco etiamnum nomen adhæret, Monachorum prædium, vulgò *Munnicken-erf.*

Monialium Aſceteria,

Clariſſæ pauperes, ſuum quoque Alcmariæ domicilium habuere, ad portam Geeſteranam, *Geeſterpoort* appellatam, *S. Catbarinæ* nuncupatum.

Rector earum A°. 1531. Pater *Nicolaus.*

A°. 1572. P. *Cornelius Dieſtenſis*, proximè memoratus.

Moniales aliæ, *Tertiariæ S. Franciſci*, ſedes tenuere Alcmariæ, Divæ *Virgini Mariæ* dicatas.

Rector earum A°. 1533. *Antonius Vuiſelaer.*

Rectrix A°. 1473. *Elizabeth*, *Joannis* filia.

Beghinarum Curia.

Beghinæ, inſuper Curiam Alcmariæ habuere, rotundum *Beghinaſium* * dictam.

Extra oppidum Canonicorum Regularium,

Extra oppidum, Canonicorum Regularium ſub *Heyloo*, ut ibi meminimus, Cœnobium viguit.

Senatus Alcmarianus illud in clientelam ſuam ſuſcipit A°. 1417. per haſce Tabulas:

WY Scout, Burghermeyſteren, Schepenen, Raede, die ghemene Vroetſcap, Poirtaren ende Inwonender der ſtede van *Alckmer:* Doen cond allen luyden, dat wy den Prior ende Convent der *Reguliren van ſinte Willibrorts Cloeſter* buten onſer ſteden, mit allen hoeren gueden ende beſittinghe die zy nu ter tyt hebben of in toecomende tyden vercrighen moghen, waer ende waer an die gheleghen ſullen weſen, ghenomen hebben ende nemen mit deſen onſen openen teghenwoirdighen brieve in onſer beſchermeniſſe ende beſcudde van onſen Poirtrechte: ende willenſe dair in houden ende ſtercken tot allen tyden ende over al dairt zy des behoeven ende te doen ſullen hebben nae al onſe vermoghen. Ende bidden daer om alle gueden luden Rechteren ende dyenaren bynnen ſteden ende dair buten dair des Prioers ende Convents guede voirſz. onder hoere bedrive gheleghen zyn of gheleghen ſullen weſen, dat zy den ſelven Prior ende Convent voirſz. of hore ghewairden bode ghehulpich, byſtandich ende vorderlic weſen wille tot horen rechte om onſen wille, als zy des vermaent ſullen worden, ende ons tot allen tyden weder laten beſculdighen. Want zy boven den lone dien zy onſen Here Goeden dair an verdienen ſullen moghen, ons daer zeer lieve ende danckelic an ſullen doen. In oirconde onſen brieve ende onſer ſtede zeghele tot zaken hier beneden anghehanghen. Ghegheven des zaterdaghes voir Kerſavent int jair ons Heren 1447.

* Ronde Beghynhoff.

& Carmelitarum Calceat. Cœnobium.

Aliud extra oppidum ſub *Outdorp*, ut ibi dicemus, *Carmelitarum*, ſc. Calceatorum Monaſterium A°. 1467. fundavit *Adalbertus de Raephorſtius*, Prætor Harl. Com. & Holl. Quæſtor, in loco cui *Swanegeeſt* vocabulum, infra Caſtra *Nuburch* & *Oldenburch*, aliter *Middelburch* dictum, propter tertium Caſtrum *Thorenburch*, quia medium inter utrumque locum occupat, Monachorum ponti † vicinum. *Alcm. Chron.* fundationi Annum 1469. aſſignat, deſtructumque aſſerit A°. 1572 annis a fundatione centum & tribus.

Hoſpitale S. Spiritus, & Xenodochia alia.

Inter alia pietati Monumenta, Alcmariæ viguit *S. Spiritus Hoſpitale*, in quo ad altare D. Virginis *Vicaria* perpetua, fundata per *Theodorum Rudolphi*, Presbyterum. Inſuper ibi *S. Eliſabethæ*, & aliud *S. Spiritus Hoſpitali* vicinum & non ſacratum Xenodochium, quod ad *S. Eliſabethæ* Xenodochium transferri ex ſupplicatione Conſulum ac Rectorum Alcmarienſium A°. 1569. conceſſit *Nicolaus Nova-terranus*, per ſequens Diploma:

NIcolaus, by der gratie Godts Biſſchop tot Haerlem; doen kondt eenen yegheli,cken, hoe dat Burgermeeſters ende Regheerders der ſtede Alckmaer aen ons ootmoedelicken verſocht hebben, als dat die ſtede, het Gaſthuys ſtaende aen 't *heylige Geeſthuys*, weſende een ongewijde plaetſe, ſoude mogen tranſporteren in *S. Eliſabeths Gaſthuys*, als weſende een bequame plaetſe voor de vreemde ende paſſeerende arme perſoonen, die aldaer gerieflicken ſouden mogen gedient worden, alſoo die andere plaetſe ſeer nootelicken dienen ſoude tot meerderinghe van de Koninghlijcke Majeſteyts Wage, ende profijt der voorſz. ſtede, welcken ander plaetſe maer een Gaſthuys is daer de vreemde paſſeerende man drie nachten logys hebben ſonder koſt: Soo is 't, dat wy die ſaecke rijpelijck over ghemerckt hebbende, bevinden 't ſelve grootelick te tendeeren tot profijte van de ſtadt voorſz., hebben haer-luyden geconſenteert, geaccordeert ende geoctroyeert, conſenteeren, accordeeren ende octroyeeren mits deſen, dat de voornoemde ſupplianten 't voorſz. Gaſthuys, weſende een ongewijde plaetſe, ſullen mogen tranſporteren in *S. Eliſabeths Gaſthuys*, ende het Gaſthuys imployeeren tot vermeederinghe van de Koninghlijcke Majeſteyts Wage, behoudelijck dat die renten van het oude Gaſthuys, allegader mit die meubel-goederen, t'ſamen ſullen mede getranſporteert werden, ende dat ſy-luyden voor de vreemde paſſeerende perſoonen, wederom ſullen koopen een huys by dat Gaſthuys van *S. Eliſabeth*, tot haren gerief. Aldus gedaen onder ons zegel ten ſaken hier beneden aen hangende, op ten derden Marty, in 't Jaer ons Heeren 1569.

Onder ſtondt getekent,

A. Buysz. *Not. Publ.*

Onder die copye ſtondt geſchreven,

Ghecollationeert tegens 't principael Octroy, bezegelt met een groot uythangent zegel, in ronden waſſe, ende daer mede bevonden accorderende, by my *Frans van Teylingen*, Notaris Publ. by den Hove van Hollandt toegelaten, t'oirconde mijn Subſignature,

ende was geteyckent

F. de Teylingen.

† Monickenbrug.

Ædes Sextinæ; earum conditor, proventus,

Ædes aliæ in platea prætoria, fundatæ Ao. 1510. IV. Aprilis a Præn. Dno *Theodoro*, *Simonis a Boſchuyſen*, *Sextinæ* dictæ, quia pro ſex ſenibus egenis fundatæ, juxtà Chartæ hujus vernaculæ tenorem:

EERST voor ende alvorens, ſoe es myne meninge ende uyterſte willen, dat men ſal doen timmeren twee camers, daer ſes oude arme mans inne zullen mogen woonen, of henluyden coopen twee huyſen omtrent de Kerck van Alckmaer, daer die ellix een ſchoorſten mit een privaet mogen hebben ende gebruycken, ende daer toe eenen plaetſche daer zy 't ſamen eten zullen, ende onder ende over met licht ende barning met een jonckwyf om henluyden te dienen, en al te halen dat zy behoeven, voor welck jonckwyf men ook een camerken zal doen maeken, dat zy op haer ſelven mach weſen, daer toe ick diſponeere uyt myne gereetſte goeden de ſomme van twee hondert Rins guldens tsjaers, off dat men die ſelve twee hondert Rins guldens 't sjaers coopt op zekeren ſteden off dorpen daer men 't beſte betalinge zal mogen geerygen, en dat terſtont naer myn doot.

ſubindè adauctus;

Ædes hæ ex piorum munificentia adhuc ditatæ florenis 2000. alias etiam 6000. flor.

& leges.

Inter leges ſenibus his præſcriptas, una erat, quod ſingulis diebus feſtivis in primaria Eccleſia ad ſolemne ſacrum, & a meridie ad Veſperas conveniant, preces ſuas pro animabus benefactorum effuſuri.

Sagittariorum horti.

Curia elegantiſſima cum ſagittariorum hortis hic extructa Ao. 1509.

BERGHEN,

Berghen, etymon, Domini,

A fida navium ſtatione, aliis potius a montibus, quibus ſemi lunæ inſtar a tergo obſidetur, denominatus, *Kennemariæ* pagus amplus & vetuſtus, cujus *manſos* IV. conficientes jugera XII. Egmond. Cœnobio donavit Arnoldus III. Holl. Comes. *Schoonenburgorum* olim Comitum dominium, ad particulares dein poſſeſſores devolutum, emptione ad Dnum *Zurckium* tranſiit.

Eccleſia vetuſta,

Eccleſia ejus pervetuſta, olim una ex IV. Capellis *Schorelenſi* Eccleſiæ ſubditis, vicinæ tamen Eccleſiæ mater, juxtà Chartam *Conradi*, Epiſcopi Traj. mox infra dandam, SS. *Petro* & *Paulo* Apoſtolis dicata, D. *Joannis* Ultrajecti Præpoſito ex dicti *Conradi* donatione propria erat.

Collatores,

Ex antiquo Miſſali *Bergenſis* Eccleſiæ, pridem retrò ſummum altare locato, hæc notata invenio ſub finem *Libri Rubei*, Traj. Eccl. quem teneo pergameno:

" Anno Domini 1148. Eccleſia *S. Johannis* in " Trajecto comburebatur & pro reparatione Ec" cleſiæ cum conſenſu Papæ & Epiſcopi Tra" jectenſis vendidit incolis de *Berghe*, & quin" que Scabinatibus in *Schoerle*, omnes decimas: " in ſignum veritatis & perpetuæ memoriæ da" bunt Capitulo prædicto, loco decimarum de" narium decimalem, de prædictis ſeminalibus. " &c. Acta ſunt hæc regnante *Herberto*, Epiſco" po, & *Theodorico*, Comite Hollandiæ nono.

" Concordat cum ſuo Originali de verbo ad " verbum.

Priſci,

Paſtor *Bergenſis* Ao. 1544.
Mr. HAESIUS, *Alberti* filius.

A nota defectione inhabitantes illic Paſtores fuère,

MICHAEL BRABER, Delphenſis. Sub id tempus *obtrudere ſe in curam iſtam*, juxtà Jac. La Torrium, *nitebatur Dominicanus non miſſus*.

Obiit autem Delphis dictus *Michaël*, Paſtor etiam aliquandò in *Spierdyck*, 19. Julii Anno 1673.

& hodierni ævi Paſtores.

BRUNO BRUYNS, Oldenzalienſis, Theologus Col. Paſtor in *Bergen*, ſenex vitâ defunctus 1. Julii Ann. 1688.

Ejus ſucceſſor, defuncti cognatus,

OTTO WILMES, & ipſe Oldenzalienſis, Theologus Lov. anteà Paſtor in agro Goezano.

Wimmenum, Divus Tut. Capella, &c.

In Vico *Wimmenum* Sacellum pridem, *SS. Coſmæ* & *Damiano* ſacrum, cujus Collator Abbas Egmond. Vicarius Ao. 1510. *Henricus Corput*, *Gerardi Sluyter* ſucceſſor.

WARMENHUTSEN,

Warmenhuyſe Div. Tut. Fundatio, Vicarius, Paſtores.

Kennemariæ Præf. ac Dec. pagus Parochialis, cui Patrona S. *Urſula* cum ſatellitio.

Beneficium fundatum ad altare auſtrale ejus Eccleſiæ, cujus poſſeſſor Ao. 1545. *Harck Ellerſe*, Presbyter.

Ultimum Catholico adhuc cultu obtinente, Paſtorem egit,

PETRUS BOUCKHORSTIUS, inſignis Theologus, apud Brielam, Ao. 1572. a *Lummei* ſatellitibus ob avitæ fidei profeſſionem laqueo enecatus.

Eis ab Anno 1667. ut proprius Paſtor adfuit,

HENRICUS HULSTHORST, Theol. Colon. ſenex ibi Paſtor emortuus: quem excepit *N. de Weert*.

NOORTSCHERWOUDA,

Nortcherwoudæ Divus Tut. Collatores,

& *Zuytſchertwouda*, & *Bronck*, tres Parochiæ, ſimul longus agger, vernaculè de *Langendyck* vocatæ.

Eccleſia,

Parochiæ hæ tres ad collationem pridem erant Curiæ Rom. atque S. *Joannis* apud Ultrajectum Eccleſiæ, alternis vicibus.

colapſa,

Noortſcherwoude, hodiè *Noortſcharwoud*, pridem *S. Joannis Parochia*, vernaculè *S. Jans-Kerſpel* appellata, quia Divo iſti nuncupata.

Priſci ævi Paſtor: reſtituta,

Ao. 1557. *Cornelius*, *Petri* filius, *de Warmenhuyſen*, Rector Eccleſiæ in *Noortſcherwouda*. Huic Georgius Egm. Ultraj. Epiſcopus ad uſum & reſtaurationem dictæ Eccleſiæ poteſtatem facit vendendi & alienandi bona Eccleſiaſtica, per Tabulas haſce MS.

GEorgius, &c. Dilecto nobis in Chriſto Domino *Cornelio*, filio *Petri de Warmenhuyſen*, Rectori & poſſeſſori Eccleſiæ in *Noortſcherwouda* noſtræ Diœceſis, ſalutem in Domino. Quandoquidem domus Paſtoralis dictæ ſuæ Eccleſiæ ita eſt ruinoſa, quod nemo pro ſua & ſucceſſorum ſuorum inhabitatione reparari & reædificari debeat, & quod abſque magno ſuo incommodo fieri non poſſit, niſi tibi deſuper de alicujus ſubventionis præſidio aliunde provideatur. Idcirco tam tuæ quam ſucceſſorum tuorum commoditati conſulere volentes, ſuper præmiſſis & aliis circumſtantiis ex litteris ſigillatis, quibus præſentes noſtræ litteræ ſunt ſuffixæ, ritè informati, ad humilem ſupplicationem Schulteti & Scabinorum in *Noortſcherwouda*, tibi ut certas petias terræ valoris annui redditus trium florenorum cum dimidio in dictis litteris mentionatas ad

Digitized by Google

ad noſtram præfatæ Parochialis Eccleſiæ pertinentes pro ſupraſcriptæ domus Paſtoralis reparacione & ſtructura recte fiendis perſonis quibus convenit Eccleſiaſticis & ſecularibus vendere, alienare, proprietatemque earum tranſportare in emphyteuſim perpetuam concedere libens & licite poſſis & valeas, tenore præſentium facultatem concedimus & auctoritatem. Nec non venditionem, alienationem, tranſportationem & conceſſionem hujuſmodi, poſtquam ritè factæ fuerint, auctoritate noſtra ordinaria his præſentibus approbamus & in Dei nomine confirmamus; ſalvo quod pecuniæ exinde provenientes in uſum reparationis & ſtructuræ domus ſupraſcriptæ & non aliis applicari debeant, unde nobis vel Vicario noſtro Generali intra annum a Dominica *Cantate* proxime futura computando computum & rationem fieri volumus legales noſtrarum teſtimonio litterarum Anno 155. die 2. Aprilis.

ZUYTSCHERWOUDA,

Zuytſcherwoudæ,

Hodiè *Zuydſcharwoud*, pridem & D. *Petri*, vernaculè S. *Pieters Kerſpel* appellata, quia S. *Petro* Apoſtolo dicata fuerat Parochia.

Paſtor ejus Ao. 1544. D. JOANNIS.

& Brouckæ Divus Tut.

Brouck, Kennemariæ pagus Parochialis, (alius a *Brouck*, pago Waterlandiæ) aliter *Broeck-Karſpel*, Parochiam in ſolo paludoſo deſignans, appellatus, cui Divus Tutelaris erat S. *Pontianus* Martyr.

Collatores,

HENRICUS WITTENHORST, Egm. Abbas, Eccleſiam hanc A. 1499. 2. Dec. vacantem per mortem Domini *Simonis*, contulit honor. viro Domino *Andreæ*, filio *Nicolai*, Subdiacono; eundemque nominatum præſentavit Ven. Domino *Gerlaco de Tunck*, Præpoſito Weſtfriſiæ.

MEYNARDUS MANNIUS, eandem vacantem per liberam reſignationem Magiſtri *Wilhelmi de Borſalia*, Anno 1510. 26. Dec. contulit honor. viro, Domino Magiſtro *Frederico*, filio *Matthiæ de Egmonda*, eundemque præſentavit Weſtfr. Præpoſito.

priſci ævi Paſtores,

Paſtor illic Anno 1545. Dominus JOANNES JOANNIS.

Vicaria, Vicarius,

Vicaria ibi ad altare S. *Pontiani*, cujus poſſeſſor Ao. 1545. D. *Adriani*.

Oudkarſpel, & Harinch-Karſpel. Divus Tut.

Oude-Karſpel, hodiè *Oud-Karſpel*, Eccleſia Patrono gaudebat S. *Martino*.

Dnus. JACOBUS DE DORDRACO, Presbyter, maj. Eccl. Ultraj. Canonicus, Ao. 1539. Paſtor erat in *Oude-Karſpel*, *Villagii de Langedyck*. Collator ejuſdem ſubinde Abbas Egm. qui deſignatum ad inſtitutionem præſentabat Weſtfr. Præpoſito.

Harinch-Karſpel, Patrona erat S. *Chriſtina*.

Primus a dictâ defectione pagis his univerſim inſerviit,

Paſtores poſtrc.

R. D. Mr. JACOBUS GALIUS, Harlemenſis, à Capitulo Harl. ut illius *Capituli* Acta continent, Anno 1657. miſſus in *Kalverdyck*, &c.

Et eo hinc decedente,

R. D. Mr. JOANNES GROOTE-KRUYS, Sac. Theol. Bacc. form. defunctus Paſtor in *Langendyck*, 22. Febr. Anno 1659.

Ejus ſucceſſores,

WILHELMUS FOPPENS, Bruxellenſis, deindè Paſtor & Archipresbyter Leovard.

THEODORUS PLOEG, Embricenſis, Theologus Colonienſis, anteà Paſtor in Friſia ſenex, adhuc ibi ſuperſtes.

ac moderni

Thuythenborna, pago *Hemelum* Paſtorem proprium nacta eſt,

JACOBUM GALIUM, anteà Paſtorem in *Kalverſdyck*, & Alcmariæ, ubi de eo ſermo, defunctum Paſtorem 29. Dec. Anno 1688. Succeſſores ejus facti,

JOANNES WALTERI, Theologus Lov. illic Paſtor defunctus 1. Martii Ann. 1705.

WILHELMUS SCHUT, Weſtphalus, anteà *Muydanus* Paſtor.

SCHOREEL,

Schorel; varium nomen ſitus, Eccleſia pervetuſta, aliarum matrix,

In *Inventario* bonorum Traj. *Sconrolo*, *in libro Rubeo* Eccl. Traj. *Schorla*, hodiè contractè *Schoorl*, vicus *Kennemariæ* antiquus MP. III. & paulò longius ad Septentrionem ab Alcmaria. Eccleſia huic pervetuſta, cui olim quatuor ſubjectæ *Capellæ*, quam cum Capellis his Eccleſiæ D. *Joannis* Trajecti Ao. MXCIIII. contulit *Conradus*, Ultrajectinus Epiſcopus, ex hac veteri Charta:

Collatores;

In *nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, & glorioſæ ſemperque Virginis Genitricis Dei Mariæ, & beati Joannis Baptiſtæ, & præcurſoris Domini & omnium Sanctorum.* Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus, qualiter ego *Conradus*, Trajectenſis Sedis Epiſcopus, pro remedio animæ meæ beato *Johanni*, & Canonicis ejus in Trajecto Eccleſiam *Scorla*, cum quatuor appendiciis *Capellis* conceſſi, & in perpetuum poſſidendam tradidi, ut fructus ejus ad neceſſarium veſtimentorum uſum habeant. De quatuor *Capellis* illis, una *Berga* ſcilicet matrix Eccleſiæ vicina eſt, tres aliæ [a] *Sudrekercka*, *Bernardelkercka* [b], *Aldenkercka*, ultra aquam *Sickara* ſitæ ſunt in villa *Scoilewalth*. Dimiſi autem eis omnino liberam [c] a circata, a cenſu, & ab omni Epiſcopali debito, quod prius ſolvebat, tantum ad honorem Dei & Synodalis juſtitiæ executionem Archidiacono ſuum detur ſervitium; & ut hujus meæ traditionis auctoritas ſtabilis ſemper & inconvulſa permaneat, hanc cartam fieri & ſigilli mei impreſſione roborari præcepi. Si quis autem eandem Eccleſiam a prædictis Fratribus unquam alienare vel ex his quæ conceſſi aliquid diminuere temptarit, Dei omnipotentis ira maneat ſuper eum & odio & maledictione dignus non gaudeat neque proficiat in ſuis operibus. Teſtes adfuerunt idonei Clerici, *Godebaldus*, Præpoſitus, *Luitbertus*, Præpoſitus, *Engelbertus*, Præpoſitus, *Lambertus*, Præpoſitus, *Trecbertus Poppo*, *Rudolfus*, laici, *Wilhelmus* Advocatus, *Gerardus* Comes de Mogontia, *Wichardus* Comes, *Giſbertus* & Frater ejus *Albero*, & multi alii. Actum eſt hoc Anno Dominicæ Incarnationis M. XCIIII. Indictione ſecunda, regnante quarto Henrico Imperatore, anno regni ejus XXXVIII. Imperii X. Epiſcopatûs Domini Conradi XVIII.

a forte Zuydſcherwouda.
b f. Oude-Karſpel.

Patroni ejus Eccleſiæ, ex Jac. La Torrii *Rel. Rom.* S. *Joannes* Bapt. & S. *Wilgefortis* virgo.

Divus Tut. Portio terræ,

Fabricæ Procuratores Anno 1565. libellum ſupplicem obtulêre *Nicolao Nova-terrano*, Imo Harlemeorum Epiſcopo, quò eis liceat certas terræ portiones, parum reddentes, in uſus Eccleſiæ ſuæ vendere.

c *Circata* cenſus qui ſolvitur Epiſcopo, aut Archidiacono pro viſitatione, a circum eundo dictus; ita *Langius in Gloſſario*.

Nico-

Digitized by Google

In uſum Eccleſiæ vendita.

N*icolaus*, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Haerlemenſis, dilectis nobis in Chriſto Magiſtris Fabricæ Parochialis Eccleſiæ de *Schoorl*, noſtræ Diœceſis, una cum tota ejuſdem Communitate, ſalutem in Domino ſempiternam. Nobis pro parte veſtra fuit expoſitum, quod quædam exiguæ particulæ ſive portiones terræ ad eandem veſtram Parochialem Eccleſiam ſpectantes & pertinentes, ex eo quod aliis terris communi ſulco ſive inde terminatim interjacent vili admodum pretio elocentur, & præter hoc in tantum gravatæ & oneratæ annuis impenſis in reficiendis aggeribus ac arenoſis illis marium vallis ſive ſepimentis, vulgò *Duynen* dictis, mariniſque aggeribus ſuſtinendis & reparandis, cum etiam in exſolvendis contributionibus aggerum, molendinarum aliiſque exactionibus ex variis neceſſariis & urgentiſſimis cauſis impoſitis, ut proventus ex annua earumdem locatione provenientes hujuſmodi exſolvendis oneribus minime ſufficiant, adeo quod dictæ Eccleſiæ magis proficuum foret & in evidentiorem ejuſdem cederet utilitatem, ſi hujuſmodi petiæ ſive particulæ terræ publicæ cum campanæ pulſu plus offerenti venum exponerentur, & pecuniæ inde provenientes in aliquem uſum dictæ Eccleſiæ magis proficuum converterentur: & quia hujuſmodi petiarum venditionem (ut aſſeritis) celebrare & facere non auderetis, niſi noſtra deſuper obtenta licentia & auctoritate, nobis propterea humiliter ſupplicari feciſtis, ut ad præmiſſa facienda vobis licentiam concedere & noſtram ordinariam auctoritatem eiſdem interponere vellemus & dignaremur; nos igitur hujuſmodi ſupplicationi veſtræ favorabiliter inclinati & Eccleſiæ utilitati imprimis proſpectum cupientes, de præmiſſis omnibus ad plenum informati vobis ut dictas terræ particulas ſine petias ad Eccleſiam veſtram ſpectantes publicæ venditioni cum campanæ pulſu exponere & plus offerenti vendere, ac pecuniam ex hujuſmodi venditione provenientem in dictæ Eccleſiæ evidentem utilitatem impendere, & conferre poſſitis liberam tenore præſentium concedimus facultatem & auctoritatem, nec non venditionem hujuſmodi & pecuniarum inde provenientium in ejuſdem Eccleſiæ utilitatis converſionem & applicationem ubi rite factæ fuerint, ex nunc prout ex tunc & e converſo approbamus & ratificamus & in Dei nomine confirmamus, ſalvo quod de pecuniis hujuſmodi exinde provenientibus & earundem in dictæ Eccleſiæ utilitatis converſione & applicatione debeatis Officiali noſtro, vel noſtris ad hoc deputandis Commiſſariis computum & rationes legales reddere & ejuſdem computus approbationem obtinere. Datum ſub ſigillo noſtro ad cauſas præſentes appenſo Anno Domini 1563. die verò 17. menſis Auguſti.

Decanus, Paſtores priſci, & hodierni.

Mr. THEODORUS VAN SCHOREL, Decanus *Kennemariæ* Ao. 1544.

D. PETRUS JORDANIS, ex *Schorel* oriundus, Vice-Curatus Edami 1548.

D. PETRUS, Paſtor Edamenſis, A. 1548. Paſtor in *Schorel* conſtituitur.

JOANNES GRANAET, ex Necrologo Harl. Paſtor in *Schorel*, defunctus Anno 1618.

JACOBUS ROSENDAEL, Hoogwoutanus, Sac. Theol. Bacc. form. Paſtorem in *Schorel* ſe inſcripſit in epiſtola Anno 1623. datâ ad *Nic. Nomium*, pro Cleri cauſa in Urbem delegatum. Obiit autem dictus *Jacobus* Paſtor *in de Burcht*, apud Texalienſes 16. Jan. Anno 1667.

Nepos ejus,

PETRUS CORNELII ROSENDAEL, Sac. etiam Theol. Bacc. form. *Jacobi* illic adjutor, indè Paſtor in *Nieubickswouda*, ex tabe ibi obiit 4. Nov. Anno 1661.

JOANNES BERGIUS, Sac. Theol. Bacc. form. dudùm, ut & deceſſores, [a] pago *Schorel*, viciniſque pagis *Camp*, *Petten*, *S. Marten*, & *Warmershuyſen* inſerviêre.

Proprius autem *Schorelii* Paſtor, decrepitus annorum ſenex,

LAURENTIUS RAAP, Theologus Colonienſis, hoc præſenti Anno 1717. adhuc ſuperſtes.

SCHERMER,

In antiquis Tabulis *Scurmere* numeratur inter Eccleſias, de quibus controverſia inter Epiſcopum Traj. & Abbatem Epternacenſem per tranſactionem ſopita Ao. 1113. Pagus eſt ad Meridiem quondam lacus, qui nunc eſt paſcuus ager, ab obice lacui huic objecto, *Schermer*, ſeu *Schermeer*, juxta aliquos dictus. Eccleſia pridem ad collationem erat Abbatis Egmondani. (Schermeriæ priſcum nomen, ſitus, etymon, Collator.)

Paſtor illic Anno 1505.

Mr. THEODORICUS DE OEST. Poſt eum præſentatus Dominus Mr. *Paulus de Zons*, & dein, Mr. *Zegerus de Rupa*; ſic enim habet Indiculus *Abb. Egmond.* (Paſtores, & animarum Curatores priſci, & hod. ævi.)

Henricus Wittenhorſt de Rees, Abbas Egmond. Anno 1505. *29. April. Eccleſiam Paroch. de* Schermer, *vacantem per liberam reſignationem Domini & Magiſtri Theodorici de Oeſt, contulit Domino & Magiſtro Paulo de Zons, eundemque Archidiacono Traj. præſentavit.*

Sed *Meynardus Mannius, Abbas Egm. Anno* 1513. *15. Junii, Eccleſiam Paroch. in* Schermeria *vacantem, per non promotionem Magiſtri Pauli de Zons ad ſacros Ordines, contulit Domino Zegero de Rupa, ſub obligatione impetrandi conſenſum Sanctiſſimi Domini, & penſione 20. Philipp. aureorum pro Domino Adriano de Schiedam, urbis Romæ Clerico, eundemque Zegerum præſentavit Archid. Traj. 8. Octobris.*

Vice-Curatus Ao. 1514. D. JOANNES, *Bartholomæi* fil.

Sub Annum 1656. Eccleſiæ huic deſerviit R. D. CORNELIUS A BENSCHOP.

Fanum vento valido Ao. 1612. everſum. A pago hoc, vicinus *Schermerhorn*, cujus in *Piano* Diplomate mentio, denominatur. (Fani everſio.)

GROOT,

In *Piano* Diplomate *Graeden*, a *Leeuwio* in *Bat. Illuſt.* cum *Camp*, de quo mox erit mentio, confunditur; certò vicos eos in unum conflat, *Grootkamp* vocatos. (Groot-Camp &c.)

PETTEN,

In priſcis Tabulis *Pethem*, unà ex matricibus Holl. Eccleſiis fuit, ſub qua *Capellæ* plures, ſecundùm Tranſactionem inter Epiſcopum Traj. *Wilhelmum*, & *Regimbertum*, Abbatem Eptern. Anni 1064. (Pettæ priſca nomina, matrix Eccleſia;)

Inventarium bonorum Traj. habet *Pathem*, hodiè *Oud-Petten*, ad *Kinnemi* rivi quondam oſtium M. P. X. ab Alcmaria in Aquilonem Ibi Rheni oſtia fuiſſe contendit [b] *Soetebomius* quod ab æmulo ejus [c] *Sim. Eikelenbergio* rejicitur. (ſitus, animarum Curatores,)

Poſtremi hi pagi, qui Catholicis non abundant, dudùm curantur à *Zipæ* & *Huysdunæ* Paſtoribus.

[a] *Fac. La Torrii Rel. Rom.* [b] *Saanland. Arcad. p.* 440. *&c.* [c] *Eikelenb. Weſſi. p.* 93. *&c.*

Zipe,

Zipæ ſitus,

Zipe, Weſt-Friſiæ locus *Texelam* proſpectans, hodiè continentis Hollandiæ ſeu Weſt-Friſiæ angulus penè extremus eſt ad ſinum Auſtrinum.

Zipenſi autem tractui proprius ab *Huiſdunenſibus* Paſtor annis ab hinc XL. & pluribus datus eſt,

Paſtores, &c.

THEODORUS VANDER DOES, Leidenſi ortus agro, qui relictâ ſenex & effetus Curâ iſtâ, in patrio ſolo obiit 11. Febr. Anno 1692. emeritus Paſtor.

Succeſſor ei datus,

HENRICUS POSTEL DE L'ARCHE, origine Gallus, ortu Amſtelodamenſis, Theologus Lovanienſis.

THEODORUS VAN AELST, Ultrajectinus, Theologus Lovanienſis.

C A M P,

Campii, ac S. Martini etymon,

S. Leeuwio in *Bat. Ill Groetkamp* Kennemariæ Præfecturæ ac Dec. vicus, cui ſacra S. *Barbara*, Virgo ac Martyr.

Divus Tut.

Sint Maerten, in Codice Dec. hujus M. S. *Sinte Maerten in 't Nyenlandt*, Kennem. vocatus, Kennemariæ Præf. ac Dec. pagus Parochialis, a S. *Martino*, quem Patronum colit, denominatus.

Collatores, Proventus,

Collatio erat Penes patriæ Principes, inſtitutionem dabat maj. Eccl. Ultrajecti Præpoſitus.

Paſtores avitæ, ac novit. fidei.

Cura Paſtoritia non dabat ultra VII. vel VIII. florenos Rhen. in certis. Æedituo parum veniebat ex officio.

Paſtor *Martiniane* huius Eccleſiæ A°. 1514.

D^nus NICOLAUS BUYSER.

NICOLAUS SCHELTUS, ille, an alius, ad partes alienigenarum tranſiit.

B O R C H.

Texla ampliſſimi pridem tractus, ubi portus percommodus,

Teſſel, aliàs *Texla*, aut etiam *Exela*, tractus olim ampliſſimus fuit, juxtà *Ottonis* III. Diploma Anni 985. XII. millibus paſſ. * longa, VIII. ubi ſe maximè pandit, lata, complexus ambitu omne illud terrarum, [b] quod ultrà *Kinnemum* & *Tham* intrà *Oceanum*, *lacum immenſum* & *Salam* inferiorem eſt; diviſus in tres Comitatus, quos

prima dignitas,

eâdem largitione ſimul omnes in Theodoricum II. profudit Imperator. Præter *Texlam* fortè, & *Wiringiam* Inſulas hodiè ejus vix quidquam ſupereſſe opinio eſt. Inter illam, & Huisdunios portus ille omnium profundiſſimus ex *Fluvo* effluens.

Texelæ Inſula partim arenariis tumulis, partim aggeribus adverſus Oceani furorem munita, magnâ parte compaſcua, ingentes ovium greges

vici;

nutriens, vicos [c] VIII. numerat; inter hos, *Weſteynt*, *Ooſt eynt*, *de Il eele*, *'T oude Schilt*, & *Borch*.

In his Burgum,

Borg municipium ejus inſulæ ampliſſimum & pulcherrimum, eodem cum oppidis jure & Magiſtratibus gaudens, per errorem in Piano Diplomate *Torghe* dictum, a *Burgo* ſeu arce illic olim ſtructo denominatum, in quam Wilhelmus I. Comes relegavit *Adam*, defuncti fratris filiam Anno 1211.

Fanum ejus præſtans,

Eccleſia illic præſtanti turri conſpicua eſt; quam quidam, & inter hos publicus ibi verbi Miniſter S. *Joanni Bapt.* nuncupatam hoc fun-

Div. Tut. Collatores,

damento adſtruunt, quod encœnia & mercatus tribus antè D. *Joannis* feſtivitatem diebus auſpicium illic ſumant, & tribus indè diebus finiant. Sed ex Codice MS. *Georgii Egmondani*, Traj. Epiſcopi, didici, Eccleſiam hanc S. *Sixto*, Rom. Pont. dicatam, quæ Hagienſi D. *Mariæ Capitulo* temporibus Philippi Burg. fuit unita.

Paſtor A°. 1548.

Priſci ævi Paſtor.

D. ALBERTUS GERLACI.

Eccleſiam hanc ab interdicti reatu ob ſanguinis effuſionem incurſo, ſolvit *Georgius Egmond.* ſequenti Diplomate:

GEorgius, &c. Notum facimus univerſis quod nos interdictum Eccleſiaſticum ſive ceſſum divinorum auctoritate ſacrorum Canonum ac ſtatutorum Provincialium & Synodalium in Parochia *dit Burch in Texalia* noſtræ Diœceſis ex eo quod alias nonnulli ſeſe mutuo in cœmeterio Eccleſiæ ibidem invaſerunt, & uſque ad ſanguinis effuſionem vulnerarunt, latum & obſerva-

ſacrorum interdictum ſolutum.

tum ſit per nos relaxandum denuo adhuc ad annum proxime futurum a data præſentium ſub ſpe ejuſdem & ſatisfactionis auctoritate noſtra ordinaria in Dei nomine ad lapidem duximus & tenore præſentium relaxamus: inſuper dilectis nobis in Chriſto Procuratoribus contubernii S. *Annæ* & Eccleſiæ *de Burch*, & in altari ſanctæ *Annæ* ibidem ſuper lapidem portatilem conſecratum divina Miſſarum Officia per quemcunque Presbyterum per eas aſſumendum durante triennio a data præſentium computando, celebrari facere poſſint & valeant, ipſis tenore præſentium licentiam concedimus & facultatem impertimur harum, &c.

Altaris; contubernium, Vicaria, &c.

Altare illic, ut ex Diplomate hoc confirmatur *S. Annæ*, & ad ejuſdem *D. Annæ* honorem contubernium. Altare ibid. *S. Jacobi*, & ad illud *Vicaria* ad collationem Holl. Com. cùm onere duarum Miſſarum per hebdomadam, reddens XVI. flor. Rh. Vicarius 1554. *D. Wilhelmi Theodori*.

Vicarius;

Contiguum, S. Agn. Aſceterium, in Orphanotrophium verſum,

Contiguum olim Eccleſiæ iſti Virginum Cœnobium, cum æde ſacra, S. *Agneti* dicata: illud in Orphanotrophium tranſiit; ædes ſacræ, cujus ſolæ reliquiæ ſuperſtant, in columbarium verſæ.

Ædes S. Spiritus;

In veteri ejus Inſulæ Codice MS. Ædium S. *Spiritus* eſt mentio; ex quo conjectura eſt tales illic olim ædes viguiſſe: quæ & ex hoc firmatur, quod *Cameræ*, vulgò S. *Spiritus* dictæ, illic hodiè numerentur.

W A E L,

Weele; vetuſta Eccleſia. Divus Tut. Collatores, Paſtores priſci. Proventus,

Hodiè *Weele* Eccleſia eſt, cum turri pervetuſta, ad nominationem Holl. Comitum, S. *Odulpho* conſecrata; inſtitutio petebatur a maj. Ultraj. Præpoſit. Paſtor ibi A°. 1529. *Jacobus Cornelii*, per liberam reſignationem *D. Joannis de Wyt*, A°. 1514.

Mr JOANNES DE WITTE.

Ad Curam tum pertinebant VI. jugera: abſenti veniebant IIII. libræ. Ibi & ædes S. *Spiritus* pri-

Ædes S. Spiritus;

dem viguiſſe, ex dicto Codice Inſulæ *Texelienſis* conſpicuum eſt.

O E S T E R E Y N D E,

Ooſtereinde ſitus, Divus Tut. Collatores; lis circa collationem,

Vulgò hodiè *Ooſterend*, a ſitu ad Ortum nomen ſortitus pagus Parochialis, dudùm turri etiam gaudens & Eccleſia, Divo *Martino*, Turonum Epiſcopo, ſacrâ, cujus collatio pridem penes Holl. Com Subinde lis circa collationem orta inter Comit. horum *Præfectum*, & Harl. Eccleſiæ *Vice-Curatum*, qui eandem ex donatione *Yſelſteini* Domini, tamquam Hollandiæ Præfecti, ac dein jure devoluto ſe impetraſſe contendit. Inſtitutio ab Ultrajectino petebatur Archidiacono.

* *Ubbo Emm. rer. Friſic. l. 1. p. 13. & l. 2. p. 31.*

b *M. Alt. not. Germ. inf. part. 2. p. 170.* c *Emmius ibid.*

Proventus. Cura Paſtor, cum omni onere valebat LX. ſeu LXX. flor. Rhen. annuè; abſenti veniebant IIII. libræ gr. Æditui munus ab Holl. Com. conferri ſolitum, ad quod dimidium jugeri pertinebat valens abſenti III. flor. Rhen. annuè. Illud Anno 1514. tenebat D. *Zybrandus*, *Jacobi* fil.

Weſtereyndt pagus dudum Præt. matrix Eccleſia, Collatores. Cenſus, Priſci ævi Paſtores, ac æditus. *Weſten* ſeu *Weſtereyndt*, pagus ei Inſulæ ad occaſum, olim nominatiſſimus ac Prætorius, cujus Eccleſiam tractus iſtius matricem, jus ſepulturæ, matrimonii ac baptiſmi dudùm obtinuiſſe fama eſt. Hujus collatio, & inſtitutio pridem penes eoſdem. Ad Curam A°. 1514. pertinebant XVIII. jugera, domus, & XXII. portiones terræ, *Loepel Geerſten* dictæ.

Paſtor illic A°. 1514

D^nus WILHELMUS AB ALCMARIA, cui abſenti indè veniebant LX. flor. Rhen. annuè.

Ædituum quoque ſtatuere ſoliti Holl. Com. qualis A°. 1514

LUTGERUS GERARDI, cui cedebant abſenti 4. flor. Rhen.

Turris, &c. Conſpicua turris, Fani veteris rudera, cœmeterium ac oſſium monumenta, quæ hodiè adhuc ſuperſtant, pagi antiquitatem deprædicant.

Hoornæ Capella, &c. Cogen, &c. Prætorium ejus ad vicum *Hoornam* tranſlatum. Huic olim tantùm *Capella*, *Weſteindæ* Eccleſiæ ſubjecta; modò Fano cum turri gaudet.

Coogenſi pago fanum eſt ſine turri, extrà ſitum, intrà turricula ſola cum horologio lignea.

Divi ejus Tutelaris, non eſt memoria.

's Oude-Schild, etymon, *'T oude Schilt*, aliis *'t Schil*, quaſi littus antiquum, fanum & turrim habet, a Calvino-Reformatis, ſub quibus pagus hic primùm emerſit, extructa.

Fanum novum, &c. Inter pagum hunc, & *Burgum* municipium, vetus in colle excelſo ædificii monumentum, de quo hæc comperi ex Tabulis & Codicibus antiquis:

Collis excelſus, D. Catharinæ pridem ſacer, &c. Anno Dom. 1481. *Collis excelſus* (hoc colli pridem nomen) complanatus, in cœmeterium aptatus, in eoque *Capella* condita fuit.

Ann 1482. prima Miſſa, in profeſto omnium Sanctorum in ea celebrata. S. *Catharinæ*, cujus etiam hodiè nomen gerit, nuncupata fuit *Capella*. Moles ædificii etiamnùm reliqua, modò in ædes ac tabernam verſa eſt.

Templariorum ædes vetuſtæ, earumque monumenta. Extant demùm in hac Inſula monumenta veteris Monaſterii Templariorum, quod Anno 1312. cum hi per orbem Chriſtianum eradicarentur, & hîc deſtructum fuit.

Monaſterium hoc in ore colonorum verſatur, & ſitum habuit, ubi modò eſt *Gerardi* terra, vulgò *Gerrits-lant*.

Monachi hi terras eas tenebant, quæ hodiédum Monachorum terræ, *Monicken-landen*, appellantur; iter & ambulatio ad Cœnobium, adhuc *Monicken-laen*, nominatur.

Miſera Inſulæ pridem facies. Miſera Inſulæ illius ſub innovatæ Religionis tempus erat facies. Ex quadam *Nic. Vigerii*, Harl. Presb. &c. ad illam viſendam deſtinati, quam tenemus epiſtolâ, Sacerdotes qui eam incolebant, ab avitâ fide devii, ſecularia munia, uti Scribæ, vulgò *Secretarii*, obibant. Unus, utpote decrepitus ſenex, miniſterii adimplendi erat impar. Alter, qui verbo & dicendi arte pollebat, vitæ erat licentioſæ.

Catheciſmus in ejus inſtructionem adornatus. *Guil. Lindanus*, Rurem. tum Epiſcopus, *Texelienſibus* in fide avitâ retinendis Catechiſmum, cujus teneo exemplar, Anno 1566. adornavit.

Paſtores eidem muneri deſtinati, qui & *Flevolandiæ* ſeu *Flielandiæ* Inſulæ, ubi nulli hodiè Catholici, ſuccurrebant, in pago *de Burcht* ſedem habentes, hi fuêre;

M^r. JOANNES VANDER MEYE, Paſtor, & quaſi fundator libertatis *in Texel*, defunctus 29. Junii, Anno 1633.

M^r. PETRUS COETZIUS, Sac. Theol. Bacc. form. ſecundus Paſtor *in Texel*, qui diem ibi clauſit extremum 9 Martii Anno 1635. Noviſſ. ævi Paſtores, & animarum Curatores.

FLORENTIUS CRYTBERCH, qui *amplius mille communicantes*, ex *Relatione* Phil. Rovenii Ann. 1638, illic numerabat,

JOANNES TWISTH, de quo hæc in Actis Capituli Harl. Tranſlato in *Crommenyam Twiſchio*,

"Anno 1647. die 29. Aprilis in Capitulo ordinario relatum eſt *Texelæ* optime eſſe cum Domino *Twiſt*, fidelibus id cum lacrymis & gratiarum actione coram Domino Præpoſito teſtantibus.

"Anno 1657. 4. April. in Capitulo ordinario reſolutum eſt, mittendum in *Texeliam* Dominum *van Baren*."

BRUNO JOANNIS, Inſulæ *Texeliæ* Paſtor, habitans in pago *de Burch*, quique & Inſulæ *Flielandiæ* pridem ſuccurrebat, indè Paſtor in *Ryp* & *Graft*, obiit Amſtelodami menſe Nov. Anno 1661.

M^r. JACOBUS HOOGWOUT, Paſtor in *de Burch*, obiit 16. Jan. 1667.

EDUARDUS VAN TEYLINGEN, indè Paſtor in *Heylo*, illic, ut ibidem vidimus, defunctus,

ANDREAS SILVIUS, Sneecanus primum, & inde relegatus A°. 1657. Paſtor in *Texel*, octogenarius mortuus Amſtelodami menſe Febr. Anno 1692.

HENRICUS COOL, Turnhoutanus, Theologus Lovanienſis. Huic poſt impenſum illic 18. annos magna cum laude miniſterium, *Turnhoutam* diſcedenti, ut *Begbinarum* Curiæ eſſet Præfectus, ubi & mortuus eſt, ſucceſſor datus,

THEODORUS WITZENBURCH, Goudanus, indè Paſtor in *Friſonum* agro, & dein in patriâ urbe; ubi 28. Martii A°. 1717. mortuus eſt.

AMANDUS VERSCHUREN, Gelro-Brabantus, Sac. Theol. Bacc. form. Inde Schiedamum evocatus, ibi etiamnùm degit.

AMBROSIUS AUGUSTINUS SCHEUNINCK, Amisfurtius, Theologus Lov. anteà Paſtor in Territorio Traj. *Hoeglandiâ*, Amisfurto vicinâ. Ultrajectum ad S. *Jacobum* evocatus, ibi obiit A°. 1715. ſub finem menſis. Dec.

Huſidina, cujus memoria in *Invent.* bonorum Traj. Eccl. vulgò *Huyſduinen*, vicus *Texelæ* Inſulæ oppoſitus, *Weſt-Friſiæ* continentis extremum.

Hujus marinis undis dudùm abſorptæ Eccleſiæ, Patronus erat S. *Nicolaus*. Extat etiam campana S. *Nicolao* inſcripta.

Fideles Catholicos, qui illic, & in vico *de Helder*, ad quem ſtatio navium percommoda, magno numero degunt, ab aliquot annorum luſtris curavêre,

D^nus ADRIANI, qui Anno 1667. obiit, relictis ex legato Eccleſiæ iſti 800. florenis.

JOANNES PIES, indè Paſtor in *Calſlagen* & *Cuddelſteert*, ubi & è vita deceſſit, ut illic vidimus.

CORNELIUS BROUWER, Borealis Hollandus, Sac. Theol. Bacc. Formatus, poſt 17. annorum labores, *op de Helder*, juxtà *Neer. Harl.* defunctus 13. Martii Ann. 1682.

JO-

JOANNES STEUR, anteà Paſtor in *Ilpendam*; diſceſſit Coloniam, ubi & vitâ defunctus eſt.

ELIAS SWEERS, Amſtelodamenſis, Theologus Lovanienſis, poſt annos ſeptem & medium illic exactos, Paſtor in *de Helder*, defungitur 9. Sept. Ann. 1691. Hunc excepit,

JOANNES HEYKAMP, origine Weſtphalus, ortu Lugduno-Batavus, Theologus Lovanienſis, Sac. Theol. Bacc. Paſtorem illic ab A. 1691. agens, ex inopinato caſu obiit 10 Sept 1717.

Wieringæ etymon,

Wieringa, *Texelenſis* pagi quondam pars continens, forte & Comitatus, ſeculo XIII. primum avulſa, & ſenſim imminuta, Inſula jam modica eſt. In Inventario bonorum Trai. Eccleſiæ villa *Wieron*, hodiè *Wieringia* appellata, ab alga maritima, quam Noſtrates *Wier* vocant, ita dicta, fertili admodùm ſolo & cultò ſita, ubi plures & excellentes oves aluntur.

Pagi V.

Pagos quinque cum totidem Fanis complectitur.

Ooſterl. Parochia duplex, Divus Tut. Collatores,

Primus in Cod. MS. Eccl. Traj. *Oiſtelandt*, hodiè *Ooſterlandt* dictus. Hujus Parochia D *Michaeli* Archangelo ſacra in duas partes diviſa: collatio utriuſque, uti & Æditui, erat penes Holl. Comit. inſtitutio penes maj. Eccl. Ultraj. Archidiaconum.

Proventus,

Quælibet portio cum omni onere annuè ferè valebat XL. flor. Rhen. Prioris Curatus Ao. 1514. Dnus *Alardus*, *Theodori* fil.

Paſtores priſci.

Alterius *Bartholomæus Naegel*, Alcmariæ degens, cui abſenti veniebant III. ſeu IV. floren. Rhen.

Ao. 1544. Paſtor ibi

PETRUS JOANNIS OSSEWEYER.

Weſterl. Parochiæ Div. Tut. Rectores, Cenſus.

't Weſterlandt, in Cod. MS. Eccl. Traj. hodiè *Weſterlandt*, contractè *'t Weſten*, vicus Parochialis, Divo *Nicolao* ſacer, cujus collatio ac inſtitutio penes eoſdem. Hujus Rector Ao. 1514. D. *Bernardus*, *Ybrandi* fil.

1544. *Cornelius Petri.*

Ad Curam Paſtorit. pertinet domus & libra ex agrariis reditibus, valetque cum omni onere annuè circa L. flor. Rhen.

Stroet, varium nomen. Divus Tut. Cenſus. Paſtores,

Stroet, hodiè *Stroot*, antiquitus *Strude*, *Wieringiæ* vicus Orientali in littore olim peramplus; cujus Parochiæ D. *Willibrordo* ſacræ, collatio & inſtitutio penes eoſdem. Cenſus ejus tenuis, XV. florenos ex reditibus non excedens annuè.

Paſtor, qui hinc vitam non poterat ſuſtentare, abſcurrerat Ao. 1514.

Ao. autem 1544. Paſtor ibi *Hillebrandus Joannis*.

Vicaria,

Vicaria in Eccleſia hac ad altare D. *Virginis*, quam Holl. Comites quoque conferebant, inſtitutionem dante prædicto Archidiacono, cum onere IV. Miſſarum per hebdomadam, valens in loco circiter XV. flor. annuè.

Vicarius.

Vicarius Ao. 1514 *Everardus Theodori.*

Hyppelshoef. Divus Tut. Perſonatus,

Primarius pagus *Ypelhoeff*, ex Cod. Traj Eccl. MS. vulgò *Hippels-hoef* dicitur, quaſi *Hippolyti* aula, ab Eccleſia ſub *S. Hippolyti* nomine Deo dicata.

Collatores, Proventus. Priſci,

Perſonatus in hac D. *Hippolyti* Eccleſia, quem in *ſuo turno*, ut loquitur Codex MS. ſeu alternis vicibus conferunt Romanus Pontifex, & *S. Mariæ* Ultrajecti Collegium.

Eum 1514. tenebat Mr. *Joannes a Groeſſel*; cui inde in abſentia veniebant XVI. libræ gr. annuè.

In eadem Eccleſia *Cura* pridem fuit, ad ejuſdem *Perſonæ* collationem.

Unus ſolùm *Wieringiæ* toti 1517. erat Ædituus.

Duo hodiè Acatholici miniſtri pagis hiſce deſerviunt.

Agrum integrum *ſub maxima perſecutione*, ex Jac. La Torrii *Relatione*, primus à mutato regimine excoluit,

ac noviſſ. ævi Paſtores.

STEPHANUS BODECKER, Borealis Hollandus, in *Ryp* & *Graft* defunctus 8. Martii 1658. Poſt eum

GUILIELMUS SYBRENDI, Schellinckhoutanus, Theol. Lovanienſis, Sac. Theol Bacc. form. *Jacobo La Torrio*, Arch. Eph. quondam a ſacris, vincula ibi & carceres perpeſſus, deſtinatus in *Swaeg*, ubi & Paſtor obiit 1. Septemb. 1690.

Dnus REINERI.

CORNELIUS HENSBREE, Paſtor *Wieringanus*, defunctus 2. Jan. 1670.

R. D. Mr. MAURITIUS, ex-Paſtor in *Wieringe*, Ultrajecti defunctus 8. Jan. 1676.

JOANNES BROEDER, Theologus Lovanienſis, indè Paſtor in *Hem*.

ADRIANUS LEMMIUS, Brabantus, Sac. Theol. Bacc. form. indè Paſtor in *Lamwerſchagen* defunctus.

JACOBUS VINCENT, Amſtelodamenſis, Theologus Lov. aliquandò in *Bameſtra* Paſtor, indè Romam profectus, ubi Sacellanum agit in Xenodochio *S. Spiritus*.

ANDREAS SCHUERMANS, ex Machliniæ pago Brabantus, dudùm Vice-Paſtor Roterodami; indè Paſtor tantiſper in *Nieukoop*, *Rhenolandiæ* pago. Sed cùm colonis minus illic gratus eſſet, *Wieringam* miſſus, eâ Curâ ad breve quoque tempus adminiſtratâ, in natale ſolum revertitur; ubi & obiit.

Wieringani tunc à *Matthia Ooſterlingo* tantiſper adjuti. Hos animarum Curatores ſucceſſivè exceperunt,

ANTONIUS VANDER STEEN, ex inferiori Batavia-Gelrus.

MARTINUS CROMSTREYE, Ryſwycanus, modò agens in *Leydſendam*, fideles ejus loci & *Veurenſes* curans.

PETRUS DE RUYTER, Borealis Hollandus.

JOANNES KELDER, Leidenſis, variis locis anteà operarius, inde Slotam in Friſiam miſſus, ubi obiit Ao. 1717. menſe Octob.

VLIELANDT,

Latinè *Flevolandia*, æſtuario *Flevi*, & *Oceano* interjecta, longitudine *Texelæ* par, ſed multò anguſtior in ortum ſolſtitialem, duobus vicis habitata, quam *Scellinga* excipit oſtio *Flevi* præcipuo. — Vlielandiæ ſitus,

Parochia, Collatores;

Parochia ibi, ſtante Cath. cultu, cujus collatio penes patriæ Principes, *Officialis* Ultrajecti in munus immittebat. Curato aderat Vice-Curatus. Is erat Ao. 1514. Dnus *Engenbrechtus*, *Wilhelmi* fil. Roterodami incola, cui abſenti veniebant VI. libræ annuè. Cura Paſtorit. cenſus eos non conferebat; ſed agrarii id tribuebant, ut probus eis eſſet Vice-Curatus; quia campi, in quibus XV. vaccæ ali ſolent, abſumpti. Ad Curam pertinet Capitatio in VIII. capita, tam *Beſtiarum*, quam hominum diſtributum, florenus Philipp. unus & butyri paululum; ſic ut cum omni onere valeret annuè circiter XC. flor. Rhen.

Vice-Curatus anno eodem D. *Fredericus Egberti*. Æditui, quem agrarii cum Magiſtris Fabricæ ſtatuebant, nulli certi reditus aſſignati.

Per novarum Sedium erectionem *Flevolandia* Harlemenſi ſubſtracta, Leovardienſi eſt addita; cui nulli vel pauci certè Catholici hodiè ſuperſtites, quibus a *Texalienſi* Paſtore dudùm ſubventum.

Digitized by Google

PROVISORIA,
SEU DECANATUS AMSTERLANDIÆ.

ANTIQUA ECCLESIA *in Amſterdam*,
NOVA ECCLESIA *ibidem*,
OUDE AEMSTEL, aliàs *Ouwerkerck*,
AMSTELVEEN,
BOECKESLOOT,
HOLENSLOOT,
YLPENDAM,
PURMERLANDT,
PURMEREYNDE,
EDAM,
EREN, aliàs *Cadyck*,
MEDELYE,
WEERDE,
MONICKENDAM,
MERCKER-HOFF,
BROECK,
LUTTICKHOEFFSHUYSEN, aliàs *Oeſthuyſen*,
RANDORP *duæ portiones*,
SCHELLINCKWOUDA,
ZUYDERWOUDA,
LANTSMEER,
ZUYDERDORP.

ANTIQUA ECCLESIA IN AMSTERDAM.

Amſtelodami etymon, conditores,

AMSTERDAM, Latinè *Amſtelere*-vel *Amſteledamum* Decanatus, hujus caput, cujus ultima memoria in Diplomate Florentii V. Anni 1275. a fundatoribus *Amſteliis*, atque a fluvio *Amſtela* & aggere, patrio idiomate *Dam* derivatum, a parvis Initiis, maximè poſteriori ævo excrevit in emporium totâ Europâ celebratiſſimum.

Petrus Opmeerus, ea in urbe natus, natalis oppidi initia, progreſſus, encomia, diſſidia, latius deſcribens, hæc dicta eum in modum confirmat[a]:

„ Hoc Anno 1304. mortuo jam *Joanne*, *Florentii* „ filio ultimo ſtirpis Comitum Hollandiæ, ab exſi- „ lio redux *Gisbertus Amſtelanus* Toparcha, quo „ ſibi ſeni prope ætate confecto ac bello infeli- „ ci contra Hollandorum ſævitiem tutum habe- „ ret receptaculum, *Amſtelredamum* pontibus „ junxit ſubliciis, foſſaque & aggere, nec non „ ligneis turribus munire cœpit. Eoque mortuo „ & *Amſtelanæ* nobilitatis poſteritate ſe metu ad „ plebem conferente civitas a *Joanne Hannonio*, „ conceſſa fuit fratri *Guidoni* [b], viro tantæ mode- „ ſtiæ, ut cùm evocatus jam eſſet Epiſcopus Ul- „ trajectenſis ad Concilium Viennenſe, oblatum „ *Cardinalatus* Galerum a Clemente Pontifice „ quinto excipere recuſaverit, dicens ſe tanto „ honore indignum, & imparem oneri: admi- „ rante præcipuè Philippo Pulcro Gallorum Re- „ ge. Hic ergo moriens eam reliquit hereditariam nepoti ex fratre *Guilielmo Hannonio* cog- „ nomine *Bono*, in quo Juſtitiæ ne prius mire- „ ris an pacis artis, bellive labores incertum eſt. „ Qui cum immunitatem teloniorum ob damna „ bellorum cauſâ perpeſſa bis a Florentio V. Co- „ mite decimo ſexto confirmaſſet, atque civita- „ tem legibus municipalibus atque privilegiis or- „ naſſet, breviſſimo tempore ædificiis ac conve- „ nis uſque aucta fuit, & divitiis locupletata, re- „ ligioneque decorata, ut ægrè ulli ceſſerit civi- „ tati inter Rhenum & Albim. Quamquam fere „ diſcordiâ ſemper laboraverit: ita ut civis ejus „ clariſſimus *Cornelius Crocus* ſolitus ſit de ea di- „ cere, *Diſſidio creviſti*, *diſſidio peribis*. Et Phi- „ lippus Dux Burgundus, quo oligarchiæ obve- „ niret, æquis partibus ex factione, quæ ab A- „ ſello piſce nomen traxit, & ea, quæ ab Ha- „ mo Magiſtratus conſtituit duodecimo Kal. De- „ cembris Anno 1445. Voluitque diem illum „ publico epulo quotannis celebrari. Porrò civi- „ tati nomen datum fuit ab amne *Amſtela*, ſta- „ tione fida carinis, atque aggere, per quem ſe „ fluvius duobus emiſſariis exonerat in lacum. „ Quod ſuo epigrammate lepidè expreſſit *Nico-* „ *laus Cannius*, Poeta & Theologus, cùm eam „ *Cornelius Antonius*, Geographus veri ſimilitu- „ dine exactè depinxiſſet, ambo clari cives:

ſplendor, diſcordia,


Hæc illa eſt Bataviæ non ultima gloria gentis,
Amnis cui nomen, cui cataracta dedit:
Dicta prius Damum raris habitata colonis,
Cum contenta caſis ruſtica vita fuit.
Hinc Amſterdamum jam facta celebrior, atque Laus,
Fortunæ crevit tempore nomen item.
Urbs benè nota prope, atque procul diſtantibus oris,
Dotibus innumeris ſuſpicienda bonis.
Dives agri, dives pretioſæ veſtis & auri,
Ut pleno cornu copia larga beet.
Quidve Tagus atque Hermus vehit & Pactolus, in unum
Verè hac congeſtum dixeris eſſe locum.

Diutius, juxtà eundem *Opmeerum*, *civitas* hæc ſtetit pro avita fide Cath. eratque *receptaculum Sacrarum Virginum, ac azylum piorum ſacerdotum.* a conſtantia maximè in avita fide.

Eccle-

[a] Pet. Opmeer. p. 674.
[b] Bat. Sac. part. 1. p. 173.

Digitized by Google



Primaria Eccleſia; Eccleſia urbis ejus antiqua, *SS. Joanni* ac *Nicolao* nuncupata, *veteris lateris* hodié-dum dicta, primitus & Eccleſia in *Nier-Amſtel*, ex priſcis Codicibus, ſigillatimque ex Codicibus MS. Cœnobii Canonicorum Regul. ad urbis ejus mœnia instituti, fuit appellata; quaſi dicas *Nieu-Amſtel*, ad diſtinctionem vicinæ, & veteris Eccleſiæ, quæ hodié-dum *Oude-Kerck*, pridem etiam, ut teſtatum faciunt Codices MS. Eccl. Traj. *Eccleſiæ* in *Oust-Amſtel* nomen habuit.

priſca ejus vocabula, Divi Tutelares.

Initia. Initia, conditionis annus, ut & conditores ejus incerti. Eandem tamen antiquitate medium ſeculi XIV. præceſſiſſe, perſpicuum fit ex ſequenti *Joannis*, Ultrajectini Epiſcopi, Diplomate, quo Anno 1369. ejuſdem Curato, &c. indulget, ut ſupremum in Choro altare, vetuſtate collapſum, refici, confractumque reſtaurari poſſit:

Antiquitas.

JOhannes, Dei gratiâ Epiſcopus Ultraject. Dilectis nobis in Chriſto Domino, *Johanni de Daventria*, Curato Eccleſiæ Parochialis in *Aemſterdam*, noſtræ Diœceſis, nec non Procuratoribus Fabricæ ejuſdem Eccleſiæ, ſalutem in Domino ſempiternam. Ut ſupremum altare Chori ſupradictæ Eccleſiæ manibus veſtris, Domine *Johannes* præfate, prius coappoſitis, licitè frange * ſeu frangi face †, eoque in melius reformato, ſuper eodem in lapide portatili conſecrato, divina Miſſarum Officia, per quemlibet Presbyterum idoneum, dum tamen aliud Canonicum impedimentum non obſiſtat, licitè poſſint celebrare ſeu facere celebrari: vobis & eidem Presbytero infra hunc & Diem natalem beati *Johannis* Baptiſtæ proximè affuturum incluſivè tenore præſentium concedimus facultatem, harum noſtrarum teſtimonio litterarum. Datum Anno Domini 1369. menſis Decembris die ſecunda.

* frangere. † facere.

In Choro majori S. *Nicolai* fulſit ex auro effigies, Ao. 1578. ad nummos qui etiamnum viſuntur conflata. Extra Chorum hunc conditum *S. Domini ſepulchrum*, ubi Crux ac omnis generis Eccleſiaſtica ſupellex, in ſupplicatione circumferri ſolita, pridem ſervabatur. Chorus major,

Præter Chorum hunc majorem, Chori etiam minores ſeu Sacella ad Boream ex Occidente vergendo verſus Auſtrum, atque in ambitu erant ſequentia: Chori minores,

Sacellum *Hamburgenſium*, ab illis fundatum, cum *Hanſeaticorum* oppidorum ea in urbe primum vigeret commercium. *Ooſterlingiis* pridem Amſtelodami defungentibus locus ibi ſepulturæ. Ad ejus conſpectum *Pauli Wirtſii*, armorum hic Præfecti 5. Junii 1674. Hamburgi defuncti monumentum, cui æreis litteris inſcriptum: Sacella; Hamburgenſ. &c.

Fortunæ & Martis ſoboles, Equitumque Magiſter W I R T Z I U S,
invictus Regibus hic ſitus eſt.

Intra Chorum *Wilhelmi Zaenii*, ab Algerianis, dum eos inſequeretur, in Mari Mediterraneo occiſi monumentum. monumenta:

Sacellum *Nautarum intra*, & *extra regionem*.

. . . *Plumatorum emptorum.* *

. . . *S. Hieronis*, proximè ad valvas Septentrionales, cum altari Divo iſti nuncupato; fundato Anno 1450. a *Petro*, *Gysberti* filio. Sacell. S. Hieronis

* Veetkoopers.

Cujus hæc eſt fundatio :

Ubi ad ejus honorem fundatio,

WY *Dirck Boelizen* ende *Grebber Dirckſz.* Scepenen in Amſterdam, oirconde ende bekennen dat voir ons quam *Peter Gysbertſz.* ende geleyde dat hy ter eeren Gods, ſijner waerde Moeder der glorieuſer Maget *Marien*, *St. Jacob* ende *St. Peter*, der H. *Apoſtelen* ende *St. Nicolaes*, ende tot zaligheyt ſynre zielen, geſtigt ende gemaeckt heeft een outaer en Cappelerye, in *St. Nicolaes* Parochie Kerk by de Noorder Deur en die Muer, deurende tot eeuwigen dagen; ende heeft daer toe gemaeckt deſe navolgende renten, eerſt: twe Franckrykſe ſchilden; item een halve Franckrykſe ſchilt; item noch een halve Frankrykſe ſchilt; item ander halve en een quart Frankrykſe ſchilt. Voort ſoo heeft *Gerrit Wedige* zalige gedachte gemaeckt tot den voorſz. outaer 3. Franckrykſe ſchilden alle jaerlyxſe renten, in alle ſcheyn die proper brieven dat uytwyſen en begrepen hebben, die wy daer af geſien hebben. Voirt ſoo gelove *Peter Gysbertſz.* voirt den armen Huyſſitten-meeſters byde zyde te verneugen van hondert Wilhelmus ſchilden, dair zy wail mede te vreden zyn. Voirt ſoo hebben de Huyſſitten-meeſters an beyden zeyden voirſz. die outaer aengenomen na *Peter Gysberts* doot te houden ende te belighten met de voorſz. renten, op te beurende en een goeden Prieſter dair op te ſetten, die onberuſt ſal weſen ende van goede zeden, ende ſes Miſſe ter weeken dair op te doen, indien hys van ſtaen wair, over wairt, dat *Gysbert*, *Peter Gysbert* zoens zoens eenige kinders of kints kynder hum lieten, die tot Prieſters ſtaet quamen, dio ſullen die voorſz. autaer bedienen ende belichten mit die ſelve renten op te beuren tot haere behoef: en indien dat zy 't deugdelyk bewaerden ende die Miſſe daer op deden, ende of zy dat niet doen en wouden, ſoo ſullen die Huyſſitten-meeſters eenen goede Prieſter dair op ſetten die hum believen, ende tot welketyden als die Huyſſitten-meeſters believen ſoo ſullen zy die Cappelaen affetten mogen ende hum ſijn loon geven na verloop van de tyt, dat hy gedient heeft. In oirconde deſen brief beſegelt mit onſe zegelen, gegeven op den 20. dag in Januario, 1450.

Op *St. Jeroens*-dag als de Hooge Miſſe gedaen wiert, koſte deſelve aen

	ſtuyvers,
Den Beyerman . . .	4
Die Sangmeeſter . . .	4
De Choralle . . .	2
Die Orgeliſt . . .	4
Die Blaſer . . .	2
Jan Claes . . .	5
Die Coſter . . .	3
Aen Keerſen . . .	6
	1 – 10

Fundatio adaucta.

Fundatio hæc dein adaucta à *Joanne*, *Nicolai* fil. *Coſma Nicolao*, *Simonis* fil. *Egberto Simonis*, aliiſque cum onere Miſſæ unius ad honorem *S. Annæ*.

Sac. *Arcubaliſt.* quæis Patronus *St. Sebaſtianus*; cujus ibi effigies.

Sacellum Arcubaliſtariorum. His *S. Sebaſtianus*, Divus Tutelaris erat, cujus effigiem tenebant, Aº. 1578. juſſu Magiſtratus eis redditam, juxtà hanc Chartam:

WORD van wegen Burgermeeſteren deſer ſtede geordonneert die Kerkmeeſteren van de Oude Kerk, om te verkoopen die ſilveren Ciborie, Claesjen, ende wat ſilver zy meer in haer bewaringe hebben, *dempto* Baſtian, die zy de Hantboogh Schutters zullen overleveren.

Actum den 4. Octob. 1578.

Was ondertekent,

Wilhem Baard ſen, *Adriaen Crombout*,
Marten Coſter en Dirck Janſz. Graef.

Sac. Sagittarior. Fabr. Ferr. &c.

Sacellum Sagittariorum, arcu qui manu tenditur, pede non admoto.

. . . *Fabrorum ferrariorum.*

. . . * *Egenorum occultorum.*

. . . *Domorum S. Eliſabethæ.*

Maj. org. Sacellum. Fons luſtralis.

Proximè ad Auſtrum majoris organi Sacellum fuit, fundatum, ut veroſimile eſt, a ſtemmate *Bruntiorum* & *Drebberiorum*, ad cujus latus fons baptiſmalis æneus, & *S. Cornelii* altare ſita fuère.

D. Virg. Chorus, ejuſque effigies.

Erat & Chorus D. *Mariæ* Virginis, ſupremo Choro ad Boream, ubi D. Virginis contubernium altare ſuum habuit, in quo omnis generis vitrum ſplendet, artificioſiſſimè, ſi ullibi, depictum: ſed præ cæteris eminet D. *Mariæ* Virginis politiſſimâ arte in vitro expreſſa effigies, ut omnium admirationem rapiat.

Presbyt. Collegium; ejuſque conditores.

Sub tertio illic vitro, in quo *Mariæ obitus* exprimitur, janua eſt per quam aditus in cubiculum, ubi olim conventum egiſſe creditur Collegium, ſub Annum 1450. fundatum a *Joanne Eggardo Hartgardi* filio, *Purmerendæ* Domino.

Collegium illud a dicto *Eggardo*, ejuſque uxore *Wendelmoet*, *ad preces parentis Joannis Eggardi, Wilhelmi filii, cum adhuc Purmerendæ eſſet Dominus, ad gloriam Omnipotentis Dei, & animarum ſuarum, ac parentum ſuorum ſalutem fundatum fuit ex bonis eorundem ad Officium Eccleſiaſticum, ex Archipresbytero ſive Rectore, qui ſibi adſciſcere poſſit Presbyteros quatuor, aut plures cum Clericis pluribus, ad laudes Divinas decantandas in antiqua, aut nova Amſtelodami Eccleſia; qui etiam in communi degant. Et ſi Joannes Eggardi prædictus Sacerdotii Ordinem ſuſcipiat, ipſe ſit primus Rector, & cenſu bonorum conditorum fruatur quoad vivat: poſtque ejus obitum ſenior Sacerdos ſit Collegii Archipresbyter ſeu Rector, ſi Baccalaureus in Theologia ſit, aut coram dicto Collegio, quatuor libros alti ſenſus*, van den hoghen ſin, *prælegerit, & non aliàs; juxtà morem Facultatis Theologicæ Pariſienſis, ubi ſenior Doctor ſemper primarius & Decanus eſſe conſuevit, & juxta conſuetudinem Collegii S. Benedicti Pariſiis, & S. Donati Brugis, ubi ſenior Presbyter ſemper Superior eſt Rector*, &c. ut latius videre eſt in his fundationis Tabulis;

WY *Jan Eggert Hartgers zoon*, ende *Wendelmoet* zyn echte wyf. Kennen ende lyen mits deſen open brieve, dat wy ter eeren Gods ende ſaligheit onſer ende onſer ouderen zielen, ende uyt begeerte van *Jan Eggert Willemſz.* ons biddende als hy noch Heere van Purmerende was, ende wy alle beide mit hem woenden, gemaakt hebben, ende geven mits deſen brieven allen onſen goederen die wy te Purmerente en daar by hebben, zo zy ſonderlinge verklaart ſtaan in den Schepenbrief hier mit doorſtekende beſegelde tot eenen Kerckelyken Officie aan eenen Overprieſter of Rector, die tot hem magh ende ſal kieſen vier Prieſteren of meer, voir een deel Kierken, om die Getyden te ſingen ind'Ou-

* *Huyſſitten.*

de

de of Nieuwe Kerk tot Amſterdam, die *Willem Eggert*, wylen eer Heer van Purmerende, des voornoemde *Jan Eggerts* Vader geſundeert heeft. Indien dat Meeſter *Jan Eggert* onſen Soen prieſter worden wil, en den laſt aannemen van Opperprieſter te weſen ende Rector van den anderen Prieſteren ende Klerken die hy tot hem kieſen zal, ende anders niet. Ende is 't zaake dattet Meeſter *Jan Eggert* onſen Sone voirſz. den laſt voirſz aannemen wil, zoo zal hy die eerſte Opper-Prieſter weſen, ende die renten van onſen goede voirſz. jaarlyks opbeuren zyn leven lahgh. Ende na zyn dood ſel die Oude Prieſter van den Collegii voirſz. die Opperſte Prieſter ende Rector weſen, indien dat hy Baccalaurius in Theologia is, of voir den Collegii voirſz. die vier boeken *van den* * *Hogen ſin* geleſen heeft, ende anders niet, en alſo voirt tot ewigen dagen altoes die oudſten in maniere voirſz ſel die Opper-Prieſter en Rector weſen, na die manieren van die Faculteit van Theologien te *Paris*, daar die oudſte Doctoor altoos die Opperſte is ende de Deken van de Faculteit, ende na de maniere van den Collegii Sinte Benedicti te *Parys*, ende van Sinte Donati te *Brugge*, daar die oudſte Prieſter altyd die Overſte is en Rectoor. Behoudentlyk dat die overſte Prieſter ſal leſen of doen leſen alle dagen *te priem die martyrologii bon: pretioſi*, en te na *priem* die andere Leſſe uyt de Evangely des Sondaags mitten *Poſtille* ende *Gloſe* en die deelen an ſeven Leſſen al die weke dëur. Voirt ſoo ſal die Opperſte Prieſter leeſen ofte doen leeſen in der Schoolen, en Leſſen in Philoſophie, ende ſelve ſoo moet hy leſen of geleſen hebben die vier boeken van den *Hoogen ſin*, ende als hy die uyt heeft ſoo ſullen zy een ander kieſen van den Collegii der Prieſteren voorſz. die d'Evangelii mitten *Poſtille* ende Philoſophien geleſen heeft, ende die ſel dan leſen die vier boeken van den *Hogen ſin*. Ende als Meeſter *Jan* onſen Zoon voirſz. deſen aannemen wil, ſoo ſel hy goede ordinancien ende Statuten maken, ende zyn alderbeſt daar toe doen dat zy hem ſellen te ſamen voegen ſecund. . . . . . *ſanctionem* en na die *doctryn* van *Bartolus* en andere *Doctoren* op den titul *de Collegiis illicitis* in den nieuwen *Digeſte* mit hare Concordancien . . . . om te weſen een eerbaar en geoorloft Collegi, die Getyden te ſingen ende te leſen, en ſtuderen ſulke Leſſen als voirſz. is, ende ſoete exhortatien te doen. . . . . die Heilige Kerſten een eeuw: Wet Goods te houden, ende in 't gemeen te leven *ſecundum formam Decretalis qui de vita & honeſtate Clericorum & Canonicorum* . . . *diſtinctione quinta cum concordantiis. Et quod omnia eſſe communia eſt Jur. Naturalis, die Jus naturale:* VIII. *dis diſſert.* XII. *q.* I. *Dilectiſſimis*, ſoo ook die Apoſtolen *Actorum quarto*, ende te preſumieren is dat die oude Collegii Kerken al in 't gemeen geleeft hebben. Zoo willen wy dat alle dat zy hebben of hebben ſullen, of toekomt van beſterffeniſſe of van erve of van eeniger gifte, of van arbeid mit ſchryven, of de *Arte Librariorum* en van anders eenigerhande winningen en profijt ſel gemeen weſen tot den werken voirſz. ſullen zy haren tyd deelen, ende Syndicus ende andere Officiers hem van noden kieſen, en Ordonnantien ende Statuten maken, om deſe manier alderbeſt te houden, ſoo *Bartolus* determineert en andere Doctoren *ad tit. Cod. de Juriſdictione omnin. Jud.* in die leſte loy . . . . *cum Concordantiis.* Deſe gifte in manieren voirſz. houden wy vaſte en geſtade voir onſe, ende voir onſe Erfgenamen tot eeuwigen dage. Ende wanneer dat onſe Soon *Jan* in gebreke valle van de punten voirſz. of van eenigen byſonder, al en waar 't mer een, en in dien gebreken een of meer bliven . . . . Soo willen wy dat alle onſe goed ende gifte voirſz. hem gerekent zy, anders niet dan roof, gewelt, dieſte, ſtroffinge, ende ſacrilegie en eeuwiger maledictie en verdoemeniſſe, en desgelyks van alles dat hem toekomt; Want wy wel ſeker zyn dat hem groote goeden toekomen, en dat om die eerbaarheit en heiligheit van deſen leven, *quia ceſſante cauſa ceſſat effectus.* En is 't ſake dat zy een regel van oerde aannemen willen, ſoo en ſullen zy geene andere aannemen dan *ſinte Auguſtyns* Regel, op die manier van Canoniken, Regulen, behalven alleen de manier van den *mendicanten*, ſoo die Bulle van *Baſel* inhoud, die *Jan Eggert Willems* Soon voorſz. daar toe verworven heeft. En begeeren wy dat deſe brief eens ter weken van woirde te woirde voor al die Collegi voorſz. geleſen werde. In kenniſſe der waarheit, ſoo hebbe ik *Jan Eggerts Hartgers* Soon, voir my ende voir *Wendelmoet* myn wyf voirſz. mit den Schepen-brief hier aan deurſtekende beſegelt mit minnen Zegel. Gegeven in 't jaar ons Heeren 1450. op ten viertienden dagh in Februario, met een Zegel in rooden waſſe, uitbeeldende een Swaan mit een Wapen van vier quartieren, ſijnde vier klimmende Leeuwen, met ſijn pooten vaſt houdende.

* Lombardi IV. libri *Sententiarum*, eâ ætate ferè in Scholis & publicis Collegiis prælegebantur. Sed Myſticos libros fuiſſe videri poſſet, quia ſecundum illos vitam inſtituentes, J. Thauleri ævo *van den Hogen ſin*, id eſt, alti ſenſus, dicebantur. Idem vocabulum purioris ethicæ ſectatoribus per improperium hodié-dum datur.

Quodlibet Sacellum ſuum habebat altare; univerſim XXXIII. altaria in Eccleſia hac numerabantur. Quodlibet enim Contubernium, *Gildam* vulgò dicunt, ibi proprium habebat altare. Altaria; contubernia.

Vicariæ ad altaria hæc inter alias notæ; *Vicariæ*,

- - - - ad altare S. *Pancratii*, cujus fundator Mr. *Henricus Foppenis.* Vicarii,

- - - - ad altare S *Agathæ.*

- - - - ad altare S *Adriani*, ad quam vacantem per mortem Dni *Gysberti Everardi* Ao. 1573. inſtitutus eſt D. *Jacobus Matthiæ.*

- - - - ad altare vinopolarum, cum onere V. Miſſarum, cujus Collatores Magiſtri *Hoſpitalis S. Petri*, juxta hanc Chartam veterem: Collatores;

. . . ITEM, in den naam des Vaders, des Soens, ende des Heyligen Geeſts. *Jan Klaeſſen* en *Stijn Tymens* dochter ſijn wyf die deſe dienſt geſondiert hebben op de Weydkoopers Outaer van V. Miſſen die weeck. Welcke dienſt nae bey yder doot ſullen giffers weſen, die ouſte Kerckmeyſter, ende die ouſte Huyſſit-meyſter, ende die ouſte Gaſthuus-meyſter van ſinte *Pieters*. Ende die Meyſters ſullen hebben voer hoer toeſicht dat die dienſt wel bewaert, ſoe ſullen ſi elcx hebben op Corsdach ende op Paeſchdach ien mingelen rinſche wyns van dat, dat hier toe gemaeckt is, ende die Kerck ien gulden ſiaers voer broet ende wyn. Off ſaeck waer dat die Prieſter niet en dede als voirſz. is, ſoe ſullen ſy hem mogen of ſetten, ende een ander daer op ſetten alſt hem belieft, &c.

Indu-

Dives, & ingentis pretii ornatus; ſigillatim Hierotheca &c.

Indutu quoque Sacerdotali multi pretii fulgebat, nec non hierothecâ argenteâ *marcarum* 70. Cui & alteram annis ſequentibus adjecerant longè majoris & artificii & pretii, vulgò Ciborium Corporis Chriſti dictum, atque * *mundi perfecti*, altitudinis pedum 52. Hic autem, juxtà Auctorem *Anonymum* MS ſtetit in Choro, altitudinem columnæ excedens, in eoque hierotheca, ſeu Ciborium ſolitum, Ao. 1544. a quodam Friſone *Balduino* furto ablatum.

Curæ Paſtoris. Collatores.

Cura Paſtoritia *Capitulo* D. *Mariæ* Hagæ-Comitis *incorporata* ſeu unita erat; dabatque Paſtorem Collegii ejus Decanus. Æditurum hujus, alterius quoque Eccleſiæ deſignabat Magiſtratus urbanus ex priſco *Wilhelmi*, Bavariæ Ducis, privilegio Anni 1509. menſe Julio.

Curati ſeu Rectores iſti Catholicorum ævo magni ſunt habiti, ſic ut conſeſſu præcederent Prætorem, Scabinos ac Senatum Urbis Amſtelodamenſis, & inſignirentur hoc titulo,

Procuratores, ſeu Magiſtri Parochialis Eccleſiæ Sancti Nicolai, Epiſcopi & Confeſſoris.

Curatus ſeu Paſtor ſub Ann. 1372

PHILIPPUS DE LEIDIS.

Curialium priſca dignitas; eorum ac animarum Curatorum pridem ſeries.

Philippum hunc ſub *Leida* a nobis celebratum, Annis 1371. aut 1372. munus hoc Rectoris geſſiſſe perſpicuum eſt, ex ipſius-met libro *de Cura Reip. & ſorte principantis*, inprimiſque ex *Caſu* 60. & 64. ubi ſic loquitur; *Iſtud* (Volumus) *in Principe totum deſtruit, & ad præcipitium ducit; quod etiam me ſpoliavit Eccleſia mea de AMSTELREDAMME, quam & Dominus dedit, & inductus turpius abſtulit.*

Ao. 1360. Dnus JOANNES A DAVENTRIA, ut ex Diplomate ſupra allato perſpicuum fit.

1412. PETRUS NICOLAI.

1421. JOANNES BALDUINI.

1420. THEODORUS, *Henrici* filius, ex Diplomate inſtitutionis Canon. Regul. infra allegando, cui aſſenſum præbuit, Paſtor in *Nier-Amſtel* inſcribitur. Ao. 1426. ut *Rectorem Parochialis Eccleſiæ in* * *Nier-Amſtel*, ſe inſcribit in libello appellationis, quo Clerus *Rudolpho Diepholdio* unitus a diris ſibi inflictis ad Papam appellat, exhibito *Bat. Sacr.* part. 1. p. 212.

* alibi *Nien Amſtel.*

1492. JOANNES TAKO, Vice-Curatus.

1538. FLORENTIUS EGBERTI, ad Ann. 1562. Harlemenſis, Sac. Th. Baccalaureus, *Edami* prius, dein *veteris lateris* Amſtelodami Paſtor, fidei Inquiſitor, vir egregius, qui Religionem Catholicam planè peſſumdatam reſuſcitare è cineribus & manutenere ſategit.

Amſtelodami autem, per graviſſimas æmulatorum calumnias ex Eccleſia abductus & carceres triennales Hagæ-Comitis paſſus, a Concilio ibidem, ut & a Bruxellenſi ac Machlinienſi innocens declaratus, hinc Amſtelodamenſi Curæ reſtitutus, & honoris causâ Plebanus ad D. *Gudulam* Bruxellis conſtitutus, ibidem Ann. CIϽ. IϽ. LXXI. III. Nonis Auguſti, peſte moritur. Collegio Theologorum reliquit reditum XXVI. florenorum, quos impendi voluit in tertii Collegii ædificationem, quando illud erigi contingeret. Hiſtoriam ejus ſuo more narrat *C. Commelinus* part. 2. l. VI. p. 961. 962. Veram ex *Opmeero* & *Valerio Faſt. Acad* dedimus.

1548. BARTHOLOMÆUS ALBERTI PONSEN.

* *Mundus* appellatus, vocabulo è gentibus hauſto, quem inſpicere profano, piaculum putabant.

15 . . JOANNES BORIUS, Amſtelodamenſis, in patria urbe Paſtor, dein Paſtor Antverpiæ ad S. *Andreæ* annis XIII. ibidem mortuus 13. Kal. 1604 & ſepultus ſub hoc Epitaphio:

D. O. M.
REVER. D. JOANNES BORIUS, AMSTERODAM. ET CIVIS ET PASTOR.
HUJUS DENIQUE ECCLESIÆ IN EADEM FUNCTIONE PER TREDECIM ANNOS MERITISSIMUS; PRIDIE QUAM ÆTATIS SUÆ AN. LXIII. ATTINGERET XIII. KAL. FEBR. CIϽ IϽC IV.
OVES SUAS CUM VITA DESERUIT, RESURRECTIONEM BEATAM HIC EXSPECTANS.

15 . . ad 1578. JACOBUS BUYCKIUS, ex Conſulari ſtirpe Amſtelodamenſis, antiquæ Eccleſiæ ſeu *veteris lateris* Paſtor plures annos peregregius, Orationem funebrem habuit in obitu *Lycosthenis* ſeu *Wolpherdi*, cauſam Regis ac fidei agentis, in irruptione urbis Amſtelodamenſis a perduellibus interfecti, *Martinique Duncani* libellum precum Paſtor illic calculo ſuo approbavit. E patrio ſolo Ao. 1578. VIII. Febr. pulſus, mari ac ventis incerto eventu in navi expoſitus, Embricam adventans, ea in urbe ad S. Martinum Canonicus, ac dein 1589. XI. Martii ad S. *Aldegundem* Paſtor creatus, illic ex epidemiæ lue defungitur VIII. Sept. Ao. 1599. æt. 53. in S. *Aldegundis* conditus, ubi poſitum ei a fratre *Henrico* ad lævam communis Paſtorum tumuli monumentum, eique inſcriptum epitaphium *Bat. Sac.* part. 2. pag. 400. exhibitum.

WILHELMUS VAN UYTGEEST, Ao. 1580. urbe expulſus Sacellanus *veteris* Eccleſiæ creatus Ao. 1565. die S. Magd.

HERMANNUS ELANTS,* ad Annum uſque 1580. & ultra, mirabilia paſſus toto immutati cultus tempore.

Supervixit Paſtores duos, Mrum *Cineſium*, & Mrum *Simonem Aloy*, ac tres Capellanos, Mrum *Gerbrandum* & Mrum *Adrianum*, *novi lateris*, atque Mrum *Albertum*, *veteris lateris*: peſte infectus Ao. 1567. poſt menſem convaluit, & Rectore *Beghinaſii* ac Paſtore *Wilhelmo van Uytgeeſt*, urbe Ao. 1580. pulſis, evaſit.

SYBRANDUS SYXTIUS, Friſo ex pago undè ortus *Ooſtervirius* dictus, S. T L. Friſonibus erudiendis primùm impenſus, inde *veteris* Eccleſiæ Paſtor, ac ſimul *Beghinarum* Curiæ Rector Amſtelodami creatur. Dein *Sasboldi* Epiſcopi, & Cathedr. Harl. Vicarius, Archidiaconus & Præpoſitus conſtituitur; cujus fidem facit *Phil. Rovenii* Diploma, datum *Bat. Sac.* part. 2. p. 402.

Cumque jam annis plurimis iiſdem in muneribus verſatus fuiſſet *Syxtius*, annoſque propè quadraginta incredibiles labores, pro ſalute animarum ingenti zelo per Friſiam ac Hollandiam perpeſſus, ob ſenium & frequentes corporis infirmitates fractus, quiete ac refocillatione neceſſariâ egeret, egregium Ao. 1630. meritorum Elogium tulit a *Rovenio* Archiepiſcopo ibidem exhibitum.

* *Ex ejus ævi Monumentis M. S.*

Sequen-

Digitized by Google

Sixtii obitus, Sequenti demùm anno vitâ defungitur, ex podagrâ, calculo & herniâ, quam contraxerat, ex *immenſis laboribus, tam foris quam urbatim dies noctéſque per* XXX. *& amplius annos pro Eccleſia Dei ſuſceptis*, Amſtelodami Anno 1631. 9. Januarii, ætatis ſuæ 63. De quo ita Necrologus Eccleſiæ Harlemenſis ad dictum annum & diem:

Ampliſſimus, & admodum R. D. Mr. Sibrandus Sixtius, Paſtor Amſterodamenſis, Cathedralis Eccleſiæ Harlemenſis Præpoſitus, & Vic. Generalis. Verè poſt magnum Adalbertum Eggium alter Pater Patriæ.

Sepulturam *Sixtii*, hac epiſtolâ graphicè expreſſit nomine Capituli Harlemenſis, ejuſdem Auctuarius Ann. 1631. 27. Junii.

& elogium. "Obiit in Domino Amſteldami 9. Januarii "1631. vir ſanctitate clarus, labore indefeſſus, "D. ac Mr. *Sibrandus Sixtius*, Oiſtervirius, propè Leovardiam in Friſia oriundus, Præpoſitus "& Archidiaconus, & Vicarius Harlemenſis, "Leovardienſis & Groningenſis. Trium Epiſcopatuum cura, Sedibus vacantibus, ad eum "pertinebat. Hic aliquandò viginti octo noctibus continuis in Friſia concionibus cæteriſque, "ſed talibus functionibus operam impendit, laboribus interdiu non ceſſantibus; ſomni, cibi, "potuſque propter laborem prodigus. Ex hoc "uno facilè reliqua conjiciuntur; nam ſemper "erat ſui ſimilis. Hinc fractus podagrâ, chiragrâ, calculo, herniâ, ex ſolo dolore, ſine "morbo, conſtantiſſimus, animam Creatori & "Redemptori ſuo reddidit: *Pretioſa in conſpectu "Domini mors ſanctorum ejus!* Funus periculi vitandi causâ, è mortuaria domo aliò transferendum erat; Catholici plateas cuſtodibus impleverant, ne ſine teſtimonio publicæ reverentiæ "fieret, ſed eluſi; nam cymbâ per aquas abvectus eſt ſub diluculum. Et, utcunque clam "ſepulturæ deſtinaretur, diligentia tamen quærentûm excuſſit & exploravit omnia. Dum effertur, plateæ utrimque agminatim confertæ "erant populo. Omnes detecto capite, tantâ "modeſtiâ & ſilentio, ut in tam frequenti emporio non plateas, ſed Templum dixiſſes. Sequebantur tuneque ut minimùm quadringenti, "iique omnes ex primariis Catholicis, pullo & "lugubri habitu & vultu. Ut etiam ex Magiſtratu quidam fortè fortunâ ſpectantes & rem "edocti profiterentur; non niſi pii Paſtoris tantæ pietatis teſtimonia in populo eſſe poſſe, "ſuoſque Domini miniſtros longè infrà tantam "opinionem eſſe."

Typum *Sixtii*, verſibus vernaculis exornavit L. *Marius*, datis *Bat. Sacr*, p. 403.

Animadverſione digna *Sibrandi Sixtii* ſub larvato *Viſſiberi* nomine ad *Sasboldum* epiſtola, ibidem quoque exhibita.

Leon. Marii natales, LEONARDUS MARIUS, S. T. D. Goeſanus, Latinè, Græcè & Hebraicè doctus, S. T. L. Doctor, Profeſſor, & Seminarii Holl. dotes, apud Ubios Præſes: indè huc evocatus Paſtor *veteris lateris*, ac *Beghinarum* Rector Amſtelodami conſtituitur: primariis etiam, ut Decani, ac Vicarii Harlemenſis muniis decoratur.

munia, Qui dum ſcribendo ſimul & docendo incumbit, ſummo omnium dolore Amſterodami 18. obitus, Octobris Anni 1652. occumbit, ſcriptis & laboribus plurimis de Eccleſiâ Dei optimè meritus. Edidit:

Commentarium in Pentateuchum, Col. 1621. fol. Scripta,

Hierarchiæ Eccleſiaſticæ Catholicam aſſertionem: quâ B. Petri & Romanæ Sedis Primatus, adverſus *Marci Ant. de Dominis*, quondam Archiepiſcopi Spalatenſis, hæreſes & ſchiſma defenditur, ibid. 1619.

Pluraque alia ad controverſias fidei ſpectantia idiomate vernaculo, ſed alieno nomine, ſcripſit & evulgavit.

Inter cætera, *Reſponſum Catholicum contrà Simonem Epiſcopium*, à viro eruditiſſimo *Joanne Bugæo* inchoatum; nec non libellum de multiplicibus miraculis SSmi Euchariſtiæ Sacramenti, Anno Dom. 1345. in igne conſervati, de quo ſupra.

Sed potior doctrinæ, induſtriæ, ac laborum fructus fuit converſio *Judoci Vondelii*, alterius linguæ noſtræ vernaculæ Virgilii, atque *Jacobi Ouzelii*, quondam publici dictorum Reformatorum Miniſtri; *quin & potiores & ditiores familias Amſtelodamenſes*, inquit *Jac. La Torrius*, *ad Religionem Catholicam convertit.*

In pauperes fuit largiſſimus, ſic ut nihil ſub obitum penes ei repertum ſit, ne quidem quo funus ad tumulum deportaretur. Conditum illud in *novi lateris* Eccleſia: cùm illud deportaretur, innumerus populi erat concurſus, & existimatio, quidem tantus ut pretio locum in tecto ſibi pararet. Tantam ſibi ob eruditionem & prudentiam exiſtimationem conciliarat, ut & ipſi Acatholici in rebus difficilibus conſilii capiendi causâ eum accederent. Conciones in domeſtico Sacello, & alibi per urbem ferè quotidianas habebat.

Necrologus Eccleſiæ Harlem. virum hunc eximium ita celebrat: "Rev. ac Ampliſſimus elogium, "Dominus, D. *Leonardus Marius*, S. T. D. "Præpoſitus Harlemenſis, Paſtor Amſtelodamenſis, Vic. Harl. obiit Amſterdami 18. O"ctobris, ætatis 64. poſt adminiſtratum ibidem "*Beghinagium* per annos ferè viginti duos.

Ejus Lemma;

Fortiter, ſed ſuaviter. Lemma,

Typo ejus vice Epitaphii ſuppoſitum vernaculum *J. Vondelii* carmen, datum *Bat. Sacr.* part. 2. p. 405.

Inter ſcripta ejus hanc reperi Epiſtolam authographam, Amſtelodamo datam, inſcriptam, Mr. *Petro*, Baſilii filio, ad ſolidam eruditionem & pietatem adoleſcenti.


Fili in Domino dilectiſſime,

Epistola ex ejus Museo. LEGI utraſque tuas, id eſt, quas ſcripſiſti Avo, & quas mihi: legi, inquam; & quidem cum gaudio; ſed quale eſt apud agricolas, ad initia & indicia ſecuturæ bonæ meſſis. Gaudent, ſperant, optant, ut initiis lætis, lætior ſuccedat progreſſus, uſque dum meſſis, quæ fuerat in herba, inferatur in horrea: de quibus Evangelicus Propheta ſcripſit; *Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe.* Fiet hoc in te, ſi quotidie tibi proponas iſtud Apoſtoli; *Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* Plantant in te bonum veritatis ſemen Profeſſores quos audis. Rigas tu labore, meditatione, oratione: is qui incepit in te incrementum, dabit & perficiet, ſolidabitque ad Divini nominis ſui honorem, tuam ſanctitatem, tuam & multorum æternam ſalutem, amicorum omnium gaudium & ad Deum gratiarum actionem. Ut id felicius fiat, ſuggero tibi amicum & utile conſilium. Ingreſſus jam es (benedictus ſit Deus) id

id vitæ genus, quod quotidianum Horarum officium Deo offert. In hoc principem locum habent Pſalmi; fac ut eos legas cum intellectu, & affectu. Fac ex nunc brevem tibi in Pſalmos commentariolum, in quo prima tibi cura ſit, ut ſcias præcipuum cujuſque Pſalmi argumentum: hoc eſt, an ſit Pſalmus de laudibus Dei, an de querelis humanæ miſeriæ, unà cum adjunctis petitionibus pro liberatione ex eis; an ſit hiſtoricus, & narrativus. Nota quot ſint in Pſalmo verſus dogmatici, quot petitorii, quot narratorii, quot laudatorii, quot angelatorii ad Deum: ita fiet ut tu intelligas quid Deo dicas, & ut Deus iterum tibi benedicat. Exſpectabo a te ſpecimen hujus tui exercitii in Pſalmum LXXXIII. Initium commentarioli hujus inſtitues hoc modo, ut dicas an ſit Pſalmus Αἰνητικὸς, an Εὐχαριστικὸς, an Εὐκτικὸς: ac deinde proſequaris verſus ſingulos. Si Pſalmum hunc ejuſque expoſitionem mihi ad noſtra ἐγκαίνια tranſmiſeris, ſenties me non ingratum. Vale, & profice, uti de ſemita juſtorum ſcribit Sapiens, hoc eſt, uſque ad perfectum diem. Amſterd. 16. Auguſti 1649.

Tuus in Domino

L. MARIUS.



Nova, quæ & *novi lateris* dicta, Eccleſia, *S. Virgini Mariæ*, & *B. Catharinæ* erat ſacra. Virginis iſtius Alexandrinæ (de quâ Tilmontii *Documenta ad Hiſt. Eccleſ.* atque *Bailletii vita SS. ad diem 25. Nov.*) ſacra oſſa in ſummo Eccleſiæ iſtius altari ſervabantur in thecâ plumbeâ. Nitidiſſima erat hæc baſilica, ad normam Ambianenſis apud Picardos Eccleſiæ conſtructa, circà Ann. 1412. pro majori parte per *Guilielmum Eggardum*, mercatorem illic opulentiſſimum, ac ærarii Hollandici Quæſtorem, altaribus XXXIV. „decorata pulcherrimis: continens, ex Anony„mo, Sacerdotalia indumenta ſpecioſiſſima, „pluraque pretioſa ornamenta, præſertim cru„cem argenteam deauratam, in qua contine„tur particula Crucis Dominic. marcarum 26. „& ciborium Corporis Chriſti argenteum deau„ratum marc. 38. & imaginem Dei genitricis „Virginis argenteam marc. 32. & alia plurima „ex auro & argento confecta.

Nova Eccleſia B. Mariæ & S. Catharinæ, cujus ibi ſacra oſſa pridem ſervata, nuncupata, indutu ſacerdotali pretioſiſſimo ditata.

Aſellatiorum, *Hamatorumque* per Hollandiam factionibus, deſignatum opus, quod in ampliſſimam Templi fabricam excreviſſet, interruptum fuit. Hujus forma hodié-dum in ædilium camera viſitur. factionibus interrupta:

Ab annis aliquot, Ann. ſc. 1645. exuſta ſacra ædes, ſplendidius reædificata eſt, cathedrâ mirificæ artis & operis ab Angelis, præter heterodoxorum morem ſuſtentatâ, & imaginibus aliis ſeitè ornatâ. dein exuſta, ſed ſplendidius reſuſcitata;

Menſura ejus, juxta veteris Eccleſiæ ædilium Codices, hæc eſt; latitudo ab Auſtrali ad Borealem portam 76. navis ſeu alvi Eccleſiæ 16. latitudo circuitus 86. longitudo circuitus 33. ejus menſura;

Adytus æreis cancellis, artificioſo ac ſuperbo opere confectis, circumſeptus, in quo magnificum ſplendet *Michaelis de Ruiter*, Holl. ac Weſtfriſ. Architalaſſi, Syracuſano in portu 1676. Adytus cancellis circumſeptus.

Digitized by Google

1676. xix. April. glorioſè defuncti Mauſoleum, cui aureis litteris Latino ſermone inſcriptum epitaphium, in *Caſp. Commelini* deſcriptione *Amſtel.* p. 456. unà cum Mauſolei iſtius forma repræſentatum ſub hoc compendioſo elogio, *Immenſi tremor Oceani.*

Sacellum S. Laurentii, &c. Aliud ad B. M. Virg. honorem;

Poſt Chorum hunc ſupremum Sacellum eminuit, Anno 1443. extructum unà cum altari ad honorem *S. Laurentii*, aliorumque *SS.* per *Bartholomæum Gerbrandi Doos*, eo tempore Conſulem, & *Evam* ejus uxorem.

Aliud ad Septentrionem cum altari ad *Dei & benedictæ M. tris ejus honorem*, fundatum A°.1488. per *Bartholomæum*, *Gerbrandi* filium, & *Catharinam* ejus matrem. Hic habe fundationis ejus Tabulas vernaculas:

Conditionis Tabulæ.

WY *Jonge Jan Melis*, Schout *Heynen* Soen, ende *Maarten Dircx* Soen, Schepenen in Amſtelredamme, oirconden ende kennen, dat voor ons quamen die Kerkmeeſters van onſer Lieve Vrouwen Parochy-kerke binnen der voornoemde Stede, alſe *Vegters*, *Barens Soen*, *Willem*, *Dircx Soen*, *Bamboel*, *Jacob Bickers Soen*, *ende Godenaer*, *Thaans Soon*, ende gelieden dat ſy van de voorſz Kerke wegen by wille ende Conſent den *Raede* vander voorn. Steede, ſeeckere overdragte ende voorwaarderen gemaaeckt hebben en overcomen ſijn mit *Meeus Gerbrands Soen* ende met *Katrijn* ſijne Moeder, als roerende van het maecken van een Capelle die de voorſz. *Meeus* ende *Catrijn* tot love en ter eere Goodts, ende tot verſtrooſtinge haare ende haare Ouders ziele, daar mede dat voor begeerende ſal weſen, an der voorſz. Kerk te fonderen, ende te ſtichten, ende dat in alle vuegen, ende manieren, gelijk dat hier na verklaart ſtaat, dats te weten, dat *Meeus Gerbrands Soen*, ende *Katrijn* ſijn Moeder aangenomen en belooft hebben een *Capelle* te fonderen, te doen timmeren, metſelen, ende van gront op te maecken, buyten aan de Noort Ooſt-zijde, van de voorſz. Kercke, Dickuve ende onder dagh brengen, ende volmaecken, als ſy eerſt mogen, van welcken *Capelle* alſoo gemaeckt ende volmaeckt weſende, ſal de voorſz. Kercke, ende op der voorſz. Kercke coſt, de voorſz. *Capelle* dack dicht ende ſtaande houden, tot eeuwigen dagen: ende de voorſz. *Meeus* en *Katrijn* ſijn Moeder ſullen recht ende waaragtigh fondatoren ſijn, ende 't gebruyk van dien hebben, tot eeuwigen dagen, in deſer manieren dat de voorſz. *Meeus* ende ſijn *Moeder* in deſe Capelle ſullen fonderen, een Autaer, in de *Goodts eere*, ende ſijnre *gebenedijde Moeder Maria*, ende van dat Autaer ſtel'en ende maecken, al ſulcken patroen, als hem beyden believen ſal, ende in deſe *Kappelle*, en ſal niemandt eenig Autaer mogen ſtellen, ten eeuwigen dagen, buyten conſent ende believen van *Meeus Gerbrands Soen* ende *Katrijn* ſijn Moeder, recht fondatoren, horen rechten Erven, ende nacomelingen, ende deſe voorſz. *Cappelle* ſal voer open weſen ſonder ſlot ofte tralve, des ſoo ſullen *Meeus* voorn ende *Katrijn* ſijn Moeder, horen Erven, ende nakomelingen, hebben in der voorſz. *Capelle*, vier graven tot haren willen, eeuwigh geduyrende, behoudelijk ende voorſz. Kercke hare rigten. Ende de voorſz. Kerkmeeſteren kenden ende gelijden den voorn. *Meeus* en *Katrijn* ſijn Moeder, horen rechten Erven ende nakomelingen deſe voorſz. voorwaarden, voer hem luyden ende hoere nakomelingen, by conſent als boven, ten eeuwigen dagen, in oirconde deſen brieven bezegelt met onſe zegelen gegeven, op ten twaalfſten dag in Maart, in 't Jaar ons Heeren duyzent vier hondert acht ende tachtich.

xxxiv. Univerſim altaribus ornata erat hæc Eccleſia; indutu quoque ſacerdotali ac Eccleſiaſtico ornatu divite ac pretioſo fulgebat; in his eminuit crux 26. *marcarum*, ſeu 13 libr. argentea, in qua particula Crucis S. Salvatoris, ut fama erat, recondita; inſuper & hierotheca ex argento deaurata 32. *marcarum*; demùm & D. *Mariæ* ejuſdem menſuræ argentea ſtatua, ad quam *Andreas Boelezoen* xvi. florenos aureos D. M. Virginis Contubernio (in ea Eccleſia inter alias Fraternitates olim vigenti) tradidit, ut in altari „D. *Virginis* Miſſam * perpetuam, cum *Cappis* „optima decantari curarent † feria iv. quatuor „temporum antè Domini Natalitia, unà cum „ſermone, eâ tamen lege, ut ſi id negligerent, „cenſus ‡ egenis domeſticis cederet. Actum „menſe Januario 1501.“

Altarium numerus, Sacerdotalis ornatus; Hierotheca, D. Virginis ſtatua.

Num verò ſtatua ea in hac, vel in antiqua Eccleſia, aut in ambobus D. Virginis Contubernii altaribus locata fuerit, non omninò certum eſt. Retrò ſuggeſtum ad Boream, monumentum eſt hodiè generoſiſſimi Heroïs, *Joannis a Galen*, *Eſſenſis*, Ordinum Claſſi Præfecti, cui in nigro marmore Latino ſermone aureis litteris inſculptum epitaphium a *C. Commelino* p. 449. exhibitum.

Heroum monumenta;

At vetuſtius longè ad ſupremi Chori aditum Auſtralem monumentum eſt *Guilielmi Eggardi* prædicti, ubi ejus etiamnum ad trabem ligneam inter duas columnas aureis litteris deſcriptum hujus tenoris legitur epitaphium:

In his Guill. Eggardi.

Anno M. CCCC. XVII. *den* XV. *dag in Julio*, *ſterf den eerbaren Willem Eggaart*, *Heer tot Purmerent*, *gedoyteert met twee Vicarien*, *mede fundateur van deſe Kerck*, *die begraeven is onder deſe blauwe Sarck.*

Quod Latinè ſonat: Anno M. CCCC. Julii XVI ſ die obiit honeſtus vir, *Wilhelmus Eggardus*, Purmerendæ Dominus, duarum Vicariarum dotator, Eccleſiæ quoque hujus fundator, ſub monumento hoc cœruleo conditus.

Vicariæ, præter jam dictas, hæ innotuêre;

Vicariæ; conditores, Vicarii &c.

Vicaria S. Joannis Evangeliſtæ; fundator *Theodoricus Vercampen*, cum onere plurium Miſſarum hebdomadatim. Onus earum ad tres reduxit Ao. 154 . . Georgius Egm. Traj. Epiſcopus per Tabulas quas teneo MS. Vicarius tum *Gysbertus*, *Clementis* filius.

. . . *B. Mariæ Virginis*, & *S. Hieronymi*, fundatrix *Catharina*, *Gerbrandi Bicker.*

. . . *S. Hieronymi*, fundata per *Nicolaum Jacobi Bicker.*

. . . *S. Gregorii* Papæ. Ad hanc, vacantem per reſignationem Dni *Victoris Henrici Bugge*, proclamatus & inſtitutus eſt Ao. 1571. Mr, *Judocus Petri*, Presbyter Harlemenſis.

Fundatio ad altare *B. Mariæ Virginis*, per *Egbertum Simonis.*

. . . ad altare *SS. Trinitatis*, &c.

Cura Paſtoritia ejus Eccleſiæ Hagienſi D. Virginis Collegio quoque *incorporata*, ſeu unita erat, dabatque ei etiam Eccleſiæ Paſtorem Collegii iſtius Decanus,

Curæ Paſtoriæ Collatores.

* In C. Commelini Deſcript. p. 446. habetur eenige; an non ſubſtituendum, ex more ſimilium fundationum, eeuwige.
† Hæc *Miſſa aurea* ex Eccleſia Cathol. idiomate dicta.
‡ *Huysſitten-armen.*

Eccleſiæ hujus Paſtores circa defectionis tempora fuere

Paſtores,

NICOLAUS CANNIUS, Amſtelodamenſis, *Deſiderii Eraſmi* ſex annis Amanuenſis, Virginum *Urſulenſium* Amſtelodami Rector, ac novæ Eccleſiæ ibidem Paſtor; indè Paſtor *Sparwoudanus* obiit Anno 1555. Funus ejus Amſtel. appoſitum eſt in templo antiquo; cui A°. 1559. junctus *Mic. Wolpherdus*, ſive *Lycoſth.nes* ad cum humatus modum, *ut capite pedes Clariſſimi Poëtæ & Theologi Nicolai Cannii propè attingat.*

Prototypon ejus anno ætatis ſuæ 20. aſſervatur apud *H. Heuſſenium*, ſub quo ſequens legitur Diſtichon;

Quo venit è fucis, citò gloria concidit una,
Fine caret virtus, & benefacta manent.

Vitam, & colloquia in Tyronum gratiam conſcripſit, a *Valerio Andrea* prætermiſſa. *Apparet & amænum & poëticum ingenium ei fuiſſe*, inquit Pontanus *Amſt. Hiſt.* l. 2. c 28. p. 240. *Si tamen alia & plura perſcripſerit, ad exemplar Epigrammatis, quod eſt in manibus.*

GUILIELMUS PETRI CINNESIUS, ex clara ibi *Gerbrandorum* ſtirpe Guormarienſis, Lovanii ſacris litteris operam dans unà cum *M. Duncano*, Amſtelodami ad S. *Catharinam* creatur Paſtor; ad quem miſſus ad Guormarienſes curandos *Duncanus*, libellum *Cinneſio* inſcripſit, in quo egregiis cum laudibus celebrat.

Quando *Cinneſius* hic vitâ, & munere defunctus fuerit, mihi hactenus non innotuit. Ex Dedicatione conſtat eum Anno 1566. etiamnum in vivis fuiſſe. Fortè illic egit uſque in annum ejus ſeculi ſeptuageſimum ſecundum, quandò *Mart. Duncanus* Ultrajecto Amſtelodamum evocatus fuit, ut Paſtor eſſet novæ illic Eccleſiæ, per obitum *Guil. Cinneſii*, ut conjicere licet, viduatæ; niſi ſucceſſor ei fuerit,

M^r. SIMON ALOY, ut ex veteri charta ejus urbis conjectura fit.

MARTINUS DUNCANUS, Quempenas, novæ Amſtelodami Eccleſiæ Paſtor fuit uſque ad Annum 1578. quo hæreſi gliſcente eo Officio privatus, eidem navi cum *Jac. Buyckio*, veteris Eccleſiæ Paſtore fuit impoſitus. Vita *Martini* ſub Delphis ex *Andreâ Valerio*, & fuſius ex *Joanne Heſio*, data *Bat. Sac.* part. 2. p. 221. *&c.*

Authographam ejus, Amſtelodami cùm Paſtorem ageret, Epiſtolam tenemus, datam *Joanni Axelio*, Ultrajecti maj. Eccl. Canonico.

» Huic Epiſtolæ additum hoc *Lappii a Waverem*, manu ejus conſcriptum breve elogium:
» Amersfordiæ in Conventu *S. Agathæ* ad » *Spuyam* non ſemel pro religione Catholica va» gans vitam finiit venerabilis *M. Duncanus*. Is in » Tabula depictus ibidem cernitur cum infra» ſcripto elogio, ex quo annus obitus apud *D. Mi*» *ræum* corrigi poteſt:
» Anno Domini 1591. 10. Aprilis ætatis 85.
» Obiit R. D. M. *Martinus Duncanus* Quempe» nas, quondam Guormarianorum, poſt Delphen» ſium, poſtremò Amſterodamenſium Paſtor: Ha» genſium Decanus, Theologus, Polygraphus, » Trilinguis &c. hic ſepultus.

Duncanum in *novi lateris* cura ſubſecutus eſt *Gerbrandus Ruyſchius*, nobilis Ultrajectinus.

& Sacellani

† PETRUS, *Henrici* filius *Subula*, Presbyter templi *novi lateris* fuit Amſtelodami, qui *Lycoſthenem* graviter ſaucium, & jam animam agentem, poſt ſolemnes ex more dictas preces ſacro oleo inunxit.

† P. Opmeerus Dec. 2. l. 9. Mart. Lycoſth. pag. 170.

ALBERTUS HERMANNI DE ZWOLLIS, Sacellanus *veteris lateris* Presbyter, de quo pag. 96. Amſtelredami reſidens, "cui *Godefridus à* » *Mierlo*, Harlemenſis Epiſcopus, Anno a Nativ. "Domini 1574 die 14. Auguſti poteſtatem fecit » condendi teſtamentum de omnibus & ſingulis "bonis, & rebus ſuis mobilibus & immobilibus, "in ſanitate, ſive ægritudine conſtitutus . . . . Cath » *Dummodò*, inquit præfatus Antiſtes, *in eadem* "*voluntate tua ultima memineris Eccleſiæ a qua be*» *neficium accepiſti*, &c.

ADRIANUS CORDATUS, Presbyter Sacellanus *novi lateris* Eccl. citatus coram tribunali ſeu curia Traj. illam refugit, cum juxta *Concordata*, & Bullam Leonis X. nemo in prima inſtantia extra territorium ſuum evocari poſſit, appellatque ad Cæſarem, aut ad Rom. Pontificem Anno 1533. conſtitutis per haſce Tabulas Procuratoribus.

in quibus quidam fortiter ſtabant pro avita fide & pro patriis juribus.

ANNO milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo tertio menſis Nov. die vigeſima tertia Dominus ac Magiſter *Adrianus Cordatus* Presb. Capellanus novæ Eccleſiæ oppidi Amſtelodamenſ. Traj. Diœc. omnibus meliori modo, via, jure, cauſa & forma quibus poteſt ac debet, conſtituit, ordinat ac ſolemniter deputat ſuos veros, legitimos ac indubios Procuratores negotiorum ſuorum factores ac nuncios generales ac ſpeciales, ita tamen quod omnis ſpecialitas generalitati non deroget, nec contra, ſcientificos ac venerabiles viros, Dominos ac Magiſtros *Nicolaum Buſconis*, Officialem Canonicum St. Salvatoris, & *Jacobum Memelick*, *Jacobum Stoop* & *Paulum de Maſayck*, & eorum quemlibet in ſolidum ad illius Domini conſtituentis nomine comparendum coram venerabilibus ac honorandis Dominis Officialibus Curiæ ac Archiepiſc. Traj. judicibus ordinariis, ac aliis quibuſlibet judicibus contra & adverſus Procuratores Fiſcales earundem Curiarum & quoſcunque alios ſeu illorum Deputatos vel Procuratores, ac coram eiſdem allegandum, dicendum, gerendum, ac faciendum quidquid ipſe Dominus conſtituens allegare, dicere, gerere ac facere poſſet ſi perſonaliter intereſſet; maximè verò ac principaliter in præſenti negocio, quo idem *Adrianus Cordatus* coram eiſdem Officialibus monitus eſt comparere ſecundùm eorundem Decretum ad diem ſextam poſt executionem ejuſdem Decreti ſive mandati, quæ executio facta eſt vigeſima prima hujus menſis Novembris, ut illo aut proximo ſequenti die juridico coram ejus veris judicibus ac Officialibus declinent aut declinare faciant, declinet aut quilibet eorum declinare faciat a ſuo foro cum ea qua decet reverentia ſecundùm *accordata*, ac *Bullam Leonis*, aut aliorum Rom. Pontificum, quibus cavetur, quod *pro prima inſtantia nemo evocari debeat extra territorium &c.* Et in eventum non admiſſionis hujus exceptionis *provocandum* ac *appellandum ad Cæſaream Majeſtatem* aut *Sedem Apoſtolicam*, aut ad illum, vel illos, ad quos debeat appellari, &c. cum poteſtate ſubſtituendi unum aut plures Procuratorem vel Procuratores cum ſimili aut limitata poteſtate &c. etiam jurandi in animam Deo conſtituentes, &c. cum omnibus clauſulis neceſſariis ac opportunis. Actum in domo mei Notarii infra ſcripti, anno, die, menſe quibus ſupra, imperante victorioſiſſimo Cæſare ſemper Auguſto Carol. V. anno à coronatione ſua III, & Pontificatus Sereniſſimi Patris Clementis Papæ VII. Anno XI. præſentibus honeſtis Viris ac Dominis

Wilthe,

d by Google

Wiltbe, ac *Nicolao Theoderici* filiis Presbyteris, teſtibus ad hoc vocatis requiſitis.

REYNERUS DE ALCMARIA,

Per Curiam Holl. approbatus

Notar. Pub.

Hæc Leonis X. Bulla exhibita *Bat. Sac.* part. 1. p. 23. &c.

Gravis jam pridem inter Senatum Amſtelodamenſem, & Officiales Traj. Eccl. concertatio circa clandeſtina matrimonia, quæ ex *Provisorum* Trajectinorum avaritia uſurpata, Senatus hic Edicto ſeveriſſimè cavit temporibus *Henrici Bavari*, Traj. Epiſc. Litem hanc ſub *Bavaro* hoc auctor *Bat. Sac.* deſcribit p. 239. &c. *Georgius Egm.* Traj. Epiſc. Edicto in ejuſmodi corruptelas dein ſævilt, *Bat. Sac.* ibid. p. 248. exhibito.

Anno 1566 ex veteri Chronico MS. Concilium Tridentinum Amſtelodami publicatum, receptumque in tribus maximè articulis, inter quos unus de clandeſtino matrimonio.

Fana minora ſeu Sacella; S. Olai;

Præter ædes has primarias, extitit Sacellum ad exitum plateæ *Olerum*, boream verſus, S. *Olao* ſacrum; *cum Capella, adinſtar Hieroſolymitani Templi cum ſepulchro Domini, annexa*, ut habent verba Anonymi. Qui originem ejus ad Annum 209. refert, quæ tamen incerta.

Sunt qui illud *S. Odulpho* nuncupatum dicunt, ut inter cæteros *Bollandini*, & noviſſimæ deſcript. Amſteld. auctor, *C. Commelinus*; quos *Bat. Sac.* auctor de *S. Odolpho* diſſerens parte 1. p. 101. confutavit.

Cura ejus Sacelli, uti & ſupellectilis ejus Eccleſiaſtici venditio, antiquæ Eccleſiæ ædilibus ſub novellæ reformationis tempora a Senatu Amſtel. demandata.

S. Petri;

"Antiquiſſimam, inquit *Pontanus*, & oppidi "olim primariam ædem fuiſſe volunt, quæ in "vico *Neſſe* eſt. *D. Petri* ædiculam ſive *Capellam*, vulgò vocabant; nunc macellum eſt. "Nec abſimile vero homines piſcatores, ut "erant tunc tempora, *D. Petro* piſcatori, loci, "quem incolebant, honoris ac tutelæ prærogativam detuliſſe.

CORNELIUS CROCUS, Amſtelodamenſis, Sacerdos in patria urbe, ludique litterarii ibi moderator zelum ſuum erga novitia dogmata, quæ jam tum in eandem urbem irrepſerant, eximie prodit hac ad Officialem Ultrajectinum A°. 1531. pridie S. *Epiphaniæ* datâ epiſtolâ:

"Vehementer oro, ut mihi liceat preces meas "ad unum menſem tantum intermittere, (*ô cæcitas!*) quas legere habeo, quod ſim Minoribus initiatus. Nam cupio ſacris laboribus occupari interea, & ſcribere quædam, quæ poſſint animos quorundam a Lutherana & Oecolampadiana hæreſi avertere aut præmunire, ne, "qui adhuc ſynceri ſunt, corrumpantur. Et "opus eſt feſtinato: nam ſunt quidam partim "cognati mei, partim noti, partim etiam qui "fuerunt diſcipuli mei, quorum ſaluti prodeſſe "hac in parte mihi videor poſſe: & neceſſe eſt, "ut quam primum faciam, quia menſe proximo "quidam illorum, navibus profecturi ſunt, in "partes Orientales, ut hic Amſterdami mos eſt, &c.

Alii a fide Cath. devil.


Jam antè, ipſis nimir. *Henrici Bavari*, Traj. Epiſc. temporibus, "famoſus fuit *Isbrandus Theodorus* "*School*, Presbyter Amſtelodamenſis, qui convictus "de hæreſi Lutheranâ, & poſt abjurationem erroneas doctrinas, ſine licentiâ Epiſcopali, ſpargere "non ceſſans, ſub excommunicationis aliiſque pecuniariis pœnis a prædicatione arcetur, omneſque ſubditi Epiſcopo Traj. *Henrico Bavaro*, "ne id permittant, publicè vel occultè, ſeveriſſimè monentur.

Sub idem tempus *Joannes Sartorius*, trium linguarum, patriæ vero ad miraculum uſque periſſimus, Amſtelodami quoque natus in cives ſuos ante Annum 1530. novitia ſemina ſparſit, impetrataque venia a Magiſtratu publicè Ebræam linguam docuit, ſimulque fundamenta jecit reformationis, quam animo moliebatur, familiariſſimus ipſe *Gulielmo Gnapheo*, *Angelo Merulæ*, aliiſque reformationi per Hollandiam addictiſſimis. Circa Annum 1540. contulit ſe *Noortwicum*, ubi & ſcholam rexit, diſputavitque cum *Croco* ex mente Pauli de *Juſtificatione*, à quo cum ut Hæreticus notaretur, ſolum vertit, Baſileamque abiit, uſus amicis omnibus viris doctis ejus genii, tum temporis ibi viventibus; diutius nec tamen definitè quot annos ibi ſediſſe videtur: poſtea ad ſuos *Noortvicum* redux, conſcripſit *Paraphraſin* in quatuor Prophetas Majores, ac XII. Minores, quam *Oporinus* evulgavit Baſileæ, ſub nomine *Joannis Toſarrii Aquilovicani*, quo nomine *Sartorius*, ut inſidiarum ſecurior eſſet, paſſim in ſuis litteris, quæ variæ ſunt, uti ſolet, fictitiis quoque nominibus condecorando eos, ad quos ſcribit: quomodo & ſecundam partem ſuæ *Paraphraſios* inſcripſit *Tranquillo Dietrich*, in Oryſſopolitanorum Republica Senatorio viro.

Præter hunc occurrit *Johannes Timannus*, vulgò dictus *Johannes Amſtelredamus*, qui admiſſo guſtu quodam novelli dogmatis, quum id inter populares ſuos convenienter commodéque proponere non poſſet, Bremam conceſſit, Euangelicoque miniſterio functus eſt jam A. 1532 quo evulgavit breve aliquod *Enchiridion* quorundam locorum Theologicorum, collectum partim è Scriptura, partim è Patribus: vir in hoc præcipuè improbandus, quod poſtea exorto *Ubiquitatis* monſtro, omnibus modis illud fovere laboraverit, eoque nomine adverſantem expertus fuerit *Hardenbergium* Theologum cis ſummum, atque apud *Philippum Melanchthonem* interioris admiſſionis. Primi horum totius & foris coetus.

Varia & vix diſtinctè definienda Eccleſiæ facies notatur uſque ad annum illum fatalem, & toties notatum 1566 quo uti multa in hac urbe ſingularia, ſi non extraordinaria contigerunt; ita extra urbem pariter, primitus quædam ſub Reform. nomine Eccleſia colligi cœpit, præ aliis zelum ſuum probantibus *Johanne Arnoldi* ſportulario, *Martino Johannis Coſter*, *Petro Gabrielis*, *Nicolaò Scheltio*, &c.

Eodem hoc anno, zelo *Johannis Arnoldi* maximè ſe prodente, variiſque ad illius in urbem introductionem conſpirantibus, horreum aliquod occupari cœpit, cæteriſque non ſolùm collectus fuit, verum etiam conſulti ſunt Embdani, vellent ad uberem hanc meſſem aliquos, qui idonei forent, ablegare. Miſſi verò & commendati ab iis ſunt: *Hermannus Backerus*, *Georgius Jepes*, *Joannes Davidis*, *Koppino Jelles*, *Johannes Bilderbeeck* & *Appius Regneri*, ad quos *Elbinga* paulo poſt acceſſit, & *Albertus Hardenbergius*, jam nominatus.



Præter duo primaria, Templum aliud ſacer locus ex miraculo *S. Hoſtiæ* conditum;

Alterum ab hoc, † in Vitellinâ plateâ, Templum, Hagiotopus, ſeu ſacer locus dicitur. Multò id ſuperiore minus eſt, affabrè nihilominus, atque apta menſuratione ità factum, ut plurimâ undique luce colluſtratum præcipuè locum commendet. Sacellum olim fuerat, occaſione ejuſmodi conditum: Quod, Anno 1345. 17. Kal. April. * Hoſtia, quam eo loci æger ſumpſiſſet, atque inde foco aſſidens, vomitione inter cætera inter ignem rejeciſſet, poſtero exindè die illæſa inter cineres reperta fuerit. Cui & hoc acceſſit miraculum, quod Sacellum idem (Chapellum tum vocabant) cum Anno pòſt 1452. exorto fortuna incendio penitus deflagraſſet, eadem iſta Hoſtia exuſto licet velamine ſerico, quo intecta hierotheca erat, denuò illæſa atque inviolata remanſerit. Hinc increbuit, extructumque in eum poſteà, quem vidimus, modum ex fidelium largitate, qui huc aſſiduè ex diſſitis etiam locis confluentes, non vota tantùm & preces, ſed aurum præcipuè & opes deferebant, ut inter pulcherrimas Eccleſias numerari poſſet. Maximilianum quoque Romanorum Regem, Belgicæque univerſæ Principem, Anno 1482. dum Hagæ-Comitis decumberet, facto voto ſacrum hunc locum viſendi, ſanitati ſubitò reſtitutum narrat Anonymus, atque inde ſoluto voto dona ingentia grato obtuliſſe animo.

Fidelium frequenti accurſu ditatum,

Imp. corona nobilitatum,

Idem Maximilianus *Imperiali Coronâ* inſignia civitatis exornanda benignè ſanxit, juxtà Diploma datum Schiedami 11. Feb. Anno 1488. quod è vernaculo Latinè redditum, Iſaac Pontanus prodit *Hiſt. Amſt.* l. 1. c. 8. p. 26. has Diplomati iſti annotationes ſubjiciens: *Vetera illa candentium trium Crucium in ipſis Inſignibus programmata, haud dubiò impenſa civium ſtudia erga rem ſacram indicant, cum prima fidei exordia, quæ in vicinia pullularunt, Amſtelodamum præcipuè, non dediſſe tantùm, ſed & foviſſe dicendum: ſanguine enim iſta conſtitiſſe, candore verò ac animorum puritate dilatata fuiſſe, colores ipſi præter alios, rubeus inquam, candiduſque loquantur.*

Coronæ ejus effigies in vitro ad Sacelli partem auſtralem expreſſa, etiamnum viſitur.

L. Mario accuratè deſcriptum;

Leonardus Marius, S. T. D de quo infra, & fuſius *Bat. Sac.* part. 2 p. 404. libellum edidit vernaculum inſcriptum: † *Amſtelredami decus & ortum per memoranda miracula ibi patrata ad & per S. Altaris Sacramentum Anno* 1345. editum 1639. typis æneis ornatum, in quo Fani iſtius originem, progreſſum, ac famam undique celebratam ex miraculis ad SS. Sacramenti Hoſtiam divina ope perpetratis, ea denique ex ordine plenè deſcribit, coævorum teſtium, conſulari calculo, Ultrajectinorum Epiſcoporum teſtimonio, quin & publicis urbis monumentis roborata. Hæc Rhythmis Latinis ad typos æneos appoſitis, ſic compendio complectitur:

Rhythmis Latinis compendio traditum,

Urbs illuſtris quondam grata
Deo, tunc præhonorata
Nobili miraculo.
Recordare quæ vidiſti,
Doce quæ tunc docuiſti
Sæpe Chriſti oraculo.
Chriſtianam juxta praxin
Paſtor ægro dat ſynaxin
Vera quem Religio,

† *Iſ. Pont. Hiſt. Amſt. l.* 2.
* *Vide Pet. Opmeer. p.* 16. *Dec.* 2. *c.* 9.
† *Amſtelredams eer en opkomen*, enz.

Jeſum

Jeſum jubet adorare
Et a Jeſu poſtulare
Vitam in Viatico.
Æger, morbi per tormentum,
Quod accepit Sacramentum,
† *Regerit per vomitum.*
Dum nil ſacrum, qui circumſtant,
Vident, ſtatim flammis mandant
Quidquid erat redditum.
Ecce panis Angelorum
Factus cibus viatorum
Flammis nihil læditur;
Integer ſed perſeverat.
Ut miracl'um fama ferat
Quod ſculptura loquitur.
Mane primo dum matrona
Focum curat, videt prona
Hoſtiam, ſpectabili
Formâ plenè relucentem;
Stupet, tollit refulgentem
Luce admirabili.
Poſtquàm Paſtor inaudivit
Rem ſtupendam, mox adivit
Domum; cum frequentia
Omnis Cleri, deportatur
Panis vivus, & ornatur
Dignâ reverentiâ.
Puer ſinu parentali
In ignem (comitiali
Morbo preſſus) excidit;
Sacramento præſentatus,
Et ad templum deportatus,
Biduo convaluit.
Quæ ſunt facta, plenâ fide
Confirmata, Lector, vide
Conſulari calculo.
Quid negatis Novatores
Quod tot dicunt Senatores;
Cum * *Ballivo conſcio?*
Qui nos verbis erudivit,
Verba factis ſtabilivit,
Clara per miracula.
Amſterdamum flamma vorat
Nulli parcens; ſed honorat
Signa Dei myſtica.
Cæſar Maximilianus
Æger Hagæ, redit ſanus
Amſterdamo: dicite,
Quem non ſanat medicina,
Virtus ſanat hunc divina,
Hic vos opem quærite.
Sacramentum veneratur
Cæcus; & illuminatur;
Hoc naturam ſuperat.
Qui viderunt, ſtupuerunt;
Manum Dei laudaverunt:
Pietas hoc imperat.
Serpens vulnus mundo dedit,
Per ſerpentem ſalus redit,
In Chriſti myſterium.
Pellicanus vivo rore
Pullos paſcit; ſed cruore
Chriſtus ſe dat poculum.
Qui Judæos Mannâ pavit
Et cruore culpas lavit,
Sacramento tegitur.
Angelorum vide cultum
Diſce homo, flecte vultum,
Ita fide creditur.

† Diſſidet Pontani relatio, ab ea quam ex coevis teſtibus Rythmo hic deſcribit Leon. Marius; ille dicit quod æger foco aſſidens, Hoſtiam in ignem rejecerit: hic verò, quod cum æger vi morbi Hoſtiam regeſſiſſet per vomitum, hi qui circumſtabant, eam flammis mandarint.

* *Florentio van Buckhorſt. ex Chart. 1345. quam vide in Mariis Lib. p. 63.*

Ne peccata cælum claudant,
Quæ nos Dei donis fraudant,
Vide vires Clavium.
Ut in terris ligant, ſolvunt,
Sic in cælis ligant, ſolvunt,
Omnes nexus criminum.
Poſt ſoluta peccatorum
Vincla, datur filiorum
Eſca manducantibus.
Vita, Cibus, Medicina,
Virtus, Salus, vi divinâ
Eſt dignè ſumentibus.
Quod ut Cibus manducatur,
In altari conſecratur,
Deo Patri victima,
Prodeſt vivis, & defunctis:
Juſte, piè, præſtat cunctis
Sanctitatis præmia.

Joannes, Ultrajectinus Epiſcopus, A°. 1346. diſerto Diplomate ſanxit, ut quæcunque miracula ad S. Sacellum *Loci ſancti* patrata ſint, aut patrari Dei ope contigerit, palam annunciari liceat. Supplicatio & Officium Eccl. ad miraculi hujus memoriam inſtitutum,

Fredericus Badenſis, Traj. Epiſcopus, Anno 1504. 3. Oct. Supplicationem & Officium Eccleſiaſticum ad miraculi hujus celebrationem inſtituit.

Georgius Egmondanus, Anno 1555. 31. Auguſt. confirmat Diploma *Frederici Badenſis*, Traject. Epiſcopi, Anni 1504. 3. Octobr. quo „indulget, *Presbyteris, beneficiatis & officiatis* „civitatis Amſtelodamenſis, ut in ſolemni Supplicatione venerabilis Sacramenti, ex Sacello „*Loci ſancti* per Quadrageſimam, à Clero populoque illic celebrari ſolita, in ejuſque die octavâ „Officium *de Venerabili* cantare ac legere poſſint, „loco Officii ordinarii Diœceſis Ultrajectinæ; „utque feſtum in diem illam ejuſque octavam „incidens (excepto tantummodò Annunciationis „D. Virginis Mariæ feſto) transferre in alium „diem opportunum poſſint; idque idem *Georgius* Epiſcopus ampliavit atque extendit ad totam octavam, id eſt, ſex intermedios dies. idem extenſum.

Quin & ſequentes articuli ab A°. 1498. 13. Martii à Magiſtratu Amſtelodamenſi circà Supplicationem hanc conditi, à nemine hactenus, quod ſciam, evulgati:

Alſo van allen ouden tyden, 't H. Sacrament in der Feeſte van half Maert met ſolemnele Proceſſie vande Nieuwe Kerk uiter Heiliger Stede inde Oude Kerk gebroght is geweeſt; en om dat die Capelle vander Heiliger Stede van dage tot dage tot love ende eere van Gode van Hemelryk, in allen cierheden vermeerd; in zulken ſchijne, dat de zelve Capelle als nu in allen geſtelteniſſe bequaem is, om 't H. Sacrament in der voorſchreve Feeſte, daer uit te mogen dragen: zo zyn de Heere ende Gerechte, uit zonderlinge conſideratie overgedragen, geaccordeert ende geſloten; dat men van nu beginnende, altyds inder voorſchreve Feeſte, 't H. Sacrament dragen zal uiter Heiliger Stede, ende dat inder forme hier na volgende. Articuli circa hanc Suppl. a Senatu Amſt. conditi.

Te weeten: dat eewig geduurende alle die Eccleſie, Schoolkinderen ende Parochianen van de voorſchreeve Nieuwe Kerk, Proceſſionaliter komen zullen by de Eccleſie ende Parochianen in de Oude Kerk, en daer zynde, dat de Eccleſien van beiden zyden gezamenderhand eerwaerdelyken in Proceſſie gaen zullen inder Heiliger Steede, omme aldaer met allen eeren, reverentien en waerdigheden 't Heilige Sacrament opgenomen, ende na ouder gebruikinge med Proceſſien langs omme der Steede gedraagen, en

weder

Digitized by Google

weder inder Heiliger Steede metter generale Proceſſie gebrocht te worden, omme aldaer te blyven ruſten als 't behoord: en dat gedaen, zo zullen beide de Proceſſien gaen tot op die plaetſe toe, ende aldaer zo zal ellik aen d'ander minnelyk oorlof nemen, en gaen daer hem 't believen zal. †

Supplicationis forma.

Supplicationis hujus forma ironicè deſcribitur, idiomate vernaculo in Libello, cui titulus *Roomſe Myſterien*, edito per W. S. oppidanum Anno 1578. ex quo tamen eandem paucis repræſentabo.

Contubernia, *Gildæ* dicta, in Suppl. anteſignani erant, cum teſſeris ſingula ſuis, quæ in pertica celſa & elevata præferebantur: cumque ſuus cuique Divus Tutelaris eſſet, eorum quidam, qui aut celebriores aut quorum effigies elegantiores erant, humeris vectabantur: Decani cujuſque Contubernii cum cereo ardente, cui chirothecæ duæ nivei coloris appenſæ, ad brachia extenſo, eos proſequebantur. Juncti his juniores filii ac puellæ, magnifico & concinno ornatu, hos illoſve Divos repræſentantes; quædam B. V. *Mariam*, aliæ *Mariam Magd.* aut S *Catharinam*; *Barbaram*, aliæ exhibebant. Ex junioribus filiis quidam equo vectus, lancea armatus, *Georgium* repræſentabat, ante quem Draco ingens protrahebatur; mixti his angeluli veſtitu albo, alis ad humeros deauratis, tympana pulſantes, aut cymbalis ludentes.

Subſequebantur tres Sagittariorum Ordines loricati, armiſque muniti. Hos excipiebant Choraules, veſtibus Chori niveis incedentes & alta voce cantillantes.

Pone aderant Presbyteri, Levitarum Dalmaticis, auro, argento, ſericoque intertextis induti, argenteas divorum formas portantes, vexillis ex damaſci ſerico albo ante eos latis. Agmen claudebant Griſii Monachi; alii enim in urbe hac ſedem non habebant, &c.

Fr. SERVATIUS VANDER HEYDEN, Vicarius *Loci* hujus S. Anno 1575.

Celebris Supplicatio, cui Senatus Amſt. Suffragabatur.

Celeberrima quoque ad *Locum* hunc *ſanctum* undequàque peregrinatio ſive accurſus, hac Amſtelodamenſis Senatûs ſanctione in favorem peregrinantium celebratus:

" Eenigh man, of vrouwen perſone, die binnen der Stede komt zyn pelgrimagie doen ter " *Heyliger Stede*, die en mach men niet bekommeren, noch beſetten binnen der vryheden, nocht " daer buyten van onſe Poorters. Maer waer 't " dat hy om andere ſaecken quame, dat ſoude " ſtaen tot 's Gerechts kenninghe, ende daer " ſullen zy toe doen, als den Gherechte ſal goet " duncken.

An hiſtoria ulla firmioribus monumentis firmata? " Quid, inquit nobilis ejus oppidi Scriptor " *Opmeerus*, an non luce clariùs conſtat, *Barbaram*, *Georgii Nicolai* fabri lignarii Hagienſis uxorem, cùm pede utroque laboraret, claudaque " omninò eſſet, Religionis ergò Amſtelodamum " profectam, voto apud ſacrum Euchariſtiæ locum perſoluto, ſanam rectéque incedentem " domum ſtatim rediiſſe; vicinamque, quæ ei, " quaſi vitium illud anteà finxerit, objecerat, " poſtridie claudicaſſe.

Ipſe *Iſaac. Pontanus*, Anteceſſor Hardervici, hiſtoriæ illi, quam in vernacula Amſtelodamenſis urbis deſcriptione candidè enarrat, fidem non derogat; licèt Latinam editionem, quam quinque annos antè evulgarat, furfure quodam, ex præpoſtero in religionem quam profitebatur zelo, hinc inde adſperſerit.

O. Dapperus ea documenta pro hiſtoriæ illius veritate affert, quæ candidum Lectorem ad fidem eidem adhibendam meritò adſtringant.

C. Commelinus eandem hiſtoriam ſubinde arrodit; ſed tam levibus argumentis, ut in fidei Cath. petra ſolidè fundatos, nullatenùs concutiant.

Quid ſi enim unum alterumve Chronicon circà ejus calculum anno uno aut altero diſſentiant; dummodò fidei hiſtoriæ concorditer adſtipulentur; atque in veri anni calculo, ſecularis atque Eccleſiaſtici fori teſtimonia conſonent.

Ceterùm ſex in Sacello hoc ſtante Cath. cultu fuere altaria; ad horum unum, *Venerabilis*, ſc. *Sacramenti*, ſub ejuſdem SS. *Sacramenti* nomine Sororum pridem Contubernium. Indutus Sacerdotalis ad altarium uſum, ingens ac varius; in his calix aureus, a Maximiliano Cæſare inter dona ingentia Sacro loco oblatus, ad nummos, ut fama eſt, cui calicis forma inſculpta, poſtmodùm conflatus. Locuples ad ſupplicationem annuè haberi ſolitam vexillorum, aliarumque rerum Eccleſiaſt. apparatus. Baptiſmi fons æreus formæ eximiæ: præſtans organum, porticus magno artificio ſtructa.

" Amburbalia, inquit dictus *Opmeerus*, * " Euchariſtiæ quotannis celebrantur die Mercurii " Idibus circiter Martiis, & ſingulis Mercurii " diebus multo ibi cum lumine: hymnos, laudeſque " Chriſto decantant Sacerdotes, ſacraque faciunt. " Adventant illuc itaque ſæpiùs & cives, pere- " grinique; qui ritu veterum Chriſtianorum, ſa- " crarium iſtud circumeunt, Deum Opt. Max. " cum pro corpore ac animæ ſalute, tum etiam " pro externis bonis ſedulò precantes. Quæ à " divina benignitate ipſos plerumque conſequi, " teſtantur ſolennes gratiarum actiones; oſtilla " quoque certa, & votiva Euchariſtiæ donaria. " Nam pars oculorum, auriumve, alii manuum " ac pedum, alii vero ædium naviumque ſemiu- " ſtarum aut ſcopulis quaſi illiſarum ſimulachra " ex argento aliave materia confecta, ad parie- " tes circumcircà ibidem ſuſpendebant.

* *Opm. Dec. 2. l. 9. p. 165.*

Cælum etiam Supplicantibus & peregrinantibus ſe reddebat propitium. Laudes divinæ, dona votiva.

Similis cultus jam *Theodoreti* temporibus uſitatus, ut illius teſtem ipſum, ab æmulis met impensè laudatum, produximus in Prologo ad *Hiſt. Epiſc. Ultraj.*

Nominis & cultus immutatio.

Fanum à mutato cultu poſt tantillam vacationem Calviniano ritui ceſſit: diebus Mercurii antè prandium, Dominicis poſt meridiem Germanq idiomate, aliis diebus ſermone Belgico concio in eodem habetur; priſco *Loci ſancti* nomine, quod Catholici hodié-dum ſervant, ab illis in *veteris lateris* Sacelli, *Nieuwe-zyds-kapel* vocabulum transformato.

S. Jacobi Sacellum, in ædes verſum.

Eſt & aliud Fanum D. *Jacobi*, in *Aggere Novo* versùs Harlemenſem Portam ſitum, in ædes oppidanorum totum converſum, cujus præter turriculam cum horologio & tectum ex lamiis nihil ſupereſt; vicina platea hinc hodiè-dum nomen gerit. De S. *Gregorii* Capella, occaſione horti ſub ejus nomine jaculatorii, pag. 124. erit ſermo.

Cenſus *Capellæ* hujus, *novi lateris* Eccleſiæ addicti, cui etiamnum incumbit turriculæ ejus conſervatio ac reſtauratio.

Fana alia poſtmodum ſtructa.

Subinde & alia Fana ab iiſdem extructa, non a Deo, vel Divis Tutelaribus, ut priſci moris erat, ſed à ventis, denominata, in IV. regiones diſtincta. Fanum Auſtrale A°. 1603. cœptum 1611. perfectum, eleganti turri trinò ambitu ornata, ceteras urbis altitudine excedens. Fanum

† *Alterius Sanctionis mentio in append. p. 166.*

num Septentrionale A°. cœptum, 1623. perfectum, in cujus medio turricula eſt conſpicua & elegans. Fanum Orientale cœptum 1669 IV. Oct. in qua, cùm perfectum fuit, concio prima Calv. ritu habita 1671. Occidentale ſtructum A. 1620. Seq. anno 11. Sept. prima ibi habita concio. Extra hæc, & alia his Fana minora; pro Walonibus & Gallis Calv. ritus duplex, vetus & novum: aliud & pro Angliſ Presbyteranis. Arminiani adhæc, Lutherani, Mennonitæ, aliique ſua ſinguli habent Fana.

Philippus Rovenius, Philipp. & Ultraj. Epiſcopus Catholicorum Amſtelodami numerum augeri cernens, ut ordine ſervato iiſdem potius conſuli poſſet, auctoritate Apoſtolica & ordinaria urbem jam tum ampliſſimam in claſſes & regiones cum reſpectu non ſolùm ad duo vetera, verùm & ad noviſſima providè diſpertiit.

Noviſſ. ævi Curiones, & animarum Curatores; "Præter duos, Paſtores primarios R. D. "Mrum *Leonardum Marium*, S. T. D. & R. "D. Mrum *Stephanum Crachtium*, S. T. Bacc. "form. unum quidem in *veteris*, alterum verò "in *novi lateris* Eccleſia, tres nihilominus alios "Sacerdotes judicavit conſtituendos, qui ad præ"ſidium prædictorum curam ordinariam habeant. Et quidem novam civitatem per modum proviſionis ..... in duas partes dividendam duxit: unam ... in qua parte ædificata eſt Eccleſia de *Noorder-Kerck*, aliàs de *Kruys-Kerck* dicta. Alteram in qua parte extructa eſt Eccleſia, dicta de *Weſter-Kerck* Et tertiam, quæ continet Eccleſiam, vulgò dictam de *Zuider*- vel S. *Jans-Kerck*.

Diploma integrum datum *Bat. Sacr.* part. 2. p. 405. 406.

ad D. Virg. & S. Cath. STEPHANUS CRACHTIUS, Campenſis, *Alberti Pighii* Campenſis †, è ſorore nepos; Sacr. Theol. Baccal. form. illuſtris Xantenſis. *D. Victori* ſacræ Eccleſiæ quondam liber Canonicus, ac electus Decanus, Paſtor *novi lateris*, ſeu B. M. Virginis, ac *B. Catharinæ* Amſtelodami Paſtor, ab Anno 1610. à Vicario Apoſtolico *Sasboldo* conſtitutus.

Vir ætate, conſilio, virtuteque plenus; domum avunculi apud *Ubios* omnis generis ſupellectili inſtructam, ad uſum communem ex conſilio *Adalberti Eggii* reliquit. *Summam viri illius in confeſſione Nominis Domini conſtantiam* celebrat *Eggius*, deprædicatque in epiſtola, quam Anno 1604. 18 Febr. Coloniâ dedit ad Sasboldum. Ex eadem hanc ejus magnanimitatem diſce; "Ego, inquit, non ſolùm mea, ſed etiam "meipſum in utilitatem communem impendere "ſum paratus, adeò animus meus terrenis iſtis "non adhæret. Quid enim illa niſi onus, &c? de quo ſic cum laude meminit Necrologus *Eccl. Harl.* ad diem 27. Junii Anni 1653.

Rev. admodum ac Ampliſſimus D. Stephanus Crachtius, fideliſſimus per annos LII. *Operarius Amſtelodami, qui obiit ibidem* 27. *Junii, Ætat.* LXXXIII.

Lemma ejus:

Corona ſapientiæ, timor Domini. Eccl. 1, 22.

Typum ejus exornat duplex carmen, Latino unum, vernaculo ſermone alterum: Latinum ſic ſonat:

Sic ſedecim poſt luſtra, vere tertio,
Se Crachtius *marceſcere, ut flores, videt,*

† *Relatio Epheſ.*

PARS II.

Volvenſque mente vividâ æternos dies,
Ad Amſtelæ fluenta necdum deficit:
Sed Entheâ prudentiæ vi præditus,
Recolligendis Batavorum Eccleſiis
Manet fidelis Paſtor atque oraculum;
Tandem ut coronam repoſitam ſibi ferat.

HENRICUS EBBIUS*, Amſtelodamenſis, S. Theol. Lic. in patria urbe Paſtor primùm Fani Occidentalis a *Phil. Rovenio* conſtitutus, Anno dein 1652. 20. Nov. *veteris lateris* poſt *Sibrandum Sixtium*, & *Leonardum Marium* Paſtor creatus, ac Canonicus, & Theſaurarius Harlemenſis, quondam & *Weſopi* & *Mudæ* Paſtor, obiit Amſtelodami 13. Novemb. 1657. ætatis ſuæ 68. Ad S. Nicolaum

Necrologus Harl. ad Annum 1657. ſic eum celebrat:

R. Adm. D. Mr. Henricus Ebbius, Paſtor S. Nicolai Amſtelodami, fideliſſimus in vineâ Domini per annos 40. *Operarius, obiit Amſt.* 13. *Novemb.*

Lemma ejus:

Veritatem .. facientes in charitate. Eph. 4. v. 5.

Hoc funebre Elogium vice Epitaphii ei datum:

Ebbius *eximium decus, alma Eccleſia, veſtrum,*
Amſtelíæque *ingens* Urbis, *an orbis? honos*
Ære figuratur, virtute ampliſſimus, arcto:
Nil vetat ex imo prima videre loco.

HENRICUS BLESSIUS, ‡ Nortvicenſis olim Paſtor, Begghinaſio Harlemenſi inhians, Harlemo pulſus quod moribundo Catholico Sacramenta extrema miniſtraſſet, haud multò poſt Sac. Theol. Licentiatus, & Protonotarius Apoſt. creatus, evaſit Amſtelodami ad *S. Nicolaum* Paſtor, *Ebbii* ſucceſſor, atque Archipresbyter per *Amſtelæ* tractum,* nec non Vicarius *Friſiæ*, *Groningæ*, & *Omlandiæ*, & Canonicus Capituli Harlemenſis. Ex hac vitâ migravit Amſtelodami VIII. Aprilis, Anno Domini 1673.

WILHELMUS SCHEP, Amſtelodamenſis, Sacræ Theol. laureâ Lovanii decoratus, *Ebbii* & *Bleſſii* in curâ Paſtorali *veteris lateris* ſucceſſor, quem *Capitulum Harlemenſe* in Canonicum, dein defuncto *Cornelio Catzio*, in Vicarium Generalem adſumpſit. *Joan. Caſtorienſis* Epiſcopus, Vicarius Apoſt. eundem in Provicarium per tractum Diœceſis Harl. ſibi delegit; ſed oneris pertæſus, eidem ceſſit, linguæ Patriæ excolendæ & ſtudiis eccleſiaſticis totus impenſus. Undè calculo contracto, ejuſdem ſectionem imperterritus ſuſtinuit, & aliquot annis, donec fatiſceret memoria, ſupervivens, vivere deſiit Amſtelodami 12. Maji Ann. 1702.

Scripſit patrio idiomate, *Explanationem fidei Catholicæ*, in 8. Amſtelodami Ann. 1694. typis editam.

Ejus ſucceſſor

JACOBUS 'T ZULLIUS, Amſtelodamenſis, Sac. Theol. Lic. Lovanii in *pædagogio Porcenſi* ſcientiam Philoſophicam publicè profeſſus, in Canonicorum Harlemenſium numerum adſcitus, ſcripſit quædam ſermone vernaculo.

JACOBUS OLÆUS, cui lucis uſuram dedit Amſtelodamum, 8. die Oct. Anno Dom. 1596. Artium Magiſter, & Sac. Theologiæ Licentiatus, oppido Monachodamo multis annis deſerviit; ad ſeum

* *Relatio Arch. Epheſini pag.* 235.
‡ *Eadem Relat. p.* 236.
* *Necrol. Diœc. Harl.*

O dein

dein ad patriam urbem evocatus, Paſtor Fani Septentrionalis primus, a *Ph. Rovenio* conſtituitur; ubi poſt plurium annorum laborem, illis ſimul cum vitâ defungitur 15. Jan. Anno Dom. 1647. Necrologus *Eccl. Harl.* XXI. annos laboris per Hollandiam ei tribuit.

Septentrionalis;

Lemma Olæi:

Sicut oliva fructifera.

Typo ejus ſequens ſuppoſitum carmen:

Paſtor ſaluti proximi curam gerens,
Cum ſemetipſum mancipaviſſet Deo,
Liberque ſervitutis ambiens onus
Cælum doceret Te, & Amſtelæ accolas,
Olæus *hoc diſceſſit ore, nunc minus*
Inciſus æri, quàm ſuorum cordibus.

ÆGIDIUS DE KOKER, Sac. Theol. Bacc. *Jacobi Olæi* in Cura Eccleſiæ iſtius ſucceſſor, ibidem peſtiferis inſerviendo glorioſè occumbens, 10. Aug. 1664.

Succeſſorem accepit,

JOANNEM WANDELMAN, Amſtelodamenſem, Sac. Theol. Bacc. form. ex ſuburbio Amſtelodamenſi ad portam Ultrajectinam, ubi cum magno applauſu & accurſu ad populum dicere ſolitus erat, intrà urbem evocatus, exindè etiam ad *Capitulum Harlemenſe* adſcitus; poſtquam plures devios ad Eccleſiæ gremium reduxiſſet, eâ quâ pollebat fidei doctrinâ ac dicendi ardore, illic Paſtor obiit 17. Junii 1686.

Hujus memoriæ verſus vernaculi inſcripti, dati *Bat. Sacr.* part. 2. p. 408.

Wandelmanni ſucceſſor,

NICOLAUS VANDER MEER, Borealis Hollandus, Theologus Lovanienſis, Canonicus Harlemenſis, nuper in *Capituli Vicarium* delectus; non re, ſed ſolo nomine *Vicarius*. Cujus occaſione hæc quæ in priſcis ejus * *Capituli Actis* reperio juvat exhibere.

"Eodem tempore cùm notatur hîc inter cete-"ros, *Guil. Crucius*, Harl. Eccl. Can. qui pluribus "modis, ut habent eadem *Acta*, *contra Capitu*-"*lum ſuum deliquit*, &c. quidam citra Capituli "conſenſum ac conſilium, & in ejuſdem Capituli "grave præjudicium, conati fuiſſent poſtulare "quendam ad vacantem Sedem Cathedr. Harle-"menſem, viſum fuit Capitulo ſollemniter con-"gregato, poſt invocatam opem Spiritus S. ac "maturam deliberationem, omnes & ſingulos qui "huic rei ſive directè ſive indirectè cooperati "fuerint, ad omnia munia Eccleſiaſtica & functio-"nes Paſtorales reddere inhabiles."

"Quod decretum etiam ad eos extenſum eſt, "qui occultè vel palam huic cauſſæ faverunt, ut "ad obtinendam in Cathedr. Eccleſ. Præbendam "prorſus inhabiles declarati ſint, &c."

JACOBUS VLIEGERIUS, Amſtelodamenſis, Sacræ Theol. Licentiatus, Amſtelodami Paſtor tanquam novi Meridionalis ſeu Auſtr. Templi, ab Illuſtriſſimo *Philippo Rovenio* conſtitutus, *poſt* XL. *Paſtoralis ſui laboris annos illic obiit* 27. *Aprilis* 1651. *ætatis* 66. *Sacerdotii* 42.

ad Templum Auſtr.

Lemma ejus:

Et volabo, & requieſcam. Pſ 54. v. 7.

Datus ei ſucceſſor,

BARTHOLOMÆUS MILDERT, Amſtelodami defunctus 19. Sept. Ao. 1661.

GUILIELMUS SCHOENIUS, Edamenſis, Sac. Theol. Bacc. form. primùm *Zaendamenſis*, dein *Edamenſis*, ac tum Amſtelodami ſub ſigno *Galli Gallinacei* Paſtor, ibidem defunctus 11. Dec. 1684. Scripſit vernaculo ſermone in 8. *Tramitem caſtitatis à Batavis Virginibus tenendum*, impreſſum Antv. 1685. pro *N. Brauwio*.

ad ſignum Galli Gallinacei;

LAURENTIUS VAN SCHAICK, Amſtelodamenſis, Theologus Lovanienſis.

Plura extra hæc ſubinde erecta Paſtorum Oratoria, quòrum ſeriem pro viribus dabimus.

GUILIELMUS COPALLIUS, alter a priore, Diœceſis Harl. Sedis vacantis Vicario Generali; ejuſdem nominis, prænominis, familiæ ac patriæ; Spierdycanus, Sacræ item Theologiæ Licentiatus, Paſtor in variis Hollandiæ Eccleſiis, Canonicus & Archidiaconus Capituli Harlemenſis, Amſterodami, ubi noviſſimè Paſtor fuit, 15. Octobris Anno 1662. defunctus; acerrimus Reverendiſſimi, *Zach. Mexli, Trallenſis* Epiſcopi, olim æmulus. De quo ad prædictam diem ac annum ſic habet Necrologium Diœceſis Harlemenſis;

Ampliſſ. ac Erudituſſ. D. Mr. Guilielmus Copallius, S. T. L. Canonicus, ac Archidiaconus Capituli Harl. olim Paſtor in Obdam, Purmerent, Munnikendam, demùm Amſtelodami ſtrenuè laborans, obiit ibidem 5. Octobris.

ad ſignum Corniculorum;

Succeſſor ejus ibidem admodùm Rever. D.

HERMANNUS CUISTEN, Sylvæ-Ducenſis, S. T. B. vir admodùm facundus.

Is Amſtelodami mortuus 17. Octob. Anno 1666. ſucceſſorem habuit,

GODEFRIDUM KOOL, Amſtelodamenſem, Theologum Lovanienſem, antè Vice-Paſtorem in *Langeraer*; qui editis ſcriptiunculis quibuſdam in causâ fidei, & traductis in vernaculam linguam *Walenburgiorum* opuſculis nonnullis, inter cætera, *Compendio controverſiarum generalium*, vitâ laboribuſque defungitur Amſtelodami 5. Jan. Anno 1705.

Huic Ampliſſimus ac Eximius Dom. *Mart. de Swaen*, ſub obitum Reverendiſſimi viri *Gerardi Potcampii*, Vic. Apoſtolici, cujus ipſe Provicarius erat, &c. ſucceſſorem dedit,

JACOBUM KRYS, Amſtelodamenſem, Sac. Theol. Bacc. form. Protonot. Apoſtolicum, unum de comitibus itineris *Pet. Coddæi, Sebaſtiani* Arch. Romam verſus circà annum Jubilæum.

NICOLAUS OLÆUS, Amſtelodamenſis, Amſtelodami Paſtorem pridem egit in *plateâ largâ*, quæ *Judæorum* vulgò vocatur.

ad plateam largam.

Illi autem fatis ibidem erepto 4. Oct. Ann. 1672. datus ſucceſſor

THEODORUS BEVERLET, Sylvæ-Ducenſis, defunctus ibidem 21. Dec. Ann. D. 1696.

Cui proximè ſucceſſit

LUCAS AHUYS.

Sed tranſlatus indè ad plateam Cæſaream ad ſignum *Pavonis*; in loci iſtius viciniâ Oratorium erexit

JOANNES VAN NECK, Mechlinienſis, Artium Magiſter, ac in Mechlinienſi Seminario ad pedes non unius *Gamalielis* in rebus ſacris eruditus.

Sub ſigno *Pſttaci*, ſacra olim adminiſtravit,

R. P. VAN TEYLINGEN, Miſſionarius Societatis Jeſ. Amſtelodami vitâ defunctus 4. Aug. Ann. 1669.

ad ſignum Pſittaci;

Sacer hic locus dein per *Joan. Caſtorienſem* Epiſcopum P. M. tranſlatus ad Clerum Bat. illique invigilavit primùm,

R. D. Mr. WILHELMUS WILLEMA, Groninganus; cui Amſtelodami defuncto 20. Maii Anno 1685. ſucceſſit,

* Acta hæc A. 1617. 24. April. *in ædibus A. Præpoſiti Zaſſii*.

WIL-

WILHELMUS HERMANNI FOX, Amſtelodamus, Theologus Romanus, Arnhemo Amſtelodamum redux, nocte ſubobſcurâ, vento valido flante in aquam præcipitatus, miſerè ſubmerſus eſt Anno 1713. die 27. Feb. Funus poſtridiè à nautis prætern avigantibus repertum, ac in vicina *Diemenſis* pagi Eccleſia humo conditum.

Huic ſucceſſor mox datus,

JOANNES ANDREAS HUGELA, Amſtelodamenſis, origine Gallus, Theologus Romanus, anteà Paſtor Spanbroeckanus, A. 1717. Amſtelodami mortuus.

NICOLAUS VERWER, Amſtelodami lucem vidit A.D. 1611. Sept. die 18. Sacræ Theol. Licentiâ donatus, Paſtor in patria urbe *, & Canonicus Harlemenſis creatus, Amſtelodami defungitur 18. Octob. Anno D. 1647.

* neſcio ubi.

Hujus Lemma:

Sic currite.

Vernaculum carmen imagini ejus Epitaphii loco ſubjectum, datum *Bat. Sac.* part. 2. p. 409.

ANDREAS VANDER CRUISSEN, quem urbs Amſtelodamum, ex clara familia, mundo peperit, aliquandò familiæ *S. Ignatii* adſcriptus, Sac. Theol. Doctor evaſit, & Canonicus Harlemenſis, urbis inſuper ac Territorii *Amſtelandiæ* Archipresbyter vigente Jac. Archiepiſcopo Epheſino, ex cujus Relatione Rom. hæc ferè deſumpta. Sedem autem Amſtelodami habuit ad ſignum *Curiæ Hornanæ*, indè per *Dominicanos* occupatam.

ad ſignum Curiæ Horn.

Necrologus *Harl Eccl.* hoc ei Elogium conſignat ad diem 29. Aprilis Anni 1663. quo Creatori ſuo animam in patriâ urbe reddidit:

Admodùm Rev. & eximius Dominus Andreas vander Cruyſſen, S. T. D. per plures annos Amſtelodami fidelis Operarius in vineâ Domini, obiit ibidem 29. Aprilis.

Miſſæ Officium ac Eccleſiæ ritus magno cum fructu vernaculâ linguâ traducta & explanata edidit: utinam magis congruè Miſſali ac Latino idiomati!

ANTONIUS SCHELLINGWOU, natus Anno D. 1602. ex corporum medico, animarum medicus evadens, Amſtelodami Paſtorem egit, ubi & vitâ defunctus eſt 26. Aug. A. 1651.

Hujus Lemma:

Medelâ & pietate.

Vernaculum carmen typo ejus vice Epitaphii ſubjectum, datum quoque *Bat. Sac.* part. 2. p 409.

ad cereviſiatorum foſſam;

JUSTUS MODERSOHN, Art. Mr. S. T. B. form. Paſtor Amſtelodami, in ampliſſimo à ſe ibi extructo Oratorio, Canonicus Harl. vir induſtrius, expertiſſimus ac laborioſiſſimus; ut ex hoc Carmine luceſcit:

Weſtphala Metropolis genuit, quem Grudia Pallas
Ornat, qui Batavis ſedulitate placet.
Artibus & libris, & linguis omnia verſans
Juſtus *juſtitiam colligit, atque docet.*
Aureus eloquio Chriſti tonat acer in hoſtem, &
Filius *antiquæ nomine* matris *ovat.*
Amſtela *teſtatur, quòd per ſex luſtra fideli,*
Semper inexhauſtus, vera labore dedit,
Donec, ut invictus, ſtans deſiit. Omnia juſtè
Dat corpus terræ, res animamque Deo.
Heu obiit! cujus cum ſobrietate laborem
Jungere vox docuit, vita ſed ipſa magis.

Obiit Amſtelodami attenuatis viribus 1693. VIII. Jan. æt. 56.

Succeſſor ejus ad tempus,

MATTHIAS OOSTERING, Edamenſis, Sacræ Theol. Bacc. formatus, de quo alibi.

Illo diſcedente, cura defuncti Paſtoritia demandata fuit

JOANNI DE GRAEF, Amſtelodamenſi, S. Theol. Baccal. form. ad illud uſque tempus Hagæ-Comitis coöperario, viro docto, ſtrenuo, & laborioſiſſimo. Tam ſtrenuè ſe curæ iſti impendit *Graevius*, ut exhauſtis labore viribus, conſummatus in brevi, explêrit tempora multa, maximo ſuorum dolore intempeſtivè ex ardenti febre abreptus Amſtelodami, 28. Octobris Ann. Dom. 1708. Uti pro veritate, juſtitia, ac libertate Eccleſiæ agonizavit uſque ad mortem, ſic præ cæteris urbis iſtius Presbyteris commendabatur ab hoſpitalitate ac charitate.

Succeſſorem accepit, qui aliquot annis ei deſervierat,

ALBERTUM SCHUCKINCH, Amſtelodamenſem, Theologum Lovanienſem. Et illo brevi quoque 12. Jun. 1711. ibidem abſumpto, curam viduatæ iſtius Eccleſiæ ſuſcepit,

THEODORUS DONCKER, Goudanus, Sac. Theol. Bacc. formatus, qui ad eam penè horam Illuſtriſſimo *Petro Coddæo* Archiepiſcopo fuerat a ſacris & a manu.

JOANNES IGNATIUS RUYSCH, Ultrajectinus, Juris Utr. Lic. cauſarum in ſeculo olim Patronus, ad fidem Cath. converſus, ſub Ann. 1672. rebus fidei per Gallorum irruptionem immutatis, Ultrajectum vocatus, Judex in rebus ſacris, vulgò *Officialis* creatus, diſcedentibus Gallis Amſtelodamum vocatur, Paſtorque eâ in urbe fit in plateâ *de Vincke-ſtraet*, ubi & obiit 25. Decembris Anno 1679.

In Platea de Vincke-ſtraet.

Deceſſorem habuerat

D. HENRICUM CROOCK, Groninganum, Amſtelodami defunctum 9. Junii Ann. D. 1679. Succeſſorem autem habuit,

GUILIELMUM DE PRATER, Ultrajectinum, Sacræ Theol. Baccalaureum formatum, eruditum, laborioſum, officioſum, ac zeloſum Sacerdotem; cui mortuo 23. Apr. A. 1717. ſucceſſor datur

HIERONYMUS DE BOCK, Amſtelodamenſis, Theol. Lov.

JACOBUS VERHAER, ſive HARÆUS, Ultrajectinus, Sac. Theol. Bacc. form. variis in locis Paſtor fuit; uti *Leydæ*, in *Groenendyck*, prope *Leydam*, *Huſſiæ*, *Culenburgi*, demùm Amſtelodami in celebri illic Foſſâ *de Cingel*, ubi & obiit circà Martium Anno 1670.

In Foſſâ de Cingel.

Succeſſor inibi fuit,

GUILIELMI BAX, Sac. Theol. Bacc. formati, qui Amſtelodami magno zelo inſerviit, ibidem defuncti 21. Julii 1664.

Haræum excepit,

ANTONIUS KEMP, Gorcomienſis, Sac. Theol. Bacc. form. antè Paſtor Medenblicanus, Amſtelodami defunctus 26. Febr. Anno 1683.

MARTINUS JANSENS, Brabantus, Sac. Theol. Bacc. form. cùm prius virginum Orphanotrophio Amſtelodami deſerviiſſet, *Kempio* ſuffectus ibidem defungitur 18. Dec. Ann. 1686.

Digitized by Google

Succeſſorem habuit,

GABRIELEM PRAUWELS, Amſtelodamenſem, Sac. Theol. Bacc. form.

JACOBUS vanden BERG, Amſtelodamenſis, Theol. Lov. ejus ad aliquot annos adjutor, eidem 18 Martii 1708. illic mortuo ſucceſſit.

DOMINICUS ab ALMA, gente Friſo, in promotione Philoſophicâ Lovanii omnium primus proclamatus, Sac. Theol. Licent. foris prius ad portam *S. Antonii* Eccleſiæ ſat numeroſæ præfuit, deindè intrà ipſam urbem in plateâ Cæſareâ, ſub ſigno *Pavonis*, annis pluribus Paſtor, ibidem obiit.

Paſtores ad ſignum *Pavonis*;

Succeſſit HUGO van HOOFT, Montfortienſis, prius Paſtor ad *Aquas veteres*.

Et illo in *Maſſlant*, ac pagis viciſque vicinis creato Paſtore,

LUCAS AHUYS, Amſtelodamus, Theol. Lovanienſis, hûc tranſlatus ex largâ Judæorum plateâ.

In Amſtelodamenſi curâ, ad ſignum *Leporis* operam navarunt,

ad ſignum *Leporis*,

JOANNES LEYTON, Anglus, Paſtor Amſtelodami deceſſit 18. Nov. 1679.

GUILIELMUS SWART, Paſtor Amſtelodami, defunctus 22. Oct. Ann. 1678.

HERMANNUS GROOTENHUYS, S. T.B form. in efflореſcente ætate Paſtor Amſtelodami obiit 30. Nov. 1697.

BARTHOLOMÆUS de BACKER, Gaudenſis, Artium Magiſter, ac Sac. Theol. Bacc. form. Lovanii. Sed illo curam illam ob inopiam, ut præfertur, deſerente, & ad *Schagam* curandam à *Jo. Caſtorienſi* Epiſcopo miſſo, ſtatio illa extincta, ac ejus loco altera in maſculorum Orphanotrophio erecta eſt &c.

Viciniam ad portam *S. Antonii*, *Ostewael* dictam, pridem excoluêre.

ad portam *S. Antonii*;

HENRICUS SCHELLINGWOU, S.T B. Amſtelodami defunctus 31. Dec. Ann. 1653.

MARTINUS SNELLENBURCH, familiâ nobilis, in ſuburbio iſto defunctus 16. Octob. 1660.

REYNERUS ENGELS, Harlemenſis, vitâ defunctus 14. Martii Anno 1673.

Portæ autem D. *Antonii*, ac ſuburbii *Ostewael*, per urbis ampliationem deſtructi, fideles excoluntur hodiè per Paſtores in *Kattenburch* ſedem habentes; quales fuêre,

modò in *Kattenburch*;

CORNELIUS van GESSEL, qui ibi diem extremum clauſit 6. Apr. 1691.

GUILIELMUS FOX, Amſtelodamenſis, Lovanienſis Theologus, qui iſtinc ad cæleſtem vitam migravit 21. Junii 1695. & ſucceſſorem accepit,

GERARDUM WYCKERSLOOT, Ultrajectenſem, Theologum Lovanienſem.

Ab altero latere *Amſtelæ* fluminis ad *Pavonis hortum* extra urbem, deſervitorem olim agebat,

Ad *Pavonis* hortum;

LEONARDUS van KESSEL, Buſcoducenſis, Juris Utr. Doctor, antehac Paſtor *Loonenſis* in Campinia.

In Necrologo *Harl.* indigitatur *Benedictus*, & legitur: *Reverendus & Conſultiſſimus Dominus Benedictus van Keſſel, deſervitor loci, dicti (achter Pauwen-thuyn.)* Obiit autem ibidem Anno 1661. menſe Octobri.

JOANNES WANDELMAN, Amſtelodamenſis, S Th. Bacc. form. huic curæ exindè deſerviit, donec intrà urbem evocaretur. Demandata tum ejus cura,

JOANNI PYNACKER, Ultrajectino, anteà Paſtori *Weſopi*, &c. Decedenti autem in ſuburbio iſto 16. Nov. 1701.

datus ſucceſſor,

JOANNES van HEUMEN, Amſtelodamenſis, Theologus Lov. ibidem in flore ætatis defunctus 13. Apr. 1709 Eccleſiam illam per traſce turbas utcunque diſſipatam, in extructo ad vicinum locum Oratorio, de conſilio & aſſenſu plurium Paſtorum Amſtelodamenſium collegit,

ARNOLDUS vander KRUISSEN, Amſtelodamenſis, Theologus Lov. antè Leovardiæ Vice-Paſtor.

Buitenveldert, & *Overtoom*, viciniæ, extrà pomœria Amſtelodamenſia, ab immutato publico fidei cultu primùm curabantur a PP. *Capucinis*, quorum ignota nobis nomina.

denique ad *Overtoom*, &c.

Ab Anno autem 1656. PP. Ordinis Eremitarum S. *Auguſtini* fideles hoſce curavêre, ac inprimis,

R. P. Fr. JOANNES VINCKEROY, ſive VINCKERODE, in ea cura defunctus Ann. D. 1671. ſub finem menſis Maji.

R. P. Fr. THEODORUS DINGENS, ibidem defunctus 24. Maji Ann. 1672.

Et R. P. Fr. MICHAEL DECKER, ex eodem Ordine.

Sed eo in *Nieuwendam*, & ſubindè aliò evocato, viciniæ iſtæ proprios è Clero nactæ ſunt Paſtores, primumque,

ADRIANUM AGHTIENHOVEN, Amſtelodamenſem, Theologum Lovanienſem, Sacræ Theol. illic, cùm in patria aliquamdiu Paſtor fuiſſet, Licentiâ donatum, & ad altiora ob non ſpernendas dotes deſtinatum. Sed vegetâ adhuc ætate, poſtquam ædes Paſtorales, inprimiſque Oratorium percommodum extruxiſſet, ad ſuperna evocatus 23. Martii Ann. 1691. illud ceſſit germano fratri,

THEODORO ACHTIENHOVEN, ex eadem Amſtelodamenſi urbe prognato, Theologo etiam Lovanienſi.

Sed & hic immaturè fatis concedens, ibidemque Paſtor mortuus 25. Oct. Anni 1698. ſucceſſorem accepit,

GUILIELMUM ZIELHORST, Ultrajectenſem, Lovanienſem quoque Theologum, qui & *Slotam* pro parte curat.

Extra Clerum, ut vocant, Secularem, etiam Regulares varia Amſtelodami tenent Oratoria, quidam quidem juxta, aliqui præter *Concordata*, ut vocantur.

Uti porrò primariis Eccleſiis, earumque Rectoribus, ac Fanis ſubinde aliis abſolutis ad Cœnobia progrediamur, ea intra urbem plurima fuerunt. Jac. La Torrius in *Rel. Rom.* recenſet *Prioratus duos Canonicorum Regularium S. Auguſtini; quorum alius, dictus* Paradisus, *& Capitulo Windeshemenſi ſubjacens, intra oppidi mœnia erat ſitus; alius verò juxta portam, quæ indè adhuc hodiè dicitur* Regularium Porta, &c. At pace tanti viri, prioris intra urbis mœnia nulla apud Patriæ Scriptores eſt memoria; poſterioris ad Monaſteria extra urbem fiet mentio.

Monaſteria intra urbem.

Igitur primum ſibi locum vendicare videntur *Fratres Minores*. „Fratres Minores *de Obſervantia*, inquit *Jacobus La Torrius*, recepti hic ſunt Anno 1462. de conſenſu Papæ „Pii II. anteà verò ab A°. 1304. cives Amſtelodamenſes Monaſterium hoc erexerant *Conventualibus S. Franciſci*. De iiſdem ſic *Luc. Waddingus in Annalibus* *: " Amſterdami domum po- "ſuerunt Minores ad Annum 1304. quæ *hoc ipſo* "reformata, tradita eſt Obſervantibus. Obſcuritas hîc eſt in voce *hoc ipſo*, quæ certè ad annum trahi non poteſt: id enim non tantùm

Minoritarum;

* *L. Wadd. ex Monum. MS. prov. Germ. inf.*

Ja-

Jacobii La Torrii Relationi jam dictæ adverſatur, ſed & patriis Scriptoribus. " Sic enim ex anterio" ribus urbis Amſtel. Scriptoribus, ſimul & modum " ingreſſus eorum deſcribens tradit *C Commellinus*, " l 4. p 430. Fratres Minores, ſeu Griſei Monachi A°. " 1462. cum magna ſeditione ac turbis, Magiſtratu " & pluribus ex oppidanis invitis, Amſtelodamum, " ut ex urbis Archivis palam eſt, ingreſſi ſunt " duce ac fautore M^to *Egydio Cabellino*, Caroli

Initia,

" Duci a conſiliis: cujus, ut & Vicarii ejus, au" ctoritate ac literis munitus eos in urbem tumul" tuariè induxit contra Wilhelmi Ducis Amſte" lodamenſibus A. 1411. conceſſa Privilegia, ne ex " ſimilium invectione gravarentur oppidani. Idem

Conditores,

" Scriptor tamen alibi, ſc. l. 111. part, 2. p. 197. ſic " inquit: Sunt qui putent Conventuales *S. Franciſci* " Amſtelodami ab A, 1304. aut circiter ſedes te" nuiſſe & inhabitaſſe; quibus alii refragantur, qui " eorum inſtitutionem tribuunt *Henrico Conrado vander Schelling*, in eorum illic condito O" ratorio.

Promotores,

JOANNES BRUGMANNUS, Franciſcanæ familiæ celeberrimi nominis Eccleſiaſtes, in Conventu Audomarenſi S. Theologiæ Lector, qui primùm Groningæ vixit, vitæ, ut ea ferebant tempora, ſeveræ, ac fervido in plebe docendo ſtudio, vitamque *B. Liduinæ*, Virginis Schiedamenſis, conſcripſit, rem familiæ ſuæ multùm apud Amſtelodamenſes promovit, ipſo teſtante ex urbis ejus Archivis *Pontano Hiſt. Gel.* l. 9. ubi ſic inquit: " In Actis Amſtelodamenſium invenio " biennio circiter antè hoc tempus, id eſt, Anno " 1462. Fratres Minores de Obſervantia eâ pri" mùm in urbe, adjutos præcipuè opera & ſua" da hujus fraterculi *Brugmanni*, ſedem ac ædem " fixiſſe: & tum ibi vulgo ejus de nomine na" tum Proverbium, *All cont gy callen als Brugman*; id eſt, etiamſi ipſum ſuaviloquentiâ æques " Brugmannum. Quamquam alii, & inter hos in *Bibl. Belg.* Valerius Andreas, ideò hoc proverbium inoleviſſe exiſtimant, quod *Hoexiorum* & *Cabeliaviorum* factionem compoſuerit, qui & *conſiderationes de Paſſione Dom.* ei ex *J. Mauburno* tribuit. Obiit is Neomagi A. D. 1473. *Acta* autem *Amſtelodamenſia*, de quibus hic Pontanus, ea haud dubiè ſunt ad quæ reſpicit *C. Commellinus*.

Cum interim Cœnobia tam intra, quam extra Amſtelodamum accreſcerent, dotarenturque in-

Oppoſitiones.

dies, ne oppidanos hinc nimium aggravari contingeret, cum Albertus, tum ſucceſſor Alberti Guilielmus filius, ejus nominis VI. Holl. Comes XXVII. Eccleſiaſticis ac Monaſticis viris interdicto cavit, Anno 1411. ne paciſcantur, aut hæreditatem adeant, ſibive emptione comparent bona ſive mobilia, ſive immobilia, intra urbis ac municipii juriſdictionem ſita, exceptis Parochialibus Eccleſiis ac Xenodochiis, quæ intra urbis ſunt pomœria.

Philippus Burgundus, ſeverè quoque indicto inhibuit, ſub Ann. 1452. ne Monaſticis aut Eccleſiaſticis viris poſſeſſiones, prædia, aliaque latifundia venderentur; neve hæreditate ejuſmodi bona adire ullatenus permitterentur.

Carolus Dux, exindè Rom. Imp. renunciatus, Anno 1524. itemque A. 1531. edicta edidit, aut renovavit potius, pro toto Belgii, Holl. Zelandiæ, Friſiæque territorio; quibus ſeverè cautum voluit, ne Eccleſiaſticæ aut Monaſticæ vitæ homines paciſcerentur, aut hæreditate adirent, ſibique vel donatione, vêl emptione res ſive mobiles, ſive immobiles, niſi certis conditionibus, acquirerent.

En edicti hujus verba ipſa, verſa e vernaculo:

Et poſtremo cum nobis item innotuerit Monaſticos ac Spirituales Hollandiæ ac Friſiæ, qui ejuſdem ferè ſunt cum Zelandis naturæ atque indolis, quotidie & magis magiſque hæredia ac poſſeſſiones hæreditarias ſimileſque reditus a parentibus, conſanguineis aliiſque ſecularibus, ratione ſucceſſionis, adipiſci, ſibique in proprietatem uſurariam, aut aliter, vindicare &c. Atque hæc omnia ad ſubverſionem dictarum Provinciarum noſtræque dignitatis ac majeſtatis diminutionem, ut & ante innuimus, ſpectent, voluimus in tempore tanto malo occurrere: quapropter approbamus confirmamuſque Statuta Decretaque Proavi noſtri Philippi Burgundi, ſimulque & amitæ noſtræ, noſtro tunc nomine hanc in rem conſignata publicataque: iterumque edicimus atque inhibemus, ne quiſpiam, cujuſcunque conditionis fuerit, qui ſe, aut ſuos alioſve, vitæ Monaſticæ emancipavit, ne inquam Monaſterio, cui emancipatus fuerit, ulla hæredia aut reditus ullo modo aut leget aut donet, ſub pœna ac confiſcatione eorundem bonorum; tantum dependetur certus ad vitam reditus, ſive ſumma, Monaſticam vitam auſpicanti: & porro ne quiſpiam, cujuſcunque regulæ atque ordinis, tam apud Hollandos quam Zelandos Friſioſque, latifundia aut hæreditates ſeu reditus emat aut ſibi acquirat: nec eadem aut donatione aut teſtamento, aut ſucceſſione parentum, conſanguineorum aliorumque, quocunque modo aut genere, ad ullos ejuſmodi Conventus ſpiritualium perſonarum devenire aut devolvi ſinat, ſive conditione reſtitutionis ſive alio quocunque pacto id tentaverit. Ita nec mobilia ulla bona per modum ſucceſſionis iiſdem Monaſteriis obvenire ullatenus permittimus, ſub pœna, ut dictum, nulla habita prætenſionum, prærogativarum, conſuetudinum aut indultorum, beneficiorum ac immunitatum ratione, quæ vel a Proavis noſtris, vel a nobis ipſis importunitate quapiam iidem Monaſtici obtinuerint: eaque omnia, ſi quæ modo ſint, nos in bonum ac publicum Provinciarum Hollandiæ, Zelandiæ ac dignitatis reſpectu, eadem, inquam, omnia revocamus, retractamus ac reſcindimus, abolemus ac reſcindimus per præſentes.

Admiſſi nihilominus *Fratres Minores*, poſt diuturnam inhabitationem fuco religionis pulſi ſunt, ut in dictis Aqualibus refert *Waddingus*:

Pacifica ſedes;

„ Verùm optimo religionis colore in *Geuſiorum* mutato fuliginem, menſe Junio Anni 1578. „ iſti, clam introductis multis ſuæ factionis, „ Catholicos adoriuntur, irruunt in noſtros Fra„ tres, vulnerant, percutiunt, expellunt civi„ tate, Magiſtratum, optimoſque Catholicos „ (inter quos fuit etiam *P. Arnoldus ab Iſca*) fu„ rioſè arreptos, navibus exportari jubent, . . . „ Totum noſtrum deſtructum & ſolo æquatum „ eſt Cœnobium, niſi quod unico dormitorio „ pro libitu ſuo abutantur. Cùm Anabaptiſtæ „ Anno circiter trigeſimo quinto ſupra milleſi„ mum, quingenteſimum tentaſſent Amſterda„ mum, fruſtra tamen viri, feminæ nudi diſcur„ rentes per plateas & furioſè vociferantes *væ*, *væ*, „ *væ*, & illi comprehenſi & puniti fuiſſent, eò „ miſſus P. Vener, Fr. *Bartholomæus a Middelburgo* concionaturus contra ſectam iſtam nefa„ riam, fecit cum magno fructu & laude, ut „ jure diceretur totam civitatem in Catholica „ fide confirmaſſe, & ad eam multos reduxiſſe, „ &c.

deinde perturbata,

Prædicatio in Anabaptiſtas.

celebres Eccleſiaſtæ.

Inter eos longè antè eminuit Fr. *Joannes Brugmannus*, jam nunc laudatus.

Monaſterium eorum, omnium virorum Religioſorum, quos urbs Amſtelodamum tenuit, maximum, cui Oratorium ad auſtrum erat, incendio Anni 1662. abſumptum, in ædes privatorum, quod ejus ſuperfuit, tranſiit.

Bogardorum, Paulinianorum, & Alexianorum Cœnobia.

Secundum Monaſterium tenuêre Fratres 3. Regulæ *S. Franciſci*, *Bogardi*, & a Paulo, gentium Apoſtolo, *Pauliniani* dicti. Horum *Paulinianorum* aliquot, quos & *Tertianos* nominabant, redundante fortaſſè numeroſiore populo, Hornam ſeceſſiſſe Anno 1457. impetratoque agri certo modo, novum ibi exſtruxiſſe cum æde Cœnobium, Hornani editi Annales annotant *. Eorum ædes modò ſub *S. Georgii* aulæ nomine Domus *Præbendaria*, vulgo *Proveniers-huys*; Fanum Walonum & Gallorum Calviniani dogmatis cœtui deſtinatum. Tertium Monaſt. tenuêre Fratricelli in vico *Neſſæ*, vulgò ab *Alexio*, *Alexiani*.

Monialium Aſceteria; antiq. ſc. ac novarum;

Feminarum autem cœtus, ſeu Monaſteria Virginum Amſtelodami viguêre tredecim. *Monialium*, ſcilicet Ordinis S. Auguſtini quinque: Quorum duo, ceteris præcellentia, *Antiquarum* nimirum, & *Novarum* Monialium erant, ubi nunc Xenodochia. Illud *Campus B. Mariæ* dictum, *Windeſemenſi Capitulo* ſubditum fuit. Hujus Prior Ann. 1419. *Fr. Joannes*, Prioriſſa, Soror *Hildegondis*. Hoc ornatum erat XI. Equitum Hieroſolymitanorum ex Amſtelodamenſium non infima ſtirpe picta effigie. Moniales iſtæ ſedem ibi tenuêre ad Annum uſque 1578. Reliqua tria, *Mariæ Magdalenæ*, *Agnetis* & *Catharinæ* Aſceteria fuêre.

S. Mariæ Magd.

S. Mariæ Magdalenæ Cœnobio ad cataractam, vulgò *op 't Spoytgen*, Annus 1432. auſpicium dedit.

Decano & Capitulo *S. Mariæ* in Sacello Hagienſi, uti & *D. Nicolai* Parochia, cui ſubditum erat, *incorporatum* ſeu unitum fuit.

Conceſſa ei ſub certa lege privilegia.

Quinquaginta Virgines aſſumere, Presbyterum a Confeſſionibus deligere, Capellam exſtruere, Cœmeterium ad ſepulturam tenere, ex Decani ac Capituli Hagienſis privilegio ſub certa lege Ann. 1427. ei côncesſum per haſce Tabulas:

NOS Decanus & Capitulum Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Hagienſis*, Trajectenſis Diœceſis, dilectis nobis in Chriſto Rectrici & Sororibus donatis Domus ſanctæ *Mariæ Magdalenæ Ordinis Regularium ſancti Auguſtini*, infra Parochiam Eccleſiæ noſtræ Parochialis ſancti *Nicolai* Amſtelredamenſis ſituatæ juxta foſſam, quæ vulgariter *op die Speye* dicta, conſtitutis, ſalutem & ſinceram in Domino caritatem. Ea quæ pro cuſtodia & devotione perſonarum feminei ſexus noſtræ . . . ratione curæ noſtræ prædictæ commiſſarum expedivit, eo libentius concedimus, quanto conſtat eas propter ſexus fragilitatem propenſiori auxilio indigere. Quatenus igitur devotæ perſonæ noſtræ Parochianæ Sorores prædictæ infra dictam noſtram Parochiam in Domo ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* commorantes uſque ad quinquaginta perſonas gratia majoris devotionis & cuſtodiæ honeſtum & diſcretum Presbyterum in earum Confeſſorem eligere valeant, qui per ſe vel per alium Presbyterum a prædictis Sororibus ad hoc vocatum, in earum Capella Miſſas & Veſperas cum cantu vel ſine cantu valeat celebrare: ipſiſque Sororibus & ſex vel ſeptem continuis commenſalibus auditis earum confeſſionibus, & pro modo culpæ injuncta pœnitentia ſalutari abſolutionis beneficium impendere, & eiſdem Sororibus verbum Dei prædicare, & Eccleſiaſtica Sacramenta, videlicet Corpus Chriſti & extremæ Unctionis, valeat miniſtrare. Quæ quidem Sacramenta pro majori earum devotione & cuſtodia in earum Capella in loco ad hoc decenti & ornato continuè conſervari poſſent. Et etiam in eodem loco Capella & cœmeterium habere & liberè facere conſecrari, licentiam tenore præſentium elargimur. Inſuper ut & prædictarum Sororum & earum commenſalium, ut præmittitur, decedentium corpora cum frequentatione exequiarum prout moris eſt per earum Confeſſorem in prædicto loco conſecrato ſepeliri poſſent, dummodo auctoritas ordinaria Domini Epiſcopi Trajectenſis ad præmiſſa acceſſit, indulgemus ex ſpeciali gratia per præſentes; ita quod alii noſtri Parochiani ibidem non ſepeliantur. Si vero præfatæ Sorores aliquod funus vel funera alicujus aliter quam prætactum eſt, ſepelire præſumpſerint, quod tunc pro quolibet funere tali nobis & noſtris ſucceſſoribus ſolvant ſex coronatos aureos monetæ Franciæ intra terminum triginta dierum a tempore ſepulturæ ejuſdem funeris computando. Salvo tamen quod nobis & noſtris ſucceſſoribus pro tempore curam prædictæ Eccleſiæ regentibus annuatim dabunt quatuor coronatos aureos monetæ ſupra dictæ vel eorundem valorem, quos Sorores Domus ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* antedictæ pro ſe & earum ſucceſſoribus pro portione Canonica & oblatione occaſionis ſepulturæ ac aliis undecumque provenientibus & per indemnitatem Eccleſiæ Parochialis prædictæ ac aliis obventionibus univerſis ſingulis annis in Octava Paſchæ realiter & in effectum ſolvere promiſerunt. Etiamſi in Capella prædicta venirent aliquæ oblationes exceptis oblationibus ex parte Sororum & funerum proficientibus quocumque modo veniret, ſive in pecuniis argenteis ſive aureis ſive quibuſcumque rebus aliis vel clenodiis; quam extenderint ſe annuatim ultra valorem duorum coronatorum monetæ Regis Franciæ nobis & noſtris ſucceſſoribus vel Eccleſiæ cura præfata nomine noſtro regentibus medietatem hujuſmodi retenta Sororibus . . . . . alia medietate pro fabrica manente. In quorum omnium teſtimonium præſentes litteras ſigilli noſtri fecimus appenſione muniri. Datum A. Domini 1427. ſexto die menſis Februarii.

Privilegia hæc, ut ad finem Diplomatis hujus aſſeritur, *Zuederi*, Traj. Epiſcopi, Tabulis confirmata fuere: authographum earum in Conventu Sororum earum pridem aſſervabatur.

Per alias deinde Tabulas, ejuſdem ferè tenoris, ab eodem Decano & Capitulo A°. 1493. eis conceſſum numerum Monialium ad ſeptuaginta uſque augere.

Conventus hic, nunc Trapezitæ domicilium, *Sionenſi* propè Delphos *Capitulo* colligatum fuit.

S. Agnetis,

Agnetis ibidem Partheneon viguit, *Sionenſi* quoque Capitulo colligatum. In eo illuſtris Schola mutato regimine ſedem fixit, cui addita Bibliotheca communis; a S. *Agnetis* Cœnobio ejuſdem nominis remanet hodié-dum platea.

S. Catharinæ, & *S. Gertrudis*.

S. Catharinæ Cœnobium ſub antiqua etiam Parochia ſitum habuit.

Conditores.

Hoc, uti & S. *Gertrudis* Aſceterium, *Vallis Virginum* dictum, conditores habuit *Ghiſelebertum Dou*, ab aliis dein auctum & ditatum, ſub Regula pridem S. *Franciſci* inſtitutum, ad S. *Auguſtini* normam majoris profectus ſtudio tranſlatum, *Capitulo Windeſemenſi* ſubjectum, & regimini Canonicorum Regularium Cœnobii S. *Joannis Evangeliſtæ* propè eam urbem demandatum fuit,

per

* C. Commel. deſcript. Amſt. l. 3. part. 2. p. 187.

a S. Franciſci ad D. Auguſtini inſtitutum tranſlatio.

per hoc *Sixti* V. Pont. Max. Latinum ejus ævi Diploma Anni 1475.

SIXTUS, Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio, Præpoſito Eccleſiæ Sancti Spiritus Ruremundenſis, Leodicenſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolicæ nobis deſuper injunctæ ſervitutis Officium, mentem noſtram excitat & inducit, ut circa ea quæ pro ſtatu Monaſteriorum, aliorumque piorum locorum, nec non in illis ſub religionis obſervantia piæ vitæ ſtudio vacantium perſonarum, præſertim quæ virginitatis candore, accenſis lampadibus, uni ſponſo Chriſto Iheſu, perpetuo famulari ſe ſponte voverunt, profutura fore conſpicimus, operoſis ſtudiis intendamus, hiſque propterea, nec non religionis propagatione, ac animarum ſalute proceſſiſſe dicuntur, ut firma perpetuò & illibata permaneant, libenter, cum a nobis petitur, Apoſtolici mandamus adjici muniminis firmitatem. Sanè pro parte dilectarum in Chriſto filiarum, Prioriſſarum, & Conventuum *Vallis Virginum S. Gertrudis*, ac *S. Catherinæ* Amſterdamenſis, Ordinis S. Auguſtini, Trajectenſis Diœceſis Monaſteriorum, per Prioriſſas gubernari ſolitorum, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, licet olim ipſæ jam ferè viginti annis vel circa, ſub profeſſione, Regula, & habitu tertii Ordinis S. Franciſci *de Pœnitentia* nuncupati, ſine proprio, & in caſtitate deguiſſent, tamen earum devotione creſcente, & ad frugem melioris vitæ convolare deſiderantes, ad Ordinem S. Auguſtini Canonicorum Regularium, de conſenſu & licentia Diœceſani loci tranſierunt, ac divinum Officium diurnum pariter & nocturnum, ſecundùm ritum & conſuetudinem dicti Ordinis S. Auguſtini, ex tunc Altiſſimo perſolverunt, prout indies perſolvunt, nec non ſub Prioribus, Commiſſariis & Viſitatoribus, a venerabili Fratre noſtro, Epiſcopo Trajectenſi, ac dilectis filiis Conventus Monaſterii *de Windeſim*, dictorum Ordinis S. Auguſtini, & Trajectenſis Diœceſis ad viſitandum eoſdem Conventus *Vallis Virginum* & S. *Catherinæ* deputatis deguerunt, & etiam degunt, ac ſub ejuſdem Ordinis S. Auguſtini Regulari obſervantia, in humilitatis ſpiritu Domino deſerviunt: quodque ipſi Priores, Commiſſarii vigore facultatis ſibi a præfato Epiſcopo, ut aſſerebant, conceſſæ, quaſcunque Virgines benivolas in *Vallis Virginum*, & S. *Catherinæ* Monaſteriis prædictis recipere, ac habitus per illorum Moniales ſeu Canoniſſas geſtari ſolitos, exhibere, nec non ab eiſdem Virginibus poſt annum probationis, profeſſione regularem recipere & admittere, ipſaſque Virgines velare conſueverunt. Quare pro parte Prioriſſarum & Conventuum prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut tranſlationi, conceſſioni, ceteriſque præmiſſis omnibus & ſingulis pro eorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, aliaſque eis in eiſdem præmiſſis opportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui de præmiſſis certam notitiam non habemus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de præmiſſis omnibus & ſingulis, ac eorum circumſtantiis univerſis, auctoritate noſtra te diligenter informes; & ſi per informationem hujuſmodi, ita eſſe reppereris, tranſlationem, conceſſionem, ac omnia & ſingula præmiſſa confirmare & approbare, nec non omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerint, in eiſdem ſupplere, eadem noſtra auctoritate procures. Nos enim ſi confirmatione, approbatione & ſuppletione hujuſmodi, per te vigore præſentium fieri contigerit, ut præfertur, *Vallis Virginum*, & S. *Catherinæ* Monaſteriis, eorumque Prioriſſis & Conventibus præfatis, ut Prior pro tempore exiſtens, & Conventus Monaſterii S. *Johannis*, dicti loci Amſterdamenſis, dicta Monaſteria *Vallis Virginum* & S. *Catherinæ* ſub ſua gubernatione ac protectione ſuſcipere, nec non eandem juriſdictionem & auctoritatem in eis habeant, quam Prior & Conventus dicti Monaſterii *de Windeſim* in ſingulis Monaſteriis & locis ipſi Monaſterio *de Windeſim* ſubjectis habent, quodque præfatus Prior dicti Monaſterii S. *Johannis*, de conſenſu tamen Prioriſſarum & Conventuum prædictorum, unum idoneum Presbyterum in Rectorem & Confeſſorem Monialium *Vallis Virginum* & S. *Catherinæ* Monaſteriorum prædictorum eligere; & inſuper eiſdem Monaſteriis ac eorum Monialibus, Confeſſoribus, converſis, & donatis, ac familiaribus, ut omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis, libertatibus, indulgentiis, exemptionibus, ac viſitationum & correctionum actibus, Apoſtolica vel ordinaria auctoritatibus præfato Monaſterio *de Windeſim*, quomodolibet conceſſis, & quibus ipſum Monaſterium *de Windeſim*, illiuſque Conventus in genere vel in ſpecie quomodolibet gaudent, potiuntur, & utuntur, ſeu uti & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ipſa Monaſteria *Vallis Virginum* & S. *Catherinæ*, eorumque Prioriſſa, Moniales, converſi, donati & familiares uti, potiri, & gaudere poſſint ac debeant in omnibus & per omnia, perinde ac ſi *Vallis Virginum* & S. *Catherinæ* Monaſteria hujuſmodi præfato Monaſterio ſubjecta, ſeu etiam alias incorporata forent, præfata auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus: non obſtantibus felicis recordationis Eugenii Papæ IIII. Prædeceſſoris noſtri, per quas univerſis Prioribus & Canonicis Generalis Concilii *Windeſimenſis* interdicit, & inhibuit, ne præter tunc certa expreſſa Monaſteria, aliquam Domum, vel Monaſterium fœminei ſexus, illorumque perſonas ad colligationem ſuam quomodolibet ſuſcipere, aut curam illarum acceptare præſumerent; quibus omnibus, etiamſi de illis eorumque totis tenoribus præſentibus mentio ſpecialis habenda foret, hac vice duntaxat, ipſis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter & expreſsè derogamus, ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis quoque & conſuetudinibus Monaſteriorum, & Ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, 1475. ſexto Nonas Maji, Pontificatus noſtri anno quarto.

Super plica ſignatum erat,

B. de Reata,

Subſignatum

E. B. Pele. T. de Caſtello. A. Inghecamus,

Adhuc

P. Caſtellof Gualbis. P. de Camilell.
Capo C. tuis.

Porrò

ac Vicaria.

Porrò *Vicaria S. Thadæi*, Monachodami, Conventui *S. Gertrudis* fuit unita.

Sororum deinde tertiæ Regulæ *S. Franciſci* ſeptem ad minus numerata Aſceteria:

Deln S. Urſulæ,

I. *S. Urſulæ*, ſive *undecim millium Virginum* dictum; cujus Rector aliquando *Nicolaus Caninus*, ut pag. 100. retulimus. Id nunc netoria Domus, vulgò *'t Spinhuys.*

S. Cæciliæ,

II. *S. Cæciliæ*, ubi aula Principis nunc eſt. Fanum etiamnum ſuperſtes, modo eſt *'s Lands Convoy-Comptoir.*

S. Barbaræ,

III. *S. Barbaræ*, unde *Barbara* adhuc hodiè nota platea, in ædes privatas converſum.

S. Margaretæ,

IV. *S. Margaretæ*, *S. Cæciliæ* proximum, in privatas quoque ædes verſum, egenis domi ſedentibus ad novum latus deſtinatum.

S. Mariæ,

V. *S. Mariæ Alexianis*, propinquum, cujus Fanum adhuc reliquum, dudùm pannorum porticus fuit.

S. Luciæ,

VI. *S. Luciæ*, *Tertiariarum* quoque, in platea vitellina adverſus *Loci ſacri* Sacellum, in Orphanotrophium verſum. Nomen ab eo *Luciæ* plateæ adhuc hodiè adhæret.

S. Claræ Aſceteria.

VII. * *S. Claræ*, in ædes privatas tranſiit.

Senatus Amſtelodamenſis Cœnobiorum numerum tantòpere cernens augeri, & Moniales has, à *S. Clara* Virgine denominatas, Ao. 1496. domicilium novum intra eam urbem meditari, oppoſitionis in *Franciſcanos* Griſeos Monachos Ao. 1462. adhibitæ memor, validè ſe novo ex eodem Ordine Griſearum Monialium habitaculo condendo oppoſuit, emiſſo in eas hoc duorum Scabinorum a XXXVI. Senatoribus probato Decreto vernaculo,

ALsoo tot kenniſſe van de Gerechte en 36. Rade gekomen is, hoe ſeekere menigte Suſterkens verſaminge en vergaderinge hebben, in meeninge om met hulp van eenige van binnen deſe ſteden, te doen maken ende fundeeren een nieuw Klooſter van de ordere van de *Clariſſen*; en hoewel dat het ſelve Goddelijk is, ſoo ſoude het nochtans mogen weſen tot groote beſwaerniſſe ende belaſtinge van de Gemeente, gemerkt de groote meenigte en veelheyt der Klooſteren, die alrede binnen deſe Stad zyn en over lange tyden geweeſt hebben, beſonder dat die naſuur van der zelve order, zulcks es niet te hebben om of te leven en ſonder nootttruſt te hebben, dan die gratie Gods en Aelmiſſen, es daer omme uyt meer andere conſideratie by de meerderheyt van ſtemmen van de 36. geaccordeert en geſloten, dat men in alre naerſtigheyt tot koſten van der Stede, by alle wegen van Recht Geeſtelicken, wairlick ende voort allen anderen redelyken en eerlicken wegen ſpenderen ſal, om middelen te vinden, dat voornoemen vande Suſterkens voorſz. belet ſal mogen werden, alſe een nieuw Klooſter binnen deſer ſtede te maken en funderen, ende voort ook te verſien, dat geene andere Geeſtelyckheyden nieuwe Klooſteren binnen deſer ſteden maken ſullen mogen, ende Klooſteren die nuw in deſe ſtede gemaakt zyn, ofte noch gemaakt werden tegens de Willekeuren, ende de Willekeuren deſer ſtede, dat men met allen naerſtigheyt en deuchdelyke middelen die repareren ſtellen ſal in behoorlicken ſtate, als zy naeder Ordenantie deſer ſtede behooren te weſen; en of ymand van de 36. Rade deſer ſtede nu, of in toekomende tyden tegens deſe verdracht dede met raed ofte daet, 't zy in 't heymelyk ofte in 't openbaer, dat men alle de koſten verhaelen ſal die van der ſtede wegen in die ſake voorſz. met dat daer aen kleeft gedaen ſullen zyn, an den geenen die 't contrarie van des voorſz. ſtaet te gebruycken, alle dingen ſonder argeliſt.

Sanctio hæc in Curia Senatus 23. Nov. Anno 1496. lata fuit præſentibus *Theodoro Baendeſen*, & *Joanne Clementis*, Scabinis.

Cùm nihilominus Moniales hæ inſtitutum opus proſequerentur, XXXVI. Senatorum cum Scabinis collectus cœtus, hoc 7. Maji 1498. in eas, ut & in *Bethaniæ* Sorores ac *Cellitas*, Edictum evulgavit:

DE Heeren Burgermeeſteren en de Gerechten, hebbende by hen op Stedehuys geroepen den Overmans van den Timmerluyden en die van den Metſelaars, en haar van wegen alle heure Gilde-broeders gelaſt en bevolen, dat niemant, ook wie hy zy van heuren Ambachten, voor meer yet metſelen ofte timmeren zal ten Clariſſen, ofte tot ten Celle-Suſteren aldaar yet macken, oprechten ofte nederwerpen om weder te timmeren, al waert ooik een ſtoep, of kleen of groot dingins, dat zy dat elck in 't zyn alſoo verkondigen ende gebieden heuren Gilde-Broederen, en ſinguliere werk-geſellen, op de peyne ende verbandts van die hier over dede, dat die daer ſoude verſuymen ende verbeuren ſal zyn Poorter-recht; zoo dat hy niet meer werken zal, ende men zal hem daer-en-boven corrigeren ende afluyden metter klocken, na gelegentheyt der ſacken. Actum en aldus geſlooten van Burgermeeſteren ende Schepenen, den 12. dag in Julio Anno 1499.

Exſtructum nihilominus, † cum cæteris exciſum, in ergaſtulum eſt immutatum. *Bethaniæ* dictum Cœnobium, omnis generis *Converſarum*, ſeu *Pœnitentiarum* exſtitit, Auguſtiniani quoque Ordinis, nunc Schola publica. Id cæteris, licèt novum, opulentiâ olim præſtitiſſe, refert *Anonymus*. Qui & hoc addit, corruptas ac proſtitutas mulieres hoc ævo, id eſt, Anno circiter 1500. non amplius, aut ſaltem difficulter in id admiſſas. Notat in Chronico Regum Francorum *Tilius*, ejuſmodi Collegium Lutetiæ demùm inſtitutum A. 1494. Ultimum *Soricellarum* fuit (quæ Nigræ Sorores, *Cellitæ* etiam aliàs dictæ) curam ægris, ac peſte præſertim laborantibus impendebant. Collocatum hoc fuit juxtà pontem alterum, qui è Templo veteri ad plateam, vulgò *Zeedyckenſem*, ducit. Partem ejuſdem occupat in *Zeedyckenſi* platea domus, quæ publici commeatus vectigali cogendo accipiendoque deſtinatur, *'t Convoyhuys* appellata.

Converſarum ac Cellitarum ædes.

Senatus oppoſitio.

Cœtus Virginum Amſtelodami, vulgò *Beghinaſium*, pro urbis iſtius, modò ampliſſimæ memoriâ, vetuſtus eſt, omnes ferè Monachorum aut Monialium cœtus ætate illic ſuperans.

Beghinarum Curia.

Albertus Bavarus, Holl. Comes, Virginum hunc cœtum ab Anno 1393. in tutelam receperat, præfixis eidem legibus, quæ hoc Diplomate continentur:

ab Alberto Bav. in tutelam recepta.

ALBRECHT, by Gods ghenaden Palsgrave op den Ryn, Hertoghe in Beyeren, Grave van Henegouwen, van Hollant, van Zeelant, ende Heere van Vrieſlant. Want wy willen, menen ende begheren, dat Gods dienſt, ende ſyn eere in alle onſen landen ende machten ghebreet, ende ghemeeret ende gheſterckt worde, ſoo doen wy condt ende te weeten alle luyden, dat wy

* Commel. l. 3. part. 2. pag. 135.

† Idem ibid. p. 199.

ghe-

Digitized by Google

ghenomen hebben, ende nemen in onſe beſcermeniſſe ende hoede, voor ons ende voor alle onſe naecomelinghen, dat *Begbynhoff* bynnen onſer ſtede van Amſterdam, met allen den joncvrouwen die daer nu ter tyt in wonen ende ontfanghen ſyn, ofte hier naemaels in wonen ofte ontfanghen zullen werden, mit allen haeren goeden ende toebehoeren, dat ſy nu ter tyt hebben, ofte hier nae vercryghen ende hebben ſullen. Ende wy willen en ghebieden haer naerſtelycken, dat ſy godlyck, eerlyck, zeedelyck, vreedſamelyck ende gheeſtelyck leven leyde, ende Gode vlytelyck dienen in ghehoorſaemheyt der heyligher Kercken, ſonder eenich bewint van wereltlyeke ſaecken. Ende waert ſaecke dat enich vande joncvrouwen voorſz. die nu ter tyt in de *Begbynhoff* voorſz. woonen, of naemaels in woonen ſullen, twiſt of onruſt onderlinghe hadden, welcken twiſt of onruſt ſy niet oflaeten en wouden by den Meeſteriſſen, ende by beſcheyden redelycken luyden, dier die Meeſteriſſen by hebben wouden, die ſullen de Meeſteriſſen mit te ouden ende vrootſten jonckvrouwen van den hove voorſz. van onſent weghen van den ſelven hove doen, ſonder yemants wederſegghen. Voorts ſoo en ſell gheen Joncvrou van den hove voorſz. van huys varen, ſonder conſent ende goetduncken der Meeſteriſſen, noch langher van huys bliven, dan nae goetduncken der Meeſteriſſen voorſz. Voorts en ſel gheen Joncvrou yemant mit haer inhalen te wonen, ſonder conſent ende goetduncken der Meeſteriſſen voorſz. Noch gheen Joncvrou des hoves en ſal van den hove gaen eten, noch in gheender manieren nachten van den hove blyven, ſonder conſent ende goetdunken der Meeſteriſſen voorſz. Ende gheen Joncvrou ſullen op ten hoff te ſaemen in eenen huyſe wonen, ſonder conſent der Meeſteriſſen. Voort gheen Joncvrouw voorſz. en ſal kinderen moeten houden of leren, ten ſy by conſente ende goetduncken der Meeſteriſſen, ende Jonkvrouwen voorſz. Voort ſoo en ſullen ſi gheen Joncvrou ontfanghen, ſi hebben een jaer of anderhalf op den voorſz. hoff ghewoent. Voorts ſoo wie van den Joncvrouwen voorſz. tot eenighen dienſte ghecoren worde te doen, die ſal den dienſt goedertierlic aennemen, of den hoff ruymen. Voorts ſoo en ſullen gheene mannen, gheeſtelicke ofte waerlicke te gheender tyt op den voorſz. *Begbynhoff* eten, uitgeſeit arbeits-luyden, als ſy op ten voorſz. hoff arbeyden; voorts ſoo wat Joncvrou op ten hoff voorſz. eyghen huys, camer of tilbaer goet heeft dat ſi gheeſt ofte beſpreêt den hoff, of den Joncvrouwen des hoves, dat willen wy dat voort gaet ſonder yemants wederſeggen. Voorts ſoo verbieden wy, ende ghebieden den Joncvrouwen voorſz. tot ewighe daghe, nymmermeer die hofſtede des hoeves in gheenre wys te verminderen. Voorts waert ſaecke dat enighe van den voorſz. Joncvrouwen, tot enighe tyden yeghens deſe voorſz. punten ſetten en keren wouden, dat God verhoeden moet, alſo dat enigherhande zake hanteren ende doen wouden, die niet Godlick, eerlick, noch gheeſtelic waren, ende hem daer in of niet beteren en wouden, nae dattet hem gheſeit ware van den Meeſteriſſen, die ſullen die Meeſteriſſen voorſz. van den hove doen, bi den ouden ende vrootſten Joncvrouwen van den hove als voorſz. is. Ende alle die gheene die om deſe voorſz ghebreken van den hove gedaen worden, of ſelve van den hove gaen woenen, ſonder conſent ende goetduncken der Meeſteriſſen voorſz. die en ſullen tot ghene tyden weder op ten voorſz. hove woonen. Ende want wy dit voorſz. *Begbynhoff*, ende Joncvrouwen, die daer nu ter tyt in ſyn ende namaels in ſullen weſen, lyf ende goet in onſer hoede ende beſchermeniſſe ghenomen hebben, ende nemen in allen manieren als voorſz. is, ſoo bevelen ende ghebieden wy in allen onſen landen, allen onſeren rechteren, ſonderlinghe onſe gherechte van Amſterdam, die nu ter tyt ſyn ende in toecomende tyden weſen ſullen, dat ſy den voorſz. hoff ende Joncvrouwen die daer nu in woonen, of naemaels in woonen ſullen, van onſer weghen in beſchermeniſſe ende hoede hebben, ende in allen deſen punčten voorſz. mitten Joncvrouwen die ſy tot hem nemen, helpen ende ſtarcken tot allen tyden, als ſy van hem vermaent ende verſocht worden. Ende waer dat zake dat yemant waer, die hem tot enighe tyden misdeden met woorden of mit wercken, ſoe ghebieden wy onſen gherechte van onſer ſtede van Amſterdam, dat ſy dat ſcarpelyck berichten ende corrigeren, dats hem een ander hoede te misdoen den ghenen die wy in onſer hoede ende ſchermeniſſe ghenomen hebben. Ende alle deſe voorſz. ſaecken ſullen weſen, behouden den Joncvrouwen voorſz. al haer rechts ende brieven die ſy hebben van onſen rechte van onſer ſtede van Amſterdam. Ende want wy willen dat alle deſe voorſz. punčten ſtade ende vaſt blyven tot ewighen daghen, zoo hebben wy deſen brieff bezeghelt mit onſe zeghele. Ghegeven in den Haghe op ten ſevenden dach in Auguſto, in 't jaer ons Heeren 1393.

Eundem adhuc cœtum Dux Albertus ſpeciali Senatui
Senatûs Amſtelodamenſis protečtioni commen- Amſt. ab eo
daverat. commendata.

Prætor, Scabini & Senatus urbis Amſtelodamenſis ab Anno 1389. in feſto S. Marci Evan- Leges ei
geliſtæ publico Edičto ſanxerant, *ad egenarum* præſcriptæ.
Beghinarum emolumentum, commodum ac profečtum, ut quacunque Beghinæ nunc hortum inhabitantes, vel poſthac inhabitaturæ ædes quaſvis emerent aut extruerent, has nec in vita ipſis, nec hæredibus poſt mortem earum vendere aut alienare liceret, niſi communium Beghinarum, intra hortum commorantium, obtentâ veniâ & conſenſu, &c.

Tabulæ vernaculæ his verbis auſpicium ſumunt; *Wy Schout, Schepenen, ende Raden der Stad Amſterdam*, &c.

Quæ in Diplomate Alberti Bavari *Jonckvrouwen*, id eſt, virgines dicuntur, in Tabulis hiſce
Arme Beghynen, egenæ Beghinæ, appellantur; Exercitatio
indicio quod in primis initiis cœtus hic, ut ferè priſtina.
aliis evenit, locuples non eſſet. Hinc etiam Virgines hæ ægrotis deſerviendis dudùm impenſæ feruntur; a quo onere, ut ſecuriùs Deo intrà hortum vacarent, a Cleri Primoribus ſub Annum 1500. ſolutæ fuêre.

Sacellum earum, ſub *novi lateris* pridem Pa-
rochia, *Divæ Virgini Mariæ* dicatum, multis Fanum D.
privilegiis ac ſpiritualibus donis variis tempori- Virg. ſacrum.
bus, ut Anno 1397. 1426 1459. & A°. 1516. ditatum fuit, tam a Romanis Pontificibus, quàm a Trajectinis Epiſcopis; quorum Diplomata ſigillis eorum munita, tuto adhuc loco aſſervantur. Titulum præferunt hunc Latinum; *Eccl. Privilegia & Indulgentiæ, conceſſæ Congregationi domûs ſitæ*
Amſtelodami ſub Diœceſi Ultraječtenſi, vulgò vocatæ Spirituales
Beghinaſium, aut Capella noſtræ Genitricis, ſančtæ Virginis Mariæ, intra Curiam Beghinarum, ſub Parochia novæ Eccleſiæ Oppidi Amſtelodamenſis.

gratiæ.

Inter cæteras indulgentias *Beghinis*, earum domeſticis, earumdemque Rectoribus conceſſas, eæ omnes indulgentiæ iis impertitæ, quæ Romæ ad viſitationem VII. Eccleſiarum, cum illic ſtatio eſt, concedi ſolent. Fanum Anglorum *Purit.* cœtibus hodiè deſtinatum.

Div. Tutel.

Porrò cum aliis *Beghinis* per hanc Patriam, per totum etiam Belgium, S. *Beggæ*, a qua & inſtitutæ *Beghinæ*, ſpecialis Patrona ſit, hæ Amſtelodamenſes, præter D. *Joannem*, etiam *S. Urſulam* cum ejus ſatellitio colunt Patronam, griſeamque pro pulla veſte, quam ferè alibi gerunt, mundo abdicantes aſſumunt. Hujuſmodi binas *cappas* ſeu veſtes ad *inveſtituram*, ut vocant, aſſervant; quas nonnulli derivant a primis earum Rectoribus Monachis, griſeâ veſte indutis. Juvaret certè * Acta *S. Urſulæ* &c. ex potioribus Hiſtoricis Eccleſiaſticis, ab apocryphis quibus aſperſa ſunt, & ſigillatim ab efficto Pontifice Rom. *Cyriaco*, qui in probata Rom. Pont. ſerie non reperitur, expurgare.

Habitus.

Privilegia.

Cæterùm hoc privilegio gaudent Virgines hæ, ſingulari Senatus Amſtel. benevolentia, ut Curiam ſuam ſero veſperè occludere, & funera ad Sacellum vicinum portare ipſis liceat.

Rectores.

Seriem earum Rectorum hic jungimus;

P^r. GYSBERTUS DOUWE, 1400. uſque ad Annum 1414.

M. JACOBUS LAMB. 1415. ad ...

D. SIBRANDUS JOANNIS, 1442. ad ...

D. PETRUS NICOLAI STAETEMAEKER, 1454. & qui ſequitur.

D. GERARDUS SPLINTER, 1457. ad Annum ...

D. PETRUS PETRI, 1463. ad 1477. Succeſſit

M^r. RUDOLPHUS SIMONIS, 1477. obiit 1479. 18. Decemb.

M^r. NICOLAUS MARTINI, 1479. uſque ad Annum 89. qui obiit 3. April.

M^r. PET. WILHELMUS DE PATER, 1490.

GERARDUS JOANNIS A MONICKENDAM, Sacellanus *Beghinaſii* A^o. 1508. teſtis alter miraculi eo anno 21. Jun. in *Loco Sancto* patrati.

M^r. ANDREAS ANDREÆ, 1510. 3. Maji.

M^r. JACOBUS.

M^r. JACOBUS PETRI, nominatus Anno 1516. regebat 1522.

M^r. PETRUS GAVE, 1540. obiit eodem anno.

M^r. NICOLAUS.

M^r. NICOLAUS THEODORI, regebat 1557. obiit 1567. 13. Auguſt.

M^r. SIMON JUDOCI, Anno 1569. obiit 1594. 7. Martii.

A^o. 1580. die Purific. *Virg. Mariæ* Rector hic in Sacerdotali habitu ad Curiam deductus, jubetur urbe exire, quia Miſſam celebrarat, uti & Oppidanorum Paſtor, *Mr. Wilhelmus ab Uytgeeſt.*

M^r. SIBRANDUS OOSTERVIRIUS, 1631.

M^r. LEONARDUS MARIUS, S. T. D. electus 1631. obiit 1652.

M^r. LAMBERTUS HOFMAN, S.T.B.f. Decemb. 1652. obiit 9. Octob. 1665.

M^r. DAVID VANDER MYE, J.U.L. 14. Oct. 1665. obiit 11. Novemb. 1700.

M^r. SIMON FRANDISCUS COETENBURG, 21. Novemb. 1700. obiit 10. Maji 1712.

FRANCISCUS CORNELIUS DEROUT, 16. Maji 1712.

Plura de his *Bat. Sac.* part. 2. p. 405. & alibi.

Præter has intra urbem Ædes ſacras, atque Cœnobia, duo ſuburbana pridem erant Monaſteria;

Suburbana Monaſteria; Carthuſianorum primum;

Carthuſianorum primum.

Tria eorum intra Hollandiam, ex *Goudhovio* Monaſteria, juxta *S. Gertrudis montem* unum, propè Delphos alterum, tertium hoc extra Amſtelodamum.

ejus ſitus,

conditor.

Non intus, ſed foris Cœnobia ſua plerumque extruit Ordo iſte, quia ſolitudinis præcipuus amans eſt & cuſtos. Certè & hoc extra oppidum Amſtelodamenſe ea parte qua Harlemum itur, conditum, non modò * *Alberti Bavari* ævo, ſed & impenſis, quum Anno 1368. Fratris *Wilhelmi* nomine, qui *furioſus* dictus eſt, Hollandiæ, Zelandiæque præeſſet. "Collatis, inquit *Opmeerus* †, in eorum ſubſidiis agris multis, & Inſula *Horna* ad canam foſſam, in ſinu lacus auſtralis, a colonis cum ſeptem familiis habitari ſolitam," ut idem habet; qui & aſſerit, "ſolitum eundem Ducem *Albertum Carthuſianos* hos in Diplomatibus ſuis, ſuos appellare *Sacellanos*.

Fundationis annus incertus.

Circa annum fundationis diſſentiunt Auctores. *Pontanus* Annum 1363. *Boxhornius* 1377. condito Cœnobio aſſignant. *O. Dapperus* ab his quoque diſſentit. Tabulæ in Orphanotrophio Amſtelod. ſervari dicuntur; ex quibus, ſi inde erui poſſent, verus fundationis annus illuceſceret.

Dicebatur illud *Portus Salutis S. Andreæ.*

Priores.

Prior ejus A. 1415. Fr. GERARDUS.

1421. Fr. JOANNES, *Prior* Conventus *Portus Salutis S. Andreæ Ord. Carth.* dicitur in Tabulis ejus anni 20. Febr.

Amplisſimum ac Regale ædificium,

Fuiſſe ædificium amplitudine atque amœnitate præcipuè commendabile, præter rudera, quæ ſuperſunt, teſtantur avorum memoriæ ac relationes, qui *Chriſtierno* II. Daniæ Regi, hoſpitium hic metatum memorant, hoſpitatumque; cùm ad Cæſarem generum iter inſtituiſſet Anno 1521. Eique narrationi documentum evidens eſt Domus, quæ etiamnum ibidem reliqua eſt, in qua conclave monſtratur, quod hodiéque Daniæ Regis conclave nominant. Poſtmodum Anno 1567. atque exinde magis magiſque invaleſcentibus Belgii turbis, furore atque impetu militum direptum ſæpè ſpoliatumque eſt; & annis tandem ſequentibus penfundatum funditus. Hodie area, magnaque Monaſterii pars in cœmeterium converſa. Eique uſui, graſſante ſuperioribus annis peſtilentia, deſtinatum primitus comperitur.

in Cœmeterium ac cauponam verſum.

Quædam ejus Reliquiæ, eheu! cauponæ deſerviunt.

Canonicorum Regul. S. Aug.

‡ Ejuſdem ævi & Canonicorum *Regularium*, extrà portam verſus Trajectum *Regularium* dictam, inde adhuc hodiè denominatam, eſt Cœnobium.

* A. *Gelaen Hiſt. Reel. l. 4. fol. T. 1. pag. 736. & Fr. Pagi Crit. in Bar. ad Sac. 4. pag. 561.*


* *Boxh. Theat. Holl. Jac. La Torrius in Rel. Rom.*

Iſ. Pont. Hiſt. Amſt. l. 2. pag. 109.

† *Opmeer. Oper. Chron. p. 683.*

‡ *Chron. Windeſ. lib. 1. cap. 43.*

Fun-



Cœnobium alterum; Fundatio. Fundatum illud ſub Annum 1394. in fundo proprio, ſub Parochia de *Nyer*-Aemſtel*, a *Ghiſelberto Dou*, Magiſtri *Gerardi Magni* diſcipulo, & *Theoderico Sleyer*, Presbyteris Trajectenſibus, in honorem Omnipotentis Dei, & ſub vocabulo *S. Auguſtini*, &c. pro uno *Priore* & XII. Canonicis ſub regulari habitu, cum Eccleſia ac Cœmeterio.

En fundationis Tabulas ex authographo pergameno deſumptas, nunquam antea editas:

IN *Nomine Domini Amen.* Per hoc præſens publicum inſtrumentum cunctis pateat evidenter, quod Anno Nativitatis ejuſdem 1394. Indictione ſecunda, menſis Julii die viceſima quarta, hora Veſperarum vel quaſi, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, ac Domini noſtri, D^ni^ *Bonifacii* divinâ providentiâ Papæ noni anno quarto; in mei Notarii publici ſubſcripti, ac teſtium infraſcriptorum ad hoc vocatorum ſpecialiter & rogatorum præſentia perſonaliter conſtituti honeſti & diſcreti viri Domini *Ghiſelbertus Dou*, filius *Jacobi*, *Petrus*, filius *Nicolai de Wytgheeſt*, & *Johannes*, filius *Theodorici*, Presbyteri; nec non *Johannes*, dictus *Sching*, laycus, Trajectenſis Diœceſis, compotes mente & corpore, ac ratione fruentes, pio moti fervore caritatis, animarum ſuarum æternæ ſalutis intuitu, volentes de bonis temporalibus, ipſis a Deo collatis, eidem Omnipotenti Deo laudes rependere & honores, dicente Salomone, *honora Dominum de tuâ ſubſtantiâ*, devoto affectu divinum augmentandi cultum, dederunt, contulerunt & reſignarunt ſingulatim, purè & ſimpliciter propter Deum, irrevocabiliter & hæreditariè, melioribus viâ, modo, jure & formâ quibus potuerunt ac debuerunt tanquam donatione inter vivos, redditus & bona infraſcriptos ſeu infraſcripta, ad opus Clauſtri ſeu Monaſterii Canonicorum *Regularium Ordinis ſancti Auguſtini* divinâ favente gratiâ fundandi, ædificandi & conſtruendi propè *Aemſterdam* in Parochiâ dictâ *ter Nuwer-Aemſtel*, dictæ Trajectenſis Diœceſis, nec non ad uſum Conventus & familiarium ejuſdem futuri Monaſterii, qui ſemper pro tempore fuerint. Imprimis Dominus *Ghiſelbertus Dou* prædictus, ut primus & præcipuus fundator Monaſterii prædicti erigendi ad opus ejuſdem dedit & aſſignavit quinquaginta florenos aureos Ghelrenſes nunc novæ monetæ, vel valorem eorundem, annui & perpetui redditus ad & ſupra bona ſua infraſcripta percipiendi & levandi perpetuò & annuatim ad opus antedictum, videlicet ſupra ſuam dimidietatem Domus & domiſtadii ac aliorum ædificiorum ibidem conſtructorum cum fundis & attinentiis ſuis ſitis in *Aemſterdam*, in platea dicta *die Kercſtrate*, inter hæreditatem prædicti Domini *Ghiſelberti*, & *Symonis* dicti *Zale* ejus fratris ex unâ parte, & hæreditatem *Hermanni*, filii *Hermanni* ex altera, prout dicta hæreditas ſe extendit à dictâ plateâ ſcilicet *Kercſtrate* retrorſum uſque ad plateam dictam *die Burchwal.* Item ad ſuam medietatem Domus cum domiſtadio, fundo & attinentiis ſuis ſitis in plateâ dictâ *die Apoſtelſtrate*, inter hæreditatem *Petri de Zœnden*, & hæreditatem *Symonis Zale.* Item ſupra duos ſcutatos aureos antiquos monetæ Regis Franciæ, octavam partem unius ſcutati minus annui & hæreditarii cenſus, quos idem Dominus *Ghiſelbertus* habet ſuper hæreditatem ſeu domiſtadium hæredum quondam *Wilhelmi* dicti *Zale*, ſitum in dicta pla-

* al. *Nye*-Amſtel.

ten *A. o Writte* inter hæreditatem liberorum *Johannis Henrici* & hæreditatem *Johannis Zale.* Item ad ſeptem jugera terræ ſitæ in *Abcoude* in loco dicto *M... even..* Item ad ſua tria jugera terræ modicum minus, Theutonice *een half hont min*, ſitæ in Parochia de *Nichtevecht* ſupra *Vecht-ſtam* apud Domum *Theodorici Gherardi* accolæ ejuſdem terræ. Item ad tres quartas partes unius jugeris terræ ſitæ in Parochia de *Ouder-Aemſtel*, cum terra *Wilhelmi* dicti *Nellenzoen.* Item Dominus *Petrus* filius *Nycolai* antedictus contulit, & donavit prædicto Domino *Ghiſelberto*, ad opus dicti Monaſterii ſeu Clauſtri fundandi & Conventus ejuſdem, ut dictum eſt, ſuam pechiam prati ſeu terræ, Theutonicè *vier Gheerſe lants*, vocatæ vulgariter *Liccikrewcer*, ſitæ in Parochia de *Caſtercom.* Item ſuam pechiam terræ, continentis Theutonicè *drie Gheerſe*, ſitæ ibidem in loco dicto *Albrechtscamp.* Item ſuam quartam partem pechiæ terræ ſitæ ibidem, dictæ *Spjcoert.* Item ſuam Domum ſitam in *Purmer* propè Eccleſiam. Item Dominus *Johannes Theodorici* prænominatus dedit Domino *Ghiſelberto* prædicto ad opus dicti Clauſtri fundandi, & conſtruendi, & Conventus ejuſdem, ut ſupradictum eſt, ſuam terram ſive prata ſita in Parochia de *Caſtercom* prædicta, dicta *Scherenbloetsven*, continentia videlicet *tien Coetyde*, ſita ibidem inter terram ſpectantem ad Capellaniam Domini *Wilhelmi Bar* fundatam in Eccleſia Alcmarienſi, & terram *Wilhelmi de Croenenburch.* Item ſuam terram arabilem, quam habet in eadem Parochia de *Caſtercom.* Item dictus *Johannes Sching* laycus contulit, & reſignavit conſimiliter prædicto Domino *Ghiſelberto* ad opus & ad uſum prædictorum Monaſterii & Conventus futurorum ſuas duas Domus cum attinentiis ſuis, prout eas nunc poſſidet, & inhabitat, ſitas in *Aemſterdam* in loco dicto *Grimmenes.* Item pechiam terræ videlicet *ſes made lants, een vierendeel min*, dictæ vulgariter *den Hoghen Noort*, ſitæ in Parochia de *Graft.* Item pechiam terræ, videlicet Theutonicè *vijf half mat*, ſitæ ibidem in loco dicto *Payngheweer.* Item pechiam terræ, videlicet Theutonicè *drie made*, ſitæ ibidem inter terram *Petri* dicti *Weent.* Item pechiam terræ dictam Theutonicè *die halve Uterdic*, ſitam ibidem. Qui quidem Domini *Ghiſelbertus*, *Petrus* & *Johannes*, Preſbyteri, & *Johannes Sching* laycus, antedicti promiſerunt ſingulatim, & quilibet pro ſe & hæredibus ſeu ſucceſſoribus ſuis univerſis bona fide, ſtipulatione legitima, interveniente etiam Notario ſubſcripto, prædictam donationem, ſeu donationes prædictas omnium redditaum & bonorum prædictorum eiſdem cedentes & abrenunciantes & omni juri, quod in eiſdem habuerunt vel habere poterunt ad opus ante dictum perpetuè firmiter & inviolabiliter obſervare, nullo tempore contraveniendo poſtea, dicendo vel faciendo per ſe, alium, ſeu alios quovis modo de jure vel de facto. Super quibus prædictis omnibus & ſingulis prædictus Dominus *Ghiſelbertus Dou*, petiit a me Notario publico ſubſcripto fieri unum vel plura publicum inſtrumentum vel publica inſtrumenta. Acta ſunt hæc in *Aemſterdam* in domo habitationis ejuſdem Domini *Ghiſelberti Dou*, anno, indictione, menſe, die, hora, & Pontificatu quibus ſupra, præſentibus ibidem diſcretis viris & honeſtis, Domino *Wilhelmo* filio *Lamberti* Preſbytero, & *Nycolao* dicto *Heyn* layco, dictæ Trajectenſis Diœceſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Wilhelmus Danielis*, Preſbyter Trajectenſis Diœceſis, publicus Imperiali auctoritate ac ordinaria admiſſione Notarius, præmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic, ut præmittitur, agerentur & fierent, unà cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi, & hoc inſtrumentum publicum meâ propriâ manu ſcriptum exinde confeci, ſignoque meo ſolito hic me ſubſcribens ſignavi rogatus & requiſitus in teſtimonium veritatis omnium præmiſſorum.

Bonifacius IX Rom Pont. fundationem ratam habuit ſeq. Diplomate, dato ad Abbatem Egmondanum: rata habita a Bonif. IX. Rom. Pont.

BONIFACIUS, Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio, Abbati Monaſterii S. *Adalberti* Egmondenſi, Trajectenſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Piis votis fidelium, illis præſertim quæ divini cultus augmentum conſpiciunt, libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum *Ghiſelberti Dou*, & *Theodorici Sloyer*, Preſbyterorum Trajectenſium, petitio continebat, quod ipſi zelo devotionis accenſi de propria ſalute cogitantes, ac cupientes terrena in cæleſtia, & tranſitoria in æterna felici commercio commutare, de bonis eis a Deo collatis in fundo proprio, vel aliàs per eos licitè acquirendo pro ſuis, & ſuorum animarum ſalute in Diœceſi Trajectenſi, in loco ad hoc congruo & honeſto unum Monaſterium Ordinis *S. Auguſtini*, in honorem Omnipotentis Dei, & ſub vocabulo ejuſdem *S. Auguſtini*, nec non Sanctorum *Gregorii*, *Ambroſii* & *Jeronymi* fundare & conſtrui facere, ac pro uno Priore, & duodecim Canonicis in eo ſub regulari habitu Domino ſervituris, ſufficienter dotare proponunt. Quare pro parte dictorum Preſbyterorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis fundandi & conſtrui faciendi, ac dotandi hujuſmodi Monaſterium cum Eccleſia, cœmeterio, campanili, campana, domibus & aliis neceſſariis Officinis, licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi pium & laudabile propoſitum dictorum Preſbyterorum plurimùm in Domino commendantes, ac volentes eos in eodem propoſito confovere, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus eiſdem Preſbyteris, poſtquam ipſi ſufficientem dotem pro ſuſtentatione Prioris, & duodecim Canonicorum hujuſmodi aſſignaverint, præmiſſa faciendi auctoritate noſtra licentiam largiaris; jure tamen Parochialis Eccleſiæ, & cujuſlibet alterius in omnibus ſemper ſalvo. Datum Romæ apud Sanctum *Petrum* 8. Kalend. Junii, Pontificatus noſtri anno ſecundo. Sub plica ſignatum erat ſic R[ta] juxta Gratis, Jo. de Delf, Et in dorſo & *to de Deimarken*, &c.

Albertus Bavarus Cœnobium hoc in clientelam ſuam ſuſcipit ſeq. Diplomate: ab Alberto Bav. in clientelam ſuſcepta.

AELBRECHT, bi Goidsgenaden Palensgrave op ten Ryn, Hertoge in Beyeren, Grave van Henegouwe, van Hollant, van Zeeland, ende Heere van Vrieſlande: Doen cond allen luden: want wy verſtaen hebben van onſen goeden luden van Aemſtelredame, dat Her *Ghysbrecht*

Digitized by Google

brecht Douwe, mit anderen Prieſteren ende goeden luden, grote begeerte hebben, dat die dienſt Goids ghemeret worde in heylgen gheeſtelicken ſtade, alſe van enen Cloeſter van S. Auguſtyns Regel, van Canoniken Reguliers, dat Her *Ghysbrecht Douwe*, mitten anderen Prieſteren ende goeden luden voerſz. gaerne fonderen, tymmeren ende maken ſouden buten onſe ſtede van Aemſtelredamme, in der Parochie van der *Nyer-Aemſtel*, daer men onſen-lieven Her God bi dage ende bi nachte in dienen mochte. Ende want wy mit ſonderlinger menigen begeren den dienſt Goids overal in onſen lande te meerren, ende te ſtarken: Soe hebben wy geoerloeft, ende oerloven mit deſen brieve Here *Ghysbrecht Douwe*, mit andere Prieſters ende goeden luden voerſz. te fonderen, te tymmeren, ende te maken een Cloeſter van Canoniken Reguliers, van S. *Auguſtyns* Oerde, buten onſer ſtede van Aemſtelredamme voerſz. in der Parochie van der *Nyer-Aemſtel*; ende ontfangen ende nemen dat voerſz. Cloeſter, ende alle die gheeſtelike lude ende perſonen, ende hoer dienaren, die nu ende in toecomenden tiden in den voerſz. Cloeſter wonen ſullen, ende alle hoer goede, die ſy nu ter tyt hebben of namaels vercrigen ſullen, in onſer beſcermeniſſe. Ende ombieden ende bevelen allen onſen dienſtluden, Bailjuwen, Scouten, Scepenen ende Rechteren overal in onſen lande: dat ſy dat Cloeſter voerſz., perſonen, luden, dienaren ende goeden, beſchermen van allen onrecht, hinder ende moyeniſſe jegens eenen yegeliken, wie hi ware. Ende waer dat ſaecke dat yement hierenboven hun luden voerſz. hinder of moyeniſſe dede, mit ombeſcheide aen horen perſonen of goeden, dat wouden wy verhalen ende corregieren aen hun luden, als aen den ghenen die ons van onſer heerlicheit verminderen woude, behoudeliken ons ende onſen nacomelingen, onſen dienſt, ſcot ende bede, die wy nu ter tyt hebben of hebben ſullen, op alſulke goede, als toten voerſz. Cloeſter gegeven ſyn, of als men in toecomenden tiden daer toe gheven ſal. In oerkonde deſen brieve beſegelt mit onſen ſegele, gegeven in den Hage op ten xxi. dach in Januario, in 't jaer ons Heren duſent drie hondert vier ende tnegentich, na den lope van onſen hove.

a Frederico Blankenh. Tr. Epiſc. confirmata. *Fredericus Blanckenheimius*, Traj. Epiſcopus, fundationi ac dotationi Monaſterii annuit, & concedit, ut Eccleſiâ, Cœmeterio, campanili ac campanâ gaudere poſſit per ſequentes Tabulas:

F*Redericus de Blankenheim*, Dei gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, ad perpetuam rei memoriam univerſis præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam. Piis votis fidelium, illis præſertim, quæ divini cultus augmentum conſpiciunt, libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii *Ghiſelberti Douwe*, Presbyteri noſtræ Diœceſis, petitio continebat, quod ipſe zelo devotionis accenſus, de propria ſalute cogitans, ac cupiens terrena in cæleſtia, & tranſitoria in æterna felici commercio commutare, de bonis a Deo eidem collatis in fundo proprio, vel aliis licitè per eum acquirendo pro ſua & ſuorum parentum animarum ſalute in Parochia de *Nyer-Aemſtel*, dictæ noſtræ Diœceſis, in loco ad hoc congruo & honeſto unum Monaſterium Ordinis *S. Auguſtini*, in honorem Omnipotentis Dei & ſub vocabulo Sanctorum *Mariæ Virginis*, *Gregorii*, *Jeronymi*, *Auguſtini* & *Ambroſii*, Confeſſorum, fundare & conſtrui facere, & pro aliquibus Canonicis ſub Regula & Ordine jam dicti *S. Auguſtini*, Domino ſervituris, dotare proponit. Quare pro parte dicti Presbyteri nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ei fundandi & conſtrui faciendi ac dotandi hujuſmodi Monaſterium cum Eccleſia, Cœmeterio, Campanili, Campana, domibus, ac aliis neceſſariis officinis, licentiam concedere dignaremur. Nos hujuſmodi pium & laudabile propoſitum dicti Presbyteri plurimùm in Domino commendantes, ac volentes eum in eodem propoſito confovere, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati ac etiam de conſenſu Curati dictæ Parochiæ de *Nyer-Amſtel*, & ejuſdem Eccleſiæ Collatoris, prout plena extat coram nobis facta fides, eidem Presbytero præmiſſa faciendi, auctoritate noſtra licentiam in Domino elargimur, jure tamen Parochialis Eccleſiæ & cujuſlibet alterius in omnibus ſemper ſalvo; harum noſtrarum teſtimonio litterarum. Datum Anno Domini 1395. menſis Februarii die octava Idus. Sic ſubſignatum *Jo. Theodoricus*, &c.

Theodorus, filius *Henrici* Presbyter, Curatus Eccleſiæ Paroch. in *Nyer* ſeu *Nye-Amſtel*, conſentit in Cœnobii fundationem, & cum Fratre *Joanne*, Priore ejuſdem tranſigit, per haſce Tabulas; accedente Novæ Amſtelæ Parochi conſenſu.

IN nomine Domini, Amen. Per hoc præſens publicum inſtrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno Nativitatis ejuſdem milleſimo, quadringenteſimo, indictione octava, quartadecima die menſis Novembris, hora Veſperarum, vel quaſi, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Domini *Bonifacii*, divinâ providentiâ Papæ noni anno duodecimo, in mei Notarii publici ſubſcripti ac teſtium infraſcriptorum ad hoc vocatorum ſpecialiter, & rogatorum præſentia perſonaliter conſtituti, Venerabiles & diſcreti viri, Frater *Johannes*, Prior Domus ſeu Monaſterii *S. Johannis* Evangeliſtæ Canonicorum Regularium, prope Aemſterdam, ſiti in Parochia de *Nye-Aemſtel*, Trajectenſis Diœceſis, pro ſe & Conventu dicti Monaſterii ac ſequacibus eorumdem ex una parte, & Dominus *Theodoricus*, filius *Heynrici*, Presbyter Curatus Eccleſiæ in dicta Parochia *Nye-Amſtel*, pro ſe & aliis Curatis omnibus, & ſingulis futuris ſucceſſoribus ſuis ibidem parte ex altera, bona & diligenti deliberatione præhabita, ut aſſeruerunt, propter bonum pacis & concordiæ inter ipſas partes & earum ſequaces in perpetuum obſervandæ, amicabilem compoſitionem, ſeu transactionem contraxerunt adinvicem & fecerunt, quæ ſequitur in hunc modum. Primò videlicet, quod ſi quæcumque perſona ex dicta Parochia in dicto Monaſterio ſuam elegerit ſepulturam, exequiæ ejus, ſi deceſſerit, prius, fieri debent in prædicta Parochiali Eccleſia antequam ſuum corpus ad Monaſterium prædictum deportetur; & quidquid poſt hoc oblatum fuerit in dicto Monaſterio ex parte ejuſmodi funeris, cedet in uſus Conventus antedicti. Item omnes familiares & commenſales dicti Conventus præſentes & futuri, poterunt confiteri & accipere quæcumque ſua Sacramenta in dicto Monaſterio ſeu Clauſtro, & inibi ſepeliri. Item hoſpites & advenæ non exiſtentes Parochiani dictæ Parochiæ, qui venerint ad prædictum Monaſterium, poterunt ibidem confiteri,

fiteri, & ſua Sacramenta ſumere in neceſſitatis articulo, & etiam ibidem ſepeliri ſine contradictione Curati memorati, & abſque aliqua ſolutione ſeu ratione de oblationibus, ſeu quibuſcumque aliis hujuſmodi occaſione eidem Curato facienda. Item Prior & Conventus prædicti Monaſterii ratione præmiſſorum tenebuntur Curato dictæ Eccleſiæ Parochialis perpetuò ſingulis annis, in dimidio antiquo ſcudato aureo monetæ Regis Franciæ, vel valore ejuſdem, quolibet anno in feſto Sanctorum *Philippi* & *Jacobi* Apoſtolorum perſolvendo: & proinde dictus Curatus pro ſe & ſuis ſucceſſoribus renunciavit omnibus aliis juribus & proventibus quibuſcumque ex dicto Monaſterio Curatum dictæ Eccleſiæ concernentibus, vel ad eum ſpectantibus, vel quæ poſtea concernere poterunt, vel ſpectare ad eundem. Inſuper prædictæ partes promiſerunt bona fide pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, & omnibus quorum intereſt vel intereſſe poterit in futurum, cum Notario ſtipulanti præmiſſa omnia & ſingula firmiter & inviolabiliter perpetuis temporibus obſervare nec contravenire directè vel indirectè, per ſe vel per alios quovis modo Super quibus omnibus ſæpè dictæ partes à me Notario publico ſubſcripto petierunt ſibi fieri hinc inde unum vel plura, publicum vel publica inſtrumentum ſeu inſtrumenta, unà cum appenſione ſigillorum partium earundem. Humiliter nihilominus ſupplicantes Reverendo in Chriſto Patri ac Domino, Domino *Frederico* Epiſcopo Trajectenſi, quatenus tranſactam compoſitionem, ſeu concordiam præmiſſam cum conditionibus ſupradictis dignetur ad perpetuam rei memoriam confirmare. Acta ſunt hæc in Aemſterdam, in domo habitationis Domini *Ghiſelberti Don*, Presbyteri, anno, indictione, menſe, die, hora & Pontificatu, quibus ſuprà: præſentibus verò ibidem honeſtis & diſcretis viris, Domino *Ghiſelberto* prædicto, *Lamberto* filio *Wilhelmi*, Presbyteris, *Johanne* dicto *Sching*, & *Alberto* filio *Heynrici*, laicis Trajectenſis Diœceſis prædictæ, Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Sic erat ſubſcriptum; & ego *Nicolaus* Dominus Hoeſch, Clericus Trajectenſis Diœceſis publicus Imperiali auctoritate Notarius, ordinaria admiſſione approbatus, præmiſſis omnibus & ſingulis per me poſitis & conſcriptis, dum ſic ut præmittitur fierent & agerentur, unà cum prævocatis teſtibus præſens interfui, eaque fieri vidi & audivi, & in hanc formam publicam redegi, ſcilicet quia diverſis negociis impeditus, per alium fidelem ſcribi feci, hic me ſubſcribens, ſignoque meo ſolito ſignavi, in teſtimonium omnium præmiſſorum rogatus & requiſitus.

Primum ibi conditum altare

* Primum ejus altare ad honorem IV. Eccleſiæ Doctorum Anno 1394 dedicatum per *D. Hubertum*, Traj. Suffraganeum, in die *S. Thomæ* Apoſtoli.

Cum Capitulo Windes. colligatio.

Fredericus Blankenhemius, priores Tabulas firmat, & ratum habet, ut dictum Cœnobium *Capitulo Windeſemenſi* colligetur; per ſequens Diploma.

FRedericus de Blankenhem, Dei gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, ea quæ ad excellentem divini cultus augmentationem noſtri tempore Præſulatus per miniſterium noſtrum ſuperna diſpoſuit ordinatio præſentis ſcripturæ memoriæ committere duximus, ne impoſterum in re ritè ordinata & exemplo devotionis digna, oblivio errorem, & error turbationem inducat, inde univerſis præſentis temporis & futuri Eccleſiæ Dei fidelibus hac pagina cupimus fore notum, quod dilectus filius *Ghiſelbertus Don*, ſuique adjutores & adjutrices noſtra licentia ac favore freti, Collegium Canonicorum Regularium Ordinis Beati *Auguſtini* ſitum in Parochia *Nye-Aemſtel*, noſtræ Diœceſis, & aliud Monaſterium Canoniſſarum Regularium ſitum in oppido de Aemſterdam, ejuſdem Ordinis & Diœceſis, fundaverunt, conſtruxerunt, ac dotaverunt, prout in litteris noſtris ſuper hoc confectis continetur. Et quia eaſdem litteras volumus in ſua firmitate permaneant, idcircò nos fundatores ac dotatores dictorum Monaſteriorum, gratas & ratas habentes, eas auctoritate noſtra ordinaria in Dei nomine confirmamus. Decernentes omnia & ſingula bona eiſdem Monaſteriis aſſignata, & impoſterum præſtante Deo aſſignanda, deinceps ſpiritualia fore, & ea dictaque Monaſteria noſtræ Diœceſis, & Priorem, & Fratres, Prioriſſam & ceteras Moniales eorundem frui & potiri perpetua Eccleſiaſtica libertate, volentes inſuper & tenore præſentium ſtatuentes, quod prædicta Monaſteria ſint colligata perpetuò, ac ſubjecta Monaſterio de Windeſim noſtræ Diœceſis, & cæteris Monaſteriis eidem Monaſterio de Windeſim colligatis & ſubjectis; ita quod inſtitutio & confirmatio Prioris & Prioriſſæ, & deſtitutio eorundem, necnon ſolida viſitatio & correctio eorundem Monaſteriorum, ad Priores & Fratres dictorum Monaſteriorum, & ad eorum ſpectet Capitulum Generale, quæ etiam Monaſteria ſupradicta omnibus & ſingulis privilegiis, libertatibus, conſuetudinibus & ſtatutis, quibus cætera Monaſteria & Collegia Canonicorum Regularium Ordinis *S. Auguſtini* dictæ noſtræ Diœceſis gaudere noſcuntur, cunctis ſucceſſivis temporibus liberè gaudeant ac fruantur. Harum noſtrarum teſtimonio litterarum ſigillum noſtrum duximus impendendum. Datum Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, in profeſto *S. Nicolai* Epiſcopi & Confeſſoris. Sic erat ſubſignatum, *Jo. Theodorici*.

Plures ſimiles Tabulæ ſequuntur in libro prægrandi pergameno; uti *Johannis de Boeckholdia, Prioris Monaſterii Fontis B. Mariæ, propè Aernhem*, & *Petri, Prioris Monaſterii Vallis pacis, propè Trajectum, à Capitulo Generali Windeſemenſi deputatorum*, Ann. 1445.

Rudolphi Diepholdii, *Traj. Epiſcopi*, anni ejuſdem.

Frederici, *Traj. Epiſcopi*, Ann. 1447.

Juliani Cardinalis, vulgariter S. Angeli nuncupati, in Germania Sedis Apoſtolicæ Legati, &c.

Rodolphus Traj. Antiſtes Canonicis dicti Cœnobii Anno 1454. facultatem concedit, Cœnobium, Eccleſiam, chorumque ampliandi, & altaria multiplicandi, &c. *Jura ac Privilegia ei concessa.*

David à Burgundia, Traj. Epiſcopus, regulari diſciplinæ à Canonicis iſtis ſervandæ intentus, Viſitatores illuc Anno 1491. delegat duos, Magiſtrum ſc. *Joannem militem majorem*, & *Theodoricum Uterwijck*, *Decretorum Doctorem*.

His adjiciuntur variæ adhuc Romanorum Pontificum gratiæ, atque Principum virorum immunitates ac privilegia.

In his, *Walravi*, *Brederodii* Dynaſtæ, tum Amſtelodamenſis officii Domini Ann. 1498. concedentis ut binas cataractas eis ſtruere liceat ad

* *Chron. Windeſ. lib. 1. cap. 38.*

ad *Amſtelæ* aggerem; neque fas ſit cuipiam eo in aggere ultra ædes jam exiſtentes alias ædificare, ne quieti aut commodo Regularium officiant &c. Tabulæ jam integræ datæ in *C. Commelini* deſcript. l. III part. 2. p. 204.

Vocabulum et indutum.

In omnibus ferè Diplomatibus ac Tabulis vocatur Cœnobium hoc, *Domus*, ſeu Monaſterium *S. Joannis Evang.* Canon. Regularium.

Primi Canonici ac Rectores.

† *Joannes Goſnut*, & *Paulus de Burſalia*, primi, anno fundationis primo, die *S. Thomæ* Apoſtolo ſacra, ab *Huberto* Traj. Suffraganco inveſtiti, & ad profeſſionem ſuſcepti.

Joannes Ottonis de Zuzato, *in Windeſem Conventualis*, primus ibi *Prior* fuit ad duos annos; deindè *Sanctimonialium in Amſterdam*, *Ordinis & Capituli* (*Windeſem.*) Rector inſtitutus, quas per annos XIII. in omni diſciplina gubernans, ibidem in pace feliciter obdormivit.

Eorum deinde ſeries.

Rectores ejuſdem Cœnobii ſeq. temporibus:
A°. 1405. Fr. JOANNES, Prior.
1413. Fr. HENRICUS, Prior.
1456. Fr. JOANNES, Prior.
1497. Fr. SIMON JOANNIS, Prior.
1499. Fr. HENRICUS, Procurator.
1510. Fr. NICOLAUS, filius *Joannis*, Procurator.
1557. Fr. SIMON JACOBI JOANNIS, Supprior.
1562. Fr. CORNELIUS JOANNIS DE SCHERMER, Prior.

Hæc autem bona, & cenſus Monaſterii hujus S. *Joannis Evangel.* ex antiquo libro pergameno in folio, quem tenemus, deſumpta.

Huyſen in Amſterdam:

Bona, Ædes Amſtel.

2. Huyſen in de Grimmeneſſe.
2. Huyſen in de Neſſe.
1. Huys in de Kalverſtraet.
1. Huys in de Windmolenſtraet.
1. Huys in de H. Kruysſtrate.

Jaarlykſe inkomſten van Huyſen in Amſterdam:

Reditus annuus ex his ædibus.

Op een huys op de Nieuwendyck, 3. guld.
Op een huys op de Middeldam 4. oude goude ſchilden.
Op een huys by de Kerk 3. oude g. ſchilden.
Op een huys aldaer 2. oude g. ſchild.
Op een huys in de vinde molaren 2. oude g ſchild.
Op een huys aldaer 2. oude g. ſchild.
Op een huys op de Burgwal 1½ oude g. ſchild.
Op een huys by de oude brug 1. oude g. ſchild.
Op een huys in de Gansterde 1. oude g. ſchild.
Op een huys op het Bagynhof 3 guld.
Op een huys in de Halfſteeg 3. Dordrechſche guld.
Op een huys by de Burgwal 7. Franſe ſchilden.
Op een half huys aldaer 2. oude ſchilden.
Op een huys op de Middeldam 16½ oude ſchild.
Op een huys in de Kerkſtraet 3 ſchilden.
Op verſcheyde huyſen 7½ ſchild.
Op een huys op de Middeldam 8. oude Willem ſchild.
Op een huys aldaer 4. ſchilden.
Op een huys aldaer 4 goude Willems ſchilde.
Op een huys aldaer een oude Franſe kroon.
Op een huys aldaer 3. goude nobelen.
Op een huys aldaer 3. nobelen.
Op een huys aldaer 3½ Dordrechſche ſchild.
Op verſcheyde huyſen aldaer te zamen 11. ſchilden.
Op twee huyſen te zamen 7½ goude nobel.
Op een huys 2. oude goude ſchilden.

† Chron. Wind. lib. 1. cap. 28.

Jaarlijkſe inkomſten van Landen:

Reditus annuus ex agris.

50. Goude Gelderſche guldens.
16½ Oude goude ſchilden.
Een goude nobel.
Een pont Hollands.
6½ Oude Franſe ſchilden.
9. Willems ſchilden.
3. Goude nobelen.
4. Franſe ſchilden.
1. Engelſche nobel.
3. Oude Franſe ſchilden.
Een rente brief van 38. oude Franſe ſchilden.
1½ Goude Engelſche nobel.
5. Goude Willems ſchilden.
4. Goude Willems ſchilden.
1½ Oude Franſe ſchild.
5. Pont Hollands.
1. Willems ſchild.
10. Willems ſchilden.

Landen het Klooſter toebehoorende:

Agri & terræ ei Cœnobio propria.

7. Mergen lands in Abcoude.
3. Mergen en 50. roede in Nichtevecht.
¼ Van een mergen in Ouder-Amſtel.
4. Geerſen lands in Caſtricum.
3. Geerſen in Aelbrechs camp.
Een huys in Purmer by de Kerk met eenig land.
10. Koeweyde in Caſtricum.
3. Ackers teelland, ibid.
6½ Made lands in Graft.
7½ Made in Payngeweer met de halve Uytdyck.
6. Made lands in Amſterveen.
3. Mergen lands, ibid.
3. Mergen lands in Diemen.
5 Koeweyde en eenige kleyne perceelen in Graft.
5. Koeweyde in Graft.
10. Koeweyde in Schermer.
2. Made lands ibid.
18. Made lands in ſchermer.
6. Mergen lands ibid.
6. Mergen teelland in Abcoude.
't Derde deel van een huys te Dort.
24½ Mergen lands aen diverſe perceelen in Arkel.
4 Mergen lands in Aelbene.
2. Mergen in Abcoude.
7. Mergen lands.
22. Made lands by Leerdam.
5½ Geerſe lands tot Limmen.
1½ Mergen lands by Amſterdam.
4½ Mergen lands by Weſop.
10 Mergen lands in Abcoude.
Berthouten Uterdyck, Jan van Neck in Uterdyk en het lage land daer aen in Graft.
5. Koeweyde en half Abbewert.
Een half huys in Schermer.
18. Made lands aen de noordzyde van Edam.
10. Koeweyde met nog eenige perceelen in Schermer.
4. Made lands, ibid.
2. Koeweyden.
2½ Acker lands in Amſterveen.
Een zaed lands van 10½ Acker, met een huys en erve in Nieu-Amſtel.
3½ Acker lands ibid.
Een heele weer lands by St. Antonis gelegen omtrent Amſterdam.
18. Hond lands, ibid.
3. Mergen in de Aemſtelcamp.
13. Hond lands by het reguliere Klooſter.
Verſcheyde perceelen lands in Aelsmeer.
1½ Acker lands in Nieu-Amſtel.

¼ Van

Digitized by Google

¼ Van een zaed lands, met een huys, ibid.
2 *Kampen lands, ibid.*
1. *Weer lands, ibid.*
3. *Hond in Wertbroek.*
6. *Mergen en een Acker lands.*
2½ *Acker lands in Amſterveen.*
Een huys en erve, ibid.
Een huys met een Acker lands, ibid.
Een huys met een Acker in Nieuwer-Amſtel.
1. *Weder lands van* 12. *maden by Aemſteldyk.*
6. *Ackeren lands in Nieu-Aemſtel.*
1. *Made lands, ibid.*
1. *Weer lands, ibid.*
10. *Made lands en een half huys, ibid.*
4. *Maden lands, ibid.*
4½ *Ackeren lands.*
9. *Made lands.*
1. *Weer lands.*
13. *Made lands.*
1. *Stuk lands genaemt Cattenellebech.*
11. *Maden lands.*
2. *Stukken lands van* 7. *Koeweyden.*
1. *Stuk lands.*
4. *Koeweyden.*
1. *Half weer lands.*
9. *Geerſche lands.*
1. *Weer lands van* 6. *mergen.*
2. *Koeweyden.*
24. *Mergen lands agter de ouder Arkel ſluys, geheeten Campbladen.*
6. *Mergen lands.*
4. *Deymde lands op de Beets.*
19. *Deymde lands in Scaerwoude.*
Het agſte deel van de Neſſe gelegen aen de Utermeer.
Nog eenige deelen van de Neſſe.
Bevinde nog in de Ambagten van Amſterveen, Nieu-Amſtel, in de Ban van Alckmaer, Abconde, Arkel, Caſtricum, Graft, Heemskerke, Nichtevegt, Ouderkerke, Schermer, Velſen, Aelsmeer en Weſeper Kerſpel, &c. dat het gemelde Klooſter nog heeft gehad 125. *Maden lands. Item nog* 140. *Mergen.* 8. *Koeweyden, een Hofſteede met zijn landen in* 8. *Ackeren lands.*

Si quis ſingula accuratius perſcrutari vellet, ultra jam recenſita, 50. inſuper jugera deprehenderet.

Cùm Lectores non omnes intelligant quid & quàm magnum ſit *een Made-lands, een Koeweyde, een Geers, een Deymde, een Gaerde, een Weer*, ſciant *een Made* eſſe 400. *roeden*, ſeu virgas, *een Koeweyde* 300. *een Geers* 200. *een Deymde* 400. *een Gaerde* 100. *een Weer* 2. jugera & 143. *roeden*, ſeu virgas. At multis locis *een Weer* multò majus eſt.

Porrò cùm Cœnobium hoc duobus ibi circiter ſeculis viguiſſet, caſu, juxtà quoſdam, à malevolis juxtà alios, combuſtum & dirutum fuit. De ejus excidio hæc habet J. de Lindeb. *hiſt. Epiſcop. Dav.* pag. 325. — *Excidium*,

" *S. Joannis Evangeliſtæ*, propè Amſtelodamum,
" Diœc. Harl. (Cœnobium) dum Veſpertinum
" Officium in choro Canonicos occuparet, Ann.
" 1532. vel juxta *Pontani* aliorumque calculum,
" Ann. 1506. in omnium SS. Vigiliis, igne à
" Magiſtratu ſuppoſito penitus devoratum. Cum
" hîc Amſtelodamenſes reſtitui nollent, Ann.
" 1533. reædificatum eſt in *Heyloe*, propè Alc-
" mariam; Pii IV. juſſu Ann. 1563. deſtructum,
" cenſu ejus Cathedrali Harl. addicto.

Immutatio, Nunc rudera & reliquum Monaſterii ſpatium uſibus aliis, & maximè hortorum amœnitatibus ac viretis dicatum eſt.

Hic habe deſcriptionem *incorporationis*, ſeu unionis Conventûs Amſtelodamenſis cum *Heyloenſi*, quam & noviter nacti ſumus. — *& Heyloenſi Cœnobio unio.*

Memorandum quod à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo triceſimo tertio, quinta decima die menſis Octobris, factus eſt contractus inter Conventuales Conventus Canonicorum Regularium prope Aemſterdam dudum miſerabiliter exuſti & deſtructi, & Conventum ejuſdem Ordinis & tituli in Heylo prope Alcmariam ſuper tranſlatione Conventualium de Aemſterdamis in unionem & incorporationem Conventûs de *Heylo*. Pro quo contractu moderando & ſtabiliendo electi ſumus poſtulati in arbitros nos Fratres *Harmannus*, Prior Carmelitarum in Haerlem, & *Nicolaus de Aemſterdam*, Prior Carmelitarum in *Zuvengeeſt*, ex parte Conventûs de Aemſterdam; *Magiſter Antonius Vuiſelaer*, Rector Sororum ad *ſanctam Mariam* in Alcmaria, & Pater *Nicolaus*, Rector Sororum ad *ſanctam Catharinam* in eodem oppido, ex parte Regularium in *Heyloe*. Forma igitur contractûs initi & declarati cum ſuis ſingulis articulis clarè patet in deſuper confecto inſtrumento publico apud reddituarium Alcmarenſium repoſito. Et quia in inſtrumento cavetur de difficultatibus eventuris declarandis per arbitros a partibus aſſumendos, juxta quorum diſcretionem partes ſe habebunt dirigere. Anno igitur a Nativitate Domini 1535. viceſimo quarto die menſis Junii, nos præfati arbitri tres Priores, & quarto aſſumpto in locum Patris *Nicolai* ſuperiore anno defuncti, Domino *Gerardo* ejus in regimine ſucceſſore pro reſcindendis difficultatibus interim ſubortis convenimus ad Conventum de *Heyloe*, & in præſentia utriuſque partis ad inſtantiam Reverendi Patris Generalis illius Ordinis declaravimus & declaramus per præſentes, quatenus Conventuales de *Heyloe* juxta formam inſtrumenti deſuper confecti reſignabunt tranſportando Conventum & omnia bona Conventûs ſui tam mobilia quam immobilia in poſſeſſiones, & in plenum Dominium perpetuis temporibus duraturis ad manus Regularium de prope Aemſterdam & Capituli generalis ejuſdem Ordinis ſine contradictione. Hac lege & conditione quòd Regulares de Amſterdammis promiſerunt ſe ſemper proviſuros omnibus Conventualibus & Fratribus de *Heyloe* tam in victu quam in veſtitu de cunctis eorum neceſſitatibus quantum honeſtas requirit. Et ſi contigerit Conventuales ipſos vel eorum quemlibet velle ſe transferre ad reſidentiam extra Conventum, tunc conceditur eis & eorum cuilibet honeſta proviſio ad commorandum probo ac bonæ famæ Patri, *cum quo in habitu ſuæ religionis cum bona fama & laudabili teſtimonio citra omne ſcandalum converſari valeat*. Hac conditione, quòd Conventuales de Aemſterdam tenebuntur eis & eorum cuilibet pro neceſſariis victu & amictu, & reliquis indigentiis amminiſtrare ſingulis annis decem libras Flandriæ facientes ſexaginta Carlinos, quæ ſumma, *ut excludatur omnis proprietatis ſuſpicio reponetur ad cuſtodiam Patris, cui commoraturi ſunt*. Salvo quod Pater ille tenebitur eis liberaliter & frugaliter pro eorum neceſſitatibus per partes pecuniam impertiri. Et ne hæc indulgentia cedat in contemptum religionis aut præſtet indiſcretis, improvidis & ſcandaloſis materiam & audaciam delinquendi. Nos arbitri qui ſuprà declaramus taliter extra Conventum reſidentes ſcandala non evitent, vel ſi rebus conceſſis abutantur vel alienent, cùm earundem nullam

Digitized by Google

lam habeant proprietatem, ſed tantùm honeſtum uſum, privandos conceſſis gratiis. Exceſſus autem & abuſus quantum ponderandi ſint, ſtabunt declarationi & diſcretioni arbitrorum. Verum recte & honeſte converſantes gaudebunt quoad vixerint, vel ultro ad Conventum redierint, tunc victuri in communi cum reliquis Conventualibus. *Et ut contractus careat omnibus fraude, dolo & ſuſpitione proprietatis declaramus, quod exituri tradent ad manus Prioris loci inventarium omnium utenſilium tam de habitibus quam de libris & aſſeribus & cæteris clenodiis, ne ex incuria vel negligentia illorum à Conventu alienentur.*

Item declaramus quod Prior & Procurator cum Conventu tenebuntur contractum iſtum ſigillare ſigillo communi Conventus, quo hactenus in ſuis cauſis uſi ſunt. Et in eventu malæ ſolutionis habebunt Fratres exeuntes exigere talem ſolutionem ex omnibus eorum bonis, quæ vel nunc habent & poſtea ſunt habituri, quæ bona declaramus ipſis Fratribus in Ypothecam conceſſa & tradita, abſque hoc quod Prior aut Procurator vel aliquis eorum ſucceſſorum poterit ſe ulla via juris contra tales tueri. Omni fraude & dolo ſeclufis, unà cum approbatione & confirmatione Reverendiſſimi Domini Epiſcopi Trajectenſis, vel ejus Vicarii ſub ſigillo iſtis præſentibus transfigendo: in quorum fidem & teſtimonium nos quatuor electi & poſtulati quilibet noſtrum ſua manuali ſubſcriptione præſentes ſubſignavit. Acta ſunt hæc in domo & Conventu *Heyloe* ſæpe nominatis Anno a Nativitate Chriſti 1535. 24. menſis Junii.

Confirmatio Georgii Egm. Traj. Epiſc.

Sequitur ſigillum transfixum, *Georgii*, Ultrajectini Epiſcopi:

G*Eorgius Egmond*, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Trajectenſis, notum facimus univerſis quod nos ad inſtantiam dilectorum nobis in Chriſto Prioris & Conventus Canonicorum Regularium Ordinis ſancti Auguſtini in *Heyloe*, Comitatus Hollandiæ, noſtræ Diœceſis, & eorundem humilem ſupplicationem, omnia & ſingula contenta, narrata, deſcripta, & concordata in litteris, quibus præſentes noſtræ litteræ transfixæ, authoritate noſtra ordinaria tenore præſentium, approbamus, ratificamus, ac rata & grata habemus, eaque inviolabiliter obſervari mandamus, & in Dei nomine confirmamus. Salvo quod Fratres antiqui de *Heyloe* tranferendi vivere & manere debeant ſub obedientia & correctione noſtra, & pro tempore Epiſcopi Trajectenſis ſeu Vicarii in ſpiritualibus generalis pro tempore. Datum noſtro ſuo ſigillo ad cauſas præſentibus appenſo Anno Domini 1535. die vero 9. menſis Octobris.

JO. BEYER.

Aliæ de eadem cum Heyloenſi Cœnobio unione Tabulæ.

Juvat his addere ſequentes de eadem unione Tabulas ex authentico deſumptas:

IN *Nomine Domini Amen.* Per hoc præſens publicum inſtrumentum cunctis pateat evidenter & ſit notum, quod Anno Nativitatis ejuſdem Domini 1534. Indictione ſeptima, die vero Mercurii viceſima prima menſis Aprilis, hora nona aut circiter ante meridiem, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini *Clementis*, divina providentia Papæ ſeptimi anno ejus undecimo, in mei Notarii publici teſtiumque infrà ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentiam perſonaliter conſtituti venerabiles & religioſi viri & Patres, *Jacobus Conrardi*, Prior Monaſteriorum in *Heyloe* ex una, & *Henricus Nicolai de Weſop*, Prior prope Amſterdamum, Ordinis Regularium ſancti *Auguſtini*, partibus ex altera, in infrà ſcriptis factis & negociis plenam hinc inde habentes procurationis mandatum & auctoritatem a ſuis Capitularibus collegialiter & capitulariter congregatis, prout de ſuis procurationis mandatis michique publico Notario ut & tamquam perſonæ publicæ & authenticæ teſtibuſque infra ſcriptis, ultimam fecerunt & quiſquam illorum in ſolidum pro ſe ſuiſque hinc inde Monaſteriis & ſucceſſoribus fecit fidem dictus tunc *Jacobus Conrardi*, Prior in *Heyloe*, ad transferendum Conventum Canonicorum Regularium Ordinis ſancti *Auguſtini* prope Amſterdamum eidem Conventui de *Heyloe* perpetuo uniendum juxta continentiam & tenorem litterarum Cæſareæ Majeſtatis, reverendiſſimi Epiſcopi Trajectenſis, aliorum, Commiſſariorum & nutorum hinc inde tractatus & concordiæ deſuper factarum & expeditarum, ad quas litteras hinc inde ſe deferunt non vi, metu, dolo, neque quacunque alia ſiniſtra machinatione circumventus ſeu ſeductus, ſed purè & ſimpliciter, non ſolùm officium ſuum Prioratus, verùm etiam dictum Conventum de *Heyloe* cum omnibus privilegiis & bonis ſuis mobilibus & immobilibus rebus, juribus & pertinenciis univerſis in manibus dicti Patris *Henrico Nicolai de Weſop*, præſentis & gratanti animo acceptantis, repoſuit & reſignavit, prout reponere & reſignare ſe dicit per præſentes: & ne prædicti *Jacobus Conrardi*, Prior, & alii Conventuales Monaſterii de *Heyloe* minimum detrimentum patiantur ex jam dictis repoſitione, reſignatione ſtipulatur & promittit tam nomine ſuo proprio quam etiam ſuorum Fratrum Capitularium Conventus Amſterdammenſis prædictus Pater *Henricus Nicolai* retinere prædictum *Jacobum Conrardi* in priſtino ſuo ſtatu gaudereque ſua præeminentia prout & quemadmodum in antea fuit Prior dicti Conventus in *Heyloe*, ut infra & extra Conventum poterit comparere de ſuo beneplacito hoſpites recipere & cum eis prandere & cenare uti Prioris eſt, quemadmodum ſolitus & conſuetus fuerat. Quodque & Fratres ſui prædicti Capitulares Conventus in *Heyloe* in recompenſam hujuſmodi repoſitionis & reſignationis pro ſuſtentatione vitæ in eventum quod Deus avertet ſi concordare non poterint habeant, & quiſque illorum habeat præter concordata facta infra & extra limites Conventus de *Heyloe* vita ipſorum durante, & non amplius certam annuam penſionem ex fructibus unitorum ſic Monaſteriorum potioribus arbitrio bonorum virorum per dictos Fratres Capitulares de *Heyloe* antiquos eligendorum. Super quibus omnibus & ſingulis dictæ hinc inde partes petierunt & quæque ipſarum petiit a me Notario publico infra ſcripto exinde eis fieri unum ſive plura publicum ſive publica inſtrumentum ſive inſtrumenta in meliori forma. Acta ſunt hæc in majori camera hoſpitum dicti Conventus de *Heyloe*, ſub anno, indictione, die, menſe, hora & Pontificatu quibus ſupra, præſentibus ibidem venerabilibus & honorabilibus viris Dominis Magiſtris *Johanne de Goch*, Canonico præbendato ſancti Salvatoris Trajectenſis, & *Anthonio Anthonii Wyſſelaer*, Prioris junioris Conventus Alcmari-

Digitized by Google

enſis teſtibus ad præmiſſa vocatis pariter & rogatis.

> Et ego *Johannes de Enchuſis*, Clericus Trajectenſis Diœceſis publicus, ſacris Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus admiſſione ordinaria permiſſioneque venerabilis Curiæ Hollandiæ nominis. Quia præmiſſis, fidei, factioni, promiſſioni, repoſitioni, reſignationi, ſtipulationi, omnibuſque aliis & ſingulis dum ſic ut præmittitur fierent & agerentur unà cum prænominatis teſtibus præſens interſui, eaque ſic fieri vidi & audivi, ideoque hoc præſens publicum inſtrumentum manu mea propria conſcriptum exinde confeci, ſubſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, ſignumque & nomen meum ſolitum appoſui in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum rogatus pariter & requiſitus.

D. Petri, S. Eliſabethæ, & B. M. antiqua Hoſpitalia.

Præter Cœnobia hæc ædeſque ſacras, & alia Amſtelodami domicilia cùm ad Orphanorum, egenorumque ſubſidium, tum & ad diſciplinam, atque etiam exercitationem excitata.

Antiqui lateris fuit inſigne illud, præ Hollandiæ *Hoſpitalibus* celebratiſſimum Xenodochium, reditus annuos habens, plusquam millium florenorum, *Hoſpitale* vulgò vocatum, quod ex duobus *Hoſpitalibus* D. *Petri* & S. *Eliſabethæ novi lateris* juxta Curiam, in *Neſſæam* tranſlatum eſt; undè & plateæ illic *Hoſpitalis*, vulgò *Gaſthuyſſteeg*, nomen hodié-dum adhæret. Quamdiu illud in *Neſſæa* viguit, marium ſolùm uſui ſerviit: in *novo* quippe *latere* aliud tunc ad ſequioris ſexus uſum fuit, ab *Anonymo*, *B. Mariæ Virginis Hoſpitale* inſcriptum. Marium illud *Hoſpitale*, quamdiu in *Neſſæa* fuit, valdè ampliatum fuit; ſic ut Anno 1501. peſtiferorum ædificium illi acceſſerit. Anno dein 1504. Braxatorium cum Campanili & Cœmeterio veteri ædificio additum; ab Harlem. Epiſc. *Nic. Nova-terrano* 27. Maji A. 1561. conſecratum fuit, aſſignatis ei ab Hoſpitalis Magiſtris VIII. florenis, ac ſtuferis XV. Cùm verò Anno 1578. urbs Amſtelodamum Hollandiæ Ordinibus ac Auriaco Principi dederetur, ac potiſſimum Ann. 1582. utrumque hoc *Hoſpitale*, tam marium in *Neſſæa*, quam feminarum *B. Mariæ* Virginis in *novo latere* ad *novum aggerem*, in ædes privatas tranſiêre; uti & D. *Petri in Neſſæa Hoſpitale* Ao. 1584. aliudque annis ſuperioribus alibi conſtitutum; eo nimirum loco quo veterum novarumque Monialium Cœnobium extitit, cenſu & bonis earum dicto Xenodochio aſſignatis; ea tamen lege, ut Moniales ad quinquagintatum reliquæ, ſupellectile, habitatione ac annuo, quoad viverent, reditu fruerentur: quam tranſactionem a Monialibus his ſignatam 11. & 13. Oct. 1578. Princeps Auriacus, tanquam Hollandiæ Præfectus 29. & 30. Oct. ratam habuit. Gynæceum, pridem veterum Monialium fanum fuit.

Xenodochium recentius;

Reditus ejus adaucti.

Reditus Xenodochii non parùm aucti ex teſtamento *Cornelii Joannis Drebber* Ao. 1540. qui ædem hanc (legatis quibuſdam exceptis) hæredem inſtituit. Summa ejus recenſetur a *C. Commelino* part. 2. lib. IV. p. 547.

Sacra in Xenodochiis his, concionem ſc. ac Miſſam, ſtatis temporibus peracta fuiſſe, fidem facit Diploma *Maximiliani*, Rom. Regis, ex virtute Bullæ *Innocentii* VIII. datæ Romæ 1. Aprilis 1488.

Jura illis conceſſa.

Conceſſio ea ſubinde per Decanum ac Collegium *Hagienſe*, (cui & ædes hæ ſuberant) ad Senatus Amſtel. ſupplicationem ampliata: ſic S. *Petri Hoſpitali* conceſſum, ut funera ſuorum terræ poſſit mandari: ut Sacra olea ſervare ei in altari liceat, quibus Presbyter a S. *Nicolai* Vice-Curato & Magiſtris *Hoſpitalis* deſignatus, ægrotos ungat: ut ſingulis menſibus Miſſa ſolemnis in æde ejus ſacra, & diebus feſtivis concio habeatur, aliâ tamen horâ quam in Parochiali Eccleſia haberi conſuevit; ut ægri & miniſtri *Hoſpitalis* ab oblationibus, diebus Paſchatis fieri ſolitis, immunes ſint; ut denique Decani ac Collegii *Hagienſis* delegatis annuè ſolvat 1. † *Angl. Henr. Nobel*, ſeu * duos aureos Equites Burgund. Tabulæ ſignatæ erant 15. Nov. 1492.

Similes conceſſiones a Decano & Collegio *Hagienſi* datæ B. *Mar. Virginis Hoſpitali*, ſub D. *Virginis*, ſeu *novi lateris* ſito Parochiæ; inter ceteras, ut Rectorem ſuum deligant.

B. *Mariæ Virginis Hoſpitalis* Magiſtri Vicarium inſuper nominabant ad *Vicariam* in Vinopolarum altari in antiqua Eccleſia fundatam.

Leproſorum priſcæ ædes.

Extrà portam *Antonianam*, nunc intra urbis pomœria, Conventus dudùm Leproſorum.

Ædes etiam hac in urbe deſtinatæ alendis pupillis egenis, Orphanotrophium dictæ.

Orphanotrophia;

‡ Anno 1523. HAESIA NICOLAA, cognomento *Paradiſia*, mulier Amſtelodamenſis, locuples valdè, inque egenos ſingulariter pia, Orphanotrophii hujus fundamenta jecerat. Hæc aliquot caſulas ſuas in vicinia Capellæ Hagiotopi ſeu *Heiligerſteda*, in platea Vitellina collocatas, huic rei dicaverat, inque iis decem aut duodecim puerulos utroque orbatos parente, adhibito moderatore, cui nomen *Matthias Sweerſenius*, ſuis impenſis educari honeſtè ac liberaliter curarat.

vetera,

Illud autem excitatum fuit Anno 1561. cum accreſcente Orphanorum multitudine, ſortilegium, *loteriam* vocant, inſtituendum Senatus decreviſſet. Tranſlatio autem Orphanorum in *Luciæ* Monaſterium, ad hunc uſum commodius reſtauratum, Anno 1580. facta.

ac nova.

a Orphani ferè numero quingenti jam tunc a *Boxhornio* numerati. Annuæ horum expenſæ ſexaginta circiter floren. millia æſtimata

In uſum Orphanarum Romano Cath. communiones ſubinde etiam, dein & Orphanorum commodum aliæ ædes excitatæ, de quibus mox, p. 23. & 24.

Gerontocomium.

Egenis ac decrepitis ſenibus dudùm etiam proſpectum fuit, per inſtitutionem Gerontocomii, cujus item fundamenta jecerat *Haeſia Nicolaa*; quod ex Archivio domus ſic deſcribit *Iſaac. Pontanus Hiſt. Amſt.* l. 2. c. 6.

"Anno milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo, volente ac decernente *Haeſia Nicolaa*, cognomento *Paradiſiis*, dum in vivis eſſet, urbis hujus Amſtelodamenſis cive ac matrona honorata, certus pecuniæ modus in uſum ac fundationem Gerontocomii, ſeu publicæ domus, in quâ alerentur fœminæ aliquot annis graves atque egenæ, delegatus fuit. Cujuſmodi etiam Gerontotrophium ab ejuſdem *Haeſiæ* exceſſu cœptum ex eâdem pecuniæ ſummâ excitari, loco ac ſolo ab ædificiis vacuo, quod erat è regione Capellæ, quam hodiéque *de Heyliger-ſtede*, id eſt, locum Sacrum, nomina-

† *Engelſche Hendricus Nobel.*
* *Goude Bourgondiſche Ryders.*
‡ *Iſ. Pont. Hiſt. Amſt. l. 2. c. 2. p. 68. 69.*
a *Boxh. Theatr. Holl. pag. 268.*

" mus.

"mus. Undè & idem Xenodochium, nominatum exindè fuit, *S. Sacramenti* Xenodochium. "Cúmque jam ad umbilicum Gerontocomii hujus ædificium perductum feliciter eſſet, reliqui fuerunt ex legata pecunia aurei duodecies centeni. Verùm cum egentium vetularum numerus haud ultrà duodecim in primogeniâ inſtitutione, ab *Hæſia Nicolaa* profectâ, nominatus eſſet, nec in ea marium ulla mentio haberetur, factum, curante *Johanne Bernardo* Presbytero, urbiſque Magiſtratu annuente, ut præter mulieres nominatas, ſeneciones inſuper duodeni unà cum Sacrifico in idem Gerontocomium admitterentur, atque ita in univerſum viginti quinque numero redditi: quorum mares cum Flamine uno, tredecim; fœminæ duodecim fuère. Eaque de causâ Gerontocomium ipſum reditu ſeptuaginta octo aureorum annuo, *Johannes Bernardus*, quem diximus, Presbyter adauxit.

"Anno 1597. viginti quinque, quos recenſuimus, mares fœminæque, augeſcente indies egentium ſenum multitudine, Præſidumque, qui tunc curam Gerontocomii gerebant, miſeratione, ſpem bonam de civium munificentia foventium, ad quadraginta quinque numero adaucti fuère.

"Hinc Anno 1600. Præſides denuò qui tunc rei præerant, animadvertentes numero quadragenario, & quino ſenum egeſtatem, ne dimidiâ quidem parte poſſe ſublevari, omniumque inopiæ ſatisfieri; curarunt, aſſentiente ac favente urbis Senatu, idque in commodum atque utilitatem dictorum pauperum, ut publicum inſtitueretur ſortilegium, quam *Loteriam* vernaculo idiomate nominamus. Undè annis ſubſequentibus, ædificium iſtud, in quo nunc univerſi agunt, exædificari cœptum, perfectumque die Auguſti nono, Anno 1602. Inque id recepti ſtatim mares, fœminæque centum. Atque Anno demum 1604. centenario iſti numero quinquaginta additi.

Statuta & Regulæ Domus exhibentur in libro Legum, jurium, privilegiorumque urbis Amſt. atque in *Iſ. Pontani* Amſtelodamo. Ad ædificii frontem hæc verba appoſita;

MIRARIS REGUM SPLENDENTIA CULMINE TECTA?
HOC PAUPERUM EST PALATIUM.

Ordinum Holl. circa Orphanotrophia Romano-Cath. nuperum edictum.

Ædibus hiſce dudùm inſtitutis, aliæ ſubinde in Romano-Catholicæ prolis orbæ egenæ uſum extructæ; ad quarum profectum hoc proximè emanavit Hollandiæ Ordinum edictum:

De *Staten van Holland ende West-Vriesland*, Doen te weten, alzo ons vertoond is by de Bezorgers van de Roomſche Katholijke armen tot Amſterdam, dat zy Supplianten waren belaſt met een groot getal armen, zo oude, als ouderlooze Jongentjens en Meysjens, alle Burgers, of Burgers-kinderen der zelve Stad; Edoch, dat de Fonds daar toe gedeſtineert, op verre na niet konde toereyken, inzonderheid by deeze tegenwoordighe tijd; en gevolglijk, dat dezelve armen, tot laſte van de Aelmoeſſeniers, en Huyſſittenhuys zoude moeten komen, ten ware de Supplianten, nu en dan met een Erfenisje, of Legaatje, ten behoeve van hunne armen wierden geſoulageert; gelijk dan ook het geene de Supplianten uit dien hoofde quamen te ontfangen, 't zedert ongedenkelijke tijden, alleen tot onderhoud van behoeftige Burgers, of Burger-Weezen wierd geëmployeert, zonder dat eenige Conventen, Geſtichten, of ook Geeſtelijke of andere perzoonen, 't zy binnen of buiten 's Lands, direcktelijk of indirecktelijk, heller of pennink daar van genoten; en hoewel over zulx het principaal oogmerk van ons Plakaat, in dato 4. Mey 1655. met het maaken van zodaanige Erfeniſſen of Legaaten, tot onderſtand van der Supplianten armen, onder reverentie niet wierd gecontravenieert; zo was het nochtans zulx, dat deeze en geenen, capteerende de letter van het zelve Plakaat, occaſie namen, om de validiteyt van de gezeide Erfeniſſen, ofte Legaten te bediſputeren, waar door de Supplianten dan in moeyten en koſten van Proceſſen ingewikkelt, alzo onbequaam gemaakt wierden, om de publicke Gods-huyzen te helpen ontlaſten; behalven mede, dat ook daar door wierd veroorzaakt, dat verſcheide perzoonen, uit bekommering voor diſputen na hunne dood, by levende lijve, goede ſomme van penningen naar buiten de Provincie overmaken, om aldaar na hun overlijden te dienen tot een jaarlijx onderhoud van zodanige armen, als ten dien tijde van hier tot den ontfang van het geld derrewaarts wierden verzocht, en de welke meeſt alle by die gelegendheid, om de onkoſten van de jaarlijkſche heen en weerreys te beſpaaren, aldaar metter woon quamen te blijven, ſtrekkende 't zelve buiten het diverteren van de Contanten Specie, ook tot nadeel van de Conſumptie, waar door ons gemeen Land moeſt beſtaan; alle welke inconvenienten aanſtonds zoude ceſſeeren, in dien by Interpretatie van ons wierdt verklaart, dat de Oude armen, als mede de Jongentjens en Meysjens, ſtaande ter bezorginge van hen Supplianten, onder de inzichten en het verbod van het voorſz. Plakaat, van den 4. Mey 1655. niet begrepen waren, gelijk zulx al in den jare 1661. by ſchriftelijk advies van de gerenomeerdſte Rechtsgeleerden in dien tijd, zo binnen Amſterdam, als in 's Gravenhage was verſtaan, volgens Copie advies authentijk, aan ons geëxhibeert; dierhalven hadden de Supplianten, zo voor het intereſt van hunne armen, als ook uit betrachtinge van het gemeene beſt, niet konnen ledig ſtaan, zich hier over te addreſſeren aan ons, verzoekende onze Interpretatie, waar by verklaart wierdt, dat de Oude armen, als mede de Jongentjens en Meysjens, ſtaande ter bezorging van hen Supplianten, onder de inzichten en het verbod van ons voorſz. Plakaat, van den 4. Mey 1655. niet begrepen, of vervat waren: *Zoo is 't*, dat Wy de zaak, ende 't Verzoek voorſchreven overgemerkt hebbende, ende genegen wezende ter bede van de Supplianten, naar ingenomene Conſideratien, ende advies van den Preſident, ende Raden van den Hove, uit onze rechte wetenſchap, Souvereyne macht ende Authoriteyt, hebben verklaart, ende verklaren by deze, dat de Oude armen, als mede de Jongentjens en Meysjens, ſtaande ter bezorginge van de voornoemde Supplianten, onder de inzichten, en in het verbod van ons voorſz. Plakaat, van gemelde 4. Mey 1655. niet begrepen of vervat zijn; met dien verſtaande nochtans, dat, van alle Erflatinge of Maakingen, die in der tijd aan de voorſz. Supplianten zullen komen te geſchieden, door Burgermeeſteren, en Regeerders der voorſz. Stad Amſterdam, eerſt kenniſſe zal moeten genomen werden, of die waarlijk ſtrekken tot het einde, by de voorſz.

Digitized by Google

Supplianten, in de voorſz. Requeſte voorgeſtelt, of dat daar mede iets anders zoude werden voorgenomen, tegens ons gemelde Plakaat ſtrijdende, en dat de voorſz. Burgermeeſteren ende Regeerders aan die Erflating ende Maaking, naar bevinding der zaken, daar op haar approbatie, of disapprobatie gevende, die zullen bekrachtigen, ofte krachteloos laten; laſtende een iegelijk, die het aangaan mach, zich daar naar te reguleeren. Gedaan in den Hage, onder onzen grooten Zegele hier onder aan doen hangen, den feſtiende Maart, in 't jaar onzes Heer en Zaligmaakers, ſeventien-hondert vijftien.

Was geteekent:

A. HEINSIUS.

Onder ſtondt:

Ter Ordonantie van de Staten:

SIMON VAN BEAUMONT.

Orphanotrophii utriuſque deſervitores.

Maſculorum porrò Orphanotrophio primus præfuit,

CORNELIUS STEENHOVEN, Amſtelodamenſis, Theol. Lov. Amſtelodami in flore ætatis illic defunctus A°. 1692. 2. Maji.

Ejus ſucceſſores,

JOANNES STIER, Amſtelodamenſis quoque, ac Lov. Theologus.

Atque eo ad viciniam de *Quackel*, locaque contermina miſſo,

DANIEL MEYNDERT, ex tractu Sylvæ-Ducenſi, Theol. Duacenus.

Virginum autem Orphanotrophio deſerviêre,

GUALTERUS FONTEIN, Sac. Theol. Bacc. form. indè *Zaardamum* ſolitus excurrere, Amſtelodami vitâ defunctus A°. 1652. 30. Oct.

BARTHOLDUS INGELIUS, Amſtelodamenſis, J. V. L. per *Goylandiam* pluribus annis operarius indefeſſus, Amſtelodami mortuus A°. 1653. 2. Dec.

THOMAS GODEFRIDI, qui illic obiit 1. Nov. 1678.

PETRUS LETTEBOS, Amſtelodamenſis, Theol. Lov. inſignis. Et cùm curæ iſti pluribus annis magna cum ædificatione præfuiſſet, *Viennam* que ob infirmam valetudinem proficiſceretur,

CORNELIUS COS, Uytgeeſtanus Batavus, Theol. Lov.

Gyrgathus.

Extra ædes has, & * Gyrgathus eſt, ſeu mente captorum Domus, cujus fundamenta circa Ann. 1562. jaci cœpta.

Ergaſterium.

Ergaſterium marium, vulgò *het Tuchthuys*, inſtitutum ſub Ann. 1595. ad compeſcendam planorum inſolentiam; cui Monaſterium *Clariſſarum*, ut jam diximus, deſtinatum.

Domus netoria.

Ergaſterium feminarum, Domus netoria, vulgò *het Spinhuys*, A. 1595. extructa, in quam introductæ puellæ plures, antea per compita graſſari & vagari ſolitæ; quarum eſt fila lanea conficere, retia contexere, aliaque lanificii genera exercere. Huic, ut ſupra quoque dictum, *S. Urſulæ* deſtinatum Aſceterium.

S. Georgii,

S. *Georgii* Sacellum, S. *Joris Hof*, Scriniarum propolium, Leproſorum olim domicilium, dein, ut habet *Anonymus* ad Annum 1500. civibus ſenio confectis deſtinatum eſt, *qui ibidem, pro parva pecunia expenſas vitales comparare poſſent*.

Sagittariorum horti, Amſtelodami tres, *Doelen* vulgò dicti, a *Doel*, ſeu aggeſta terra, in quam ſagittarii vel ſclopetarii ſagittas aut ſphærulas plumbeas ejaculantur. Duo in unum quaſi conflati junctique ſunt, adjectis ſeparatim ædificiis, atque ambulacris ſatis ſplendidis; quorum in altero Balliſtarum uſus & exercitium viget; in altero arcuum, quos chalybêos dicimus: collocatus uterque juxta plateam vitellinam lateris novi. Tertius ab his & noviſſimus a latere antiquo manuariorum ſcloporum tormentorumque, quibus plumbeæ pilulæ ſparguntur Collegium, & veluti Gymnaſium habetur; undè & *Kolvuers*, ſive *Cluveniers-Doele* appellatum olim ædificium ipſum. Certè *Koluvre*, colubrina bombarda, ſeu ſclopus majoribus noſtris dicebatur.

& S. Sebaſtiani Sacella; vulgò de *Doelen*.

Sagittariis dudùm contubernium erat, & Capella Deo & *S. Sebaſtiano* ſacra, in qua Miſſa indies ab uno Presbytero, ac feria III. Miſſa cum cantu a tribus Presbyteris celebrari ſolita. Ab iis hic *Philippo Burgundo*, tum Patriæ moderatori, oblatus libellus ſupplex, a nemine ex Amſtelodamenſibus Scriptoribus, quod ſciam, hactenus datus, quo ſubſidium a dicto Duce expoſcunt:

Sagittariorum contubernium, eorumque libellus ſupplex.

A mon très redouté Seigneur,
Monſr. le Duc de Bourgogne &c.

TOond en geven te kennen alle onderdaenige onderſaeten ende Inwoonders, Poorteren uwer ſteede van Amſterdamme uwe Schotters vande Handbooge ende gilde houdende van *St. Sebaſtiaen* in uwer voorſchreeve ſteede, hoe dat onlangs Leden begonnen hebben een Capelle en Godshuys van *S. Sebaſtiaen*, daer zylieden toe geordineert en gevoegd hebben eenen Prieſter alle dage Miſſe te doen, en des Dingsdaegen drie Prieſteren mede een zingende Miſſe in diſtante te doen ter eeren Gods en den H. ſant *S. Sebaſtiaen*; biddende ende doende bidden in den zelven dienſten Gods voor die zielen van uwen Heer Vader onze Heer was, ende voor zyn Voorvaders, ende zonderlinge mede voor u geduchte Heere, die wy nu ter tyd ontfaan hebben voor onzen Heere vande Lande en Steede, dat u onze Heere God geſpaaren wil in lange gezondigen leven. Ende om uwer Genaden te willen te weezen, ende mede te dienen binnen allen landen van Holland, Zeeland ende Vriesland, als wy van uwer Genaden verzocht zullen worden, hebben doen maeken een Boerdſſe daer 80. mannen uyt roeyen en voeren wel te harnatſen, elken man zyn wapen bevelt hebbende, t'uwer Genaden behoef in tyd ende in wylen &c. Nu is 't zoo Geduchte Heere, dat de voorſchreeve Schotters niet wel deze voorſz. Capelle, alzo voorſz. ſtaet niet wel opgebringen en konnen haerlieden Gilde ook mede volhoudende, ten zy by hulpe ende toedoen van U; alzoo zy lieden uwer Genaden doen beliefden te antwoorden, datze uw Genade navolgen zouden, ghy zoud hem lieden daer in voorzien. Dus Geduchte Heere gevende U tot een advertiſſemente ende onderwys hier na verklaert, als waer mede uwer Genade hem lieden hulpen mocht zonder uwen grooten hinder; dat 's te weeten, dat uwer Genaden hem luiden gunnen en geeven wilt, dat Veer, dat leit tuſſchen Amſterdamme en de Voolwyk, waerdig weſende XXI. Leeuwen des jaers of daer omtrent, en te hebben plag *Claes van Nes*, in zyn levende lyve Camerling des Graeven van Ooſternta, of die Tollen van den Hamburger Bier binnen uwer voorſz. ſtede, waerdig zynde acht Leeuwen of daer omtrent, of die Sluyſe van Yperſloot, waerdig wezende des jaers XL. Croonen of daer omtrent, liggende op een half myl na der voorſz. ſtede van Amſterdamme, of die Sluyze van Diemerdamme, waerdig weezende XX. Croonen des jaers

* *Boxhorn. Theatri Holl. p. 268.*

jaers luttel min of meer, mede op een half myl na den voorſz. ſtede, om hemluider, haerlieder Godshuys, en die dienſte Gods, alzo voorſz. ſtaet te beſt op te brengen ende t' onderhouden. Waer over uwer Genaden groote aelmiſſe in doen zult, en te meer gehouden zullen zyn uwer Genaeden te dienen na haarer vermoogen; daer toe dat zy lieden altyd bereyd zyn: med goeden harten biddende onzen lieven Heere Gode voor V. Ende ook mede med dusdaenige dingen plach uwer Heere en Vader zyn lieden mede te verzien, 't waere Schotters of anderen, &c.

Concordantiam cum copia genuina originalium atteſtor:

T. DONCKER,
Protonot. Apoſt.

S. Sebaſtiani ad introitum effigies.

Introitus ad latus portam eximiam habet, in qua hactenus eminet S. *Sebaſtiani* ſagittis transfixi effigies, unà cum Sagittariorum apparatu, & quorundam Decanorum inſignibus.

Viri inter Amſtelodamenſes illuſtres ac eruditi.

Immunitates ſcloporum Collegio conceſſas, & leges ei præſcriptas habes in *C. Commelini Deſcript. Amſtel.* part. 2. l. IV. p 666.

Cæterùm urbs Amſtelodamum, præter jam laudatos, viris claruit in omni facultate illuſtribus, qui a *Valerio Andr. in Bibl Belg. à Marco Boxhornio in Theat. Holl.* a *C. Commelino*, aliiſque recenſentur. Inter hos non infimum locum antiquitate, famâ, & doctrinâ tenent Eccleſiaſtici Ordinis viri, inter ceteros,

NICOLAUS DE AMSTERDAM, qui floruit circà A. 1446. celebratus à *Joanne Bertelio* in *Hiſt. Luxemburgenſi*, ubi *Theologiæ Baccalaureum* eum appellat, additque *Ferrandi* cujuſdam hæreſim acriter eum impugnaſſe.

HERVICUS DE AMSTERODAMIS, qui præter Theologos alios clariores, cauſæ *Joannis de Veſalia*, cui hæreſeos crimen intendebatur, ad Ann. 1489. interfuit; interque Doctores *Heidelbergenſes* nominatur.

JOANNES AMSTERODAMENSIS, familiariſſimè uſus *Weſſelo Groningenſi*, *Lux mundi*, ſuâ ætate nuncupato, & cujus litteræ *Weſſeli* operibus inſertæ ſunt; de quo ſub *Groninga* p. 10. &c.

ALARDUS AMSTELODAMUS, qui varia eaque elegantiſſima, ut doctiſſimus erat, ingenii ſui monumenta relinquens, vivere deſiit Lovanii Anno 1541. ſepultus in æde *S. Franciſci*, ſub hoc Epitaphio quod ſibi ſcripſit; alludens haud dubiè ad vernaculam nominis ſui Etymologiam,

AL-AERT,

Tota tegit tellus, qui tel us tota vocatur.

Magno apud eum in pretio fuit *Rudolphus Agricola*, celebratus ibidem ſub *Baſtea* p. 10.

JOANNES MONSENUS, Sac. Theol. Lic. qui Anno 1546. quo viguit, Coloniæ *de Euchariſtiæ Sacramento* librum edidit.

CORNELIUS CROCUS, cùm Lovanii humanioribus litteris *Adr. Barlando*, Eloquentiæ Profeſſore, tam ſtrenuam operam navaſſet, ut patriæ urbis ſcholæ præficeretur, ætate provectus *Jeſuitarum* Ordini recens inſtituto nomen dedit, in quo ad Annum uſque 1550. quandò obiit, vixit, cujus vitam omnem proſecutus eſt *Nic. Cannius*, cujuſque in novitia dogmata, in urbem hanc jam tum irrumpentia, zelum p. 101. ſuprà laudavimus.

MATTHIAS BOSSEMIUS, qui *Corn. Crocum* puer in patria urbe audivit, S. T. Doctor, unà cum *Guilielmo Alano*, poſt Cardinale, *Thomâ Stapletono* Britannis, & *Joanne Rubo* Hannone Duaci renunciatus, annos XXXIII. publicum profitendi munus cum laude ſuſtinuit, & Academiæ Duacenſis Cancellarius fuit, ab *Aub. Miræo* fusè laudatus.

PETRUS OPMEERUS, a natus Amſtelodami, Anno 1526. Idib. Sept. prima litterarum tyrocinia fecit in patriâ, Præceptoribus uſus *Alardo Amſtelodamo*, & *Nic. Cannio*. Lovanium miſſus, annum unum *Petr. Nannium*, in Collegio trilingui docentem, audivit. In patriam revocatus, ægrè matri, quæ filium unicè deperibat, obſecutus eſt. Itaque αὐτοδίδακτος, ut erat ingenio facili, & diſciplinarum omnium capaci, Theologiam, Juriſprudentiam, Medicinam, litteras Græcas didicit. Accedebat memoria firma & conſtans, ſtudium ardens, in doctos hoſpitalitas, in pauperes liberalitas, propugnandæ fidei orthodoxæ zelus ſingularis. Obiit Delphis Anno 1595. V. Idus Novembris, ſepultus in D. Hippolyti. Amſtelodamenſibus jungo hos duos, qui urbem eam incolentes eruditione illuſtrarunt. Primus ex his,

ERIKUS WALKENDORPIUS, Epiſcopus *Nidroſienſis* (vulgò *Tronhiemenſis* dictus) cùm Daniæ Regis Chriſtierni iram ac vindictam relicto patrio ſolo Anno 1521. fugiens pertimeſceret, Amſtelodami in ædibus *Pompeji Occonis*, qui apud Amſtelodamenſes ſuo ævo Mecœnas alter erat, azylum invénit, * cui etiam, Rege Amſtelodamum Bruxellas verſus tranſeunte & mittente qui Epiſcopum ad ſe adducerent, dextrè conſuluit, cùm Epiſcopum provocaſſe ad Pontificem teſtaretur, eo nimirùm loco non Regis ſui, ſed Pontificis mandatis, atque imperio teneri ſe pluribus adjiciens; ita ut Magiſtratus his aliiſque rationibus motus, nihil in eum permittendum Regi tum exiſtimaverit. Diſcedens Biblia reliquit Danicâ linguâ in pergameno deſcripta, ſæpius in ædibus unius ex hæredibus viſa a me ac luſtrata.

Cæterùm edi idem *Pompejus* ſuis impenſis Lutetiæ Pariſiorum Anno 1519. Pſalterium curavit D. *Hieronymi* titulo, excuſum in eum finem mole exiguâ, ut ab omnibus circumferri poſſet.

Ad primam libelli paginam occurrebat *Pompeji Occonis* nomen, cum ejuſmodi Symbolo:

In melius ſingula.

Alter horum eſt,

† „ BARTHOLDUS NIHUSIUS, deſi„gnatus Abbas *Ilfeldenſis* in Saxoniâ inferiori, „ac à Suevis pulſus, miſſioneque Hollandicâ „donatus, & ſalario à ſacrâ Congregatione de „Propagandâ fide, intercedente pro eo Sancti„tate ſuâ Alexandro VII. Tum illi & ab eodem „Alexandro VII. Titularis datus eſt Epiſcopa„tus *Myſienſis*, & ab Archiepiſcopo Electore „Moguntino collatus Suffraganeatus Epiſcopa„tûs *Erfordienſis*, atque adjutorio & aſſiſtentiâ „*Jacobi de la Torre*, Archiepiſcopi *Epheſini*, & „Vicarii Apoſtolici per Fœd. Belgium, conſe„cratus eſt Moguntiæ, menſe Junio, Anni 1655. „Prælis Amſtelodamenſibus is etiam intendebat „librorum Catholicorum, qui plures imprime„bantur, maximè apud *Blauwios*. "

JACOBUS JANSONIUS, Amſtelodamus, naſcitur Anno Dom. CIↃ. IↃ. XLVII. parentibus, quod ad commendationem ſatis eſt, honeſtis, Deoque ac religioni avitæ addictiſſimis. Patre puer admodum orbatus, curæ matris viduæ relictus fuit, atque à primis ætatis ſuæ annis coævos inter modeſtiâ, verecundiâ, pietate eminuit,

a *Andr. Val Bibl. Belg. & alii.*
* *Iſ. Pont. Hiſt. Amſt. l. 2. c 28 pag. 243. 244.*
† *Jac. La Torrii Relat. pag. 236.*

 fugit-

Digitized by Google

fugitque jam tum, ut & reliquo vitæ totius decurſu, incontinentiæ omnis vel minimas illecebras. Ætate ſtudiiſque maturior circa Annum 1564. Lovanium à matre miſſus curſum Philoſophiæ in Porcenſi Gymnaſio complevit, Theologiamque in Collegio Adriani VI. P. M. didicit, Præſidi & directore Eximio viro *Michaele du Bay*, S. Theol. Doctore & Profeſſore: quem ita ſibi devinxit, ut is *Janſonium*, non ita pridem S. Theol. Laureâ, Collegio à ſe ad Leidam fluvium in honorem S. Auguſtini noviter erigi cœpto Ann. 1575. primum Præſidem dederit, Annoque 1589. Baio vitâ functo, eidem in adminiſtratione Collegii Pontificii ſuffectus fuerit, cui & totis XXXV. annis præfuit. Renuntiatus fuerat S. Theol. Profeſſor Ordinarius Ann. 1580. Doctor ac Magiſter Ann. 1584. die 29. Auguſti, & demùm Ann. 1595. in ſacrarum litterarum interpretatione *Thomæ Stapletono*, Anglo, celeberrimi nominis Theologo, ſurrogatur. Quo in munere ita verſatus fuit, ut abditiſſimos quoſque ſacræ Scripturæ receſſus, SS. Patrum veſtigia ac verba ſecutus, penetraret, ipſamque medullam traderet. Anno 1614. in Decanum Eccleſiæ Collegiatæ D. Petri, conſentientibus Capituli ſuffragiis, electus ingraveſcente tum ætate, atque acutiſſimis chiragræ doloribus penè confectus, ægrè Profeſſorium munus ſuſtinuit, viceſque docendi alteri demandavit uſque ad ſupremum vitæ exitum. Obiit autem Anno Dom. 1625. ætatis LXXVIII. menſis Julii die 30. non ſine ſanctitatis opinione, depoſitus in Sacello Collegii, cui præfuerat, ad latus ſiniſtrum *Mich. Baii*, ut, quos idem pietatis & doctrinæ ſpiritus fecerat conjunctiſſimos, non ei videret. Quòd ad ſcripta attinet, de iis *Ant. Poſſevini* breve hoc elogium eſt, *Dictio*, inquit, *in hoc Scriptore commoda eſt, quæ, quod ad ſcribendi rationem attinet, ferit medium: nimirum ne conciſior, neu laxior ſit, in ſenſu nitens litterali, reliquos non omittens.* Scripſit autem

Inſtructionem Catholici Eccleſiaſtæ. Lovanii, typis Joan. Maſii, 1585. 8.

In ſacrum Miſſæ Canonem, quo S. R. Eccleſia per orbem univerſum utitur. Ibid. 1586. 8. & 1605. 4.

Liturgica; ſive *De Sacrificiis materiati altaris* lib. III. 1604. 8.

Commentarium in Cantica Canticorum. 1596. & 1605. 8.

Commentarium & *Expoſitionem in Pſalmos Davidicos*, 1597. 4.

Expoſitionem iteratam in Pſalmos, à priori diverſam, 1610. 4.

Enarrationem in Prophetam Job, 1623. fol. typis Henr. Haſtenii.

Vittam Coccineam, ſive *Enarrationem Paſſionis Dominicæ*. Ibid. apud Maſium, 1600. 8.

Expoſitionem in Evangelium S. Joannis. Edidit à morte *Joan. Maſius*, Canonicus Parcenſis, unà cum *Janſonii* Vita, 1631. 8.

Orationem duplicem: alterum *in Obitum* & *Laudem Henrici Gravii*, Doctoris Theologi Lovanienſis: alteram *in funere Matthiæ Hovii*, Archi-Epiſc. Machlinienſis. Edita hæc 1620. 4. apud Rivium, Lovanii.

Denique Belgico idiomate edidit *Proceſſum de Melchiſedecho*, ſive *De Sacerdotio*, typis ejuſdem Rivii, 1618. 8.

Sasboldo Voſmeero, ac Phil. Rovenio, Arch. *Phil.* & *Traj.* ac Vic. Apoſt. per Fœd. Belgium, in vita fuit conjunctiſſimus

MAXIMILIANUS SANDÆUS, Amſtelodamo-Bat. Theologiam Romæ edoctus, Societ. Jeſuit. ingreſſus, varia ſcripſit Theologica, à *Valerio* in *Bibl. Belg.* recenſita.

CORNELIUS DIDINUS, Amſtel. J. C. & cauſarum Patronus in ſuprema Holl. Curia.

SIBRANDUS OCCO, quem *Alciatus*, magnus ille Juriſconſultus, unice dilexit.

JOANNES SASTORIUS, Amſtelodamus, qui ludum litterarum in patria moderatus, obiit Delphis v. Kal. April. Ann. 1561.

CORNELIUS GISELB. PLEMPIUS, Amſtelodamenſis, Harlemi Rector ac Poëta.

POMPEJUS OCCO.

CORNELIUS HAEMRODIUS, Amſtelod. qui *Bataviam vet. urbeſque inter Helium & Flevum* deſcripſit.

HENRICUS LAURENTII SPIEGELIUS, ut &

JUSTUS VONDELIUS, Poëtæ vernaculi.

EILHARDUS VERIUS,

GASPAR VERHORSTIUS,

GYSBERTUS HORSTIUS,

JOANNES CODÆUS A STAPEL,

ALBERTUS DUFRENIUS,

PETRUS PAUWIUS,

VOPISCUS FORTUN. PLEMPIUS, Amſtelodamenſes, Medici, aliique, de quibus pluribus ſuprà laudati Scriptores Belgici.

OUDE AMSTEL,

Aliàs *Ouwerkerck*, *Amſtelandiæ* Præfecturæ ac Decanatus vicus, à ſitu ad Amſtelam amnem, & vetuſtâ reſpectu novæ *Amſtelæ* ædis Eccleſia denominatus, *S. Urbano* Papæ ac Martyri dudùm ſacer, cui Curionem deſignabant Patriæ Principes, ab Archidiacono majoris apud Trajectum Eccleſiæ inſtituendum. Ad Curam Paſtoritiam pridem pertinebant XXXIX. flor. Rhen. ex agrariis fructibus provenientes, quorum VI. jugera *Abcoudæ*, ac ſub Officio *Ouderkerckano* totidem. Ouderkerkanæ Parochiæ Etymon.

Paſtor Vice-Curatum habebat.

Ao. 1514. D. JACOBI, Paſtor erat *Ouderkerkanus*. Divus Tut.

Ao. 1571. Dnus JOB EGBERTI, Presbyter, per reſignationem *D Jacobi Bammelrode*. Collatores.

Vice-Curatus 1514.

Dnus JOANNES MICHAELIS.

Ao. 1544. Paſtor, SIMON JACOBI.

Vicaria in *Ouderkerkana* Eccleſia ad altare S. *Nicolai*, ad patriæ quoque Principum collationem erat, cum onere unius Miſſæ per hebdomadam, valoris XV. flor. Rhen. cujus poſſeſſor Ao. 1514. D. *Balduinus Joannis*. Vicariæ, Altaria, Curati & Vice-Curati preſci.

Duo extra hoc ibidem altaria; ‡ ſc. *S. Crucis*, & *B. Mar. Virg.* *Jacobus Joannis* A. 1551. duobus altaribus his donavit jugerum unum, Eccleſiæ adhuc alterum.

Pagum hunc ac Viciniam *de Voetbangel*, ad quam Paſtores moderni habitant, primus excoluit,

R. D. JOANNES VONCK, Canonicus Harlemenſis, * *primùm Paſtor in Ouderkerck, deinde ingreſſus Societatem, mortuus eſt Gandavi dum ſervit peſte tactis, Anno D.* 1633.

AMBROSIUS OUTEWAEL, ex Viciniâ *Outewael*, pridem Amſtelodamo ſuburbicariâ, ut credere eſt, cognominatus, Canonicus Regularis S. Auguſtini, † obiit Paſtor in *Ouderkerck*, 13. Auguſt. 1658. ac hodiernæ ævi.

SIMON CLEIN, Amſtelodami natus, Anno Dom. 1626. 26. Martii ex Polonienſi Jeſuita, Paſtor *Ouderkerckanus* redditus, XX. annorum ibi Paſtor defungitur 13. Febr. 1679.

‡ *Monum. Cœnobii Can. Reg. Amſt.*
* *Necrol. Harl.*
† *Relatio Jac. La Torrii, Arch. Eph.*

Hoc

Digitized by Google

Hoc ei Lemma:

Parvo contentus.

Subſequentes verſus typo ejus inſcripti:

Sic vultus, ſic ora tulit veneranda, SACERDOS
SIMON, cognomen cui dedit EXIGUI
Fama; ſed interius fulgens ſapientia, Divûm
Melle fovebat apes: lacte beabat oves.
PASTOR agens, vigil ſtus, pavit, docuit, recreavit
Pectora, corda, animas, ore, labore, SACRO.
AMSTELA perge, viri monitis firmata paternis,
Spernere lucra SOLI: cernere dona POLI.

Defuncto *Cleinio* ſuffectus,

NICOLAUS VANDER MEER, Schagenſis, Sac. Theol. Bacc. formatus, Vice-Paſtor primùm *Nordvicenſis*, dein Paſtor in *Ouderkerck*; indè mortuo *Wandelmannio* in Amſtelodamenſi ejus cura ſuffectus, ac in Harlemenſium Canonicorum Conſeſſum adlectus, &c. Vice ejus in *Ouderkerck* conſtitutus

GUILIELMUS ABBEKERKE, Schagenſis quoque, aut ex *Abbekerk*, contermino Schagenſibus vico, oriundus, Theologus Lovanienſis, Vice-Paſtor primùm Amſtelodami, dein ad annos aliquot Paſtor in *Noortſtrandica* Halſatiæ Inſula, indè evocatus ut *Ouderkerckenſibus* & *Bullewyzenſibus*, loco *Nic. Meerii* abſcedentis, Paſtor præeſſet.

AMSTERVEEN,

Amſterveen, & Bovekerekæ Divus Tut. ac Paſtores.

Amſtel. Præf. ac Decan. vicus Parochialis, cui idem qui *Ouderkerkæ* Patronus, S. *Urbanus.*

Bovekercka ſub *Amſterveena* vicus, quem Paſtores modò incolunt. Hunc ut & *Amſterveenam* curavêre,

Mr. JACOBUS HEESIUS, defunctus Ann. 1636

Deinde Mr. JACOBUS BARTHOLOMÆI, cognominatus à *Peen*, natus Ann. M. D. IC. mortuus 25. Maji 1650.

Lemma R. D. *Jacobi à Peen:*

Docens & faciens.

Vice Epitaphii conſignatum ei Elogium verſu vernaculo, datum *Bat. Sacr.* part. 2. p. 413.

Jacobi ſucceſſores,

Mr. BRUNO VANDEN TEMPEL, qui è vivis exceſſit 5. Maji 1659.

ANTONIUS RYSER, indè tranſlatus in *Slootdijck*, &c. ubi e vitâ migravit 29. Septemb. 1708. Succeſſorem habuit,

EVERARDUM VANDER BORCH, nobilem Ultrajectinum, Theol Lov. &c.

Sub Amſterveena, Sacellum Neſlæum.

Neſſe, ſub pago *Amſterveena* vicinia, ubi olim Sacellum, hinc *Sacellanatum* a Majoribus dictum. Hanc primus excoluit,

Mr. EGBERTUS EBBIUS, per annos XV. obiitque 26. Sept. Ann. 1646.

Nactus ſucceſſorem,

*JOANNEM VECHTERSSE, Amſtelodamenſem; cui ſeni illic defuncto, datus ſucceſſor,

THEODORUS VAN AELST, Theologus Lovanienſis, anteà *Juſti Moederſohnii* in urbe Amſtelodamenſi coöperarius; qui in medio ætatis flore illic vitâ deceſſit 12. Jan. 1693.

Hujus ſucceſſor,

* *Iac. La Torrii in Rel. Rom. Victorem.*

STEPHANUS OORT, Amſtelodamenſis, Theologus Lovanienſis.

Diemenæ Div. Tut. Collatores, Sacellum Vinculis D. Petri ſacratum,

Diemen, *Amſtelandiæ* Præf. pagus Paroch. in quo D. Virginis *Mariæ Præſentatio* honoratur. Collatio ejus pridem penes Rom. Pontificem, & S. *Salvatoris* Ultrajecti Præpoſitum, ex relatione M. JOANNIS ALARDI, Ao. 1514. Eccleſiæ ejus Paſtoris.

Overdiemen, vicinia, in qua ſub *Diemenſi* Parochia Sacellum pridem, venerationi *Vinculorum* S. *Petri* conſecratum.

Viciniam hanc cum dicto pago primus curavit,

Paſtores.

NICOLAUS BOLLIUS, Alcmarianus, Artium Magiſter, &c. Paſtor in *Diemen*, defunctus Anno Dom 1624.

Mr JOANNES RUYGHT, Diemenſis, indè creatus *Diemenſium* Paſtor, poſtquam XXX. & ultrà annos eam Curam geſſiſſet, defunctus eſt Amſtelodami 20. Julii Ann. D. 1646. cujus typo Lemma hoc ſubſcriptum:

Fit vivax
Scriptis virtus.

Carmina ejus memoriæ inſcripta, data ſunt *Bat. Sac.* part. 2. p. 414.

Mr. GERARDUS CRAENLAND, Amſtelodamenſis, ea in urbe natus Anno Dom. 1595. die 24. Nov. Sacræ Theol. Bacc. form. cum præfato *Ruyghtio* pluribus annis *Diemenſes* vicinoſque fideles curavit, eoque defuncto Curam hanc ad Annum ejuſdem ſeculi 1652. ſolus ſuſtinuit; obiit Paſtor in *Diemen* 9. Oct. Ann. D. 1652.

Lemma ejus:

Vigilate.

JACOBUS HEYNSIUS, Edamenſis, Theologus Lov. Sac. Theol. Bacc. form. longo annorum tractu *Diemenſes* à *Duyvendregtanis* abſtractos (quibus proprius Paſtor adſignatus) ſolus primùm, deindè ſenio & arthritide fatiſcens cum adjuncto curavit ſocio; facundus divini verbi præco, defunctus Paſtor in *Overdiemen*, 13. Jan. Ann. D. 1692.

Succeſſorem nactus fuit,

CORNELIUM FRANC. KRYS, Amſtelodamenſem, Theologum Lovanienſem, Canonicum Harlemenſem, apud Paterburnenſes, cùm *Graduatus* non eſſet, Theologicæ Licentiæ, dein & Doctorali laureâ decoratum. Ei Curam abdicanti ſuffectus

N. HUYSMAN, Hardervicenus, Theol. Lov.

Duyvendrecht, *Amſtelandiæ* vicus *Diemenſi* Parochiæ vicinus, quem Rdi. Dni. *Joannes Ruyght* & *Ger. Craenlant*, *Diemenſes* Paſtores, quoque excoluêre.

Proprius autem *Duyvendrechtenſibus* datus Paſtor,

Duyvendrechtæ annuatum Curatores ac Paſtores.

PETRUS FRANCISCUS PLEMPIUS, Amſtelodamenſis, Paſtor in *Duyvendrecht* defunctus 28. Jan. Ann. 1656. Ei ſuffecti,

Mr. JOANNES DOMMER, Amſtelodamenſis, Paſtor in *Duyvendrecht*, defunctus in juventutis flore Ann. D. 1663. menſe Martio.

JACOBUS VAN LUYCK, Paſtor in *Duyvendrecht*, ſenex emortuus 6. Dec. 1702.

JOANNES SWERINCH, Socterwoudanus Batavus, Theologus Lov. Et ipſo, ut Hornæ Paſtor eſſet, indè evocato,

JOANNES SILLINCH, Clivo-Huſſienſis, a Reverendiſſimo *Gerardo Potcampio* in Cura *Duyven-*

Digitized by Google

vendrechtana, ad quam per Cleri Primores miſſus fuerat, confirmatus.

BOECKESLOOT,

Buykſloti ſitus, priſci, ac hodierni Paſtores ac deſervitores.

Hodiè *Buyckſloot*, *Waterlandiæ* vicus ad *Tam* amnem, Amſtelodamo oppoſitus.

Paſtor ibi A°. 1544. D^nus

WILHELMUS PETRI.

Buyckſlotum, *Nieuwendamum*, & vicinum tractum ultrà *Tam* deinde curarunt,

MATTHIAS VAN VEEN, qui & olim Paſtor in *Blocker*, Harlemi defunctus eſt 25. Jun. 1709. Ex perſecutionis æſtu intrà duarum horarum tempus, canos hic Paſtor *Nieuwendamenſis* contraxerat.

HERMANNUS VAN EGTEN, dein Paſtor in *'t Graft*, &c. defunctus ibi 12. Oct. Anno 1691.

BERNARDUS VAN GELDEREN, poſtmodùm Paſtor in *Sevenhoven*, ibique, ut illic meminimus, vitâ defunctus.

MICHAEL DECKERS, Ordinis Eremitarum *S. Auguſtini*, ſemel atque iterum ibi deſerviit; cui ſucceſſit Pater *Antonius*, ejuſdem Inſtituti.

HOLENSLOOT,

Hollſloti ſitus, ac ſtatus præſens.

Holleſloot ab *Henrico* * *Soeteboomio* appellatus, ingens ad *Tam* lacus; ad eum vicus ejus nominis, fortè & Sacellum, pridem fluctibus lacus illius hauſtum.

YLPENDAM,

Ylpendami Arx, Dynaſtæ, Fanum Divus Tut. priſci ac hujus ævi Paſtores.

Ab aggere, *Ilpæ* rivulo objecto denominatus, *Waterlandiæ* vicus, ad quem arx inſignis, a *Jacobo Ilpendamo*, Equite, Bruxellis A°. 1567. capite plexo, ad *Purmurendanos* Dynaſtas delapſa.

Fanum vico *S. Sebaſtiano* ſacrum.

1544 Paſtor in *Ilpendam*,

M^r. THEODORUS.

Sed a mutato regimine *Ilpendamo* & *Purmerlandiæ* pagis affuit,

LAMBERTUS HOFMAN. ‡ Is Anno 1645. 3. Oct. *Ilpendamum* ab ampliſſimo D^no Harl. *Præpoſito* miſſus, & ruſticis placebat, & a Toparcha admiſſus eſt; indè Paſtor *Begbinaſi* Amſtelodami creatus.

JACOBUS HEYNSIUS, indè Paſtor in *Overdiemen*.

† ALOYSIUS COOLSIUS A TETRODE, Goudanus, Juris Utr. Lic. qui olim Paſtor in *Ilpendam*, ob frequentes ſtomachi infirmitates quærens ſolitudinem, obiit Goudæ 5. Martii 1673.

JOANNES STEUR, indè Paſtor in *Huiſduinen* & de *Helder*.

JOANNES FRANC. DE ROEMER, Amſtelodamenſis, Congreg. Orat. ad Montem acutum Presbyter, *Ilpendami* per aliquot annos Paſtor, obiit ibidem 1700. quem ſubſecutus,

JACOBUS VAN OMMEREN, Amſtelodamenſis, Theologus Lov.

* *Saenland. Arc. Tom. 1. l. 3. pag. 154. & ſeq.*

‡ *Acta Cap. Harl.*

† *Necrol. Harl.* habet *Ludovicus.*

PURMERLANDT,

Purmerlandiæ etymon, Toparchia, Fanum.

A *Purmera*, vetuſtiſſimo pago, vel a *Purmerya* amnè denominatus pagus, latè ad *Purmerendam* ferè protenſus, Toparchia inſignis, cui Fanum cum turri acuta & excelſa.

Purmera, Parochia valdè antiqua, modò ferè extincta, Anno 1355. ex veteribus Tabulis, inprimiſque *Alberti* Ducis nota.

Matrix ei Eccleſia, cui *Purmerendæ* ipſa, ſolâ gaudens Capellâ, filiationis jure pridem ſubdita, juxtà has prædicti *Alberti* Tabulas vernaculas, quibus & ſub certa lege in Parochiam evehitur:

Purmeræ antiqua, & matrix Eccleſia;

A ALBRECHT, &c. doen kond allen Luyden, dat wy geconſenteert hebben en conſenteren met deſe Brieve, voor ons en onſe Nakomelingen, dat de Capelle van *Purmerende*, een Dochter ſal weſen en een Parochye Kerke vande Kerke van *Purmer*, na Heer *Jacob Mas* dood Cureyt van *Purmer*, in alle manieren als de Bueren van *Purmerende* over een gedragen zijn, met Heer *Jacob* Cureyt van *Purmer* voorſz. behoudelyk ons, onſe Heerlykheydt en Gifte van beyde Kerken, en ſulke Renten als de Capellerye heeft, die gelegen is inde Capelle van *Purmerende*, daar wy gever of zyn, en ſullen wy dan niet geven voor een Capelle, maar zy ſullen komen aan de gene die Cureyt ſullen weſen vande Kerke van *Purmerende*, en dit ſal weſen na Heer *Jacobs* dood, die nu een beſitter is der Capelle van onſent wegen, voor alle Vryheyd die Heer *Jacob* Cureyt van *Purmer* geconſenteert heeft, de Geburen van *Purmerende* by zynen leven, als Kinderen te Kerſtenen, dooden te begraven, Miſſe te doen, Predicken en anders, als gewoonelijk is te doen in een Parochie Kerke, conſenterende wy hen voor ons en onſe Nakomelingen. Voorts willen wy dat de Bueren van *Purmerende* met hare toe-behooren (geheeten *Purmerender-voort*,) aan die Capelle en Kerke van *Purmerende*, houden ſullen buyten koſten der Bueren van *Purmer*: en de Bueren van *Purmer* in 't Land, haar Kerk houden ſullen buyten koſten der Bueren van *Purmerende*, als voorſz. is. In oirconde gegeven tot *Haarlem* opten H. Sacraments dach, 1355.

Purmeræ Paſtor eo anno, ut ex hoc Diplomate videmus,

D^nus JACOB MAS.

Paſtor *Purmerlandiæ* ſub Annum 1480. 14. Dec.

Paſtores priſci.

ARNOLDUS WILHELMI DE GORNICHEM.

JOANNES THEODORICI DE MONIKENDAM, ejus fit ſucceſſor.

Indiculus *Abb. Egmond.* ſic habet ad An. 1481. 3. Jan.

Dynaſtæ, Collatores, &c.

Nicolaus de Adrichem, *Abbas Egmondanus*, *ex commiſſione Pontificis admittit reſignationem Eccleſiæ Paroch. de* Purmerland, *factam per Arnoldum Wilhelmi de Gornichem*, *in Joannem Theodori de Monikendam*, *conſentiente nobili viro*, *Joanne*, *Vice-Comite de Montforde.* Hic quippe Purmerlandiæ aliquandò Dominus; *Gerardus* enim *Zylenſis*, * qui a *Joanne Eggardo*, Toparchiam *Purmerendanam* adjectis villis duabus emptione acquiſierat, eandem *Joanni* Burchgravio Montfordiano vendidit, antequam Egmondani hîc rerum potirentur.

* *Boxhorn. Theatr. Holl. pag. 382.*

PUR-

PURMEREYNDE,

Purmerendæ etymon. Conditores Dynaſtæ, veteres. parochia;

EX vico, *Purmeræ* dudùm, ut jam notavimus, ſubdito, oppidum ejus tractus ordine hodiè tertium, ita vocatum quod ad finem *Purmeræ* fluvii ſitum ſit, fundatum Ann. 1429. a *Guilielmo Eggardo*, de quo ſupra ſub *Amſtelodamo*; peculii olim pars, unà cum *Purmerlandiâ*, *Neckâ*, *Ilpendamo*, *Hoogwoudâ* & *Erſtwoudâ*, *Waterl.* vicis, Comitum Egmondanorum.

Divi Tut.

Patronos Eccleſia, in Parochialem, ut jam vidimus, evecta, colebat S. *Nicolaum* Epiſcopum, ac *S. Catharinam*, cui & D. Virgo erat in honore.

Paſtor ab avita fide devius.

Mr. *Bernardus*, *Bernardi*, ex ejus loci Cath. Paſtore, fit primus, illic Anno 1573. novæ Reformationis Miniſter.

Paſtores Catholicos ſucceſſivè habuit *Purmerenda*, ſimul & vicino pago *Quaedyck* inſervientes,

THEODORUM HULSIUM, ſimul & Edamenſem Paſtorem, defunctum 1628. Hunc ſubſecuti

Paſtores Catholici.

FRANCISCUS PETRI, Theologus Col. Sac. Theol. Bacc. form. a *Sasboldo Voſmero*, Vic. Apoſtolico ab Anno 1612. ibi conſtitutus. De quo ita *Necrol. Harl.* "Reverendus D. *Franciſcus* "*Petri* Coll. Col. alumnus, Paſtor in *Streka*, poſt "multas controverſias cum Reverendiſſimo Vic. "Apoſt. & ampliſſ. V. A. tandem reconciliatus "cum eis, obiit 14. Aug. Ann. D. 1637.

GUILIELMUS COPALLIUS, ſuprà recenſitus, indè Amſtelodami Paſtor.

* JOANNES SIMONIS, Grootbroeckanus, Theologus Colonienſis, plenus dierum & bonorum operum ex pleuritide poſt 32. annos laboris mortuus 21. Aprilis, Anno 1636.

JOANNES PANCOSMIUS, aliàs *Alderweldt*, Harl Diœceſis, Sac. Theol. Bacc. formatus, Paſtor fideliſſimus in *Purmerent*; Vir magni zeli, in juventutis flore ibidem defungitur 11. Maji A. D. 1660.

CORNELIUS DE KOOKER, defunctus Paſtor Purmerendanus 27. Jul. 1666.

JOANNES DE GROOT, Grootbroeckanus, S. Theol. Bacc. form. indè tranſlatus ad *Angulum* Harlemenſem, de quo ibidem.

THEODORUS VISSCHER, Amſtelodamenſis, S. Theol. Bacc. indè evocatus Alcmariam, de quo ſub Alcmariâ.

SIMON COETENBURCH, Amſtelodamenſis, Paſtor dein & Præfectus *Beghinaſii* Amſterodami; cujus & ibi uberior mentio.

Huic demùm ſucceſſit,

NICOLAUS VAN SWERINGEN, Harlemenſis, Theologus Lov. poſtquam Dordraci primùm, deindè & Ultrajecti operam impendiſſet.

* *Catal. Collegii Colon.*

E D A M,

Edami etymon. Eccleſia. Divus Tut.

LATINE *Edamum*, ſive potius *Ydamum*, ab *Ya* amne, Fanum etiamnum obeunte, & obice hic ei objecto, caſeis ſuis ubique nominatiſſimum, *Monachodamo* majus, vicos VII. complectens.

Eccleſia primaria D. *Nicolao*, Epiſcopo ac Confeſſori, nuncupata, ad collationem erat Holl. Comitum, qui & Æditum conſtituebant: is Aº. 1544. erat Mr. *Nicolaus Ruyſch*.

Inſtitutionem dabant *Officiales* Ultrajectini. Cura Paſtorit. valens cum omni onere X. libr. gr. annuè, non habebat domum, ſed XII. * jugera, valoris V. libr. gr.

Præter Curatum, ei & Vice-Curatus.

Collatores.

Curatus Aº. 1514. Mr. JOANNIS PANONIS adjutor ei datus Mr. *Wilhelmus Heda*.

Proventus.

Vice-Curatus 1514. Dnus MEYNARDUS ENCHUSANUS, indè annuè Curato reddebat XIII. libras gr.

Paſtores: & Vice-Curati priſci.

† NICOLAUS JOANNIS VUITS, Edamenſis, Presbyter, & ejuſdem oppidi Vicarius Anno 1552. burſam unam fundavit, pro ſtudioſo in Facultate Artium & poſteà in Theologia.

MATTHIAS THINCX, Edamenſis, ejuſdem oppidi Presbyter Anno 1551. burſam unam fundavit, pro ſtudioſo in Facultate Artium, & dein in Theologia.

Paſtor ſub ipſum notæ defectionis tempus primarius

MAYNARDUS, *Enchuſanus*, exilio mulctatus, à *Petro Opmeëro* laudatus, ut *Confeſſor eminentiſſimus, & Edamenſis Eccleſiæ Paſtor digniſſimus*, de quo vide eundem *Opmëerum de Holl. Martyr.*

THEODORUS HULSIUS, Sac. Theol. Bacc. form. ab Anno 1606. conſtitutus fuit Paſtor *Edamenſis* ac *Purmerendanus*, ab Illuſtriſſimo *Sasboldo Voſmëro*; obiit Paſtor Edamenſis ſimul & Purmerendanus Anno D. 1628.

ac hodierni.

* JOANNES STEENIUS, Strecanus, Sac. Theol Licent. ad annos XXXVII. Paſtor Edami, ac illius tractus annis pluribus Archipresbyter, exindè Monialium D. *Agnetis* Embricæ creatus Præpoſitus, obiit ibidem in ſenectute bonâ 24. Sept. Anno D. 1669. † Communibus ſuffragiis a *Capitulo Harl.* Anno 1657. die 14. Aprilis in Cenſorem librorum electus.

Hunc ſubſecutus,

THEODORUS GROENHOUT, Harlemenſis, de quo alibi; atque eo poſt anni ſpatium aliò evocato,

* *Deympten.* † *Val. Andr. in Faſt. Acad.*

* *Waſſenb. Embric. lib. 3. pag. 162.*
† *Acta Cap. Harl.*

Digitized by Google

JOANNES van RYSSEN, Daventrienſis, Colon. Theologus; eoque Zaendamenſi, loco *Guil. Schoenii*, conſtituto Paſtore,

GUILIELMUS SCHOENIUS, Edamenſis, proximè Paſtor in *Zaendam*, & ex *Edamenſi*, Paſtor Amſtelodami, ubi & obiit 11. Dec. Anno 1684.

Succeſſores nactus Edami,

ISAACUM van EESTEN, Gelrum, Theologum Lov. S. T. B. form. acerrimum fidei defenſorem, zeloſum animarum Curatorem, egenorum patrem beneficum. Rebus autem & viribus æſtu perſecutionis abſumptis, Paſtor Edami 14. Oct. 1678. defunctus, ſucceſſores accepit,

JACOBUM BOSMAN, Harlemenſem, defunctum Paſtorem Edami 10. Febr. 1692.

PETRUM HANNEMAN, Hagæ-Comitanum, S. T. B. form. ad tempus Ampliſſimi Dni *de Groot* in Hal. *Angulo*, & *Walteri Mulartii*, Hagæ-Comitum Paſtoris adjutorem, indè Paſtorem Edami, in flore ætatis ex anginâ ibidem mortuum 30. Aprilis 1704.

GERARDUM de JAGER, Amſtelodamenſem, anteà Vice-Paſtorem in patriâ urbe.

Franciſcanorum ædes,

Ædes ibi *Minoritarum*, quas potius *Terminariam*, inquit *Jac. La Torrius*, quam Conventum, vocaveris.

Juxta eundem *La Torrium* ibidem Eccleſia D. *Mariæ* ſacra, cujus memoria non eſt in recenſionis Ann. 1514. Tabulis MS.

& Begghinarum Curia.

Fortè *Beghinaſii* Fanum D. Virgini *Mariæ* ſacrum deſignavit. Viguit enim Edami *Beghinarum* Curia, cujus Rector 1561. Mr. *Guerricus ab Ham, Bilſemenſis*, ad A. 1564. quando ad Harlemenſium Curam eſt ſublimatus, ut p 14. ſuprà vidimus.

CAEDYCK,

Quadyck varium nomen; ſitus.

Hodiè *Quaedyck*, in Cod. M.S. Decanat. hujus *Eren* quoque dictus, Vicus Parochialis, Edamo, ex *Goudhovio*, ſubditus, *Purmerendæ* vicinus; undè & *Purmerendæ*, ut jam vidimus, Paſtores pago huic deſerviebant.

Parochia,

Collatores, Proventus.

Ad Curam Paſtorit. nominabant olim patriæ Principes; inſtitutionem dabat maj. Eccl. Ultraject. Archidiaconus. Ad eam pertinebat Ao. 1514. domus vetus ac exilis, & XII. terræ * jugera. Vice-Curatus in abſentia inde percepit VII. flor. Rhen.

Verus Paſtor eo anno

Curati, & Vice-curati.

Dnus GERARDUS YSELSTEINIUS.

Vice-Curatus

Mr. HILBRANDUS SIMONIS.

MEDELYE,

Medelyæ nomen varium. Divus Tut. Collatores.

Aliàs *Middelye*, contractè *Midlye*, *Waterlandiæ* ſub Dec. pridem Amſtel. ab *Ya* amne, quo cingitur, denominatus, vicus Parochialis, Divo *Pancratio* ſacer, cujus collatio penes patriæ Principes, inſtitutio ab Archidiacono maj. Ultrajecti Eccleſiæ pridem petebatur.

Proventus.

Ad hanc pertinebat Ao. 1514. præter ædem, XII. jugera. Vice-Curatus eo anno D. *Joannes Joannis*, inde reddebat Paſtori V. libras annuè. Valebatque Cura eo tempore annuatim L. flor. Rhen.

Paſtor eodem tempore

Paſtores. Æditui, Collatio, & cenſus.

D. CORNELIUS, *Wilhelmi* filius.

1518. D. LEONARDUS, *Joannis* filius.

Æditui munus, quod dicto anno tenebat quidam *van Sante*, conferebant quoque patriæ Principes, ad quod duo jugera pertinebant.

WEERDE,

Weerdæ Parochia; Paſtoris, ut & æditui reditus.

Hodiè *Waarden*, *Waterlandiæ* pagus Paroch. cujus collatio & inſtitutio penes eoſdem. Ad Curam Paſtorit. pertinebat 1514. ædes, atque X. ſeu XII. jugera, valebatque cum omni onere XL. flor. Rhen. annuatim. Eam tenebat 1514. Mr *Joannes Theodori*, ſeptuagenarius. Æditui munus quod a Philippo Burgundo eo anno tenuit *Theodorus Petri*, ad Principum patriæ quoque collationem, VII. ſeu VIII. jugera poſſidebat.

* *Deympten.*

MONICKENDAM,

Monachodami Origo.

Adr. Junio *Monnicke-Meerſdam*,[a] Latinè *Monachodamum*, ſic dictum ab interlabente fluviolo de *Monnick*, & obice ei objecto, pro inſignibus gerens Monachum cucullatum, baculum manu tenentem, dextrâque elevatum in humero dextero.

Primaria Eccleſia. Divus Tut. Collatores. Vicaria. Conventus.

Ædes primaria *S. Nicolao* Epiſcopo dedicata, ad collationem Holl. Comitis, valebat cum omni onere 80. aut 90. fl. Rhen. annuè. In ea pridem *Vicaria S. Thadæi*, dein *incorporata* Conventui *S. Gertrudis* Amſtelodami. Conventus ibidem olim *Carmelitarum*, ab incendii clade, quam urbs paſſa eſt 1515. ſervatus. Paſtores ibi A. 1514. Mr. *Regnerus Gerſman.*

1544. Mr JACOBUS, *Lamberti* fil.

Priſci,

JOANNES PIPO, *Henrici* filius, Nardenſis, Eccleſiæ *Monachodamenſis* Paſtor, * Pyratis Anno 1571. oppidum Monachodamum diripientibus, in lacu aliquandiu remulco tractus, ad malum glandibus ſclopetariis trajicitur. Sæva mors *Gerardo Honæo*, Canonico Reg. ibid. illata, ut ſub *Weſtblocker* infrà dicemus.

& hodierni Paſtores.

GUILIELMUS COPALLIUS, Harlemenſis, Sacræ Theol. Licentiatus, & Canonicus Harlemenſis, oppidum hoc, & vicinos pagos *Broeck* ac *Suyderwoudam* curavit, hujus etiam Decanatûs ruralis Archipresbyter; donec Amſtelodamum evocatus, ea in urbe Paſtor vitâ defungeretur 5. Octob. 1662.

Oppido Monachodamo multis annis, ex *Relat.* Phil. Rovenii Anni 1638. deſervivit *Jacobus Olæus*, Paſtor dein Amſtelodami.

Hunc ſubſecutus eſt,

R. D. Mr. ANTONIUS van VEEN, qui obiit Paſtor ibidem 22. Febr. 1674.

Poſt

a *Henr. Soetebomii Arcad. part. 2. p. 237.*
* *Petr. Opm. Dec. l. 9. Mart. pag. 164.*

Digitized by Google

Paſtores.

Poſt hunc GERARDUS KLOOSTER, Streeanus, Theologus Lov. S. T. B. form. indè Paſtor in *'t Veld*, propè *Schagam*, ibidem defunctus 29. Jan. 1681.

Hujus etiam in Cura ſucceſſores,

R. D. Mr. FRANCISCUS BREUGEL, Amſtelodamenſis, anteà Vice-Paſtor *Huſſiæ* in Clivia. Obiit hic Paſtor in *Monikendam* 13. Martii 1709.

NICOLAUS DE JONGE, Swollenſis, Theologus Lovanienſis, antè Vice-Paſtor Amſtelodami, *Geniſium de Prater* adjutor, dein Paſtor in *Hilversbeef*; inde per Nuntium Colon. Monachodamum mittitur; ubi poſt unum alterumve annum Curæ iſti impenſum, defungitur 30 Maii 1710.

Succeſſorem ab eodem Nuntio accepit,

BERNARDUM CARPE, Embricenſem, inde nuper ad Curam Paſtoris Embricæ vacantem evocatus.

Monialium Ciſterc. Parthenon.

Haud procul Monachodamo pridem viguit *Prioratus* * Monialium *Ciſtercienſium* dictus *Galilæa*, erectus ſub Annum 1465.

MERCKER-HOFF,

Markiæ Inſulæ vicus cognominis,

Ejus vocabuli vicus hodiè, certè mihi non occurrit. Deſignari eo putem, *Markanæ*, vicinæ Monachodamo Inſulæ locum, ad quem *Horti Mariani* propè Leovardiam Norbertini Monachi ſeceſſum pridem habebant, quibus & dicta Inſula, certè pro parte propria erat; in vindictam cæſi Fratris *Wilhelmi*, a *Margareta* Imp. ejus ſorore iis dein adempta: a quibus & lacus *Moncke-meer*, ut jam nunc dictum eſt, nomen traxit.

Præmonſtrat. pridem ſeceſſus.

Eccleſia, Collatores, Paſtor, cenſus.

Vicus illic hodié, *Marcke* nomine, Fano cum turri gaudens, cujus Collatores pridem patriæ Principes, ut ſub Ann. 1514. teſtabatur D. *Nicolaus, Jacobi* fil. qui annis abinde octo Curam eam tenuerat ex donatione Belgii Gubernatoris. Ad eam pertinebant circiter v. lib. gr. annuè, ex v. jugeribus & vaſe butyri; & II. Philipp. Tenebaturque Paſtor ad v. Miſſas per hebdomadam.

BROECK,

Broecki etymon.

A paludoſa, qua cingitur, terra denominatus *Waterlandiæ* pagus, haud procul Monachodamo diſſitus, cui elegans cum faſtigiata turri Eccleſia, *S. Nicolao* Confeſſori ac Epiſcopo ſacra. Alius hic ab ejuſdem nominis ſub longo aggere, vulgò *Langendyck*, pago Parochiali *S. Pontiano* Martyri ſacro. Hujus collatio erat penes Abbates Egmondanos, ut ſuprà meminimus.

Ex recenſionis ſub Maximil. Cæſare Libello MS. collationem illius ſub Ann. 1514. patriæ Principes ſibi vendicabant; inſtitutionem dabat maj. Eccl. Ultrajecti Archidiaconus. Eo anno Paſtor D. *Cornelius Joannis* Curam eam impetrarat a Duciſſa Sabouda, Belgii Gubernatrice. Ad eam, præter domunculam pertinebant ex agrarus redditibus xxx. flor. Rhen. Ipſius deceſſor inde in abſentia perceperat IV. lib. gr. annuè. Æditius ab iiſdem patriæ Principibus conſtitui ſolitus, duos treſque flor. Rhen. abſens percipiebat.

Parochia, Divus Tut. Collatores, Paſtor, æditues, utriuſque proventus.

In Ann. 1514 erat BARTHOLDI *Gerardi* filius.

* *Henriquez Faſcicul. Ord. Ciſt. l. 2. 405.*

LUTTICKHOEFHUYSEN,

Oiſthuſæ priſcus Dynaſta, Collator, &c.

Aliàs *Oiſthuyſen*, *Waterl.* ſub Edamo pagus ac dominium, cum *Etersbemio*, eundem ſub Annum 1514. Dynaſtam agnoſcens, *Sevenbergæ* Dominum, qui & Paſtorem & Æditumm deſignabat.

RANDORP,

Randorp vatum nomen,

Aliàs *Ransdorp*, fortè quia ad cardinem ſeu oram terræ humilioris, Campo vel Sylvæ proximæ ſitus erat, pagus *Waterlandiæ*, etiam *Rarop* in Cod. Eccl. Traj. MS. & paſſim hodiè a vulgo denominatus; a quibuſdam etiam *Raar-* & *Raardorp*, vel inde dictus, quia nec in ſylveſtri, neque in paludoſo, ſed in electo ſolo ſitus, gramine, & lacte fœcundus eſt.

etymon.

ſitus.

Ædes non, ut aliorum ibi [illegible], in longum protenſæ, ſed circum Fanum extructæ, cujus turris denſa eſt & obtuſa; indicio quod primi operis ſtructores grave quid illic moliti ſint.

Turris.

Eccleſia pridem in duas partes diſpertita.

Certè duæ Eccleſiæ iſtius pridem portiones, ad collationem patriæ Principum ambæ, inſtitutionem ad utramque dantibus Archidiaconis Ultrajectinis. Portio ſingula cum omni onere valebat I.. flor. Rhen. annuè. Ad utramque pertinebant XVIII. jugera[a], valentia annuè VI. lib. Ad unam ſolam Miſſam tenebantur Paſtores; idque dominicis tantùm, ac feſtivis diebus.

Collatores, Proventus, Paſtoris, ac Æditui,

Paſtor alterius portionis A°. 1514

D. JACOBUS FLORENTII.

Æditui munus, valens ferè VII. flor. Rhen. annuè, dabant etiam patriæ Principes.

SCELLINCHWOUDA,

Schellincwoudæ etymon, ſitus. Parochiæ Collatores, bona, &c.

Ad mare auſtrale ſub aggerem ſitus, a nummis, ut opinio eſt, denominatus *Waterl.* pagus, cui præter domum civicam Fanum cum turri. Paſtorem dabant olim patriæ Principes ab Ultraj. Archidiacono inſtituendum, a quibus inſtitutus ſub Ann. 1517. Mr *Joannes Cornelii* fil. Ad Curam dominiculam pertinebant ferè XV.[b] jugera reddentia XXXIII. flor. Rhen.

ZUYDERWOUDA,

Zuyderwoudæ antiquitas, origo.

[c] *Zuitbardesbage* limes auſtralis eſt Comitatus *Gerolfiani*, cujus meminit *Arnulfus* Imp. in Dipl. Anni 889 penè a *Rheno* ad *Mosam* ducens, oppoſitus Septentrioni, qui eſt ipſe Oceanus. *Zutbardes* enim veteres per TH ſcripſerunt, quod nobis per D. *Zuiderſee* ſcribitur. Ex *Hage*, id eſt ſepes, hic limitis loco fuit. Ad quam denominationis a *Zuth* præclara hodiéque ſuperſunt veſtigia in *Zuiten*, *Zutherwou*, *Zuthermeer*, & hic in *Zuyther-* ſeu *Zuyderwouda*, quem vicum *J. Douza*, aliique hic deſignatum ferunt.

Parochia Collatio &c.

Pagus hic profecto ad Sylvam antiquus eſt, dudùm Parochialis, cujus Curæ Paſtorit. collatio ad patriæ Principes, inſtitutio ad Ultrajectinum Archidiaconum ſpectabat.

* *Henr. Soeteb Zaan-Arc. T. 2. de Waterl. p. 15.*
a *Vulgò Deymeten dicta.*
b *Vulgò Deymeten.*
c *M. Alt. not. Germ. inf. part. 2. p. 215.*

Digitized by Google

Paſtores, eorum, ac æditui proventus.

Eam circa Ann. 1512. tenuit Mr. *Nicolaus Mayoulius*, A. 1544. D. ac Mr. *Joannes*.

Ditata erat extra ædes florenis Rhen. xxx. ex agrariis proventibus; ſolebatque abſenti reddere v. aut vi. libras annuè.

Wilhelmus Heda Anno 1514. æditus ad eorundem Principum collationem, indè abſens tenebat ix. flor. Rhen.

LANDSMEER,

Landsmeer etymon, Collatores,

Quibuſdam ſic dictus a lacu; aliis autem *Landsmoer*, quaſi a paludibus denominatus *Waterl.* pagus Parochialis, cujus collatio, ut & vicinorum pagorum pridem ad patriæ Principes, inſtitutio ad Ultr. Archidiaconum ſpectabat. Ædes Curæ Paſtoritiæ erant, & ex agrariis reditibus xl. ferè flor. Rhen. annuè; valebatque cum omni onere xl. aut l. flor. Rhen. Curam hanc circa Annum 1514. impetrarat

Paſtores, &c.

Mr. JOANNES DIEST.

Huic Vice-Curatus erat

D. RUDOLPHUS, *Wilhelmi* fil.

Vicarii æditum, nil certi habentem, ſtatuebant.

SUYDERDORP,

Suyderdorp origo,

Sindel, *Finder* & *Sunderdorp*, cujus origo a loci concinnitate a quibuſdam tracta, ſed verius ignoratur; amplus campis viridibus dives,

Collatores, Paſtores, &c.

Waterl. pagus Parochialis, ad quem *Buykſlootenſes* ad coetum coeunt, cui Paſtor pridem unà cum Vice-Curato, quos patriæ Principes deſignabant, Ultrajectinus inſtituebat Archidiaconus. Cura ex agrariis reditibus valebat Ao. 1514. liv. flor. Rh. Paſtor tum Mr. PETRUS A GOUDA.

Aelsmeer priſcum nomen, Div. Tut.

Aelsmeer, in antiquis Chartis *Alsmar*, in Charta Florentii Holl. Comit. Anni 1275. * *Terra Venenſis in Alsmar* vocatur, eadem cum hodierno pago, vel certè eidem contermina, ad lacum Harlemenſem, ſub *Kennemariæ* Præfectura, & Amſtel. hodiè *Archipresbyt*.

In ejus Eccleſia, cui præcelſa turris, dudùm coluntur DD. *Petrus* & *Paulus*.

* *Menſ. Alb. nat. part. 2 p. 6.*

Collatores,

Eccleſia hæc aliquando fuit ad collationem Abbatiſſæ Rhynsb.

ac Paſtores priſtini,

Mr. JOANNES A SCHETTER, Canonicus ad *S. Salvatorem* Ultrajecti, Paſtor Curæ *Aelſmeerianæ* Anno 1546. ex veteri membrana.

Aelſmerienſes dein a proſcripto avitæ fidei cultu, excoluère,

JACOBUS BRUNONIS, habitans *Aelſmeriæ* 1603. ſic enim ipſius manu in impreſſo *Martini Duncani* libello ſcriptum invenitur.

R. D. M. JOANNES JANSSENIUS, Akoyo-Batavus, Canonicus Furnenſis, Paſtor in *Lambertſchage*, dein Paſtor in *Aelſmeer*, defunctus ibidem 3. April. 1652.

JOANNES SCHOT, S Theol. Bacc. formatus, poſtmodùm Paſtor in *Heyloe*, ubi & obiit 28. Febr. 1667.

& hodierni.

ARNOLDUS KUYSTEN, Sylvæ-Ducenſis, S. T. B. form. *Aelſmerianis* per Capitulum Harl. datus Paſtor 1656. 4. Julii. Exindè Paſtor & Archipresbyter creatus Alcmariæ, ibidem ex diuturno languore defungitur 4. Decembr. 1667.

JACOBUS CATZIUS, Gorcomienſis, S.T. B. form. dein Goudæ, poſtmodùm Ultrajecti Paſtor, Aſſeſſor Vic. Ultraj. & ejuſdem Cap. Vic. Generalis, de quo ſub Ultrajecto longior nobis ſermo.

BALDUINUS CATZIUS, Gorcomienſis, S. T. B. form. prioris germanus frater, Paſtor in *Aelſmeer* deceſſit 15. Novemb. 1691.

BARTHOLOMÆUS PESSER, Ultrajectinus, Verbi Dei & Linguarum ſanctarum ſtudioſus, atque *S. Auguſtini*, ſimiliumque ſacrorum Scriptorum, nec non librorum quatuor de Imitatione Chriſti ſpecialis amator. Libros hoſce, ut indies ſpiritum ſuum illis excitet ac recreet, verſibus Latinis eleganter expreſſit.

Ortus eo pago

PETRUS LANGEVELT, Aelsmerianus Paſtor *Noortvicenſis*; ubi per errorem ei tribuitur, quod ortum ei dederit *Langevelt*, vicus *Noortvico* vicinus.

WESTFRISIÆ DECANATUS.

HOORN,
ENCKHUYSEN,
MEDENBLICK,
OUTDORP,
SINTE PANCRAS,
OTTERLEECK,
KOEDYCK,
SCHAGEN,
OUDE NYEROP,
NYEUWE NYEROP,
WYNCKEL,
VEENHUYSEN,
AVENHORN,
SCHAERDAM,
HAUWEERT,
BERCHOUT,
OPDAM,
HEYNSBROUCK,
SPANBROUCK,
LEECK,
WAEWEYT,
SYBEKERSPEL,
SCHAERWOUDE,
HOOGWOUT,
OPMEER,
WOGGENUM,
NUBICXWOUDE,
BINNINCKBROUCK,
LAMMERSCHAGE,
ABBEKERCK,
TWYSS,
MIDWOUDE,
SWAECH,
OESTERBLOCKER,
WESTERBLOCKER,
SCHELLINKWOUDT,
HEM,
WYDENES,
BOVEKERSPEL,
GROOTE-BROECK,
LUTTEKEBROUCK,
HOIGEKERSPEL,
WESTEYND,
WESTWOUDE,
BYNNEWYSS,
OOSTWOUD,
WARFARTSHOEVE,
OPPERDOES.

Præ-

Digitized by Google

PRæpoſitura hæc veteris ævi eſt, *Godebaldi*, Ultrajectini Epiſcopi ordine XXIV. temporibus nota, de qua ſic habetur ſcriptum in libro *Capituli Trajectenſis* num. aut fol. IX.

"Juriſdictio omnimodo Epiſcopalis & ea quæ ſunt juriſdictionis, pertinent ad Capitu- "lum noſtrum per terram Weſtfriſiæ Trajectenſis Diœceſis, cùm ejus Juriſdictionis exer- "citium Capitulum noſtrum committere conſuevit uni ex Canonicis noſtris Præbendatis "ad vitam vel ad tempus, prout ſibi placuerit, & talis Officialis Capituli Præpoſitus "Weſtfriſiæ appellatur. Et iſtud non eſt Officium perpetuum, neque beneficium, neque "dignitas in Eccleſia noſtra, & ex emolumentis ipſius Juriſdictionis penſionem Capitulo "ſolvere conſuevit, prout in commiſſione ei injunctum fuerit.

Privilegia & jura huic muneri per Godebaldum Epiſcopum annexa, prædicto libro continentur ſub titulo: *Hæc ſunt Jura Archidiaconatus Præpoſituræ Weſtfriſiæ in Eccleſia Trajectenſi:*

"Inprimis *Godebaldus* quondam piæ memoriæ, Epiſcopus Trajectenſis, dedit Eccleſiæ "noſtræ Trajectenſi & Præpoſito Weſtfriſiæ ad opus ipſius Præpoſituræ & ad onera ipſius "ſuſtinenda Juriſdictionem ſpiritualem, liberam & abſolutam perpetuis temporibus exer- "cendam per terram Weſtfriſiæ.

"Item hoc dedit Epiſcopus antedictus Eccleſiæ beati Martini, ad hujuſmodi Præpoſi- "turæ Weſtfriſiæ opus, ſub ea forma quod Decanus & Capitulum pro tempore eligere de- "berent Præpoſitum ibidem, & ei committere & conferre curam ipſius Præpoſituræ cum "omnibus Juribus Epiſcopalibus exercendis in eadem Præpoſitura abſque alia confirma- "tione Epiſcopali.

"Item quod Præpoſitus Weſtfriſiæ pro tempore poſſit clericos & laicos ibidem corri- "gere modis de jure debitis & conſuetis.

"Item quod poſſit in ſeptimana bis ſua Synodalia exercere, mulctas & pœnas ſuſcipere, "& delinquentes abſolvere.

"Item dictus Epiſcopus contulit & conceſſit Præpoſito inibi pro tempore exiſtenti "poteſtatem ſecum ducendi qualibet ſeptimana, dum ſibi placeat & viſum foret expe- "dire, ad eamdem Præpoſituram unum* Catholicum ad ea quæ ſunt ordinis & con- "ſecrationis exercenda, & eundem reducere, & emolumenta exinde provenientia cum eo- "dem ſic ducto participare.

* fortè *Canonicum*.

"Item quod hæc omnia & ſingula per dictam Præpoſituram ſunt obſervata a tempore "cujus memoria non habetur pacifice & quiete.

Ex ſtatutis hiſce profluxit, ut Metropolitanum Capitulum Ultraj. jus ſibi eſſe duxerit uni ex Canonicis ſuis Præbendatis Præpoſiti munus ad vitam, vel ad tempus committere.

Nihilominus in recenſionis ſub Maximiliano Duce Anni 1514. Codice MS. ex Domini *Alardi*, *Martini* filii, D. Virginis Sacelli Capellani quadragenarii relatione in verbo ſacerdotii refertur, "quod viri particulares Præpoſituram hanc ſemper tenuerint uſque ad "D. *Everardi* octo, vel novem abhinc annis mortui deceſſum; quodque ab ejus obitu Me- "tropol. Eccleſiæ Canonici Præpoſituræ huic ſe immiſcuerint; ignorare ſe, inquiebat, quod "Capitulo Metrop. ſit unita, &c. Ex *D. Cornelii Engelberti* Presbyteri, ſexagenarii & ultra in verbo Sacerdotii ore quoque ibidem refertur, quod frequens circa *Præpoſituram* hanc controverſia agitata fuerit; "quod *Mr. Antonius Haveron* eam temporibus Caroli "Ducis, exque ejuſmet collatione tenuerit annis tribus, quatuor aut quinque continuis; "exindè Metropol. Collegium litem ei Romæ indixerit: quam cum proſequi illic negli- "geret, ex Collegii ejus nomine *Mr. Ludolphus*, dicti Collegii Decanus, atque *Everar- "dus Zodenbalchius*, tanquam Præpoſitus Hornam advenerint ſub Annum 1485. & 1486. "*Præpoſituræ* rurſùm poſſeſſionem adeuntes. Addebat, quod aliàs, temporibus nimi- "rum *Philippi* Ducis, ob *Præpoſituram* hanc lis fuerit inter *D. Philippum Waſſenarium* ſe- "cularem, ac *M. Petrum Myletium*, Eleemoſynarium; liſque ea *Trajecti* ad Moſam per Car- "dinalem, Sedis Apoſtolicæ Legatum, terminata fuerit in favorem *Petri Myletii*; qui adeptus "exindè maj. Eccleſiæ Canonicatum, primo aditæ poſſeſſionis anno ibi mortuus ſit, &c.

"M. *Otto Rodolphi* fil. Presbyter ſeptuagenarius & ultra, qui *Præpoſituræ* munus ex "collatione Capituli Metrop. geſſerat annis XVIII. in eodem Cod. MS. fertur decla- "raſſe, quod *Petrus Myletius*, *Præpoſituram* pridem tenuerit ex collatione veteris Ducis "Philippi; undè inter eum atque Præpoſitum nomine Collegii Ultraj. lite ortâ, & in "urbem delatâ, *Myletius* cauſam cum expenſis vicerit, Collegium causâ ceciderit; quod "dein cum *Myletio* tranſegit, " &c.

Forma tranſactionis, quam hic ignorare ſe inquiebat, ex *Engelberti* narratione jam jam relata fuit.

Digitized by Google

„ Poſtmodùm, ut idem *Otto* inquiebat, Mr. *Antonius Haveron*, *Præpoſituram* hanc adiit „ ex donatione Caroli Ducis, qui & eandem ad tempus tenuit. At inita deinde eâ lege „ eſt tranſactio, ut quod *Haveronius* adminiſtrationis ſuæ tempore geſſerat, ac receperat, „ ratum haberetur, &c. Adjungebat, ſe audiſſe, quod præteritis temporibus plures, „ a Ducum iſtorum deceſſoribus *Præpoſituram* eandem obtinuiſſent.

„ *Joannes Brevis*, Nicolai fil. annorum LIII. ſub jurejurando interrogatus, ſe non „ aliud ajebat reſcire, quàm quod *Præpoſitura* hæc modò ad Capitulum Metrop. pertine- „ ret, eique *incorporata*, ſeu unita eſſet. Juramentum autem quod Præpoſitus Weſtfr. „ ad receptionem ſuam Capitulo Metrop. præſtare conſuerat, eſt hujuſmodi:

Præpoſitorum juramentum. *Juro ad hæc ſancta Dei Evangelia quod Præpoſituræ Weſtfriſiæ Officium per Capitulum meum Trajectenſe commiſſum, penſione mihi a Capitulo injuncta debitis terminis & ſingulis annis exſolvam; jura quoque, res & pertinentias ipſius ſecundum jura & antiquas conſuetudines conſervabo, miniſtrabo & defendam; & quod ipſius res & pertinentias prædictas non diſtraham, alienabo, diſtracta & alienata pro poſſe & noſſe recuperabo. Sic me Deus adjuvet & hæc ſancta Dei Evangelia.*

„ Ad *Præpoſituram* hanc, juxta relata D. *Cornelii Engelberti*, nec ædes, neque deſi- „ gnati reditus pertinebant; ex tranſgreſſionibus & accidentalibus omne lucrum erat.

Proventus indè venientes prædictus *Otto* ad CCCLXIIII. flor. Rhen numerabat.

Exactiones compreſſæ. Hi ſæpè per exactiones extorti; indè graves ortæ querelæ, ad patriæ Principes ac Rectores delatæ, quibus comprimendis decreta ac ſanctiones variis temporibus edita; ſigillatim Anno 1434. *Rodolphi Diepholdii* in hoc Diploma pro parte datum eſt *Bat. Sacr.* part. 2. p. 218. Integrum extat in vetuſto libro Legum, Jurium, Privilegiorum, ac Decretorum Urbis Amſtelodamenſis, ea in urbe excuſo Anno 1613 pag. 53.

Præpoſitorum Weſtfriſiæ ſeries:

Series. Anno 1431. ANDREAS DE SCOERLE.

1437. GYSBERTUS DE RIETVELT.

143 FORTIGARIUS, Epiſcopus Atrebatenſis, Weſtfriſiæ Præpoſitus memoratur in ſequenti Epitaphio:

HIC IACET BONÆ MEMORIÆ REVERENDVS IN CHRISTO PATER, DOMINVS FORTIGARIVS, EPISCOPVS ATREBATENSIS, DE OPPIDO BRVGENSI IN FLANDRIA ORIVNDVS, PHILIPPI DVCIS BVRGONDIÆ ET BRABANTIÆ CONSILIARIVS, S. WALBVRGIS FVRNENSIS, AC ETIAM IN WEST-FRIGIA IN ECCLESIA TRAIECTENSI PRÆPOSITVRAS PACIFICE POSSIDENS, &c.

1459. PHILIPPUS WASSENARIUS, 1470. vitâ defunctus.

1463. PETRUS MYLETIUS, cujus infrà erit mentio.

1470. FRANCISCUS, S. R. E. titulo S. *Suſannæ* Cardinalis; a quo tamquam Præpoſito Weſtfriſiæ editum decretum Synodale, deſcriptum in vetuſto libro, cui titulus *Ordinarius Eccleſiæ Cornepolitanæ*, vulgò *Hornenſis*. De eo etiam infra, ſub *Enchuſa*, quia & *Enchuſanis* jura ſingularia ſanxit.

14 . . M. OTTO RUDOLPHI, ſeptuagenarius & ultra, qui Anno 1314 affirmavit quod vice Capituli Metrop. Traj. Weſt-Friſiæ Præpoſituram adminiſtraſſet XVIII. annis continuis aut circiter.

1485. EVERARDUS ZODENBALCHIUS, jam ſuprà memoratus.

1520. ARNOLDUS DE BOECHORST.

1524. LAMBERTUS VAN DUYNEN.

1570. GODEFRIDUS MIERLOUS, Harlemeorum alter Epiſcopus, ut infrà ſub Horna.

Decani Weſtfriſiæ.

Decani; eorum Collatores; Præter Præpoſitum, Decanum etiam habebat Weſtfriſia, a Capitulo Metropolitano Ultraj. eligi ſolitum, ex cujus nutu is munere fungebatur aut defungebatur, ut & memorati Hornani Presbyteri teſtatum fecêre.

Exceſſus, Ad manum mihi eſt Codex MS. in quo *Wilhelmi*, *Alberti*, aliorumque Holl. Comitum Tabulæ reperiuntur, quibus hi Hornanorum & conterminorum Weſtfriſiæ populorum libertati, & incolumitati conſulunt contrà graviores Decanorum exactiones. Decanorum horum, aliorumque per patriam exceſſus, annitente Philippo Burgundo, Holl. Comite, per *Rudolphum Diepholdum*, Traj. Epiſcopum, ut ſub eo vidimus, Ann. 1434. compreſſi.

Tranſactio. In dicto Codice MS. inter alia extat, vernacula hæc inter Decanum Hornanum, & ſuæ Juriſdictioni ſubjectos, Ann. 1534. 2. Dec. inita concordia.

Alſoo

Digitized by Google

ALSOO ſekere klachten over gegeven zyn den Hove van Hollandt, by die van *Hoorn*, *Enchuyſen*, *Grootebroeck* en andere, gheſeten onder de Proſtye van Weſt Vrieſlandt, beroerende de geeſtelicke Juriſdictie van den Deecken aldaer, ende informatie daer op gedaen, ende dat oock geſchreven is geweeſt by andere Replicque ende Duplicque, zyn ſekere dagen van communicatien gehouden by de Gedeputeerden van den Capittele van den Doem, de voorſz. Deecken ende Gedeputeerden van de voorſz. Steden met hare conſorten; ende is eyndelycken by tuſſchen-ſpreken van Meeſter *Jooſt Sasbout*, als Commiſſaris by myn Heer den Grave van Hooghſtraten, Stadhouder Generael van Hollandt ende van Uytrecht, daer toe gecommitteert, na dat hy den voorſz. Hove gedaen hadde zyn rapport, gemaeckt een accoordt als hier na volght:

Eerſt, die van *Schardam* ende *Scharwoud* ſullen hare Sacramenten halen tot *Hoorn van den Paſtoor* aldaer, ſonder dat ſy gehouden ſullen weſen tot *Hoogkarſpel* daer omme te reyſen.

In de Paeſch heylighe daghen, als men haelt *Chriſma*, ſal niemandt van Boom-wol oyt afgenomen worden, dan ſal den dienaer ghegheven werden een oortken ofte grootgen civilitate, en mits betalende den tax, ende en ſal niemandt in onkoſten van teeringe of wagen-huer ghehouden weſen.

Den Deecken en ſal niet meer nemen voor Zeen-penningh, dan de gewoonelycken tax, na ouder gewoonte.

Den Deecken en ſal niemant compoſeren *in cauſâ matrimoniali*, om ſententie te geven, om *juramentum expurgationis* te ontſeggen of diergelycke; noch en ſal partyen om te compoſeren niet houden loopende, ende als de queſtie valt tot *Hoorn*, en ſal niet meer nemen dan den behoorlycken ordinaris tax.

Ende als hy moet reyſen tot verſoeck op een Zeenſtoel, 't zy verre ofte na, ſal daer af hebben drie goudtguldens: te weten, twee voor den Deecken ende een voor den Notaris, ende ſal betaelt worden by den genen die 't verſoeckt, of by den genen die ſuccumbeert.

In kleene ſaken ſal den Deecken van civielheyt uſeren, ende ſal oock van niemandt geldt nemen om hem juramenten expurgaſionie ofte andere niet laten doen.

In diſpenſatie van proclamatiens als hy die geven wil, ende de ſake ſulcks eyſcht, ſal diſcretie daer beſigen, ende ten hoogſten niet meer nemen dan na ouder gewoonte, elcke proclamatie een-ende twintigh ſtuyvers.

Ende van verſuymde kinderen ſal men hem reguleeren na de Privilegien ende Rechten van de plaetſen.

Om te conſenteren dat men Kercke ofte Altaren uytſette, grooter maeckende, en ſal gheen groote ſomme van penningen genomen worde, maer een oude Schilt of twee na gelégentheyt.

Inſgelycks ſal oock genomen worden van den Deecken omme Kercke goederen te mogen verkopen, *pro cognitione cauſæ*.

Ende ſal geen geldt genomen werden van Kercken omme met hem te diſpenſeren, ſekere wercken ongemaeckt te laten ſtaen, noch die ſelfde Kercken onder ſulken dekſel gecompoſeert.

De Deecken en ſal niet eyſchen ofte compoſeren *in cauſâ mixti fori*, als 't by den wereltlycken Regter daer by proventie kenniſſe af genomen is.

De Deecken en ſal van inſtitutien van beneficien niet meer nemen dan nae ouder gewoonte, dat hy ſeght te weſen, *medios fructus deductis expenſis*.

De Deecken en ſal gheen geldt nemen om yemandt te laten ſitten *in matrimonio in gradu affinitatis prohibito*.

De Notaris en ſal geen part noch deel hebben in den pacht van de Deeckenye, ende wordt de Notaris by den Deecken gecommitteert tot eenige ſaecken, ſal als dan een ander Notaris by hem hebben, ende ſullen die van de Capittele aengaende de Fiſcael voorſien, ſulcks dat d'onderſaten redenen hebben ſullen te vreden te zyn, ende ſal de Deecken zyn Conſiſtorie houden in de Kercken, ofte andere eerlycke huyſen of plaetſen.

Cenſuræ rarius, & non niſi ſervato juris ordine infligendæ.

De Deecken ſal den Ban ſoo ſelden uſeren in kleyne ſaken als hy magh; ende en ſal niemandt in den Ban doen, dan met behoorlycke voorgaende proceduren van Rechte.

De Deecken en ſal den Paſtoren geen verbodt doen van yemandt te trouwen na den behoorlycke proclamatien, onder dexel dat ſy te vooren by een geſlapen hebben, noch te bedwingen abſolutie brief te halen *à clandeſtino*, 't en zy dat blycke anders dan uyt de Biechte; dat ſulcke perſoonen te vooren clandeſtine gecontraheert hebben abſolutie; ende mits deſen wordt de Paſtooren geen macht gegeven te abſolveren *à clandeſtino*, *in Foro contentioſo*.

De Deecken en ſal hem niet onderwinden te cauſeeren ofte compoſeeren yemandt ter cauſe van ſimpel fornicatie.

Aen-

Digitized by Google

Aengaende de abſolutie brieven *à clandeſtino*, daer den Deecken af neemt een-entwintigh ſtuyvers, ſeggende dat altijdts ſoo van oudts geuſeert is by tyden van voorgaende Deeckens ende daer of blijckt by oude Regiſters. Die van Hoorn, Enchuyſen, *cum ſociis*, ſeggende ter contrarie dat men van oudts niet meer en plagh te gheven dan negen botdragers, nu geëſtimeert tot xiiij. ſtuyv. Die van Enchuyſen ſeggen privilegien te hebben daer af niet meer ſchuldig te weſen dan vyf ſtuyvers. Suſtinerende dat ſy ende andere geprevilegierde by haer privilegie behooren te blyven.

De Deecken ter contrarie maintinerende dat ſulcke privilegien niet rechtelycken geimpetreert en is noch oock gheuſeert; ſal den Officiael van myn Heere den Archidiaken, Meeſter *Lambert van Durnen* hier op doen rapport, omme een goedt middel van accoordt te vinden, tuſſchen dit ende drie Koningen dagh.

Aengaende de obſervanten van de *Concordaten* van Biſſchop *Roelof*, die van Hoorn, Enchuyſen, *cum ſociis*, ſuſtinerende dat de Deecken die behoort t'onderhouden, ende achtervolgen navolgende mandamenten, ende beſlote brieven van den Prince van den Landen, tot diverſche tyden tot dien eynde geëxpedieert; die Officiael ter contrarie, dat Biſſchop *Roelof* immers geen macht en hadde *Concordaten* te maecken over Weſt-Vrieſlandt, tot ſijner Juriſdictie niet behoorende; ook dat ter cauſe van de onderhoudeniſſe van de ſelfde *Concordaten* over geheel Hollandt, tuſſchen de Keyſerlycke Majeſteyt, als Grave van Hollandt, ende mijn Heer den Biſſchop van Uytrecht lange queſtie geweeſt is, en dat de ſelfde *Concordaten* in veele puncten onredelyck zijn, is deſen aengaende geen eyntlyck accoordt gemaeckt, maer elcks van partyen blijft op zyn recht, tot dat de ſelve *Concordaten* breeder geviſiteert, en by andere communicatien of deciſie hier in voorſien ſal weſen. Aldus gedaen in den Hage, by conſente van de voorſz. Meeſter *Lambert van Duynen*, Officiael van mijn Heere den Doemprooſt, als van 't Capittele den Doemheer toegeſonden, Meeſter *Pieter de Jonge* van *Hoorn*, *Freeck Zegerſz.* van *Enchuyſen*, en *Pieter Janſz.* van *Grootebroeck*, als Gedeputeerden van de voorſz. Steden ende Dorpen, onder de Proſtie van Weſt-Vrieſlandt gelegen, den tweeden Decembris, Anno 1534.

Wilhelmi Comitis ad Decanum Weſtfriſiæ Ann. 1409. data Epiſtola vernacula habetur ita *Hornani Chronico* pag. 17. Nomen ejus non exprimitur.

Decani quos aſſequi potui,

Series.

A°. 1461. Mr. JOANNES DE WAEL, Weſtfriſiæ Decanus.
1514. OTTO, Paſtor in *Veenhuyſen*, Decanus Weſtfriſiæ.
1524. PETRUS RUYGH, Decanus Weſtfriſiæ.
1552. GERBRANDUS CRAGIUS; cujus ſucceſſor,
GERARDUS RAMP, Presb. Harlemenſis, mortuus 24 Maji 1553.
1553. JOANNES GRAET, ſub feſto S. Bavonis.
1556. EGBERTUS BOOM, Presb. Ultrajectenſis.
1561. RUDOLPHUS STRACHTMAN.
1564. JOANNIS GRUDELIUS, a fide Cath. devius.

Sedes Præpoſitorum & Decanorum horum,

H O O R N E,

Hornæ ſitus, initia, origo, etymon,

PRæcipuum hodiè totius Weſtfriſiæ *, intrà *Kinnemum* & *Flevum* emporium, nulli tamen indicatum antè ſeculum XIII. abſolutum. Adoleſcente ſeculo XIV. ad Parochiæ frequentiam primùm devênit. Prima ejus, ut aliarum penè civitatum, initia a portûs commoditate, a quo & ipſi nomen derivat non inſcita virorum inſignium conjectura; eò quod inflexu ſuo cornu (Belgis veteribus *Horn*) formam referret.

Ord. Weſtfriſiæ, ac pridem Præpoſiti ſedes.

Collegium hîc deputatorum Ordinum *Weſtfriſiæ* Anno 1573. conſtitutum. Sedem & ibi olim habebat Epiſcopi Ultrajectini Vicarius, vulgò dictus *Præpoſitus Weſtfriſiæ*, ex LX. Eccleſiæ Trajectinæ Canonicis eligi ſolitus.

Circà Annum 1323. prima Parochialis Eccleſia è ligno *Hornæ* exſtructa eſt, D. *Cyriaco* inſcripta. Hæc ſexennio poſt fulmine tacta, cùm tota conflagraſſet, Anno 1369. nova ædes SS. *Joanni Baptiſtæ*, & *Cyriaco* magnis incolarum impenſis formâ ampliore excitata eſt; *ad quas *Schaerwoudani* campanas, calices, cæteramque ſupellectilem ſacram, ex incendio reſervatam contulêre; inprimiſque ingentem D. *Mariæ* Virginis ſtatuam, quæ in ſupremo altari locata, ſemper dicta fuit, *Virgo Schaarwoudana*. †Particula crucis Dom. A. 1459. illuc magnâ pompâ illata, argentea cruci incluſa, ſolemni veneratione colebatur. Concameratio totius Eccleſiæ perpulchra eſt, ab antiquo artificiosè depicta hiſtoriis ac myſteriis ſacris.

Parochialis Eccleſiæ, ab incendio reſtauratæ, Divi Tut.

monumenta ſacra.

In Eccleſiæ ejus gremio ad IV. primarias baſes depicti etiamnùm viſuntur IV. primarii Eccleſiæ S. Doctores; *Gregorius*, *Ambroſius*, *Auguſtinus* & *Hieronymus*, cum his verſibus ſingulis ſuppoſitis:

* *Boxhorn. & Menſ. Alt. not. part. 2. p. 97.*

Iac. La Torr. Relat. Rom. † *Chron. Horn.*

Scri-

Digitized by Google

Scripturis Sacris, Gregori contineas nos.
Ambroſi, prævię donis nos luminis imple.
Nos doctrina tua, Auguſtine, ſat inſtruas omnes.
Nos vitiis ſana cives, Hieronyme ſancte.

Collatores.

Collatio Hornanæ Eccleſiæ penes patriæ Principes, inſtitutio penes ſupremi Collegii Ultrajectinos, ab omni ævo fuit, ut diſertè Anno 1514. declararunt Mr. *Theodorus a Delphis*, Vice-Curatus, XXXII. tùm annorum, & Mr. *Jacobus Gysberti* fil. V. aut VI. annis anteà ibidem Vice-Curatus.

Priſcii Curati ac Vice-curati.

Curam eam Anno 1514. tenuit

Mr. MARCUS, Mri. *Jeronymi Lauwerentii* filius.

Vice-Curatus annuè Curato reddebat abſenti CC. flor. Rhen. Valebatque Cura hæc cum omni onere circiter CCC. flor. Rhen. annuatim. Ad Curam eam ſpectabant X jugera ſita ad oppidi pomœria, in quæ D. *Mariæ* Cœnobium, eâ conditione ut XXV. flor. Rhen. indè ſolvat, emphyteuſin ſibi arrogabat. VI. inſuper Cœnobia erant, quæ Curæ eidem XV. florenos Rhen. ſolvere tenebantur. Ex ædium reditibus adhuc XX. flor. aurei eidem Curæ adveniebant annuè.

Bona ac Proventus.

Paſtor ſub hæc nullâ penſione gravabatur.

Vicaria,

Capellania ſeu *Vicaria* in eadem Eccleſia, fundata ſuper altaria *Deiparæ Virginis* & *S. Joannis Bapt.*

Æditui munus; utriuſque Collator,

† In Cod. recenſ. Ducis Maximil. mentio *Vicariæ* ejuſdem, an alterius, quam Holl. Comites pridem, dein oppidi primores contulêre ex dono Wilhelmi Bavari, juxta Tabulas Anni 1414. XIII. Julii.

Iidem & Ædituum, ex Alberti Bavari Tabulis 1496. 19. April. conſtituebant.

Exequiæ ſolemnes,

Exequiæ Caroli V. Imp. ea in Eccleſia ſolemniter peractæ 1558. 11. Dec. Cæſaris effigies, panno nigro obducta in medio Chori repræſentata, ex qua quatuor ſcuta gentilitia dependebant. Quodlibet Chori latus panno nigro obtectum, in quo duodecim ſcuta gentilitia appenſa, ad quodlibet latus ſena. Miſſa pro defunctis cum cantu ſolemnis magno apparatu celebrata ſub campanarum pulſu per totam diem, & meridie per hebdomadam totam.

& ſacra ibi peracta.

Sub Annum 1570. Sacra per *Godefridum Mierloum*, Harlemeorum alterum Epiſcopum, ibidem peracta, quandò & *Weſtfriſiæ Præpoſituram* adiit, ut ſupra p. 26. ex monumentis Harl. Eccl. fuſius meminimus.

Ædes S. Mariæ.

Præter has primarias ædes, aliæ adhuc Hornæ exſtructæ. Circà Annum 1426. ædes *S. Mariæ* ſacra (juxtà Boxhornium) exſtrui cœpta eſt.

1441. ſtructura ejus ad Crucis formam, medius Chorus ex lateribus erectus; aliæque oppidi Eccleſiæ auctæ, noviſque altaribus, varioque apparatu ornatæ fuêre. *Alardus*, *Martini* filius, illic Sacellanus ſub Ann. 1514.

S. Antonii

Anno 1450. *S. Antonii*, Sacellum ad plateam de *Ooſterſtraet*, propè *Beghinaſii* plateam conditum, tribus poſt annis conſecratum.

& D. Cornelii Sacella.

S. Cornelii Sacellum, in eadem plateâ, de *Ooſterſtraet*, fundatum eodem anno. Conditores, duo Fratres germani. Hi primùm Sacelli ejuſdem exſtructionem meditati, dein ortâ cauſâ diſſidentes, unus quod cœptum erat opus proſecutus; alter ſtructuram alibi auſpicatus eſt: ſic ſerius æris defectu utrumque opus perfectum fuit; ità ut ſannis infantium ipſorum exponerentur per plateas canentium;

Daer waren twee geſellen,
Stichtende twee Capellen,
Hadden z' haer buydel wel beſien,
Sy hadden genoeg gehad aen ien.

Cœnobia inſuper Hornæ viguêre octo, virorum unum, ſeptem alia Monialium.

Cœnobium Vallis S. Petri, Tertiariorum, paulinianis Amſtel. datum; demùm Crucigerorum factum;

Circà Annum 1426. cives quidam Hornani bona ſua in commune conferentes, domum ſibi compararunt, in qua ſimul piè viverent, quoadusque certum Ordinem adoptarent: verùm in vallatione civitatis foſſâ per medium domus deductâ, conſilium eorum diſſipatum eſt. Prædium tamen illud, utpote rei ſacræ deſtinatum, Anno 1457. conceſſum Fratribus *Tertiariis* Conventûs *S. Pauli* Amſtelodami, qui ibidem eodem anno conſtruxerunt Cœnobium, quod *Vallem S. Petri* nuncuparunt. Hi Anno demùm 1461. Ordinem *Crucigerorum* amplexi ſunt; neque tamen mox a mutatione Inſtituti *Priorem*, ſed *Patrem* duntaxat venerabantur, *Joannem* videlicet

Priores.

Blaſium, multæ virtutis virum; poſt hunc primus eorum *Prior* eligitur 1462. *Nicolaus Harlemius*, poſtmodùm totius Ordinis Generalis.

Aſceteria; S. Agnetis,

1385. *S. Agnetis* Monialium *Tertiariarum S. Franciſci* conditum eſt Cœnobium, in Collegium Archithalaſſicum Anno 1586. menſe Septembri converſum.

S. Catharinæ

Anno 1400. & duobus proximè conſecutis Monaſteria *SS. Catharinæ* (per cujus medium nunc platea, vulgò *de Munt-ſtraet*, formata eſt) *Cæciliæ*, & *Gertrudis* Hornæ ſunt conſtructa.

hujus Sorores;

Sorores S. *Catharinæ* Aſceterii Ao. 1516.
Catharina Joannis, 18. annorum.
Maria Joannis, 14. annorum.
Maria Joannis Brunonis filia, 19. annorum.
Maria Pelgrom, 16. ann.
Anna Pelgrom, ejus ſoror.
Agatha Vic.

Inſuper & duæ filiæ *Alberti Henrici a Berckmerdyck*.

S. Cæciliæ;

D. GERARDUS SIMONIS, S. *Cæciliæ* Rector Ao. 1527. obiit 1528.

S. Gertrudis;

S. Gertrudis Rector 1529.

BARTHOLDUS FRANCISCUS, Conciones *J. Thauleri* novo prælo Antverpiæ edidit ex ordinatione *Cuneri Petri*, Leov. Epiſcopi, approbante *Joanne Noems*, S. T. L. & Epiſcopi iſtius Vicario. De Rectore ejus, *Chronici Hornani* ſcriptore Anonymo, ſub viris eruditis mox infrà fit mentio.

S. Mariæ;

Octennio poſt *S. Mariæ* Tertiariarum quoque Cœnobium fundatum eſt, hodiè Orphanotrophium.

earum Rectores;

Rector ejus 1524. Pater CORNELIUS.

De eo hæc lego in Statutis Capituli Generalis Tertii Ordinis MS. quæ poſſideo;

Capitulum diffinivit, quod Confeſſor ſanctæ Mariæ in Horn Cornelius, ſepeliendo Agatham Sororem profeſſam dicti Conventûs ſecundùm tria vota ſubſtantialia, in loco prophano extrà cœmeterium conſulte & benè fecit. Quia conſtabat eandem Sororem in vita ſæpius, etiam breviter antè mortem, diligenter a Superioribus dicti Conventus præmonitam fuiſſe ſuper proprietate ſuâ, de qua ſuſpecta habebatur, ut eam dimitteret ac ſe emendaret, & ſemper conſtanter negabat. Mortua autem habebat penes ſe pecunias & alia quæ ſecretè abſque ulla licencia detinuit.

Diſtrictè etiam injungit Capitulum ſingulis Capitularibus, ut cum ſuis ſubditis in ſimilibus caſibus ita agant. Anno Domini 1594.

† *Codex MS. Georgii Egm. Traj. Ep.*

S. Mariæ Magd. & S. Claræ, in alios uſus converſa.

Anno 1464. Cœnobium *S. Mariæ Magdalenæ* dictum, Hornæ excitatum eſt; de quo mox infrà.

1468. Monaſterium *S. Claræ* apud Hornam exſtruitur.

Cœnobia hæc, (ut de quibuſdam jam meminimus) in alium uſum converſa ſunt; ex reliquis, aliud in Gynæceum, aliud in Ergaſtulum, aliud denique in Gymnaſium juventuti informandæ adaptatum.

Hieronymitarum Ædes, *Cæciliæ* Monialibus datæ.

Erecta quidem Anno 1385. Domus *Hieronymitarum:* ſed hi 1429. Hornæ valedicentes, clauſtrum ſuum donarunt Sororibus Conventus *S. Cæciliæ*, ſicque e duobus unum conflatum eſt.

Earum, aliarumque fatum.

Præfatorum Cœnobiorum Moniales e lecto Anno 1573. poſtridiè Nonas Martii deturbatas, navigio impoſitas, militum nautarum ac calonum libidini fœdiſſimo urbis hujus exemplo expoſitas, laceras ac ſeminudas Amſtelodamenſis urbis Senatus, atque oppidani, etiamnùm Catholici, juxta Jac. La Torrii *Relat. Rom.* poſtridiè comiter & madentibus oculis exceperunt.

Vetus,

Charta 1346. meminit Hoſpitalis atque Oratorii de conſenſu Wilhelmi Ducis intra fines Parochiæ extructi:

Willem &c. maken kont allen luden, dat wi verlof gegheven hebben, ende geven onſen goeden luden van *Hoirne* in Weſtvrieſlant een Gaſthuys te ſetten, ende te ſtichten, in die eere Gods binnen der Prochien van *Hoerne* voerſz., behouden die Prochikercke van *Hoern* al hoers rechts, ende hier toe hebben wy gedaen, ende doen onſen vrien conſent, alſe patroon der voorſeyder kercken van *Hoerne.* In oerconde deſen brieve beſegelt mit onſen ſegele. Gegheven in die Haghe des Woenſdages na jaersdach int jaer ons Heeren 1346.

& recens Noſocomium.

Illud, *de Bayert* vocati ſolitum, peregrinis adventantibus deſtinatum. Noſocomium aliud veteri huic propinquum, in platea de *Kerkſtraet* fundatum Ann. 1531.

Orphanotrophium; ſubindè auctum.

Orphanotrophium eodem anno conditum in platea auſtrali Fano *S. Antonii* ad occidentem, A. 1563. renovatum, Orphanis in *S. Mariæ Magdelenæ* Cœnobio, jam ob vitam unius regularem deſtructo, tantiſper receptis.

Leproſorum *S. Lazari* Domus.

Leproſorum ædes cum oratorio *S. Lazaro* ſacro conditæ ibi Anno 1445. illic ubi *Berchoutum* iter eſt.

Ut ad Hornanæ Eccleſiæ Rectores regrediamur.

[a] Dnus JOANNES CORNELII WINTER, ſub Ann. 1530. Paſtorem agebat Hornanæ Parochiæ. Sed ob ſuſpicionem erronei dogmatis, (licet Hagæ, ubi hæreſeos accuſatus, Curia ipſum abſolverat) Ultrajectum ad Sedem Epiſcopalem delatus, ibidem Anno 1535. ex ſententia capite damnatus fuit.

[b] Mr. MARTINUS, *Petri* filius, ut honeſtus, benevolus, ac pacificus a *Ger. Brantio* laudatus, Paſtor Hornanus circà innovationis tempora, 1. die Aprilis 1564. Hornæ vitâ erat defunctus.

Noviſſimi,

Primores Oppidanorum ſurrogare ei mox ſtudent,

Mrum CLEMENTEM, *Martini* filium, *comitatis ac modeſtiæ ejus*, ut idem *Brantius* ait, *ſectantem veſtigia.*

Hoc conſilio, *Jacobus Nicolai*, filius *Symonis*, Hornanæ urbis Conſul, Senatus nomine Bruxellas proficiſcitur, Concilii Regii, ſicut tum ratio temporum ferebat, conſenſum impetraturus; cùm ex antiqua & laudabili conſuetudine Paſtorum deſignatio domi per Comites in patria Sedem habentes fieret.

[a] *Mart. Schoock. de Can. Ultraj. p. 491.*
[b] *Brant. Hiſt. Reform. lib. 5. pag. 267.*

Concilium Regium petitioni eorum tum quidem annuit; *Clemens* tamen, quo obſtaculo præpeditus neſcimus, ad Cathedram Paſtoralem non pervênit; demandata ei interim D. *Antonii* Eccleſia fuit.

Anno verò 1566. ab avitâ fide deficiens, 14. Septembris publicè in agro, vulgò *Jacpswerf* dicto, concionari aggreditur.

Cura primariæ Eccleſiæ commiſſa tum fuit,

[a] Dno Magiſtro THEODORO, quem Brantius, *zeli nimium fervidi* ſugillat, eâdemque acrimoniâ oppidanos, *non minimum poſteà torſiſſe* affirmat.

D. DAMIANUS BLASII, 1573. Hornæ erat Vicarius.

Hornenſes autem, Decani Weſtfriſiæ jugum atque extorſiones pertæſi, novellis Evangelii præconibus, inquit idem *Brantius*, multùm indulgebant.

[b] Interim D. *Sasboldus Voſmêrus*, Vic. Apoſt. per Fœd. Belgium, &c. de avitâ fide ac ſalute Hornenſium ſatagens, ab A 1611. Hornam miſit

GERARDUM GERARDI EENHUSIUM, Sacræ Theol. Licentiatum, Canonicum Harlemenſem, ac Archipresb. Hornanum: & tanquam alterum Paſtorem,

NICOLAUM LONIUM, *Jac. La Torrio*, Epheſino Archiepiſcopo, [c] *Loneſium*, Edamenſem, defunctum 19. Aprilis Ann. Dom. 1646.

Loneſii ſucceſſor fuit,

PETRUS POELRYCK, Hornanus, Sacræ Theol. Bacc. format. aliquandò Paſtor in ſuburbio Enchuſano, hinc Paſtor Hornanus, ibidem defunctus 1664.

JOANNES BRAESSEMIUS, *Ger. Eenhuſii* ſucceſſor, Sacræ Theol. Licentiatus, prius in *Hoogcarſpel*, dein *Hornæ* Paſtor, ibidem obiit 3. Junii 1667.

ac hodierni ævi Paſtores.

JACOBUS SPRANGER, Hornanus, Sac. Theol. Bacc. form. aliquandò Paſtor in *Bovecarſpel*, indè duorum præfatorum Paſtorum Hornenſium adjutor, & Paſtor ejuſdem civitatis loco *Braſſemii* creatus, obiit ibidem 31. Auguſti 1678.

Sprangero ſucceſſit,

R. D. NICOLAUS SCHEP, Amſtelodamenſis, Paſtor Hornæ defunctus 28. Jan. Ann. Dom. 1695.

GERARDUS UBIUS, Medenblicanus, Paſtor Hornæ poſt *Nic. Scheppium*, obiit ibidem 7. Junii 1710.

Loneſii autem & *Poelrykii* ſucceſſores fuêre,

PETRUS NOORMAN, Amſtelodamenſis, qui obiit Paſtor Hornæ 2. Jan. 1680.

JACOBUS MES, Harlemenſis, qui Paſtor Hornæ obiit 1. Nov. 1692.

JOANNES VAN VELDE, Lugduno-Batavus, indè *Goezam*, ubi mortuus eſt 11. Sept. 1699. evocatus.

JOANNES VAN EXEL, ex Brabantino agro, S. Theol. Bacc. form. antehac Vice-Paſtor Rotterodami, nunc verò ad *S. Mariam* Antverpiæ Paſtor primarius.

ANTONIUS BRUGMAN, vitâ illic defungitur 22. Dec. 1704.

JOANNES SWEERINCK, Soeterwoudanus, mox poſt *Antonii* hujus obitum ad Hornanos ex mandato Reverendiſſimi D. *Gerardi Potkampii*, Vic. Apoſt. miſſus, cùm anteà variis in locis, ſedulum ſe miniſtrum probaſſet, obiit illic magno religioſorum dolore Paſtor 8. Febr. 1711.

Huic per Col. Nuntium mox ſubmiſſus,

ALOYSIUS HASELENBERCH, Amſte-

[a] *Idem ibid. pag. 268.*
[b] *Relatio Rom. Jac. La Torrii, &c. pag. 248.*
[c] *Ead. Relat. Rom. Necrol. Harl.*

loda-

& animarum Curatores.

lodamenſis, Theologus Romanus, anteà Paſtor in *Bamſtrâ*, &c.

Hornæ, ex lege *Concordatorum*, Sacerdos Societatis J. dudùm deſerviit; cui jungi poterat ſocius. Duorum Fratrum Minorum meminit Jac. La Torrius in *Rel. Romana.*

Extra viros utriuſque Ordinis ſeculares & Regulares, qui Hornam doctrinâ aut religione illuſtrarunt, jam nunc memoratos, eandem urbem natalibus ſuis nobilitarunt; veteris Chronici Hornani ſcriptor Anonymus, *S.Gertrudis* Aſceterii Rector exiſtimatus, cujus memoriæ *T. Velius* Carmen inſcripſit, quod ſic auſpicatur:

Quiſquis es æterno titulo cui Patria debet
Horna vetuſtatis tot monumenta ſuæ.

Clari & eruditi Scriptores.

JACOBUS CERATINUS, id eſt, *Hornanus*, non quod illum natalis ſoli puderet, ſed quod inter illorum temporum eruditos conſuetudo ita ferret. Utriuſque linguæ peritiſſimus fuit. Græcæ Profeſſorem egit Lovanii. Beneficio ejus & incredibili induſtria primum Lexicon Græcum concinnatum eſt, magno ſtudiorum bono. Extinctus eſt Lovanii in flore annorum, Anno M. D. XXX. ſepultus ad Minoritidas, ubi hoc monumentum ejus legitur;

Egregius vir D. Jacobus Ceratinus ortus ex inſigni oppido Hornenſi, Presbyter Deo devotus, & tam Græce quam Latine abſolute doctus, ut teſtantur opera ab eo edita. Obiit & hic ſepultus eſt Anno 1530. *April.* 20.

PETRUS JUNIUS, vir eruditiſſimus, & multiplici Hiſtoriarum cognitione inſtructus. Narrat *Theodorus Velius* vidiſſe ſe Chronicon Latinum ab ipſo compilatum, quo initia Hornanæ Urbis & incrementa erat complexus. Filium habuit

HADRIANUM JUNIUM, de quo nihil dicam, præter hoc, quod horrenda lectione ſua, eruditione, & tot elegantiſſimis ſcriptis, quibus Latinas Græcaſque litteras illuſtravit, meritus ſit Hollandiæ & litterarum poſt *Eraſmum* Phœnix appellari. Obiit 1575. Middelburgi, quo temporum iniquitate compulſus ſe contulerat.

JACOBUS DUNIUS, amœniſſimi ingenii; & venæ feliciſſimæ Poëta; obiit circa Annum 1566

PETRUS HOGERBETIUS, vir majoris doctrinæ, quam famæ. Obiit 599.

CORNELIUS VIGIUS, Medicinæ Doctor & Profeſſor in Academia Dolana; ubi cum magna doctrinæ fama docuit & vixit; adeò ut, cum diſcederet, in Equeſtrem Ordinem ſit cooptatus. Deinde Medici munere functus eſt apud Orientalis Friſiæ Comitem. Sed in patriam urbem reverſus praxin ibi aliquamdiu exercuit, donec ex hac mortalis vitæ ſtatione evocaretur Anno 1602.

NICOLAUS BULIUS, Medicinæ Doctor, qui poſt Galliam, Germaniam, & Italiam, inque ea urbem urbium luſtratam, in patriam reverſus, ampliſſimis ibi dignitatibus functus eſt. Poëta & ipſe politiſſimus fuit. Obiit 1615.

THEODORUS VELIUS, Senator ac Medicus Hornanus. Qui ut aliarum rerum, ita hiſtoriæ patriæ cognitione probè fuit inſtructus; quod Chronicon ejus Hornanum teſtabitur.

ALBERTUS VERLANIUS, *Hadriani Junii* e filia nepos, Poëta.

DOROTHEUS WALRAVIUS, Hornanus, J. C. ſcripſit juvenis, legumque ſtudioſus Carmina ſacra, typis *Maſii* Lovanii impeſſa 4. 1608. In pago *Binnewyſen* extra Hornam cæſus a ruſtico, moritur 1599. XIII. Idus April.

SIMON WALRAVIUS, Hornanus, I.V.L. nondum elatâ uxore, filiâ *Judoci Buyckii*, Conſulis Amſterodamenſis, & exulis Catholici, ſcripſit Ann. 1603. Belgicè elegantem libellum, titulo *Babylonis* ſeu *Confuſionis Anabaptiſticæ*. Pòſt ſacerdotio initiatus. Paſtorem egit *Kervenduncanum* prope *Gocham* Cliviæ oppidum, & eundem libellum 1633. auctiorem edidit titulo *Speculi Anabaptiſtici*.

Extra Hornam Anno 1445. exſtructæ cum oratorio D. *Lazaro* ſacro, Leproſorum ædes, hodiè domus *Prabendaria*, vulgò *het Proveniershuys*. Leproſorum forſi ædes.

ENCKHUYSEN,

Enchuſæ ſitus, etymon,

URBS extimo in cornu ad lacum *Flevonem*, dignitate inter Noort-Hollandicas tertia, inter *Weſtfriſicas*, ex * *Altingio*, ſecunda; cui nomen a rebus & ædibus principio peranguſtis, (ut Germanus facilè intelliget) ſatis hodiè ampla & nitida. Hujus antiquiſſima, quantùm comperimus, mentio apud *Gaufredum*, vitæ *S. Ludoviri* ſcriptorem ad Ann. 1248. ceu *Phriſiæ* oppidi, ubi tunc viſa in cœlo crux, & altera apud *Stokium* ad Ann. 1296. Miri pridem potens ex hoc Hug. Grotii in *Poëmatibus* Latinis Rhythmo:

initia,

progreſſus,

- - - *potens Enchuſa Mari*,

ab halecum mercaturâ atque ſalis cocturâ hodiè celebris.

Immunitates,

Varia Privilegia ac immunitates Enchuſanis a Wilhelmo V. Comite conceſſa, per Diploma datum Anno 1355 poſtridie Dominicæ *Lætare*, exhibitum in Privilegiorum ac Sanctionum libro, typis edito Anno 1667. pag. 9. & ſeq. ſub *Enchuſa*.

ſacra.

Franciſcus, titulo *S. Suſannæ* R. E. Card. de quo ſupra, Weſtfr. Præpoſitus, jus fecit *Enchuſanis*, ut nemo, ſecularis aut Eccleſiaſticus a *Weſtfriſiæ Præpoſito*, aut *Decano Hornano*, extra oppidi terminos evocetur, & judicio ſiſtatur, ſub pœna reſciſſionis. Idem jus ad vicinos Weſtfriſiæ populos extenſum; at non accuratè, ut ex decurſu patebit, ſemper ſervatum.

Eccleſia S.Gummari;

Duæ intra urbem eam Eccleſiæ primariæ: *S. Gummaro* * ſacra erat prima; undè ad ſacra ejus oſſa *Lyram* excurrere ſoliti Enchuſani.

Collatores;

Hæc, ut & alia, ad collationem Holl. Comitum erat, inſtitutionem dante majori apud Trajectenſes Collegio, quia indè proficiſci ſolet Weſtfriſiæ Præpoſitus, ut in verbo Sacerdotii Ao. 1514. affirmavit D. *Adrianus Ysbrandi*, Vice-Curatus, tum quadragenarius.

Bona, reditus,

Ad Curam Paſtorit. in certis III. tantummodò jugera ſpectabant, reddentia X. flor. Rh. annuatim. Cetera ex accedentibus proveniebant; undè *Vice-Curatus* Paſtori abſenti pendebat 40. flor. annuè Rhenenſes.

onera

Domus Paſtori non erat; qui ad alia onera, præterquam ad Miſſam quotidianam, non tenebatur.

* *Alt. Not. part.* 2. *p.* 51.

* Vide vitam *S.Gummari* per *Lyranum* Canonicum in 8. editam.

Præbenda. *Sacerdotis* ibi *Præbenda*, ad quam quædam terræ portiones conceſſæ A°. 1383. feria ſexta poſt Dominicam, *Judica*, juxta Tabulas Decani Weſtfriſiæ; in quibus & memoratur

D. FLORENTIUS MEYER, Cuſtos Eccleſiæ *S. Gummari in Enchuſen*.

Cuſtos hic, ſeu, ut vulgò hodiè Ædituus, ab urbano Magiſtratu ex priſco uſu conſtituebatur.

Vicaris in S. Andreæ Sacello. Collatores. *Æditui* hujus, ut & *Scholaſtici* ac *Clerici*, nec non & *Vicariæ* in *S. Andreæ* retrò domum civicam Sacelli Collatio Senatui urbis conceſſa a Philippo, Burg. Duce, per Diploma Anni 1436. 28. Aug. hujus tenoris:

PHILIPPUS, by der gratie Godts Hertoghe van Bourgondien, van Lothryck, van Brabandt ende van Limborgh, Grave van Vlanderen, van Arthois, van Bourgondien, Palatyn van Henegouwen, van Hollandt, van Zeelandt ende van Namen, Marck-grave des H. Rycks, Heere van Vrieslandt, van Salijns ende van Mechelen; doen kondt alle luyden, alſoo wy mit onſen andere Brieven voortijdts gegeven hebben *Willem Legrain*, om de trouwe dienſten die hy onſe Heer en Vader zaliger gedachten langen tijdt gedaen hadde, ſonder daer af geloont te weſen, die Coſterye, Scholaſterye, Clerck-Ambacht, ende een Officie van een Cappellerye in den Gaſthuyſe binnen onſe ſtede van Enchuyſen, des ſelven *Willems* leven langh geduerende, ſoo heeft die voornoemde *Willem* ons weder die voorſz. Coſterye, Scholaſterye, Clerck-Ambacht en Officie van der Cappellerye in den Gaſthuyſe binnen Enchuyſen overgegeven ende quijt geſchouden, tot behoef onſer ſtede van Enchuyſen, des heeft onſe ſtede van Enchuyſen ons ootmoedelijk gevolght, te kennen ghevende dat ſy mit dat die voorſchreven Dienſten aldus by ons gegeven pleghen te worden, ſeer ontvordert worden, ende dat daer in Dienaren geſet worde, die hem niet gadilijck en zijn, biddende daeromme dat wy hem de voorſchreven Dienſten geven ende gunnen woude, om by hem die te doen regeeren, by perſoonen die hem nutte daer toe weſen ſullen, ende want wy onſe ſtede van Enchuyſen geerne gevordert ſagen in mogentlijcke ſaecken, ſoo hebben wy om de goede dienſten die ſy onſe Voorvaderen ende ons Graven van Hollandt dicke gedaen hebben ende noch meer doen ſullen, of Godt wil, ende op dat ſy te meer ons te dienen bevonden ſullen weſen, ende oock aenghezien dat de ſelve dienſte onſer voorſchreven ſtede meer aengaen dan ons, en dat ſy niet van onſer domeynen gerekent noch gehouden gheweeſt en hebben, ende kennende weten bet den oirbaer van dien tot haren onderſaten ende kinderen profijt, dan vreemt luyden die wy daer in ſetten mochte, gemerckt mede dat onſe Voorvaderen zaliger gedachten, alſulcke of gelijcke dienſten aen den Steden ende Dorpen by Enchuyſen voorſchreven gheſeten, gegeven ende gegunt hebben, der ſelver onſe Stede gegonnen en gegeven hebben, gonnen ende geven mit deſe Brieven de Coſterye, Scholaſterye, Clerck-Ambacht en de Officie van der Cappellerye in den Gaſthuyſe binnen onſe ſtede van Enchuyſen, mit alle heure toebehooren, erffelijck en eeuwelijck, om daer in te ſetten ende te doen bedienen by ſulcken perſoon als hem nutte duncken ſal, voor onſe ſtede voorſchreven, ſoo dat wy noch onſe erven voortaen geen recht noch toeſegghen in de voorſchreven dienſten noch Cappellerye hebben noch houden en ſullen, in eeniger wijs, niet tegenſtaende eenige macht, brieven, inſtructie of andere beveelinghe, die wy onſe Gouverneur of Raden van Hollandt, of anderen voortijdts mogen gedaen hebben, die wy in præjudici van deſen en willen van geenre waerden weſen. In oirconden deſe Brieve, ende onſen Zegele hier aen gehangen, gegeven in onſen ſtede van den Damme op den 28. dagh in Auguſto, in't jaer ons Heeren duyſent vier hondert ſes-en-dertigh, aldus geteyckent by mijnen Heere den Hertoge, J. ROSE.

Onder ſtondt geextraheert uyt het eerſte geluwe Regiſter, beginnende in de maent van September 1460. ſtaende aldaer folio 15. recto & verſo, ende naer gedaen collatie daer mede bevonden te accorderen, beden den 4. November, Anno 1638. by my

C. CAMERLINGH.

D. JACOB JACOBI FABRI, Presbyter Enchuſanus ab A°. 1428. ex Tabulis *Alberti Volckeri*.

Ann. 1100. (quod aliqui integro ſeculo prius, alii tribus ſerius memorant)

D. MELCHIOR, Paſtor *Enchuſanorum*, ob tenues reditus nunc apud hunc, tunc apud illum oppidanorum veſci ſolitus, pauperem, quoad vixit, ac religioſam vitam duxit. *Presbyteri, & Curiones ad S. Gummarum.*

A. 1435. Paſtor ad *S. Gummarum*,

THEODORUS DE ZAENDEN.

1514. D. ANTONIUS A BERGHEN.

1560. Mr. BARTHASAR PLATANDER.

Parochia altera *S. Pancratio* nuncupata, exſtructa Anno 1423. aut 1424. ad eorundem qui ſupra dicti, collationem & inſtitutionem. *S. Pancratii altera. Collatores iidem.*

Hujus Paſtor ſub Ann. 1530.

SIMON BLAEU-HULCK. *Curiones.*

Ann. 1531. *Jeroſolymam* ſepulchrum Domini *Jeſu* viſurus profectus, in reditu defungitur Venetiis, ubi & conditur A. 1532.

Paſtor ad *S. Pancratium* jam anteà,

A°. ſc. 1514. D. RICHARDUS REYMERZE, qui Curam hanc ex collatione Comitum Præfecti receperat. Ad Curam eam in certis tantummodò pertinebant IV. flor. Rhen. annui ex reditibus; nulla autem domus. Ceterùm valor cum omni onere erat LVI. flor Rh. Ad Miſſam quotidianam, Miſſamque cum Cantu Dominicis feſtiſque diebus adſtrictus erat Paſtor, uti & ad ſermonem quandóque habendum ad populum. *Bona, proventus, ac onera.*

Æditui munus, nullius penè valoris, urbanus Magiſtratus conferebat ex prædicti Philippi Ducis Anno 1442. 19. Dec. Diplomate, quod dicti libri pag 28. exhibetur. *Æditui; Collatores.*

Eodem libro pag. 20. continetur Joannis Ducis ejus nominis III. datum IV. Aug. 1422. de Capella exſtruenda Diploma hujuſmodi: *Vetus Capella, ſub S. Gummari Parochia.*

JOHAN, by der genade Godts Paltsgrave op ten Rhyn, Hertoghe in Beyeren, Grave van Henegouwen, van Hollandt, van Zeelandt, &c. doen kondt allen luyden, want onſe getrouwe ſtede van Enchuyſen ons gunſtelijck gegheven hebben, ſulcke beede als wy op deſe tijdt van hen begheert hebben, ſoo hebben wy daerom, en om meenigen trouwen dienſte die ſy ons ghedaen hebben, ende of Godt wil noch doen ſullen, alle hare gemeene poorteren die in der tijdt weſen ſullen, geconſenteert ende gegeven, conſenteren ende geven met deſen Brieve, alſulcke Privilegien ende Rechten als hier na beſchreven ſtaen.

Dats

Dats te weten, dat ſy een Capelle fondeeren ende ſtichten mogen in *Gommekarſpel*, in dat Weſt-eynde van der ſtede, ſonder yets daer aen te miſdoen teghens ons ofte tegens ymandt van onſent weghen, ende oock de Kercke van Enchuyſen op mogen breken ende die binnen dijcks brengen, ende weder verſetten ende vertimmeren alſoo als hen-luyden dat oirbaerlijckſt duncken ſal.

Voort want alle breucken binnen der ſtede voorſz. ons te berechten ſtaen, of onſen Rechten aldaer van onſe Heerlijckheydts weghen, ſoo hebben wy onſe goede luyden voorſeyt verder gegonnet ende geven, waert dat tot eeniger tijdt een kindt aldaer verdroncke of verbarnde, des Godt verhoede, dat die Proviſoor of Deecken van des Prooſts wegen, noch geen geeſtelijcke Rechteren, hun des onderwinden of correctie daer of doen ſal in gheenre manieren, ende om dat wy voor ons en onſe nakomelinghen den ghemeenen Poorteren van Enchuyſen die inder tijdt weſen ſullen, deſe voorſz. poincte van rechten volkomelicken gehouden willen hebben tot eeuwigen dagen. Soo hebben wy des te ghetuygen onſen Zegel aen deſen Brief doen hangen, gegeven tot Amſterdam, op ten vierden dagh in Auguſto, in 't Jaer ons Heeren duyſent vier hondert tweeentwintigh.

Alia S. Antonii, S. Joannis, & S. Eucherii.

Recenſentur & hæc Sacella;
Sacellum S. Antonii, fundatum 1394.
. . . *S. Joannis*, vel ut alii, *S. Stephani*,
Et *S. Eucherii* Sacellum.

Fratrum Minorum ædes.

Fratres Minores de Obſervantia hic, juxta *Jac. La Torriam*, Domum habebant talem, qualem habuêre Edami, quam vocabant *Terminariam*; ejuſque Inſtituti Religioſi quinque, ut jam diximus, Alcmariâ huc deducti, dira nece 1572. 8. Kal. Julii a *Geuſiis*, ut vocabant, interfecti ſunt.

Ex *Blaeu Hulckii* Annotationibus hæc refert *Egbertus Hoofdius Hiſt. Enchuſ.* p. 26.

Auguſtinianorum Monaſterium.

"Anno 1458. duo Monachi huc adventabant, unus Frater *Theodorus Schorelius*, tertii Ordinis; alter Frater *Petrus Avenbornius*. Hi a Senatu petiere ut ſedem ſibi hîc figere, ædeſque ſtruere liceret, hac adjecta ſtipulatione; ut *ſi quandò immorigerè ſe gererent aut urbano Magiſtratu inobedientes eſſent, oppido ſine mora cederent: numerum quaternarium non excederent; victum ſibi libros compingendo compararent; bis tantùm per ſeptimanam neceſſitate urgente panem emendicarent; peſte graſſante ægris, qui eos vellent, deſervirent, mortuorum funera deportarent.* Sub hac lege a Conſulibus, ſciente ac conſentiente Senatu intra urbem admiſſi, locuſque eis ad ædificandum aſſignatus terræ quædam portio, Æditui prædium, vernaculè *het Coſterbon* ideò appellata, quia templi Occidentalis cuſtodiæ pridem fuerat propria. Hic anno ſequenti Monaſterium ſuum, *Auguſtinianum* deinceps vocatum exſtruere cœpiſſe dicuntur. Ita *Blaeu-Hulckius*; quanquam alii, inquit, *Hoofdius*, certò aſtruunt *Auguſtinianorum* ædes ante hæc tempora intra hanc urbem, & ab Anno quidem 1394. auſpicium ſumpſiſſe." Fitque conjectura hæc jam enarrata de Franciſcanis ſerius eò adventantibus intelligenda; maximè, quia de Fratribus *tertii Ordinis* ibi mentio.

Hodiè ibidem Orphanotrophium prolis civitatenſis, ætatem x. annorum excedentis, & alienigenarum.

Beghinarum Curia.

Præter *Beghinarum* Curiam, Monialium Cœnobia intrà urbem, condita quatuor; *S. Urſulæ*, nimirum; *S. Claræ*, *S. Cæciliæ*, & *S. Agnetis*.

Monialium Aſceteria iv.

Trium horum vix aliud hodiè ſupereſt quàm nudum vocabulum.

S. Claræ, S. Cæciliæ,

Cœnobium *S. Claræ* (nunc Gerontotrophium) item *S. Cæciliæ*, (nunc Hoſpitale Peſtiferorum, 't *Zieken-Peſthuis*) quod Occidentale dictum eſt. Utrumque exſtrui cœptum 1441. ut plurimùm verò perfecta & Monialibus repleta ſunt Ann. 1465.

S. Agnetis;

Monaſterium *S. Agnetis* (in privata domicilia converſum) ædificari cœptum eſt Anno 1515.

& inprimis S. Urſulæ; ejus monumenta;

Rectricis *S. Urſulæ*, ſeditioni vulgi ſe ſub Annum 1566. ſubducentis provida Cura non ſolùm Monialibus, ſed & monumentis ejuſdem proſpiciens, Tabulas chartaſque ligneâ ciſtâ concluſas, diviti & conſpicuo Enchuſano civi fidem Cathol. profitenti ad manus dedit; cujus hæredes eaſdem fideliter & intemeratè cuſtoditas, natâ occaſione viſendas & deſcribendas tradidere. Viro Clariſſ. Dno *Cornelio Alckemadio*, qui earum nobis copiam fecit, ex quibus quæ hîc damus, ferè deſumpta.

Initia.

Monaſterium hoc *Sororum Tertiariarum de Pœnitentia*, & Sororum Occidentalium, *Suder-Suſteren*, in priſcis Tabulis nominatarum, ad D. *Urſulæ*, de qua aliàs, ejuſque ſatellitii honorem extructum eſt Ao. 1420. Primum altare ſtructum anno ſequenti. Opinio eſt, ipſo teſte *Hoofdio*, illud ab Anno 1385. auſpicium ſumpſiſſe. Domus Cœnobio Ao. 1427. advênit ex donatione * *Tadonis Theodori*, *Sophiæ* filii viduæ, facta die *S. Anthonii* Ao. 1427. ex Tabulis Scabinalibus oppidi Enchuſani, in quibus ut duo Scabini memorantur *Albertus Joannis*, & *Albertus Wydinerſe*.

Donationes ei collatæ.

Domus alia ac prædium ad Occidentalem Eccleſiam ſitum eodem anno die *S. Catharinæ ſacra* ei acceſſit ex donatione *Margaritæ Jacobi* † *Fabri*, Dni. *Jacobi* ejus filii, ac *Ebelæ* ejuſdem filiæ, ex Tabulis *Petri*, *Petri* filii, & *Nicolao Alberti*, Scabini Enchuſanis.

Ex teſtamento condito coram Notario *Alb. Volckeri Smit*, &c. Dni. *Jacobi*, *Jacobi* fil. *Fabri*, Presbyteri Enchuſani, & *Margaretæ*, *Jacobi Fabri*, matris & *Ebelæ*, ſororis ejus, incolarum Enchuſanorum 6. Aprilis 1428. plura bona Conventui huic donata ad Miſſas pro defunctis, uti duæ ædes propè Occidentalem Eccleſiam.

Andreas Scoerlerius, Weſtfriſ. Præpoſitus, Sorores has intra oppidum ſuſcipiens, hanc cum eis Concordiam iniit:

Concordia cum iis inita;

ANDREAS DE SCOERLE, Præpoſitus Weſtfriſiæ in Eccleſia Trajectenſi; Dilectis nobis in Chriſto Miniſtris, Fratribus & Sororibus Ordinis Sancti *Franciſci* de Pœnitentia nuncupatis, & eorum Confeſſoribus per noſtram Præpoſituram Weſtfriſiæ, Trajectenſis Diœceſis, humiliter Deo ſervientibus tam præſentibus quàm futuris, utriuſque ſexus, Salutem in Domino ſempiternam.

Ut vos & ſucceſſores veſtri in ſingulis veſtris Conventibus & Domibus præſentibus Oratoria, Cœmeteria, & Altaria erigere, habere, & conſecrari, ac veſtra familiarum, communionum, commenſalium & hoſpitum veſtrorum ibidem decedentium & ſepulturam ſuam illic eligentium corpora inibi ſepeliri, & ut in dictis Oratoriis, ſeu locis congruis reverenter ad hoc adoptatis, etiam in Altaribus portatilibus Miſſas & alia divina officia cantando vel legendo cum pulſatione

* *Tads, Dirck Wylkens ſoons weduwe.*
† Seu *Smit*.

Digitized by Google

campanæ celebrare, & per quoſcumque Presbyteres idoneos celebrari facere. N . . . . vos & ſucceſſores veſtri familiares & hoſpites prædicti Presbyterum idoneum vel Presbyteros idoneos in Confeſſorem vel Confeſſores eligere, qui auditis diligenter veſtris & illorum confeſſionibus vos & illos ab omnibus peccatis, etiam noſtræ ordinariæ poteſtati jure, privilegio aut conſuetudine ſpecialiter reſervatis, injuncta pro pro modo culpæ pœnitentia ſalutari abſolvere, vota etiam minora in alia pietatis opera commutare, vobiſque ac illis Euchariſtiæ ac Unctionis extremæ Sacramenta miniſtrare, verbumque Dei prædicare totiens quotiens fuerit opportunum, poſſit & poſſint, eaque in locis decenter conſecratis & congrue adaptatis, vel ſaltem in altari conſecrato conſecrare, nec non tempore interdicti noſtra ordinaria vel inferiorum noſtrorum auctoritate lati vel ferendi, dummodo interdicto hujuſmodi cauſam non dederint, aut aliquis veſtrum vel illorum non dederit, januis clauſis, ſubmiſſa voce divina officia celebrare vel celebrari ac prædicta corpora ſepeliri facere poſſit, poſſint, & alter veſtrum poſſit, Domoſque & Conventus Fratrum & Sororum præfatorum in Domos ſpirituales exigimus, reſque & bona ad eaſdem Domos ſpectantia præſentia & futura ſub protectione Beati *Martini* Confeſſoris Patroni noſtri, tenore præſentium ſuſcipimus, & ex tunc in antea Eccleſiaſtica libertate & tuitione debere gaudere decernimus, vendere & alienare ac in meliores & utiliores uſus earumque domorum convertere licite & libere valeatis, valeant & valeat, vobis & ſucceſſoribus veſtris ac Presbyteris & hoſpitibus prædictis auctoritate noſtra: cuilibet tamen Curatorum, ſub quo vel quibus degetis . . . . . vel deguerint, portione Canonicâ, prout juris eſt, ſemper ſalva per præſentes miſericorditer indulgemus. Inſuper ut hujuſmodi Sorores Ordinis præfati & ſuis familiaribus, ſi acriori rite ſuccenſæ deſiderio propoſuerint ſub clauſura perpetua Chriſto Domino famulari, elegerintque ut inibi a procelloſis mundi hujus fluctibus & publicis plenius ſegregatæ ſpectaculis in ſanctæ converſationis ſtudio contemplationis dulcedini liberius & quietius vacaturæ, prorſus laſciviendi opportunitate ſemota Altiſſimo valeant corda & corpora ſua in omni ſanctimonia conſecrare. Ea propter venerabilibus & religioſis viris Prioribus Canonicorum Regularium & Miniſtro præſentes & futuras in qualibet Domo uſque ad numerum quinquaginta perſonarum, vel tot ex eis quot de locis a Deo ſibi collatis vel procurandis, ac de opibus manuum ſuarum poterint commode ſuſtentari per unius anni ſpacium, quod eis pro anno probationis aſſignamus in antedictis Domibus eadem auctoritate diligenter includant, ſeu alter eorum includat, ut ſic medio tempore hujuſmodi clauſuræ experiantur rigorem ne . . . . ſpiritualis profectus . . . . . propter inexperientiam ſalutis diſpendium ſubſequatur; & ſi infra annum probationis hujuſmodi, vel eo revoluto omnes vel earum aliquæ exire voluerint, liberum eis concedat egreſſum; ſi vero poſt annum primariæ perpetuo includi elegerint, incluſorio prout moris eſt per ipſos vel ipſum benedicto, eaſdem in Nomine Domini auctoritate noſtra hac vice duntaxat includant, ſeu alter eorum includat perpetuo, ibi Domino ſervituras, nec ulli earum, ſive etiam quarumcunque Perſonarum ejuſdem ordinis quondam incluſarum ſeu includendarum deinceps quacunque occaſione pateat egreſſus, niſi cauſa tam rationabilis ſupervenerit, propter quam Miniſter Generalis pro tempore præfatus ipſis ſive alicui earum egrediendi licentiam meritò largiretur. Et quotiens in antea ipſis incluſis ac aliis ad quos ſpectat viſum fuerit aliquam vel aliquas in futurum cum ipſis de novo debeat includi, Rectori pro tempore ſuarum Domorum prædictarum ſecundum formam præfatam auctoritatem concedimus includendi, præcipientes nihilominus eidem Rectori earum pro tempore exiſtenti & diſtincte committimus injungendo, ut pervigili ſollicitudine ſuper ipſas incluſas pervigilet, de illicitis ſi quæ commiſerint, vel ſi inſolentes fuerint, auctoritate noſtra corrigendo, & ſi pertinaces, quod abſit, extiterint, illis ad quos ſecundum regulæ inſtitutionem & Apoſtolica indulta & noſtra ſpectare poterit, denunciet citius puniendas. Inſuper auctoritate noſtra ordinaria præfatis Fratribus & Sororibus cum ſuis familiaribus & hoſpitibus ac Confeſſoribus earundem utriuſque ſexus, ut omnibus & ſingulis privilegiis ipſis & eorum cuilibet a Summis Pontificibus, a nobis & noſtris prædeceſſoribus, nec non a Curatis ſuarum Eccleſiarum Parochialium pro nunc & in antea conceſſis, ac in poſterum concedendis, libeat uti de ſpeciali gratia, quantum in nobis eſt, indulgemus, decernimus & approbamus, & ex certa ſcientia per præſentes declaramus, jure Matricis Eccleſiæ alias in omnibus ſemper ſalvo, noſtrarum teſtimonio litterarum. Datum Anno Domini 1431. menſis Martii die octava.

Tabulæ hinc ad *Jacobi* Presbyteri & Rectoris Cœnobii ejus ſupplicationem confectæ eodem Anno, nimirum 1431. per D. *Henricum Bruyninx van Herk.*

Hiſce Tabulis annexæ ſequentes *Gysberti Rietveltii* litteræ:

Gysbertus de Rietvelt, Præpoſitus Weſtfriſiæ in Eccleſia Trajectenſi, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes noſtras litteras ſive præſens noſtrum transfixum inſpecturis, ſalvam & ſinceram in Domino caritatem, divinum cultum nos ſemper urgere volentes indultum 9º. hujuſmodi nec non privilegia quæcunque per venerabilem Dominum *Andream de Scoerle*, piæ memoriæ quondam Præpoſitum Weſtfriſiæ, noſtrum prædeceſſorem, litteris ſuis, ex quibus præſens publicum inſtrumentum tranſumptum, extitit, cui hæc præſens noſtra cedula eſt transfixa ſecundum omnem ſui formam & tenorem admiſſa & conceſſa rata habentes & grata, eadem noſtra auctoritate ordinaria admittimus, approbamus, & in Dei nomine plenarie confirmamus, jure tum Matricis Eccleſiæ in omnibus ſalvo, noſtrarum teſtimonio litterarum. per alios firmata.

Datum Anno Domini 1437. die decima quinta menſis Aprilis.

S. P. me Lubbertum de Vrede,
Not. Ss.

Catharina, *Laurentii* filia, *Agatha* ſoror, & *Hyna* ſoror ejus LIV. flor. Rhen. Cœnobio huic piâ charitate quædam prædia, aliaque dedêre; quapropter *Jacob Jacobi*, dicti Cœnobii Rector, & *Eva Volckeri* ejuſdem Cœnobii Rectrix eas in communionem precum ac ſuffragiorum adſumunt per haſce Tabulas vernaculas: Donatores ad precum ſuffragia admiſſi.

Jakop

Digitized by Google

Jakop Jakopsz. Biegtvader, en *Ave Volkerts*, Miniſterſſe der Suſteren in Sente *Urſelen* huſe in Enchuſen, mitten gemeenen Suſteren des ſelven huſes: Onſe zeer geminde Zuſteren in Chriſto eerbare en devote Joncfrouwe *Katerine Louwe* dochter, en *Agathe* haer ſuſter, ende *Wyne* hair Moeye wonende tot Hailem, om ſonderlinge gunſt ende minne die gy draget tot onſen huſe als gy mitten wercken wel bewyſt hebt nadien dat gy onſen uit rechter caritaten gegeven hebt vierenveertich Rynſſe gulden, ſo maken wy u deelachtich onſen beedingen, vaſten, waken, aelmiſſen, en al onſer andere goeder wercken die die Goddelijke goedertierentheyt doir ons gewracht hevet ende noch wercken zal: ende beloven u een Miſſe ter week laten doen voir u en voir uwe vrienden, levende en dooden, alſo langhe als onſe Convent vander genade Goids ſtaende blyven zal, ende om dat dit niet vergeeten of verzonnet zal worden, zo hebben wy hier van twee cedelen gemaakt die een wt die andere geſneeden, daer wy den een van by ons houden, en den anderen wy u overgeven, int jaar ons Heeren duiſent vier hondert drie-en-dertich, op die Octave der Hoochtyt vanden Heylige Sacrament.

Aucta eis ſubindè Privilegia. Privilegia eis aucta a *Theodorico de Zaenden*, Eccleſiæ S. *Gummari* Curato, per haſce Tabulas:

Ego *Theodericus de Zaenden*, Presbyter & Curatus Eccleſiæ S^ti^. *Gummari* in Enchuſen, univerſis & ſingulis præſentia viſuris ſeu audituris, Salutem & ſinceram in Domino caritatem, ea quæ pro cuſtodia & devotione perſonarum feminei ſexus meæ paternitati ratione curæ meæ prædictæ commiſſarum expediunt eo liberius concedo quanto conſtat eas propter ſexus fragilitatem propenſiori auxilio indigere. Quatenus igitur devotæ perſonæ Sorores Domus Sanctæ *Urſulæ* Ordinis Sancti *Franciſci* de pœnitentia nuncupati infra dictam meam Parochiam commorantes in Enchuſen gratia majoris devotionis & cuſtodiæ honeſtum & diſcretum Presbyterum in earum Confeſſorem eligere valeant, qui per ſe vel per alium Presbyterum a prædictis Sororibus ad hoc vocatum, in earum Capella Miſſas & alia divina Officia cum cantu vel ſine cantu valeat celebrare, ipſiſque Sororibus & earum continuis Commenſalibus auditis earum confeſſionibus & pro modo culpæ injuncta eis præmia ſalutari abſolutionis beneficium impendere, eiſque Sororibus verbum Dei prædicare & Eccleſiaſtica Sacramenta, videlicet Corpus Chriſti & extremæ Unctionis, valeat miniſtrare; quæ quidem Sacramenta pro majori earum devotione & cuſtodia in earum Capella in loco ad hoc decenti & ornato continue conſecrari poſſint, & etiam in eodem loco Capellam, altaria, & cœmeterium habere & libere conſecrari facere poſſint. Inſuper ut & prædictarum Sororum & earum continuarum commenſalium decedentium, corpora cum frequentatione exequiarum prout moris eſt, per earum Confeſſorem in loco prædicto conſecrato ſepeliri poſſint. Et ut Confeſſor earum pro tempore cum ſua familia ſecum continue commorante ibidem confiteri, ſua Sacramenta ſumere, & etiam ibidem ſepeliri prædictis Sororibus & earum ſequentibus licentiam & facultatem elargior & indulgeo per præſentes, prout hæc me competere poſſint, ita quod alii mei Parochiani ibidem non ſepeliantur, & ſi vos præfatæ Sorores aliquando funus vel funera aliter quam prætactum eſt ſepelire præſumpſerint, quod tunc pro quolibet tali funere mihi vel ſucceſſoribus meis ſolvent unum antiquum ſcutum monetæ Regis Franciæ bonum infra terminum triginta dierum, a tempore ſepulturæ ejuſdem funeris computando; ſalvo tum quod mihi & ſucceſſoribus meis pro tempore curam Eccleſiæ prædictæ regentibus annuatim dabunt quatuor *Loct* puri argenti vel eorum valorem, quod quidem quatuor *Loct* argenti puri prædictæ Sorores ſanctæ *Urſulæ* pro ſe & earum ſucceſſoribus & pro Confeſſore & ſua familia, ut præmittitur, pro portione Canonica & oblationibus occaſione ſepulturæ & alias unicuique provenientibus & pro indemnitate ipſius Eccleſiæ Parochialis prædictæ ac aliis obventionibus univerſis ſingulis annis in Octava Paſchæ realiter & in effectum perſolvant.

Et ego *Theodericus de Zaenden*, Curatus præfatus omnia & ſingula præſcripta pro me & meis ſucceſſoribus rata & firma obſervare promiſi & præſentibus promitto, in quorum omnium teſtimonium ſigillum meum præſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini 1435. in Vigilia Paſchæ.

Walravi Murſani, Vicarius Gen. *Martinus*, &c. ad altaris illic in honorem XI. millium Virginum, ac BB. *Agnetis* & *Catharinæ* honorem noviter erecti conſecrationem, & annuam dedicationis ejus commemorationem XL. annorum de *injunctis Pœnitentiis* indulgentias indulget per haſce Tabulas: Indulgentiis ad altaris conſecrationem & dedicationis annuæ memoriam conceſſæ.

Martinus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Magionenſis, virtute decretorum ſacri Concilii Baſilienſis, illuſtriſſimi *Walrami de Moerſa* confirmati Trajectenſis perpetuus in Pontificatu & Cura ea Vicarius Generalis, univerſis & ſingulis præſentes litteras viſuris vel auditoris, Salutem in Domino ſempiternam, notum facimus quod Anno a Nativitate Domini 1435. decimo octavo die menſis Septembris unum altare in Capella Conventus ſanctæ *Urſulæ* Sororum . . . . Ordinis in oppido de Enchuſen Diœceſis Trajectenſis noviter erectum in honorem XI. mill. Virginum ac beatarum *Agnetis* & *Catharinæ* Virginum de conſenſu Curati Parochialis Eccleſiæ prædicti oppidi conſecramus, coöperante nobis gratia ſpiritus ſeptiformis, cujus quidem altaris dedicationem tenore præſentium conſtituimus Dominica die poſt Feſtum Beati Lamberti Martyris & Pontificis, ſingulis annis celebrandam, ... omnibus vere pœnitentibus, confeſſis, & contritis, qui ad dicti altaris dedicationem in ſingulis ſuorum prænominatorum feſtivitatibus & in omnibus aliis infra ſcriptis, videlicet *Nat. Domini*, *Circumciſionis Domini*, *Epiphaniæ Domini*, *Paraſceves Paſchæ*, *Aſſenſionis Domini*, *Pentecoſtes*, *Trinitatis*, *Corporis Chriſti*, *Inventionis & Exaltationis Sanctæ Crucis*, *Michaelis Archangeli*, & *ſingulis feſtis Beatæ Mariæ Virginisglorioſæ*, *Nativitatis & Decollationis beati Johannis Baptiſtæ*, *Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum*, & *in feſtis omnium aliorum Apoſtolorum & Evangeliſtarum*, in feſto omnium Sanctorum, in commemoratione animarum, in dicti altaris dedicatione, per Octavas omnium feſtivitatum prædictarum, Octavas . . . . . . Sanctorumque *Stephani*, *Laurentii*, *Pontiani*, *Pancratii*, *Georgii*, *Bonifacii*, *Clementis*, *Martini*, *Nicholai*, *Margaretæ*, *Gertrudis*, ſingu-

ſingulisque diebus Dominicis, tam devotionis, quam orationis ac peregrinationis acceſſerint, & Miſſis, prædicationibus, matutinis & veſpertinis, ac aliis divinis officiis in ejusdem Feſtivitatibus prænominatis, ac exequiis mortuorum & eorum ſepulturis etiam aliis quibuſcumque temporibus ibidem interfuerint, pro fidelibus defunctis devote orando, vel qui ad fabricam, luminaria, ornamenta, dicto altari ac Conventui pias manus porrexerint adjutrices, aut qui in eorum teſtamentis, vel extra, aurum, argentum, veſtimentum, libros, calices, ac quævis alia dicto altari ac Conventui pie donaverint, legaverint, ac donari vel legari procuraverint, vel qui dictis Sororibus in laboribus vel in quibuſcumque negotiis in cauſis conſilium vel auxilium præſtiterint, quotieſcunque, quantumcumque, ac ubicumque præmiſſa vel aliquid præmiſſorum devote adimpleverint, de Omnipotentis Dei miſericordia, Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus, ac Beati *Martini* prænominati Eccleſiæ Trajectenſis auctoritate confiſi, quadraginta dies Indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus noſtrarum litterarum teſtimonio ut ſupra.

Donatio Theodori Swollani, Nic. fil.

Sequuntur ex eodem Cod. MS. donationes aliæ; inprimis D^i. *Theoderici* a *Swol*, *Nicolai* filii, Monialibus *S. Urſulæ* a Confeſſionibus, hujus tenoris.

In *Nomine Domini*, *Amen.* Per hoc præſens publicum inſtrumentum cunctis pateat evidenter, & notum ſit, quod Anno a Nativitate ejuſdem 1518. Indictione ſexta, die vero nona menſis Novembris, hora decima vel quaſi ante meridiem, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Domini *Leonis* divina providentia Papæ decimi anno ſuo ſexto, in mei Notarii publici, teſtiumque infra ſcriptorum ad hoc vocatorum ſpecialiter & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus, Venerabilis & devotus Dominus *Theodericus*, filius *Nicolai*, Confeſſor Sororum Conventûs Divæ *Urſulæ* in Enchuſa Præpoſituræ Weſtfriſiæ Diœceſis Trajectenſis, corpore ſanus, ratione vigens, non vi, dolo, metu, vel fraude ſeductus, ac circumventus, ſed ſua libera ac ſpontanea voluntate & ex certa ſua ſcientia, cum matura (ut aſſeruit) animi deliberatione, de ſuis bonis ab Altiſſimo ſibi collatis in Divini cultus augmentum, animæque ſuæ ſuorumque Parentum ac omnium Chriſti fidelium refrigerium, quatuor Miſſas hebdomadatim perpetuis & futuris temporibus, videlicet diebus lunaribus pro defunctis, Martialibus de Sancta *Anna*, Mercurialibus de ſumma & *Individua Trinitate*, Saturnalibus vero de Domina, (niſi feſta occurrentia impediant) quibus ſic occurrentibus obſervabitur nihilominus Collecta cujuslibet feriæ prænominatæ, ordinavit per Confeſſorem prædicti Conventus pro tempore exiſtentem in præfato Conventu celebrandas, & pro dote harum quatuor Miſſarum dedit & legavit Conventui prædicto ducentos decem & ſex florenos uſuales ſive currentes in promptis pecuniis ſemel duntaxat, de quibus Conventus ſupradictus reſpondebit Confeſſori ſuo pro tempore exiſtenti omni anno duodecim florenos uſuales, ſi tamen continuus ac plenus in his Miſſis fuerit, ſed ſi per abſentiam, ægritudinem, ac quamcumque cauſam, aliquam prædictarum Miſſarum omiſerit, tunc Conventus prædictus etiam invito Confeſſore in defalcationem duodecim florenorum eidem annuè aſſignatorum per alium devotum Sacerdotem Miſſas ſic omiſſas ſuppleri faciet, hanc aſſeruit prædictus Dominus *Theodericus*, & voluit eſſe ſuam ultimam voluntatem, quam jure teſtamenti vel codicillorum omnibus melioribus modo, via, forma, jure, privilegio, conſuetudine, quibus ultima voluntas melius & efficacius ſuum effectum ſortiri poterit, ſubſiſtere voluit, non obſtantibus quod totalis juris ſolemnitas non ſit ſervata in præmiſſis, aut in aliquo præmiſſorum.

Super quibus omnibus & ſingulis præfatus Dominus *Theodericus* petiit ſibi a me Notario publico ſubſcripto fieri ſeu confici unum vel plura publicum vel publica inſtrumentum vel inſtrumenta in meliori forma.

Acta ſunt hæc in Hoern in aula Confeſſoris Conventus *S. Catharinæ* anno, indictione, menſe, die, hora, Pontificatu, quibus ſupra, præſentibus ibidem venerabilibus Dominis *Gerardo* fil. *Simonis*, Confeſſore Sororum ſanctæ *Cæciliæ*, & *Wilhelmo* fil. *Arnoldi* Presbyteris, *Hoernenſibus*, teſtibus fide dignis ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Zegerus fil. Tunonis de Hoern,

Cler. Traject. &c.

Donationem hanc cum IV. Miſſarum per annum onere Conventus *S. Urſulæ* nomine acceptavit, ejuſdem Rectrix, *Margareta Petri*, & *Gertrudis Theodori* Procuratrix.

cum onere quatuor Miſſarum in per annum, a Margareta Petri Rectrice acceptata,

Wy *Griet Pieters Moer*, *Geert Derrix*, Procuraterſſe, mitsgaders olde gemeyne Suſteren van *S. Urſelen* Convent, binnen Enkhuyſen, bekennen en tuygen openbaerlyc mit deſe opene brieve voor ons en voor onſe naecomelingen dat wy eens ontfangen hebben an reeden gelde payment den yerſten penning mitten leſten, een ſomme gelts twee hondert en ſeſtien gulden, van Heer *Symon Jansz.* Biegtvader tot ſinte *Cicilien*, en Heer *Geryt Volkertsz.* Biegtvader tot ſinte *Claren* binnen Enkhuyſen, als Executoirs van wegen onſe za. eerw. Vaer, Heer *Derrick Claesz. van Swol*, en loiſden voor die ſomme gelts voorſz. te laten doen ewelyc van onſen Pater inder tyt of van een ander Prieſter, wanneer die Pater voerſz. ſiek zal zyn of niet tegenwoordigh en is, alle welke vier ſonderlinge Miſſen op zekeren daghen na tenoer des teſtaments dair deſen brief doirgeſteeken is, ende mede loiſden wy jaerlycx te geven ewelyc voir den dienſt des voerſz. vier Miſſe voerſz. twaelf gulden tot alle vierendeel jaers drie gulden te betalen. Dit alles zonder argeliſt.

In getuyge der waerheyd hebben wy *Moer*, Procuraterſſe, en olde gemeyne Suſteren des Convents voerſz. onſe gemeene Convens zeghel beneeden an deſen brief gehangen int jaer ons Heeren 1520. op S. Martyns avondt in die winter.

Arnoldus de Boeckhorst, Decanus & Officialis Præpoſitus Weſtfriſiæ a Capitulo Eccleſiæ Trajectenſi conſtitutus Judex, univerſis & ſingulis noſtras litteras inſpecturis, Salutem, viſis ac diligenter conſideratis litteris his præ-

ab Arnoldo Boeckhorſtio Weſtfr. Præp. confirmant.

præſentibus annexis & contentis in eiſdem pro ultima voluntate honorabilis Domini *Theodorici*, fil. *Nicolai*, felicis recordationis, quondam Confeſſoris Conventus ſanctæ *Urſulæ* in Enchuſia, confectis & ordinatis, notum facimus quod nos ea omnia & ſingula prout rite & juſte acta ſunt & legata laudamus, approbamus, ratificamus, & quantum in nobis eſt, auctoritate noſtra ordinaria in Dei nomine confirmamus, in cujus rei teſtimonium ſigillum noſtræ Præpoſituræ his præſentibus duximus appendendum Anno Dom. 1520. 12. die menſis Novembris.

Rectores hujus Cœnobii,

Rectores. 1426. JACOB, *Jacobi* filius.

1440. HERMANNUS, octo aut decem ab Cœnobii ejus erectione Rector a diſſidiis componendis plurimum commendatus. A°. 1457. aula Rectoris (vulgò *Paters-hoff* dicta) ab eo extructa, domicilium deinceps fuit Cœnobii ejus Rectoris, nec non *Weſtfriſiæ* Decani, qui non *Hornæ* ſolùm, ſed & *Enchuſæ*, quin & in *Werfershova*, ac alibi pro rerum ſtatu ac indigentia tenebat hoſpitium.

1518. D. THEODORICUS, *Nicolai* fil. qui quatuor ibi Miſſas, ut jam vidimus, ex teſtamento ejus anni condidit.

Rectrices, &c. 1531. JACOB BURGARTSE.

Ejuſdem Cœnobii Rectrices, A. 1433. &c.

EVA, *Volckeri* filia.

1520. MARGARETA PETRI.

GERTRUDIS THEODORICI, Procuratr.

1531. CORNELIA ARNOLDI, Rectrix.

DEBBORA SIMONIS, Procur.

Monaſterium hoc Orphanotrophio ampliando deſtinatum.

Orphanotrophia. Orphanotrophium A°. 1551. extructum. A. 1603. novum Orphanotrophium ubi quondam *Auguſtinianorum* ædes, conditum eſt.

Noſocomia. Noſocomium ab Anno 1394. cum Oratorio ſtructum; ejus loco aliud magis amplùm ædificatum ſub Anno 1451. cui additæ ædes *Præbendariæ*, vulgò *Provenhuis*, ad eum locum, ubi pridem *Franciſcanorum* ædes.

Paſtores ab avita fide devii. Porrò CORNELIUS KOOLTUYN, Presbyter Alcmarienſis, de quo ſub *Alcmaria*, & Paſtor *Enchuſanus*, fidem Catholicam impugnare cœpit ad Annum 1558.

D. JOANNES, Paſtor Enchuſanus ſub hoc tempus *Papiſmum*, ut vocabant, impugnans, Ultrajectum ad tribunal citatus, a *Joanne Grootio*, *Alberti* tum Conſule, in tutelam receptus judicium evadit.

D^nus LIEUWE, antehac Sacellanus Parochiæ S. *Gummari*, reformationem noviter auſpicatam publicè promovet ad Annum 1566.

Eccleſiæ D. *Pancratii* circà Annum 1561. Paſtor *Andreas Theodori*, ex *Caſtricom* pago oriundus, novitatibus quoque ſtudens, a *Rudolpho Strachman*, Weſtfriſiæ Decano Hornam ad tribunal citatus, illique ſe ſiſtens, in ſecreto cubiculo captus detinebatur, interim dùm cauſam ſuam adverſus Paſtorem illum proſequeretur Decanus. At dum Enchuſani quidam *Andreæ* impenſiùs addicti, Hornam profecti dexterè illum è cuſtodiâ eximunt, fugâ ſe ſubducit, deinceps extrà Decani territorium moratus, donec dictâ reformatione invaleſcente Enchuſam Anno 1566. rediret, fidem ibi Catholicam concionibus palàm oppugnans, creatus poſteà unus è primis Calviniani dogmatis miniſtris.

Catholici Paſtores. Fidem avitam ſub hæc Enchuſæ tuebantur,

* JOANNES NOEMS, Sac. Theol. Lic. Paſtor *Enchuſanus*, ſub Ann. 1587. electus Canonicus Harl.

AUGUSTINUS WOLFIUS, natalibus nobilis, Theologus primùm Colonienſis, dein & Lovanienſis, Sac. Th. Lic. Eccleſiæ Harl. Canonicus, & Pœnitentiarius, cum ab Anno 1617. oppidi ſuburbium curaſſet, per annos plurimos *Enchuſanus* fuit Paſtor fideliſſimus, & Archipresbyter, pro hierarchia noſtra murus aheneus, ob quam varias captivitates, aliaſque perſecutiones, domeſticis etiam ac ſociis fidei impellentibus pertulit, ab ipſomet relatas in epiſtola, quam tenemus, ipſo Converſionis S. *Pauli* feſto 1634. *Enchuſâ* datâ ad Magiſtrum *Stephanum Crachtium*, *de iteratâ ejus captivitate*, cujus uberior ſermo *Bat. Sacr.* part. 2. p. 449.

Obiit is ex calculo 19. Octob. Anno D. 1635.

† Mr. CORNELIUS, ex natali loco *Benthemius*, Coll. Lov. alumnus, Paſtor *Enchuſanus*, obiit ibidem ex peſte in primo ætatis flore A. 1636.

* EILARDUS AB ALMA, Sac. Th. Bacc. format. ſucceſſor *Wolfii Benthemii*, in Cura Enchuſana, per 28. annos Paſtor fideliſſimus *Enchuſæ*, obiit 2. Jan. 1664.

Socium habuit è Miniſtro Calvinianæ profeſſionis optimè converſum, exercitatum poſteà, & probatum,

AUGUSTINUM AB OYSEL, Friſonem, qui poſt multos annos fideliſſimi laboris, obiit Enchuſæ 28. Januarii 1661.

In laborem poſtmodùm ſucceſſit è ſorore nepos,

HERMANNUS JOERSMA, Groninganus, Paſtor dein in *Steenwycker-woldt*, ubi & obiit 25. Oct. 1691.

ADAMUS PETRI, *Suchtelenſis*, S. Theol. Doctor, Archipresbyter, & loco *Eilardi ab Alma*, Paſtor *Enchuſanus*, obiit ibidem 27. Aug. 1671.

THEODORUS HERMANNUS OEM, Harlemenſis, *Adami Petri* ſucceſſor, Paſtor *Enchuſanus*, obiit ibid. 5. Decemb. 1683.

Succeſſorem nactus,

CORNELIUM MARQUIUM, Amſtelodamenſem, Theologum Lov. Cui Curam deſerenti datus ſucceſſor,

JOANNES KNOTTER, Hagæ-Comitanus ex conſulari familiâ, doctus & dicendi facultate egregiè pollens.

Hermanno Joerſma diſcedenti, ſucceſſor datus,

JOANNES TESMANS, Sac. Theol. Bacc. form. Paſtor *Enchuſæ* obiit 15. Oct. 1666.

Cui ſuffecti,

HERMANNUS KEESMAN, Grootbroeckanus, Theol. Lov. Sac. Theol. Licent. Paſtor *Enchuſæ*, eo in munere obiit 29. Maji, 1694.

MATTHÆUS VAN ECK, origine Grietenſis propè Embricam, anteà ad tempus Vice-Paſtor Amſtelodami.

Ex lege *Concordatorum*, ut ſpeciatim *Rel. Rom.* pag. 249. notat *Jacobus La Torrius Epheſinus Arch.*
" Enchuſæ Pater è Societate nemo permittitur,
" Primus, qui præter *Concordata* hìc deſerviit,
" *Cornelius Porret*, mediante ſententiâ Alexandri
" VII. Pontificis Max. qui id recuſarat, cum
" Nuntium ageret ad Rheni Tractum.

Inter eruditos Enchuſanos occurrit,

LUCAS AURIGARIUS, vulgari idiomate *Wagenaer* dictus, qui vernaculo ſermone ſcripſit *Speculum navigationis per Mare Occidentale*, excuſum Leydæ 1584. correctum auctiuſque 1594. Viri eruditi.

JOANNES ANTONIDES A LINDEN, Enchuſanus, Medicus, Franequeræ, dein Leydæ Medecinæ Anteceſſor, de quo pluribus Egb. Hoofdius *in deſcript. Ench.*

* *Annot. MS. I. Buggai Necrol. Harl.*

† *Necrol. Harl.*

* *Relat. Iac. La Torrii pag. 249.*

in quibus eminet *Ruardus Tapperus*,

Inprimis ‡ RUARDI TAPPERI, natalibus nobilitata civitas. Fuit enim Enchuſanus, ex clarâ illic familiâ, Artium Magiſter, S. Theol. Doctor ac Profeſſor, acutiſſimus Philoſophus, ſummus pro ea ætate Theologus, orthodoxæ fidei propugnator ſtrenuiſſimus, Decanus ad S. *Petrum* Lovanii annos plus minus XXIV. ſupremus per Belgium fidei Inquiſitor, Cancellarius almæ Scholæ Lovanienſis, quem non ſolùm Academia iſta, ſed & Sacro-ſancta Tridentina Synodus admirata eſt: cujus quoque induſtriâ, fide & conſtantiâ Belgium pluribus annis ab infeſtatione variarum hæreſeon fuit defenſum; unde Carolo V. Imperatori, ac Philippo II. Hiſpaniarum Regi gratus quoad vixit, caruſque erat.

Vitæ ejus ſeries.

Obitus.

Devixit autem Lovanii 2. Martii 1559. ætate conſumptus, cunctis facultatibus ex teſtamento relictis pauperibus, juxta hoc ejus, quod ante mortem condidit, & cujus autographum nactus ſum, teſtamentum:

Teſtamenti Tabulæ;

IN *Nomine Domini*, *Amen*. Tenore præſentis publici inſtrumenti, cunctis evidenter pateat & ſit notum, quod Anno a Nativitate ejuſdem Domini 1559. Indictione ſecunda, menſis Februarii die ultima, circiter horam nonam antemeridianam, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini *Pauli*, divinâ providentiâ Papæ quarti, anno quarto, in mei Notarii publici, & teſtium infra ſcriptorum præſentia pervenerabilis & circumſpectus Dominus, Dominus & Magiſter *Ruardus Tapper* ab Enchuſia, Sacræ Theologiæ Doctor, Magiſter noſter Eccleſiæ Collegiatæ ſancti Petri Lovanienſis, almæque Univerſitatis Cancellarius & Decanus, æger corpore ac lecto ægritudinis decumbens, tamen rationis, mentis, ſenſuumque ſuorum tam exteriorum quam interiorum per Dei gratiam (ut apparebat) per omnia bene compos, pia mente, animo bene deliberato, ac bono intellectu fecit, ordinavit & condidit hos præſentes Codicillos, approbando & confirmando primitus & ante omnia, ſuum ſolemne teſtamentum clauſum, pridem per ipſum Lovanii conditum & declaratum, in parte tamen, ut aſſerebat, mutatum in formam & modum ſequentes: Imprimis præfatus Dominus teſtator animam ſuam nunc & ſemper, & præcipuè quando ex corporis ſui ergaſtulo egreſſura fuerit, Deo Omnipotenti ſuo Creatori & Redemptori, beatæ & glorioſæ Dei genitrici Virgini *Mariæ*, ac univerſo cœtui cœleſti quam humillimè ac devotiſſimè poteſt commendavit: corpus autem ſuum quod per prædictum ſuum teſtamentum ſepeliri mandaverat ante venerabile Sacramentum, in prædicta Eccleſia Collegiata ſancti *Petri* extra Chorum, nunc in Choro ante Sacramentum in eadem Eccleſia inhumari cupit, dummodo tamen hoc ſic Dominis ſuis executoribus placeat & videatur, ſicque ſi in Choro vel extra Chorum ſepeliatur, eorum diſcretioni determinandum relinquens. Item præfatus Dominus teſtator & Codicillator declarabat ſe prætacto ſuo ſolemni teſtamento donaſſe & reliquiſſe Collegio Theologorum in dicta Univerſitate Lovanienſi, ſeptuaginta florenos annui & hereditarii redditus, empti & aſſignati ſuper munitione & fortificatione oppidi Antwerpienſis, ac burſam exinde uſque ad viginti quatuor florenos Rhenenſes annuos, in eodem Collegio fundaſſe & inſtituiſſe, volens eandem burſam illiuſque dotationem augere, vult & mandat adhuc detrahi ex eodem redditu & burſæ applicari ſex florenos annuos, ſicque eſſe triginta floren. Rhen. communium; reliquum ſeu reſiduum redditus ejuſdem carnibus emendis impendi, prout eodem in teſtamento continetur. Item dedit, legavit fabricæ Eccleſiæ ſancti *Lamberti* Leodienſis pro injuſtis fortan acquiſitis, ſibi incognitis, in quantum hujus legati ſuum teſtamentum mentionem non faciat, ſex ſtuferos ſemel. Item legavit & jure legati reliquit magnifico Domino *Viglio Zwuchemo* privati conſilii & ſtatuum Regiæ Majeſtatis Præſidi, ſcyphum argenteum ſibi Domino teſtatori a Capitaneo *Lazaro Zwender* donatum. Item reliquit *Eliſabeth vanden Boſſche*, imaginem ſancti *Jheronymi*, quam dictus teſtator domi ſuæ habet. Item reliquit & legavit ſuo Capellano Domino & Magiſtro *Henrico Fabro*, præter alia ſibi ab antea teſtamento conceſſa & relicta, adhuc viginti flor. Rhen. annuè & vitalis penſionis, *Henrico Vickevoert* ſuo famulo etiam adhuc quinque florenos ſimilis redditus annui & vitalis. Item *Paulo Hubens* ſuo etiam famulo tres florenos Rh. communes annuè & vitalis penſionis. Item *Catharinæ Waerſeggers*, ancillæ ſuæ quatuor Rhenenſes ejuſdem redditus, in recompenſam ſervitiorum per ipſam reſpective ipſi Domino Teſtatori exhibitorum. Item reliquit, legavit & dedit *Auguſtinæ Henricxſe*, & *Elizabeth Bertrains* rerum domeſticarum dicti Domini præſidis Rectricibus, *Auguſtinæ* ſcil. quendam ſcyphum vitreum cryſtallinum cum pede & operculo argenteis, *Elizabeth* vero coclear argenteum cum cruce in fine. Item *Catharinæ* uxori *Arnoldi Willems*, reliquit coclear argenteum cum certa imagine in fine. Item legavit cuilibet ex ſuis commenſalibus unum florenum de Hornnes ſemel, tantundem etiam Magiſtro *Wilhelmo de Prieſtere* famulo Domini Præpoſiti M. *Buchonis a Mantzima*. Item dat, legat & relinquit Sororibus *Catharinæ Hoelaers* & *Jacobæ* dictæ *Meynkenheyms* profeſſis in Hoſpitali Lovanienſi, cuilibet earum duo nova ſcapularia, ſemel. Præterea reliquit & jure legati dedit ſingulis Magiſtris noſtris Sacræ Theologiæ Doctoribus unum coronatum ſemel, ſimiliter reliquit coronatum ſuo Confeſſionario Domino *Guilhelmo Zulreno* Cappellano Divi Petri. Ordinans ulterius & mandans legata omnia & annuas vitales penſiones hujuſmodi perſonis ſupradictis poſt mortem ſuam ex promptioribus bonis ſuis mobilibus in domo mortuaria repertis ſeu reperiendis per ſuos executores debite perſolvi. Præſentibus dum hæc ita legarentur & ordinarentur honorabilibus & egregiis viris Dominis & Magiſtris *Laurentio Metzio*, Eccleſiæ Divæ Gudulæ Bruxellenſis Plebano, *Davide Tſeſtich*, *Johanne Pieremont*, Eccleſiæ Divi Petri Lovanienſis Canonicis, & Magiſtro *Jacobo Doye* Presbytero Cameracenſis Diœceſis, teſtibus ad hæc vocatis & rogatis, eodem die circa horam tertiam meridianam ſæpedictus Dominus & Magiſter *Ruardus Tapper*, Decanus & Cancellarius, ſimiliter tunc per Dei gratiam ſanus mente, ratione & intellectu vigens, ſenſuumque ſuorum per omnia, ut præfertur, bene compos exiſtens, declaravit ſe diverſis vicibus præfato Hoſpitali Lovanienſi mutuum uſque ad trecentos florenos Rhen. & amplius dediſſe, ad ſublevandum ipſius Hoſpitalis neceſſitates, volens inde in ſalutem animæ ſuæ diſponere, conſiderans & animadvertens præſentem magnam Hoſpitalis indigentiam, onerumque illius gravitatem, omnibus modo, jure & formâ quibus potuit melioribus, totum hujuſmodi mutuum & debitum integrum, quantumcunque & qualecunque ſit, ipſi Hoſpitali illiusve maniburnis & proviſoribus propter

Deum

‡ *Valerius Andr. aliique.*

Deum, pietatis intuitu gratis remiſit, & quitavit, ac ipſum Hoſpitale ab hujuſmodi debito purè & ſimpliciter liberavit & exoneravit, ac ab eo liberatum & exoneratum haberi & cenſeri ab omnibus debere voluit & mandavit. Item prædictus Dominus Codicillator declaravit ſe ſuo teſtamento diſpoſuiſſe quatenus Magiſtri noſtri in die ſuarum exequiarum habeant prandium honeſtum cum confratribus ſuis Canonicis: hanc clauſulam in hiſce ſuis Codicillis mutantes, ſic ait ac vult, Conventus Magiſtri facultatis Theologiæ ſui confratres alio die dictæ Miſſa de requiem, habeant inter ſe honeſtum prandium, ad diſcretionem Dominorum ſuorum executorum. Item vult in die exequiarum ſuarum prædictis Dominis Canonicis ſuis confratribus permanentibus in officio exequiarum in Choro, & ad ſummam Miſſam offerentibus dentur ſingulis quatuor ſtuferi, Cappellanis ſimiliter permanentibus, offerentibus & intereſſentibus duo ſtuferi, omnibus aliis conſuetudinibus in ſua antiqua obſervantia manentibus. Item volens amplius providere dicto ſuo famulo *Henrico Vickevoort*, adhuc reliquit illi pro legato decem florenos Rhen. ſemel. Quæ quidem omnia & ſingula per eum ſuperius reſpective ordinata & legata, in omnibus & ſingulis eorum partibus valere voluit & mandavit, ac roboris firmitatem obtinere, Jure Codicillorum, vel ſaltem eo modo quo quævis ultima voluntas melius & firmius valere poterit, ſecundum Jura, conſuetudines & pias & Canonicas ſanctiones: non obſtantes quod omnes ſolemnitates quæ in legibus caventur, in hac ſuæ ultimæ voluntatis ordinatione non ſint expreſſæ aut obſervatæ, reſervantes nihilominus plenam & omnimodam poteſtatem addendi, minuendi, corrigendi, revocandi & aliter ordinandi, præſentibus ibidem honorabilibus & diſcretis viris Domino & Magiſtro *Petro Gillis* Canonico Lovanienſi, & *Matthæo Loquemans* Clerico Leodienſis Diœceſis, teſtibus ad præmiſſa ſpecialiter requiſitis, de & ſuper quibus præmiſſis omnibus & ſingulis, prædictus Dominus Codicillator, ſibi a me Notario publico infra ſcripto, unum vel plura publicum vel publica fieri, confici atque tradi petiit inſtrumentum & inſtrumenta. Acta fuerunt hæc reſpective & conſequenter Bruxellæ, in ædibus habitationis prænominati Domini Præſidis ſitis in platea dicta communiter *het Canters ſteen*, in quadam Camera ſuperiori ibidem, ubi ſæpedictus Dominus teſtator in lecto ægritudinis ut præfertur decumbebat, ſub anno, indictione, die, menſe, horis & Pontificatu quibus ſupra. Sic verò ſubſcriptum, Et ego *Cornelius Fullonius* aliàs *Tſolders*, Presbyter Cameracenſis Diœceſis, ſacris Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus perque Senatum Brabantiæ Notarius publicus admiſſus, quia prædictæ teſtamentariæ diſpoſitionis approbatione, illiuſque in parte mutationi, Codicillorum ordinationi, legatorum donationi, & mutui remiſſioni, ceteriſque omnibus & ſingulis præmiſſis, dum ſic ut præmittitur fierent & agerentur, una cum prænominatis teſtibus præſens & perſonaliter interfui, eaque omnia ſic fieri, ſcivi, vidi & audivi ac in notam ſumpſi, ideo hoc præſens publicum inſtrumentum manu propria ſcriptum exinde confeci, ſignoque nomine & cognomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi & ſubſcripſi, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum, rogatus & requiſitus.

Sic autem ſubſcriptum,

Collatione facta concordat præſens cum ſuo originali, quod atteſtor, *ſubſignatum* JOHANNES PELS, per *Publ. Not.*

Collata eſt hæc præſens copia cum ſuo exemplo & concordat, quod ego Martinus Beroaldus, *Not. Publicus oppidique Harlemenſi juratus Scriba, atteſtor manu & ſigno meis propriis ſubſcriptis*,

J. BORAYTI, *Publ. Not.*

Inter cetera Bibliothecam libris multis optimiſque inſtructam majori Lovanii Collegio reliquit, ubi honori ejus extat inſcriptio, data a *Sweertio Athenis Belgicis*. Sepulturæ locus.

Corpus conditum in D. *Petri* Baſilica, hoc laminæ inciſo Epitaphio:

D. RVARDO TAPPER AB ENCHVSA,
THEOLOGIÆ PROFESSORI CELEBERRIMO, Epitaphium;
DECANO, CANCELLARIO.
QVOD SVA INCOMPARABILI DOCTRINA, AVCTORITATE
HVNC CHORVM ANN. XXIV. SCHOLAM XXXIX.
DOCVERIT, REXERIT.
QVOD SVPREMVS FIDEI INQVISITOR, PATRIAM SECTIS
PVRGARE SALVTARIBVS DOCTRINIS, ETIAM LIBRIS
ADHOC EDITIS COMPLERE STVDVERIT.
QVOD CATHOLICAM RELIGIONEM HÆRESIBVS VEXATAM
AD TRIDENTINVM CONCIL. E BELGIO PRIMVS EVOCATVS
CONSTANTER DEFENDERIT.
QVOD SVI TEMPORIS PONTIFICIB. CAROLO V. CAES.
PHILIPPO HISPANIARVM. REGI
NON IMMERITO CARISSIMVS FVERIT.
MEMORIAE ERGO POSITVM.
OBIIT BRVXELLAE AN. CIↃ. IↃ. LIX. MARTII II.
AETATIS VERO LXXI.
PAVPERIBVS OMNIVM BONOR. HEREDD. INSTITVTIS.
EIVS ANIMAE PACEM PRECEMVR.

Pro funere ejus dixit *Matthæus Galenus*, Weſt-Capellius.
Scripta ejus a prædicto *Sweertio* in *Ath. Belg.* & a *Valerio Andr.* in *Bibl. Belg.* recenſentur. Scripta, &c.

MEDENBLICK,

Medenblicæ etymon, antiquitas,

MEDENBLICA[a], quondam *Medemelaca*, & *Memelacum*, a flumine vicino *Medemelacha*, uti vocat Otto III. Imp. ſeu verius lacu, humilia inter prata, quæ Friſiis *Meden*. Antiquiſſima ac Friſiæ Regis ſedes, é qua S. *Gangulphus*, de quo *Bat. Sacr.* part. I. pag. 30. *Radbodum* fertur expuliſſe. Opinionem hanc, cujus certitudinem hîc non diſquiro, pluribus proſecutus eſt *Douza* lib. VI. *Annal, Holl.*

Certè in Curiâ Medenblicenſi, in Conſulum conclavi, viſitur etiamnùm hodiè *Radbodi* Regis, ad vivum depicta effigies, quam Anno 1670. Hagæ-Comitis venalem expoſitam, coëmit D. *Stellingwerf*, Conſul Medenblicanus. Sub eâdem, litteris Romanis deauratis leguntur ſequentia:

† *Radbodus, Aldegilli Regis filius, poſtremus Paganiſmi Friſiorum Rex, hoſtis Pipini, Craſſi, Herſtalli & filii ejus Caroli Martelli Principum Franciæ, quibuſcum acriter varia fortuna pugnavit: tandem a* Wolfranno *baptizandus*[b], *offenſus reſponſo ejus, pedem è lavacro retulit, obiit paulò poſt in infidelitate perſeverans Anno* 734. *ut plerique computant. Ex altero filiorum Aldegilli nepotes habuit Gaudebaldum Principem, & Radbodum Dominum Friſiæ Occidentalis, & neptem matrem Frederici* VIII. *Epiſcopi Ultrajecti.*

Immunitates,

Florentius V. A^o. 1288. Medenblicenſibus jura & immunitates varias præſcripſit, quarum Tabulæ apud *Albersberch* datæ.

Nundinæ.

In his nundinas annuas, quarum auſpicium in feſto S. *Bonifacii*, die ſc. V. Junii per 14. dies continuos. Immunitates illæ typis *Egberti van den Hoof*, Enchuſæ datæ A^o. 1667.

ſitus,

Hodiè oppidum eſt privilegiis par Hornæ & Enchuſæ, potentiâ longè inferior, ſitum ad Oceani ingentem ſinum. Parochialem poſſidebat

Parochia

Eccleſiam dudum SS. *Bonifacio*, Germaniæ Apoſtolo ac ſociis ejus; hodiè & *S. Martino* ſacram.

Eccleſiæ S. Martini apud Traj. donata.

Eccleſiam hanc velut ex magis præcipuis, magiſque opimis totius Weſtfriſiæ, cum omni cenſu *Godebaldus* Traject. Epiſcopus, donavit Anno MCXVIII. Canonicis *S. Martini* Trajectenſibus, ad ſublevandam eorundem indigentiam, per patentes litteras, quæ ſunt tenoris hujuſmodi:

Divi Tut.

Eccleſiæ Rectoribus ſummoperè adnitendum eſt ſubditorum neceſſitati ſubvenire commodis temporibus, ut poſſint vacare ſpiritualibus; corpus enim dum arctatur penuriâ, haud facilè contemplatur cœleſtia. Unde Ego Godebaldus, Dei gratiâ Trajectenſis Epiſcopus, fraternæ charitati condeſcendens†, & pro ſpe futurorum inpoſterum conſulens, Eccleſiam quamdam, in Occidentali Freſiâ, in * *villâ quæ* Medenblec *vocatur, cum omnibus ſuis appendentiis & cenſu ad Cameram Epiſcopalem pertinente, &*[c] *circatu & oblationibus utilitati fratrum in Eccleſia B Martini Deo famulantium, in memoriam mei conceſſi. Ita ut hæc omnia per manus eorum ad arbitrium ſuum diſponantur. Data Anno Dominicæ Incarn.* M. C. XVIII. *Indict.* XI. *anno Epiſcopi Godebaldi* IV. *ordinat. eodem. Hanc autem traditionem litteris præſentibus firmamus, ſigilli noſtri impreſſione ſignavimus; præſentibus idoneis teſtibus Meingodo Præpoſito* *, *Lubberto Decano, Hermanno Præpoſito* †, *Alwino Archidiacono, Alphero, Blidgero, Gelmaro, Hardberto, Fraberto Dec., Lamberto, Anſelmo, Thietboldo, Wicbaldo, Athelardo, Jalone Schulteto, Giſelberto, Isbrando, Gerardo, Meurteto, Arnoldo Caſtellano.*

Perſonatus opimus.

Perſonatus oppido huic opimus, quem, uti & Curam Paſtoritiam, conferre ſoliti Ultrajectini maj. Eccleſiæ Decani.

Hujus, & æditui Collatores.

A^o. 1514. WALTERUS JACOBI, Perſona, tum XXXVI. annos numerans, hujus relationis aſſertor. Perſona eadem conferre conſuevit Eccleſiam de *Opperdoes*, Medenblicanæ pridem annexam. Æditui, ut & Scholaſtici munus dudùm contulere patriæ Principes.

Priſci Paſtores.

Ædituus A^o. 1514. D. *Paulus Isbrandi.*

Reditus.

Illud exigui tum erat valoris, reddebatque præſenti non ultra V. florenos Rhen.

Vicaria,

Vicaria in Medenbl. Eccleſia, quam Abbas Stauriensſis olim, ut fama erat, conferre conſuevit. Hujus A. 1514 poſſeſſor D. *Jacobus Reineri* ex collatione Holl. Comitum; eaque ob continua diſſidia ac lites *Capellania Diabolica*, vernaculè *des Duyvels Capellye*, fuit appellata.

Vicarius;

Monachorum Cœnobium,

Monachorum ibi pridem, ex *Jacobo La Torrio* Cœnobium viguit; non deſignans cujus fuerint Inſtituti: Benedictinos fuiſſe conjicere eſt ex eo, quod Abbatem Staurienſem, qui Benedictinis præerat, *Vicariam* eam, ut jam vidimus, illic pridem contuliſſe exiſtimatum ſit.

Perſonæ dignitas.

Paſtori Medenblicenſi aſſignatum erat ſubſellium in Choro Metropolitanæ Eccleſiæ Ultrajecti, quo jure gaviſus eſt ad tempora uſque novitiæ reformationis.

[a] Aliqualis illic, ex *Jac. La Torrii* Relat. quadringentorum ſc. circiter Catholicorum numerus; cui cum laude olim ſeſe impendit,

M^r. CHRISTOPHORUS, Paſtor Medenblicanus, illic Anno 1602. defunctus.

HERMES VELDTIUS, Hardenbergius, Theologus Colon. Paſtor Medenblicanus, ibidem defunctus [b] Anno 1625. Paſtorem, & *Perſonam* Medenblicanum ſe inſcribebat *Veldtius* hic 5. Aug. 1623. ad *Nic. Nomium.*

POMPEJUS WALRAVEN, Amſtelodamenſis, Sacræ Theol. Licent. ſucceſſor [c] *Hermanni Witzii*, S. Theol. Baccal. ab Anno 1618. ab Illuſtriſſimo *Rovenio*, Vic. Apoſt. conſtituti Paſtoris.

Necrol. Harl.

Rev. autem ac eruditiſſimus Dominus Pompejus Walraven, S. T. L. Paſtor Medenblicanus per annos XXXIII. *fideliſſimus, obiit ibidem* 10. *Januarii Anni D.* 1659.

Hodierni

HENRICUS KEMP, Gorcomienſis, deindè Paſtor Medenblicenſis creatus, & indè Amſtelodamum vocatus, ſucceſſorem accepit,

[a] *M. Alt. Not. Germ. inf. part.* 2. *p.* 204.
[b] Vide de ea relatione *Bat. Sac.* part. I. p. 28.
† *W. Heda pag.* 152.
* *Villa*; urbem notat ex ævi iſtius uſu.
[c] Id eſt, pecuniâ ſolvi ſolitâ Eccleſias viſitantibus, quos Circatores dixere.

* Majoris Eccleſiæ.
† S. Bonifacii.
[a] *Relat. Jac. Torrii, Epiſc. Arch.* [b] *Necrol. Harl.*
[c] Idem *Jac. La Torrius*, fortè is idem cum *Hermete Veldtio.*

LEO-

Novi Paſtores.

LEONARDUM KNYNENBERGH, ex *Zegwaert* vico extra Leidam propè *Soetermeer* oriundum, Theologum Colonienſem: qui poſtquam Curæ iſti ad canos deſerviiſſet, aſthmate contracto, in natale ſolum, vicinis Paſtoribus operam impenſurus, ſe recepit, ubi & obiit 5. Maji 1700.

Scripſit libellum Rhythmo vernaculo: *De Kerk Godts verdeylt in drie deelen* . . . *door* L. C. W. P. *Tot Leyden, by Pieter vander Meerſche*, 1693.

THEODORUS ROMEYN, Harlemenſis, poſt *Knynenbergium* aliquantiſper Paſtor fuit Medeoblicenſis; ſed cum indè ad Curam *Limmenſem* evocaretur, Paſtor ejus oppidi conſtitutus eſt,

NICOLAUS VINCENT, ex vicino Leovardiæ agro, anteà Paſtor municipii Maccomenſis.

Hodiè JOANNES DE JAGER, Amſtelodamenſis, Theol. Lov.

OUTDORP,

Outdorp, priſca nomina.

Sive *Oldorp*, juxtà vetuſtiores Chartas *Okdorp*, & *Okerdorpe*, in Henrici IV. Imp. Diplomate Anni 1084. *Aidathorpa*, Eccleſia eſt cum Capellis; id eſt Fanum majus, cui ſubſunt minora. Supereſt hodiè ſub nomine *Outdorp*, unis paſſuum millibus ſupra Alcmariam.

Parochia, Divus Tut. Collator.

Parochia hæc B. *Laurentio* ſacra, in qua ad B. *Mariæ* Virg. honorem, ut mox videbimus, altare.

Cura Paſtoritià pridem penes Rom. Pontificem, & Abbatem Egmondanum, inſtitutio penes Weſtfriſiæ Præpoſitum fuit.

Priſci Paſtores.

Cedente Curam iſtam *Nicolao de Alcmaria*, Egmond. Abbas eandem 1512. 1. April. contulit Mro *Everardo Rodink*, Sac. Theol. Lic. eundemque inſtituendum præſentavit Præpoſito Weſtfr. x. menſis ejuſdem.

Paſtor Ao. 1514. idem EVERARDUS RODINCK.

Vice-Curatus eodem anno D. *Vincentius Bartholomæi* fil.

Hugo Gerardi, Curatus in *Outdorp*, in ædibus D. *Bavonis* Harlemi *Vicariam* fundavit ad altare *S. Nicolai*.

Vicaria ad altare B. M.

D. *Theodoricus*, *Nicolai* fil. Ao. 1463. Curatus in *Outdorp*, in Eccleſiæ hac ad altare B. *Mariæ* Virginis in ejuſdem Virg. honorem *Capellaniam* perpetuam fundavit cum onere trium Miſſarum per hebdomadam.

Hæ ſunt Fundationis Tabulæ:

Fundationis Tabulæ;

IN *nomine Domini*, *Amen*. Anno Nativitatis 1463. Indictione duodecima, menſis Octobris die quinta, hora octava ante meridiem, vel quaſi: Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini noſtri *Pii* Divina providentiæ Papæ ſecundi, anno ſexto, in mei Notarii publici teſtiumque infraſcriptorum, & ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus honorabilis & diſcretus vir Dominus *Theodoricus* Curatus in *Oudenidorp*, Presbyter Præpoſituræ Weſtfriſiæ Trajectenſis Diœceſis, præhabita deliberatione diligenti cum maturitate digeſta, ut prima fronte apparebat pro mundanis cœleſtia, & pro temporalibus æterna deſiderans commutare, ad laudem pariter & honorem Omnipotentis Dei ejuſque matris *Mariæ* ſemper Virginis, in eodem altare ejuſdem glorioſæ Virginis *Mariæ* in Parochiali Eccleſia de *Oudenidorp* Præpoſituræ, & Diœceſis prædictæ, de novo fundare & dotare Capellaniam perpetuam cum tribus Miſſis ſeptimanatim ſuo tempore deſerviendis ac in dotem, & pro dote dictæ Capellaniæ, nec non ad uſum & ſuſtentationem Capellani ſeu Præpoſiti ejuſdem Capellaniæ deſerrituri, de bonis ſuis ſibi à Deo collatis & conceſſis donavit, contulit, & aſſignavit donatione perpetua, & irrevocabili: *Die Flos fen* communiter ſituatam cum prædiis *Eerbrandi Theodorici* in banno de *Nyendorp op ter Dyck* ſituatam conſiſtens terris *Nicolai de Veen* à parte Occidentali, & terris *Henderici Jacobi* à parte Orientali. Item *die Butter fen* in eodem banno conſiſtentem terris *Petri Ghenes* à parte Occidentali, & *Walingi Jacobi* a parte Orientali. Item *Pieter IJ ybrant fen* habentem à parte Orientali terras *Jermot* ancillæ fundatoris Capellaniæ in ſæpedicto banno ſituatum. Item *Ghenen fen* in eodem banno conſiſtens terris à parte Occidentali *Petri Ghenes*, & à parte Orientali *Isbrandi Johannis*. Quas quidem terras perlibatas Dominus fundator, ac omnem proprietatem, jus, & Dominium ſibi in iiſdem quomodolibet competens ob cauſam, & in uſus prædictos pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus reſignavit, & tranſtulit in Capellaniam antedictam, eiſdem pure, & ſimpliciter renunciando: voluit itaque dictus Dominus *Theodoricus* fundator, quod ipſemet primo, & primaria inſtitutione ad dictam Cappellaniam admittatur & inſtituatur, ad quam ſeipſum quantum in ipſo fuerit inſtituit, per præſens ipſam poſſideat, & habeat donec vixerit. Item voluit dictus fundator quod omne jus Cappellaniæ ſæpedictæ poſt ipſius mortem ſimiliter, & jus præſentandi ad *Ludolphum Johannis*, filium filiæ ſuæ omnimode devolvatur, qui per idoneum Presbyterum dictæ Capellaniæ donec ad ſacros majores ordines ipſæ dictæ Capellaniæ tribus Miſſis ut prædictum eſt deſerviet ſeptimanatim. *Item voluit idem fundator quod poſt obitum dicti Rudolphi jus præſentandi perſonam idoneam ad eandem quotiens eam vacare contigerit ſpectabit, & pertinebit, ad ſeniorem, & proximiorem hæredem de ſanguine dicti* Ludolphi *deſcendentem*, ſive maſculus ſive femella fuerit, ita tamen quod maſculus ſive ſenior, ſive æqualis, ſive junior ſemper femellæ juniori, & Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, vel Clericus ſaltem habitum, & tonſuram deferens Clericalem, & non conjugatus laico ſeniori in æquali linea ſemper præferatur. Inſuper voluit dictus Dominus fundator, quod nullus dictæ Capellaniæ patronus exiſtens reſignet, alienet, permutet, ſeu alieni, vel aliquibus aliquo modo det, ſou reſignet jus patronatus ſeu Dominium præſentandi ſæpedictæ Cappellaniæ: nec pro collatione, & præſentatione alicujus ad eandem quicquam recipiat. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, voluit idem fundator quod alienatio, reſignatio, permutatio, & talis mercatoria præſentatio nulla ſit, & invalida, & ex hoc de cætero perdat jus ſuum præſentandi in perpetuum ad eandem, & devolvatur ad alium proximiorem hæredem de ſanguine fundatoris deſcendentem modo & forma præmiſſis. Item voluit idem fundator, quod Collatores *poſt obitum ſæpedicti* Ludolphi *præſentent unam idoneam perſonam proximiorem de linea ipſius* Ludolphi *deſcendentem*; quod ſi fuerit Clericus ex minoribus Ordinibus conſtitutus, aut ſolutus, voluit ad idem fundator *quod talis præſentatus quam cito vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum attigerit ad Sacerdotales ſe faciat ordines promoveri, alioquin omittat omne jus, & proprietatem quodcunque ſibi competit aut competere poſſit quomodolibet.* Quodque Cappellanus pro tempore exiſtens dictæ Capellaniæ in Divinis laudabiliter deſerviat, prout & quemadmodum viſum fuerit expedire. Supplicavit inſuper dictus Dominus fundator humiliter, & devote ſpectabili Viro *Petro Muiet* Præpoſito Weſtfriſiæ, vel ipſius in hac parte vices gerenti, quatenus dotationi,

Oneta:

Collatores.

tioni, fundationi dictæ Cappellaniæ, & bonorum prædictorum aſſignationi ſuum conſenſum adhibere, & eadem bona Eccleſiaſticæ libertati aſſcribere, ipſamque Cappellaniam de novo conſtitutam auctoritate ſua ordinaria confirmare, & in beneficium Eccleſiaſticum, & perpetuum exigere, nec non eundem Dominum fundatorem primario ad ipſam Cappellaniam pro inſtitutione Canonica præſentatum, & poſt ejus obitum dictum *Rudolphum* ſuum conſanguineum eundem inſtituere, & inveſtire dignaretur. Super quibus omnibus, & ſingulis præfatus Dominus *Theodericus* fundator petiit ſibi a me Notario publ. infraſcripto unum, vel plura, publicum, vel publica, inſtrumentum, vel inſtrumenta fieri. Acta ſunt hæc in *Horen* in domo inhabitationis mei Notarii ſuper, & infra ſcripti, juxta Parochialem Eccleſiam *de Horen* à parte Orientali ſituata ſub anno, Indictione, menſe, die, hora & Pontificatu quibus ſupra, præſentibus ibidem providis & diſcretis viris, *Petro Henrici*, & *Simon Johanne Ludolphi* oppidanis *de Oudendorp*, laicis Trajectenſis Diœceſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis. Infra erat ſcriptum & ego *Petrus Petri de Horen*, Clericus Trajectenſis Diœceſis, publ. ſacra Imperiali auctoritate Notarius: quia præmiſſis omnibus, & ſingulis dum ſic ut præmittitur fierent, & agerentur, una cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque omnia, & ſingula fieri vidi, & audivi, ideo hoc præſens publ. inſtrumentum exinde confeci, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis, & conſuetis ſignavi in fidem, & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum, rogatus deſuper & requiſitus, & erat ſignatum,

Primi poſſeſſores.

DE HOREN.

Weſtfriſiæ Præpoſiti confirmatio.

Petrus Muletius, Weſtfrj. Præpoſit. fundationem hanc ratam habuit per ſequens Diploma:

PETRUS MULET., Præpoſitus Weſtfriſiæ in Eccleſia Trajectenſi, univerſis & ſingulis præſentia viſuris, ſeu audituris facimus manifeſtum, quod nos fundationi, dotationi altaris, ſive perpetuæ *Capellaniæ* in Eccleſia Parochiali *Audendorp* noſtræ Præpoſituræ Trajectenſis Diœceſis, in, & ad altare beatæ *Mariæ* Virginis, a parte boreali ejuſdem Eccleſiæ, in honorem Omnipotentis Dei ejuſque matris *Mariæ* Virginis glorioſæ, omniumque Sanctorum, factæ per honorabilem virum *Theodoricum*, filium *Nicolai*, Presbyterùm, ac Curatum ejuſdem Eccleſiæ, & bonorum ad eandem aſſignationi noſtrum conſenſum adhibemus, eadem bona Eccleſiaſticæ libertati aſſeribimus, ipſamque *Capellaniam* in beneficium perpetuum erigimus, nec non eundem Dominum *Theodoricum* dictæ Capellaniæ fundatorem pro inſtitutione Canonica nobis præſentatum, pro primaria inſtitutione ad eandem inſtituimus, & inveſtimus per præſentes, ceteraque alia, & ſingula in inſtrumento publico (cui hæc præſens noſtra cedula eſt transfixa) ratificamus, approbamus, & in Dei nomine confirmamus Jure Parochialis & matricis Eccleſiæ in omnibus ſemper ſalvo noſtrarum teſtimonio litterarum. Datum Anno Domini 1463. menſis Octobris die quinta. Sub qua copia ſcriptum erat, collata & diligenter auſcultata eſt hæc præſens copia cum ſuo originali inſtrumento infra ſcripto, & ſignato ut ſupra, nec non cum ſuo transfixo penſili rubræ ceræ ſigillo munito, & inventa concordare per me Secretarium civitatis Alckmariæ, & Notarium publicum per Curiam Hollandiæ admiſſum & ſubſignatum

F. Cercu, Not. SSr.

Recentiores illic Paſtores:

Hodierni Paſtores.

HENRICUS BENSCHOP, Iſelſtadienſis, Paſtor in *Outdorp* defunctus 12. Martii 1677.

JACOBUS ALDENHOVEN, Theologus Lov. illic Paſtor defunctus 20. Martii 1711.

JOANNES BAPT. BRICKENAER, Amſtelodamenſis, Theologus Lov. Præpoſitus Aquiſgrani in D. *Adalberti* Eccleſia.

Æditui Collatores, ac proventus.

Æditui munus conferebatur ab Holl. Comitibus, ex quorum collatione munus illud tenebat Aº. 1514. *Wilhelmus*, *Nicolai* fil. inde percipiens XV. ſeu XVI. flor. Rhen.

Carmelitarum Cœnobium.

Carmelitarum, ut jam ſub Alcmaria vidimus, pridem ad pagum *Outdorp* viguit Monaſterium, fundatum ſub Ann. 1467. quadrageſimæ tempore, ex dono *Caroli*, Burgundiæ Ducis, atque *Alberti de Raephorſt*, Equitis, Prætoris Harl. atque Holl. Boreal. Quæſtoris.

SINTE PANCRAS.

S. Pancratii Fanum.

Hiſtorici noſtrates complures cenſent propè *Langedicum* & Fanum S. *Pancratii*, fuiſſe urbem antiquam, fortiſſimam & ampliſſimam, hujus Friſiæ minoris emporium, *Veronam*.

Ipſe Altingius *Not. Germ.* part. II. pag. 193. vetuſtatem accerſit ex antiquo ſigillo æreo, quod genuinum fuiſſe matri urbium contendit.

Varia ejus nomina exhibet, ut *VRONLEGEIST*, ex ſigillo iſto.

VRONLO ex Inventario pervetuſto bonorum Traj. Eccl. Alibi *VRONLO*. In Dipl. Theodorici V. Ann. 1083. *FRONLO*.

Etymon ejus explanat idem *Altingius*, dicitque hodierno idiomate ſignificare *'S HEEREN HOGE BOUW-ACKERS*. Urbis dein, & quidem invictæ nomen tuetur. Aſſerit denique proclivius ſolum, veterem portum indicare, ſtationem tutiſſimam navium, quibus ab oſtio *Pettemenſi* ſubvectæ merces tranſmarinæ.

Urbs antiquiſſima & potentiſſima a quibuſdam exiſtimata.

Alii antiquitatem *Veronæ* conciliant ex cruce lignea, cujus tranſverſo ligno celebratum hoc Chronicon inſcriptum:

eCCe CaDIt Mater frIſIæ.

Ex nola denique ad pagum *Valckoog* inde transportata, Aº. 1448. confracta, cui hæc inerat malè conſuta inſcriptio:

A. VRO DOMINI M CC LXXX. TEMPORE ALARDI PRESPYTERI, MENCIS SEPTEMBRI.

Sunt qui & fabulantur *Cyſſium* ac *Florentium* è Thebæa legione ſub Imperatore Maximiano ad urbem illam Martyrio affectos, divamque *Urſulam* cum undecim millium Virginum ſodalitio, & poſtmodùm D. *Willibrordum* ac *Bonifacium* noſtrum, per alterum Rheni oſtium ad *Pettėnum* litus illuc è Britanniâ appuliſſe, quod hiſce verſibus celebravit *Hamconius* noſter:

Con-

Digitized by Google

Condidit Alcmarlam vicinam penè Veronæ,
Occiduæ Emporio Friſiæ, cui claſſe Britannâ
Appulit undenis cum millibus Urſula Virgo

Ut Fabella ab aliis exſufflata, — Vernaculus Auctor, *Henricus Soeteboom* in libello, quem *Zaanlands Arcadia* inſcripſit, lib 43. ac alibi, hæc, & alia plura hujuſmodi comminiſcitur.

Altingius quælibet hæc, extra ea quæ jam ex eo enarravimus, *inter incertæ famæ murmura reponenda ducit.*

Simon Eikelenbergius, & hæc, & ea quæ ab ipſo *Altingio* adſtruuntur, in Libello vernaculo,* Aº. 1714. Alcmariæ excuſo, ad fabellas reducit; diſertéque aſſerit, & adſtruere contendit, S. *Pancratii* Fanum, tantopere venditatam *Veronam* fuiſſe, priſco nomine *Vroonleo*, ſeu *Vroongeeſt* appellatum, eodem loco, ubi *Verona* a dictis Scriptoribus locatur, collocatum, eodem, ubi *Verona* ad occaſum ſitum in ſolo, ſolo nomine immutato: pagum ignobilem triplici ſubjectum præfecturæ; cujus incolæ non mercatores, ſed ruſtici ac piſcatores pridem: qui ex teſtimonio Scabinorum a *Simone Eikelenbergio p. 97.* allato, Ann. 1518. vix 300, *communicantes* numerarent.

& S. Pancratii Fanum habita. — Fanum D. *Pancratio*, undè & vocabuli immutatio profluxit, Aº. 1488. nuncupatum, B. *Mariæ* Virgini anteà ſacratum fuiſſe Scriptor hic conjicit, ſtatuæque B. M. Virginis, nomen *Matris Friſiæ* inditum; quod caſu aliquo, nobis ignoto, Aº. 1303. collapſum cum eſſet, in cruce lignea ad Cœmeterium vetus, dudùm adhuc *Crux* appellatum, plantatâ, adruinæ hujus & veteris cultus memoriam dictum Chronicon concinnatum eſt.

Hujus Collatores, — Eccleſia hæc ſtante Cath. ritu ad collationem erat Holl. Principum, inſtitutio Ultrajecti a maj. Eccl. dabatur Præpoſito; cum omni onere non plus valebat quam VIII. vel IX. flor. Rhen.

& priſcus Paſtor, — Paſtor Aº. 1514.

D. YVO HERMANNI.

S. *Pancratii* pago Privilegium jaculi ad Pſittacum conceſſum eſt 3 Januarii 1527.

Jam ante hujuſmodi ad Pſittacum jaculi privilegio ditata juventus pagi S. *Martini*.

Jactus is Aº. 1519. *illic inſtitutus ad honorem ac laudem Dei, & munifici Fratris, venerandi ac Sancti Patroni, S Martini.*

Fraternitas. — Sanctiones ac privilegia hujus, ex veteribus Tabulis pagi S. *Martini* in Chronico civitatis Medenblicanæ publici juris fecit *Theodorus Burger Schorelius* pag. 173. & ſeq.

OTTERLEECK,

Otterleeckæ Paroch. etymon, Collatores, priſci Paſtores & æditui. — In Diplomate *Wilhelmi Bav.* Anni 1326. *Otterleek*, [a] aut ut quidam hodie legunt *Oterleek*, a lutta, & æſtuaria [b] *Ottervoort* a quibuſdam denominatus Kennem. vicus, cujus Parochiæ collatio pridem penes Rom. Pontificem, & Abbatem Egm. erat, cuilibet ſuo menſe, uti

D. JACOBUS, *Nicolai* filius, Paſtor illic Aº. 1514. aſſeruit.

Nicolaus Adrichemius, Egmond. Abbas, Aº. 1480. 16 Maji,

Dnum JOANNEM, Paſtorem de *Outerleeck*, ejuſdem etiam Eccleſiæ conſtituit ædituum.

Idem 2. Oct. Mro ADRIANO VAN FOREEST, Presbytero ac Curato Eccleſiæ de *Outerleeck*, æditui munus contulit. Illud autem Aº. 1514. nullius erat valoris.

COEDYCK,

Coedyci Collatores, — *Kennemariæ* Præf. ad *Rekeram* rivum vicus Parochialis, cujus collatio pridem penes Holl. Com. inſtitutionem dante majoris Eccleſiæ Ultrajecti Præpoſito.

Paſtor, Redituus; ædituus. — Paſtor Aº. 1514. D. ALLARDUS, *Theodori* fil. ſucceſſor, vulgò *Byſſus*, ad Curiæ Hagæ-Comit. Capellam, cui inde abſenti veniebant v. libræ gr. annuatim. Ædituum ex Holl. Com. collatione A. 1514. agebat *Petrus Joannis, Coedyci* incola; cujus muneri nil certi additum.

SCHAGEN,

Schagæ municipii & Parochiæ Divus Tutel. Turris, Suggeſtus elegans. — * Municipium *Weſtfriſiæ* amplum & ingens, cujus Eccleſia S. *Chriſtophoro* nuncupata, extructa creditur Anno Dom. 1460. habens in longitudine pedes 160. in latitudine 80. in altitudine .... Turris 150. pedum longitudine eminet.

1630. Chorus ſepto duorum cancellorum ſecluſus.

1660. Suggeſtus ſcitus & elegans, ac ingentis pretii intra Fanum adornatus.

Paſtor ab avita fide devius. — SYBRANDUS JOANNIS, *Schaganus* Paſtor Anno 1570. die 30. Maji, cum tribus aliis Paſtoribus a fide Cath. deviis, Hagæ-Comitis, juxtà *Jac. La Torrium*, degradati, ſtrangulati & exuſti ſunt. In mortem *Sybrandi* hujus hoc carmen à *Menſevoetio* quodam compoſitum, in Fano ad Boream legere eſt:

Papa quid exuſtum tu gaudes martyra Chriſti?
Sanguinis illius ſemina ſancta vide;
Scil cet occides, patiturque Eccleſia cædes,
Ipſa tamen vincit, tu truculente peris.

Monumenta ibidem varia illuſtrium virorum ac *Schagenſium* matronarum viſuntur.

[b] Municipium hoc cum adjacentibus vicis ac pagis *Barſingerhorn*, *Colhorn*, *Haringhuyſen*, *Tuyttenhorn*, & *Valckoogh*, poſt immutatum Regimen primus per multos annos curavit,

FRANCISCUS VANDER BRUGGE, Sac. Theol. Lic. vir æquè natalibus ac virtutibus nobilis, Schagæ defunctus 19. Jan. 1653.

Hodierni Paſtores. — Dein CAROLUS DE LA CHAMBRE, aliàs *Verkamer*, Sac. Theol. Bacc. form. *Franciſci* ſucceſſor, Paſtor in *Schagen* per annum & dimidium, ibidem obiit in juventutis flore 17. Aug. 1654.

Utroque mortuo, Curæ iſti invigilavit,

Alius ad eandem fidem reductus. — JOANNES MUNDANUS WISSCHER, e Miniſtro Acath. ad Cath. fidem converſus; qui Curam deſerere coactus, ad fluvium *Amſtelam* defunctus eſt 2. Jul. 1663. ſucceſſores ei in *Schagenſi* Curâ fuêre,:

STEPHANUS VAN OMMEREN, Amſtelodamenſis, qui Paſtor in *Schagen*, obiit Amſtelodami 7. Oct. 1676.

THOMAS NEYS, ex tractu Sylvæ-Ducenſi, anteà Sacellanus Toparchæ *Warmondani*, Paſtor in *Schagen* obiit 1. Oct. 1681.

BARTHOLOMÆUS DE BACKER, Gandenſis, Sac. Theol. Bacc. formatus, Latinè ac Græcè egregiè doctus.

GERARDUS ALCKEMADE, Streecanus, Theologus Lovanienſis, Paſtor creatus in *Schagen*, defungitur ibidem 27. Aprilis 1708.

ANTONIUS LANSINCH, Amſtelodamenſis, Theologus Lov. anteà Paſtor in *Swaech*, *Schagæ* modò agit Paſtorem.

Sacellum vicinum B. M. ſacrum, — [c] Sacellum pridem Beatæ *Mariæ Virginis*, occaſione ſtatuæ B. *Mariæ Virg.* æſtu inundante illuc allatum, in loco de *Kems*, *Sipam* veterem verſus fundatum, ex *Schag. Chronico* per *Iſidorum*, Toparcham *Schagenſem*, & *S. Chriſtophori* Curatum. Illud poſtmodum per Ge-

* *Geſteldheid van Weſt-Vrieſlands, en ondergang van het Dorp Verone.*
[a] *S. Eikelenb. ibid. p. 14.* [b] *Idem p. 15.*

* *Relat. phil. Rov. 1608.*
[b] *Relat. Jac. La Torrii pag. 260.*
[c] *Chron. Schaganum p. 67.*

rardum

Digitized by Google

malevolè everſum;

vardum Taet everſum, ut palam eſt ex ſeq. *Sasboi.i Voſmeri* Tabulis, præſcribentis expiationis pro delicto remedium.

eleemoſynâ in expiationem per *Sasb. Voſm.* præſcriptâ.

SAsboldus Voſmerus, Eccleſiæ Metropolitanæ Ultrajectenſis, & vicinarum Provinciarum Vicarius Generalis; omnibus haſce viſuris, ſalutem in Domino ſempiternam. Requiſiti ex parte dilectorum nobis in Chriſto *Joannæ* & *Mariæ Thadæi* mulierum, nec non *Adriani Boeyckii* mariti dictæ *Joannæ*, nomine Parentis ſui *Taet Gerrits*, incolæ *Schagen*, Diœceſis Harlemenſis, defuncti, ut remedium præſcriberemus, pro everſo ab eodem, modico Sacello, dicto Beatæ *Mariæ* Virginis *op de Keyas in Schagen*, & aliis quibuſlibet delictis prænominati Patris ſui, quorum certam memoriam non ſe habere affirmabant; Nos ipſorum pietate & devotione permoti, habitis informatione & deliberatione ſufficientibus, certam eleemoſynam ad Eccleſiæ Catholicæ erectionem & alia pietatis opera ipſis præſcripſimus, quæ illi benignè ſuſceperunt & fideliter perfecerunt, atque compleverunt. In quorum fidem has litteras ſigillo officii & manus ſubſcriptione firmavimus. Actum Harlemi die duodecimo menſis Julii, Anno Domini milleſimo, ſexcenteſimo.

SASBOLDUS VOSMERUS,

Vicarius Apoſtolicus.

OUDE NYEROP,

Nyeropiæ veteris ſitus, Parochia, Divus Tut. Collatores.

Nyedorp Stokio Weſtfriſiæ vicus eſt, a Florentii IV. milite incendio vaſtatus A°. 1180. *Beda* & eum jungit *Winckelæ*; undè veroſimile eſt intelligi eundem, cui hodiè nomen *Nyerop*.

Reditus. Paſtores priſci,

Parochia ejus S. *Werenfrido* Confeſſori ſacra; cujus collationem pridem dabat Holl. Comes, inſtitutionem Weſtfriſiæ Præpoſitus. Circiter XXVI. florenos Rhen. reddebat ex agrariis redditibus, e quibus ad reparationem aggeris conferre tenebatur Paſtor. Is erat A°. 1514.

D. JACOB, *Simonis* fil. Vice-Curatus D. *Cornelius Alardi.*

Paſtor A°. 1544.

Mr. JOANNES GERARDI.

Æditui.

Æditum quoque ſtatuebat Holl. Comes, ex cujus collatione 1514. *Nicolaus, Reineri* fil. indè abſens percipiebat IV. flor. Rh. annuè. Fons Eccleſiæ iſti luſtralis tam præſtans olim fuit, ut ſimilem tota Hollandia, ſi Leydam fortè dempſeris, non haberet.

Fons baptiſm.

NYEUWE NYEROP,

Nyeropiæ novæ Divus Tut. Collatores.

Nieroper-Cogghæ, ut vocant, vicus alter Parochialis, S. *Martino* Confeſſori ac Epiſcopo ſacer, cujus Paſtor, ut & prioris ab Holl. Comite petebatur, a Weſtfriſiæ Præpoſito inſtituendus, ſic ut Anno 1514. teſtatum fecit D. *Simon Wilhelmi*, ſexaginta tum duos annos natus, qui Curam eam annos XX. adminiſtrarat; quique declaravit ad Curam Paſtoritiam, præter fundum domûs pertinere XXXI. portiones terræ, *Geerſſen* dictas, ex quibus tres jugerum conficiunt.

Paſtor. Poſſeſſio.

Æditui munus.

Æditui munus ex Holl. etiam Comitis collatione gerebat eo anno quidam *Joannes Petri*. Nil certi tum muneri illi aſſignatum; abſenti tamen reddebat V. libras gr. annuè.

WYNCKEL,

Wynckelæ, antiquæ Parochiæ, varium nomen. Divus Tut.

Ejuſdem tractus pagus Parochialis, qui S. *Lucam* Evangeliſtam venerabatur Patronum, ad quem *Arnolfus* Comes, commiſſo cum Friſiis prælio occubuit circa Annum 1005. ut *Stokius* in *Balduino* I. Alibi is ad Annum 1180. *Wincken* ſcripſit; ſed ad Ann. 1190. iterum *Winckel*. Curam Paſtoritiam alternis vicibus, pridem ſolebant Rom. Pontifex, & majoris Eccleſiæ Ultrajecti Collegium, Præpoſiti nomine. Eamque A°. 1514. tenuit

Collatores, priſci ævi Paſtor.

Mr. NICOLAI A MEDENBLICK, Ultrajectum incolens, uti D. * *Syvrinus Joannis*, *Winckelæ* eo anno Sacellanus teſtatum fecit.

* *Syvert.*

Æditum ſtatuebat Holl. Comes, qui eo anno erat *Laurentius Theodori*, ad cujus munus pertinebant V. portiones terræ, *Sneedſen* dictæ, valoris XXX. ſtu. annuè.

Æditnus, ejuſque proventus.

VEENHUYSEN,

Veenhuſæ, Divus Tut. Collatores, poſſeſſio,

Vicinus pagus ſub *Kennemariæ* Decanatu, pag. 70. jam ſupra recenſitus, cujus Parochia S. *Dionyſio* ſacra, Paſtorem petebat ab Holl. Com. inſtitutionem a Weſtfriſiæ Præpoſito, ut teſtabatur A°. 1514. D. *Otto Rodolphi*. Ad Curam Paſtoritiam pertinebant XXI. jugera, ſed nulla domus; valebatque annuatim cum omni onere XL. ſeu L. flor. Rhenenſes. Æditui munus *Jacobæ Bavaræ* temporibus in *Vicariam* converſum, ad collationem erat quatuor Præfectorum cum Decano.

Vicaria.

Priſci, & hodierni ævi Paſtores;

Nyeropiam tractumque vicinum ab immutato avitæ fidei cultu primus excoluit,

BAVO COSTERIUS CLEERBESEM, per *Sasboldum Voſmerum* Arch. Paſtor in *Nieudorper-Cocba* conſtitutus ab Anno 1612.

Multarum autem pro Chriſto palmarum Athletaglorioſus, piè obdormivit Amſtelodami 13. Novembris Anno Chriſti 1661. ætatis ſuæ 73. Sacerdotii & Curæ Paſtoralis 48. [a] Ut Chriſti emeritus miles laudatus ibidem a *Jacobo La Torrio*, Eph. Archiepiſcopo.

Memoriæ ejus poſitum Epitaphium ſermone vernaculo, datum *Bat. Sac.* part 2. p. 434.

Ei ſucceſſère,

JUDOCUS VERCAMPEN, S.T.B. indè Paſtor ac Archipresbyter *Alcmariæ*, ubi & de eo fuit ſermo.

JOANNES VAN HOUTEN, [b] Sac. Th. Bacc. form. qui Paſtor in *Nierop*, &c. in flore ætatis in vicinia *Zytwind* obiit 2. Oct. 1661.

THEODORUS DOORNICK, Enchuſanus, quondam Oratorii Presbyter. Illo inde amoto, & Enchuſæ derepente mortuo,

ANTONIUS DE GRAEF, Strecano-Batavus, Theologus Lov. Delphis ad aliquot annos Vice-Paſtor, indè Paſtor *Nieropienſis*; Vir cumprimis religioſus ac caſtus, qui ad S. *Jobi* normam inito pacto cum oculis ſuis, nunquam obtutum jaciebat in virgines, quas magno numero in privatis ædibus circùm Oratorium †, Cœnobitarum adinſtar commorantes, ad orationem & religionem inſtituebat. Cum ſic annos plures in medio ovium, ut Paſtor, incontaminatè & vigil

[a] *Necrol. Harl. ad Annum* 1661.

[b] *Necrol. Harl.*

† Locus hic *'t Vels* nuncupatur; eò quod Oratorium intra pagos vicoſque circumjacentes, in medio agro caſtructum ſitumque ſit.

verſa-

in his pietate præcellens, *Antonius Gravius.*

verſatus fuiſſet, morbo extremo correptus, Virginum chorum, illuſtriorem gregis Chriſti portionem, ad ſe evocatum, ad conſtantiam in continentiæ & pietatis propoſito hortabatur, & obteſtabatur, ut cùm agnita peccata totâ vitâ lacrymis gemitibuſque expiare ſategiſſet, benigniſſimum Dominum pro occultorum, quæ fortè admiſiſſet, peccatorum veniâ obtinendâ deprecari quoad viverent, non deſiſterent. Sic ſanctè ut vixerat, ſanctus Dei famulus, Paſtor ibidem obiit 4. Maji Ann. 1680.

Poſt *Antonium* hunc Paſtores ibidem vixêre,

GERARDUS KLOOSTER, Bergho-Batavus, Theologus Lov. Sac. Theol. Bacc. Paſtor illic defunctus 29. Jan. Ann. 1681.

GERARDUS EYLAERTS, Oldenzalienſis, ex religioſa illic familia, quæ & doctos viros ad Eccleſiæ ſubſidium, & religioſas Virgines ad ejuſdem oblectamentum plures dedit. Theologicis ſtudiis Coloniæ peractis, primis Sacerdotii annis Tubantini agri fidelibus erudiendis, fuit impenſus; ubi graves labores, & perſecutiones pro avita fide ſuſtinuit, crinibus ad equum aliquandò crudeliter raptatus. Indè in curam hanc mitiorem ætate jam provectior deſtinatus, contractâ poſt aliquot annorum decurſum ex priſcis torſionibus infirmitate, Embricæ, abdicatâ curâ, ædes Fratrum D. *Georgii* incolens, Paſtor emeritus vitâ defunctus eſt 11. Aug. Anno 1689.

Cedenti curam ſucceſſor datus,

STEPHANUS VANDER WERVE, avitâ ſtirpe Harlemenſis, Theologus Lovan. & illi hinc ad curam *Noortwyckerboutanam* evocato,

FRANCISCUS SCHATTER, & ipſe avitâ ſtirpe Harlemenſis, & Theologus Lovanienſis.

AVENHORN,

Avenhornæ Tutelaris, Collatores, priſci ævi Paſtor æditui: utriuſque poſſeſſio.

Weſtfriſiæ vicus, cujus Parochiæ S. *Mauritio* Martyri ſacræ collatio Holl. Comitibus, inſtitutio Metrop. Ultraj. Collegio pridem competebat, valens cum omni onere L. flor. Rh. ad quam VI. jugera pertinebant.

Paſtor Anno 1514.

D. JOANNES BERTHOLDI, aſſeverans ſe ab annis XXVII. ſe eam tenuiſſe ex Holl. Com. donatione.

Iidem Com. æditũum dabant, cui addicta 2. jugera.

SCHAERDAM,

Schardami Collatores,

Parochiam hanc iidem qui ſupra dictam dabant, iidemque ad eam inſtituebant: exigui ea èrat valoris.

Paſtor Anno 1514.

D. PETRUS REINERI fil.

priſci, & hodierni temporis Paſtores.

De eodem & adjacentibus pagis, eorundemque noviſſimo ævo deſervitoribus ac Paſtoribus, vide *Bat. Sac.* part. 2. pag. 441.

HAUWERT,

Hauwerti Tutelaris,

Weſtfriſiæ pagus, D. *Nicolao* ſacer, conferri ſolitus ab Holl. Comit. qui deſignatum præſentabant majori apud Ultrajectinos Collegio, a quo Weſtfriſiæ dabatur Præpoſitus.

Curam eam tenebat A. 1514. D. BALDUINUS RIBICONIS, LV. tum annos natus, aſſerens ſe eam ab annis circiter XIII. *jure devoluto*, cum curâ duobus annis vacante, nullus qui conferret adfuiſſet, obtinuiſſe a majori Ultraj. Collegio; cujus tamen collatio Hollandiæ Comitum eſſet. VII. jugera ad curam hanc quidem pertinebant; ſed cùm reparatio aggeris ad onus Paſtoris eſſet, præter emolumenta ex agrariis redditibus provenientia, libram inſuper unam ferre tenebatur.

veteris ævi Paſtor ex jure devoluto, Collatores ordinarii, poſſeſſio, gravia onera, &c.

Cùm Æditui munus nullius eſſet valoris, agrarii æditũum conducebant.

BERCKHOUT,

Weſtfriſiæ Parochia S. *Georgio* Martyri ſacra, cujus Rectorem dabant Holl. Comites, Weſtfriſiæ Præpoſiti nomine inſtituendum, ad quam XVII. jugera & XX. modii hordeacei pridem pertinebant. Iidem Comites & æditũum ſtatuebant, ad cujus munus XI. jugera ſpectabant. Is An. 1514 erat *Fredericus Joannis*, Hornæ incola, qui abſens percipiebat circiter II. libras gr. annuè.

Berchouti, Tutelaris, Collatores, bona, æditus,

Verus Paſtor eo anno

Mr PHILIPPUS DE BUSCO, Canonicus Hagæ-Comitanus, cui abſenti veniebant IV. libræ gr. annuatim.

Vice-Curatus eodem anno D. JOANNES, *Henrici* filius, tum quadragenarius.

Curatus, & Vice-Curatus priſci ævi,

Qui *Berchoutum*, idem & *Spierdyckum* a mutato regimine curavit,

Mr. SIMON SPANBROUCK, per *Sasboldum* Archiepiſcopum illic ab Anno 1607. inſtitutus Paſtor; cui poſt 36. annos laboris defuncto 13. Aprilis Ann 1640. ſucceſſit,

JOANNES VOSBEECK, Paſtor *in Spierdyck*, &c. defunctus in Brabantia Anno 1657 menſe Novemb.

& poſt. temp. Paſtores, &c.

MICHAEL BRAEBER, Delphenſis, qui quondam Paſtor in *Spierdyck*, obiit Delphis 19. Jul. Anno 1673

ENGELBERTUS FANGEN, Paſtor in *Spierdyck*, defunctus 24. Martii 1679.

JOANNES * VAN BERGEN, Goudanus, Theologus Lovanienſis.

Editus eſt liber de mira quadam apparitione facta in *Spierdyck*, ad quam reflectunt qui vitam *Mart. Duncani* conſcripſerunt.

OPDAM,

&

HEYNSBROUCK,

Opdam, & Heynsbrouck, vicinæ, junctæ interdum,

Sub tractu ac Præpoſitura Weſtfriſiæ pagi contermini, quibus Rectorem dabat Abbas Egmondanus, ut diſertè affirmavit Anno 1514.

LUDOLPHUS, *Nicolai* fil.

Subinde Parochiani juncti, ſubinde disjuncti fuere: ex Tabulis Abbatis Egm. Anni 1389. patet quod *Heinsbroucani* ſex annis Paſtore ob cenſus tenuitatem deſtituti fuerint; eoque anno pagis ambobus nonniſi una fuit Parochia, cujus Rector, PETRUS GERARDI.

ob tenuitatem ſubindè

Meinardus Mannius, Abbas Egm. Dno *Petro* Anno 1512. 1. April. *facultatem dedit permutandi Eccleſias ſic unitas cum egregio & docto viro Everardo*, S.T.L. pro Eccleſia *Curata* in *Outdorp*.

* Aliis eſt *Adrianus*.

Digitized by Google

Verùm Anno 1527. pagi hi rurſum disjuncti, diverſum tenuêre Rectorem.

disjunctæ Parochiæ; quarum Collator Abbas Egmond.

Dnus LUBERTUS NICOLAI, Heinsbroucanus, primus exindè *Heinsbroucanorum* Paſtor fuit.

Paſtor eorum Anno 1548.

D. HENRICUS JOANNIS, *Winckelo-Batavus.*

Capellania in ea Eccleſia, ex Codice Abb. Egm. *Fredericus Hannius*, Conſul *Heinsbroucanus*, A°. 1548. ſummum dedit altare.

[a] 1552. *Theodorus Frederici*, & *Adrianus Everardi*, Magiſtri Fabricæ Eccleſiæ ambo, coronas metallicas duas, & vas aquæ benedictæ dedêre. 1. Maji duo Angeli, ad ſummi altaris ornatum Antverpiæ fuſi 83. ſolidorum pretio, in die Aſcenſionis Domini primùm expoſiti fuêre.

Utriuſque Tutelares. Curati,

[b] Divus Tutelaris *Heinsbroucanis S. Marcus Evangeliſta.*

Opdamenſes Patronum colunt S. *Victorem.*

[c] Anno 1548. Dnus ALBERTUS GEERLACI, Opdami Vice-Curatus, menſe Majo diſcedens, eodem adhuc menſe fit Curatus *Burghi* in Texalia.

ac Vice-Curati priſci ævi,

Dnus JOANNES JORDANIS, Schorelo-Batavus, Vice-Curatus Opdami factus, primam ibi concionem habuit in feſto S. *Odulphi*

Dnus PETRUS, Opdami Paſtor ſive Curatus, ſub initium *Adventus* in *Schorel* proficiſcitur.

1557. Dnus NICOLAUS NICOLAI, Nardenus, in Vigilia Maji Vice-Curatus fit Opdami.

A tempore notæ defectionis Eccleſias has, nec non viciniam de *Waeſt*, curaverunt, dominium *Opdam* inhabitantes Paſtores,

& noviſſimi ævi Paſtores.

R. D. Mr. GUILIELMUS COPALLIUS; illoque Amſtelodamum evocato,

ANTONIUS HORENBEECK, qui Paſtor in *Opdam*, plenus dierum obiit 12. Oct. Anno 1680.

JOANNES AKERBOOM, Amſtelodamenſis, Theologus Lov. qui Paſtor in *Opdam*, obiit extrà Leidæ pomœria 10. Sept. Anno 1707.

JOANNES VENROY, Amſtelodamus, Theologus Romanus.

N. CRAEMERS, Theol. Lov.

SPANBROUK,

Spanbroukæ, Tutelaris, Collatores,

Weſtfriſiæ Parochia, S. *Bonifacio* Epiſcopo ac Martyri, fidei Chriſt. per Germaniam Præconi nuncupata, cujus Rectorem alternis vicibus, ſinguli ſuo menſe dabant Romanus Pont. atque Abbas Egm. a Weſtfriſiæ Præpoſito inſtituendum, uti Anno 1514. diſertè affirmavit Paſtor illic D. MATTHIAS, *Petri* fil.

Paſtor,

Capellania;

Capellania ibi ad altare S. *Nicolai*, quam dabat Egm. Abbas, & ad quam dictus Weſt-Friſiæ Præpoſitus inſtituebat.

Capellani;

[d] HENRICUS WITTENHORST, Abbas, Capellaniam S. *Nicolai* in Eccleſia de *Spanbroeck*, vacantem per mortem Domini *Joannis*, Paſtoris in *Hoogwout*, contulit

NICOLAO BACCUM, S.T.B.F. Univerſit. Lov. ſuppoſito, eundemque præſentavit Præpoſito Weſtfriſiæ.

Æditnus, ejuſque poſſeſſio.

Æditui munus ab Holl. Comitibus dabatur, ad quod duo jugera pertinebant.

Illud Anno 1514. tenuit

Chriſtophorus de Mora, cui abſenti indè veniebant v. flor. Rhen. annuè.

[a] Annotat. ejus Eccl. [b] *Jac. La Torrii* Rel. Rom.
[c] Ead. Annot. [d] Ex Actis Abbat. Egm.

LEECK,

Vicus vicinus, ab A. 1514. certè Parochialis, cujus inſtitutionem Holl. Comes, inſtitutionem Weſtfr. dabat Præpoſitus. Valebat cum omni onere XL. flor. Rhen. Propria ei VI. jugera, reddentia Paſtori abſenti annuè v. flor. Rh.

Leeckæ, Collator, Bona,

Paſtor Anno 1514.

Paſtor; &c.

D. JUDOCUS, *Nicolai* fil.

WAEWETY,

Waeweyæ, Tutelaris, Collatores,

Hodiè *Watwy*, ejuſdem tractus ac Præf. Parochia S. *Mariæ Magd.* ſacra, cujus Rectorem, ſinguli in ſuo *turno*, ut vocant, dabant Romanus Pont. atque Abbas Egm. ut Anno 1514. aſſeruit Rector ejus

Priſci ævi Paſtores, &c.

Mr. THOMAS, *Nicolai* fil.

NICOLAUS ADRICHEMIUS, Egm. Abbas Eccleſiam hanc vacantem per obitum

Mr. PETRI, Anno 1480. 27. contulit

LAMBERTO BALDUINI.

Ædituum agrarii conducebant, cùm nulli ei ferè eſſent proventus.

SYBEKERSPEL,

Sybeanæ, Parochiæ, Tutelaris;

Vicinus ejuſdem tractus ac Præf. vicus Parochialis, S. *Laurentio* Martyri ſacer, cujus Rector ab Holl. Comite petebatur, inſtitutio a Weſtfriſiæ Præpoſito, ut

D. MARTINUS JOANNIS, ſexagenarius Anno 1514. affirmavit, qui & aſſeruit XVI. jugera ad curam eam pertinere; ſed gravia onera ad Friſiæ aggeris reparationem Paſtori ferenda eſſe.

priſci ævi Paſtor, bona, onera:

Æditnus ex Holl. Com. collatione eo anno *Rudolphus* Comitis Egm. famulus domeſticus, inde abſens percipiens annuè flor. Philipp.

æditnus; Collatores.

Pagis hiſce, ſimul ac viciniis *Noorder-meer* & *Zuider-werve*, jam olim ſuccurrit, Curatus, vicino in loco, *Zuider-meer*, ſplendidas ædes patrimonio proprio ædificatas inhabitans [e],

JACOBUS DE MEERE, Borealis, in agro eo ortus, Hollandus, Juris Utriuſque Licentiatus, & Congregationis Oratorii Sacerdos, *op de Meer* defunctus ſub initium Auguſti Anno 1679.

Ejus, & viciniorum locorum Paſtores,

Viciniam ipſam de *Zuider-meer* excoluit, frater ejus ſenior,

CORNELIUS DE MEERE, Juris Utriuſque & ipſe Licentiatus, ac ejuſdem Congregat. Oratorii Presbyter, ſucceſſor fratrum ſuorum, tum

JOANNIS ADRIANI MEERII, Sac. Th. Bacc. form. prædictorum locorum ab Anno 1627. Paſtoris indefeſſi, tum

PETRI ADRIANI MEERII, Congregationis Oratorii quoque Sacerdotum.

a mutato, regimine Meerii fratres, a quibus & ædes Paſtoratus,

JOANNES ADRIANI MEERIUS, Paſtor in *Woggenum*, &c. fatis conceſſerat *op de Meer*, noctu ante horam XII. 19. Febr. Anno 1652.

CORNELIUS MEERIUS, Paſtor in *Spanbroeck*, &c. obiit in *Zuider-meer* 30. Oct. Anno 1669.

Mr. GEORGIUS MEERIUS, qui negotiis ſecularibus ſe implicuerat, terris & aggeribus in Inſulâ Noordſtrandicâ & jaciendis & aggregandis, vitâ deceſſerat in *Huſum*, Halſatiæ, vicino Inſulæ iſti oppido 14. Sept. Anno 1664.

[e] Rel. Rom. *Jac. La Torrii* & Necrol. Eccl. Bat.

Cete-

Digitized by Google

& Gymnaſium erectum.

Ceterùm *Meerii* fratres in Paſtoritiis ædibus, ex quibus ad vicinorum locorum Catholicos excurrebant, Gymnaſium quoddam inſtituerant, in quo juniores in liberalibus litteris erudiebantur, & ad Eccleſiæ ſervitium componebantur. Huic ſtudio & *Judocus Catzius*, ut ſuprà meminimus, ad tempus præfuit, & ipſi quoque *Meerii* fratres.

Horum ſucceſſores.

Jacobo Meerio in Paſtorali munere ſucceſſere,

NICOLAUS MEINDERS, qui olim Paſtor in *Spanbroeck*, &c. obiit Amſtelodami 26. Oct. Anno 1702.

JOANNES ANDREAS HUGLA, Amſtelodamus, patre Gallo, matre Itala, Theologus Rom. inde Amſtelodamum ad ſignum *Pſittaci* evocatus, ubi haud ita pridem obiit.

SCHAERWOUDE,

Schaerwoudæ Capella B. M. V. in Parochiam erecta.

Weſtfriſiæ pagus Hornanæ Parochiæ dudùm ſubditus, a qua ſub Annum 1440. ſejunctus, propriam condidit Parochiam, *Divæ Virgini Mariæ*, ut conjicere eſt, dicatam. Certè ingens ibi pridem Divæ Virginis ſtatua erat, a Vicanis in Parochiam Hornanam, ut jam meminimus, illata, ac in ſupremo altari locata.

D. M. Virg. ſtatua.

Collatores.

Hollandiæ Comites Curam Paſtoritiam exinde contulère Weſtfriſiæ Præpoſito.

antiquus Paſtor,

* D. ADRIANUS JACOBI, annos natus LI. Anno 1514. hujus Curam ſe jure devoluto obtinuiſſe affirmavit, ejuſque collationem Hornanis Conſulibus competere.

Ii tamen interrogati, ſe hanc ſibi nuſquam arrogaſſe teſtati ſunt.

proventus, &c.

Cura ex agrariis redditibus reddebat XXX. flor. Rhenenſes, valebatque cum omni onere omnibus computatis XXXVI. flor. Rhen. annuè.

Cuſtos templi ibi ob inopiam nullus.

HOOGWOUDT,

Hoogwouti antiquitas, fata, etymon, Sacellum B. M. V. in Parœciam D. Joan. Bapt. ſacram erectum.

Nobiliſſimus Weſtfriſiæ vicus, *Villa* a *J. Beka* vocatus, id eſt oppidum, Wilhelmi Imp. cæde famoſum; ad quod etiam acriter pugnatum inter *Hollandos* & *Friſios* horum graviſſimo damno 1282. teſte *Stokio*. Vicus hic & *Houtwout*, a ligno & ſylvis denominatus; ubi olim Sacellum fuit in honorem D. Virginis *Mariæ* ſtructum, de quo ita *Worperus Thabor*. in MS. Friſiæ Chronico; " *Florentius* Comes domum Friſonis, in qua regium (cæſi *Wilhelmi*) corpus hactenus ſepultum fuerat, fregit, & in eodem loco Sacellum ædificavit in pago *Hoogwout*, in honorem beatæ Virginis *Mariæ*, & de redditibus ſuis illi loco tantum aſſignavit, quantum loco & uni Sacerdoti pro honeſto ſufficiebat miniſterio.

Sacellum in Parochiam evectum, Divo *Joanni Bapt.* conſecratum fuit.

Paſtor illic hodiè,

ARNOLDUS WEYER, Swollenſis, Theol. Lov.

OPMEER,

Opmeeræ Paſtor antiquus, Dominus, Collator, &c.

Cura vici ejus Paſtoritia, uti & Æditui munus ad collationem erat Dynaſtæ, qui Anno † 1514. erat D. *Joannes a Zerveet*, uti eo anno aſſeruit Paſtor illic,

D. GERBRANDUS, *Jacobi* fil.

* *Codex M. [illegible]enſis Anni 1514.*
† *Idem Codex MS.*

WOGGENUM,

contractè, *WOGNUM*,

Woggenum, varium & priſcum nomen, Parochia, Tutelaris, Collatores priſci ævi.

Vicus, cujus in tranſactione Trajectino-Epternacenſi Anno 1063. memoria eſt, nomen ſervans in ſuburbanis aquilonaribus Alcmariæ.

Huic Parochia D. *Hieronymo* ſacra, quam Romanus Pontifex, & Abbas Egm. quilibet ſuo menſe conferebant.

Paſtor ibi Anno 1566.

Fr. D. JOANNES VAN HEUSDEN; cui *Nicolaus Nova-terram*, ut Abbas Egm. eo anno poteſtatem dedit portionem terræ ad uſum ædis Paſtoratui annexæ vendendi, per hanc Chartam vernaculam:

Wy *Nicolaes*, by der genaede Godts Biſſchop van Haerlem ende Prelaet van Egmondt, doen condt eenen yegelicken mits deeſen, hoe dat wy geghondt ende geconſenteert hebben, ghonnen ende conſenteeren mits deeſen Broeder *Jan van Heuſden*, Paſtoir van onſe Parochie-kercke van *Wognom*, te moeghen openbaerlick vercoopen alſulck een ſtuck landts, ſoo groot ofte kleyn dat gheleghen is onder onſe Kerke voirſz. genaempt die *halve Raep*. Ende dat tot behouff ende reparacie vande wooninghe ofte huyſe vanden voirſz. Paſtoir, onder die voirſz. Paſtorye geleghen, des ſal den voirſz. Paſtoir gehouden zyn, die penningen te appliceeren tot losrenten oft anderzins tot behouff ende meeſte oirboir vande ſelve Paſtorye, diedaer overſchieten ſullen, ende meer zyn dan die voirſz. reparacie ſal hebben gecoſt, waer af ende oick vande voirſz. vercochte lande, hy Paſtoir voirſz. ſal noch ſchuldich zyn, ons behoirlicke rekeninge ende bewys te doene; alle dinck ſonder argheliſt ende bedroch. In oirconde van onſe ghewoonlicke handtſcrift hier onder geſteldt. Actum in onſe voirſz. Godtshuyſe van Egmondt, den 23. February Anno 1566. *ſtilo communi*.

& ſequentium temporum Paſtores.

Illius Paſtor erat egregius ab Anno 1616.

JOANNES UBIUS, Woggelomius, Colonienſis Theologus, qui obiit Paſtor in *Nibbixwoud*, 23. Aprilis Anno 1635.

JACOBUS ODULPHI, Woggelomius, Colonienſis Theologus, ab Anno 1603. per *Saſboldum Voſmerum*, juxtà Chartam manu ejus, quam tenemus, exaratam, deſtinatus Paſtor in *Pynacker*; indè conſtitutus Paſtor in *Woggenum*, ibi vitâ defungitur 1621. menſe Martio.

NICOLAUS WARDENUS, Theologus Colon. Paſtor in *Woggenum*, in primo ætatis flore ex peſte defungitur 4. Sept. Anno 1636.

R. D. Mr. JOANNES ADRIANI MERIUS, mortuus 19. Febr. Anno 1652.

Exindè *Woggenum* pagum incolens Paſtor fuit,

SEVERINUS BRAESSEMIUS, Sac. Th. Bacc. form. ibidem defunctus 23. Febr. Anno 1662.

Poſt eum, FREDERICUS VANDE VELDE, S. T. B. f. Paſtor in *Woggenum*, obiit ibid. 25. Nov. Anno 1666.

JACOBUS VAN ALPHEN, Paſtor in *Woggenum*, defunctus 17. Martii Anno 1685.

CORNELIUS VANDER LINDEN, indè Paſtor in *Baemeſtra*, Leidæ mortuus 6. Nov. 1696.

JOANNES LEMMENS, Brabantus, Theologus Lovanienſis, a Bat. Eccleſiæ Rectoribus dimiſſus, in patria ſua curam aliquam geſſit

Digitized by Google

RUDOLPHUS WESTRENEN, AB AERDIGMAN, Ultrajectinus, Theologus Lovanienſis, Paſtor in *Woggenam* defunctus 13. Jan. Anno 1709.

SERVATIUS KNIPPENBERCH.

N. KISTEMAKER.

GERARDUS VANDER MEER.

PETRUS DE RUYTER.

Dein ANTONIUS VAN LIN, Lugduno-Bat. Theol. Lov. &c.

NUBICXWOUDE,

Nubixwoudæ, Tutelaris, Collatores, Bona proventus, onera, Paſtor, priſci ævi, poſter. temporum Paſtores.

Parochia Weſtfriſiæ contermina, S. *Cuneræ* ſacra, de qua *Bat. Sac.* part. 1. p. 129. Hujus collatores Holl. Comites, inſtitutionem dante Weſt-Friſiæ Præpoſito, ut Anno 1514. affirmavit D. *Joannes Schaganus*, qui ſe eandem ante annos XI. ab Holl. Com. Præfecto obtinuiſſe aſſeruit. Ad curam hanc pertinebant in certis XVIII. jugera, ei reddentia XXXVI. flor. Rhen. annuatim. Iidem Comites ſtatuebant quoque æditui, inde percipientem annuè XXX. fl. Rhen.

Poſt immutatum regimen,

Necrologus Eccl. Harl. ſtatuit JOANNEM UBIUM, Woggelomium, Theologum Col. Paſtorem in *Nubicxwoudâ*, defunctum 23. April. Anno 1635. Gaviſi dein *Nubixwoudani*.

JACOBO ARATORE, Sac. Theol. Bacc. form. Congregat. Orat. Presbytero, qui poſtquam concionibus & Paſtorali curâ laudabiliter gregi ſuo aliquot annis affuiſſet, Paſtor in *Nubicxwouda*, obiit 22. Maii Anno 1658.

Hos exceperunt PETRUS ROSENDAEL, Paſtor in *Nubicxwouda*, in loco qui dicitur *Redwyſent*, defunctus ex tabe, 4. Nov. 1661.

PETRUS COSTER, Paſtor in *Nubicxwouda*, poſt annorum XLVI. labores defunctus 16. Martii anno 1709.

Eis modò inſervit JUSTUS VERMEY, Goudanus, Theologus Lovanienſis.

BINNINCKBROUCK,

Benninckbrouckæ Parochia, Vinculis S. Petri dicata, Paſtor antiquus, proventus, ædituus, Collatores, onera.

Ejuſdem tractus Parochia, *Vinculis* D. *Petri* conſecrata, cujus collatio ab Holl. Comite, inſtitutio a Weſtfriſiæ Præpoſito concedi ſolita; uti Anno 1514. aſſeruit ejus Curatus

D^{nus} MARTINUS, *Petri* fil. Ad eam domus Paſtoritia ac LXX. circiter jugera pertinebant; aggeris tamen reparandi onus ei quoque incumbebat: valebatque cum omni onere XL. ſeu L. flor. Rhen. annuatim.

Æditu0, quem Holl. Com. quoque ſtatuebant, quique ex eorum collatione tum erat *Petrus Bernoldi* fil. *Wynkelæ* incola, VIII. quidem jugera erant, ſed aggeris reparandi portio magna ei incumbebat.

LAMMERSCHAEGE,

Lammerſchagæ, Tutelaris, Collator, Paſtores. Vide de his Bat. Sac. Part. 2. Pag. 444.

Pagus Weſtfriſiæ Parochialis, Patrono gaudebat S. *Lamberto*, cujus collatio ad Annum 1514. penes *Hoogewoutanum* Dynaſtam.

Noviſſimi temporis Paſtores,

Petrus Cornelii,

Theodorus Petreius, S. T. B. f.

Joannes Janſ. ab Akoy,

Adrianus Lemmius, S. T. B. f.

Hugo ab Hoofd,

Joannes a Gelder,

Joannes vanden Berg,

Hubertus Dilfordeur,

N. van Pilſen,

& *Jacobus de Valois.*

ABBEKERCK,

Abbekerkæ Collatores, bona, onera, &c.

Vicinus Weſtfriſiæ pagus, cujus Parochiæ collatio ab Holl. Comitibus, inſtitutio a Weſtfriſiæ Præpoſito pridem petebatur. Parochiæ huic præter domunculam &c. erant VIII. aut IX. jugera, cum onere aggerem reparandi.

Vicani ædituum, cum proventus ei non eſſent, conducebant.

TWYSS,

Twyſſæ, Collatores, bona, reditus, Paſtores, antiqui, ædituus, ejuſque proventus.

Weſtfriſiæ tractus & Præfect. Parochia, cujus collationem Holl. Comes, inſtitutionem dabat Weſtfr. Præpoſitus: huic & ædes Paſtoritia & VIII. jugera; valebatque cum omni onere ultra L. flor. Rhen. annuè.

Paſtor Anno 1514.

D. PETRUS MARTINI.

1517. D. CORNELIUS JOANNIS.

Ædituus ex donatione Holl. Com. *Theodorus Huycke*, inde abſens percipiebat V. flor. Rh. annuè, & butyri portionem quadrimam.

MIDWOUDE,

Midwoudæ, Collatores, Paſtor, ædituus; hujus & illius poſſeſſio. Fraternitas B. M. V. Leproſorum ædes.

Ejuſdem tractus Parochia, cujus collator Holl. Comes, inſtitutor Weſtfr. Præpoſitus. Huic XVIII. erant jugera, & domus. Paſtor A^o. 1514.

D. YVO JOANNIS.

Æditui muneri VI. jugera deſtinata.

Ædituum ſtatuebant Holl. Comites. Contubernium ibi ſub D. *Mariæ* Virginis nomine. Celebre ibi, ut & per plura Hollandiæ oppida, leproſarium.

SWAECH,

Swaegæ, ſitus, conſpicua Parochia, Collatores, Paſtor A. 1514. Bona, proventus, ædituus. Concio Calv. ritu ibi prima. Noviſſimi ævi Paſtores.

Vicus Weſtfriſiæ Parochialis, Hornæ conterminus, conſpicuâ dudùm gaudens Eccleſiâ, S. *Martino* ſacra, cujus collatio pridem penes Holl. Comites, Ultrajectinis majoris Collegii inſtituentibus Paſtorem.

Paſtor A. 1514. D. ANTONIUS LAURENTII, ex Præfecti Comit. collatione.

Parochia valebat cum omni onere LX. flor. Rh. annuè; pertinebantque ad eam VIII. jugera, reddentia XXX. flor. Rhen. & X. modios horrei. Holl. Comites ſtatuebant etiam ædituum, ad quem ſpectabant VII. jugera. Ædituus eo anno *Mr. Albertus van Loo*, qui medio vaſe butyri inde gaudebat.

Prima ad *J. Calvini* ritum concio publica in agro *Swagano* habita per *Joannem*, *Arnoldi* filium, Alcmariâ ſtudio *Alberti Hunckii*, ejus oppidi tum Paſtoris, expulſi.

Cultu Catholico deinceps profligato,

M^r. JOANNES UBIUS, &

M^r. JACOBUS ARATOR, *Swaegam* ac pagos vicinos, certam nullibi ſedem habentes, primi excoluere.

Inhabitantes dein *Swaega* habuit Paſtores proprios,

GUILIELMUM SYBRANDI, Schellinchwoutanum, Theologum Lov. *Jacobo La Torrio*, Arch. Epheſino à ſacris, primùm *Wieringanum*, indè *Swaeganum* Paſtorem annis multis, ibidem defunctum 1. Sept. A. 1690.

THEO-

Digitized by Google

THEODORUM POLLENROCK, Groninganum, Paſtorem in *Swaeg*, defunctum Groningæ 1710. menſe Junio.

ANTONIUM LANSINCH, Amſtelodamenſem, indè tranſlatum ad curam Schaganam; eique ſuffectum

BERNARDUM BEUSECOM, Ultrajectinum, Theol. Romanum.

AUGUSTINUM VAN DYCK, Amſtelomenſem, Theol. Lov. Leydam nuper ad curam Paſtorii. evocatum.

OESTERBLOCKER,

Ooſterblocker, Collatio, bona Paſtoris & æditui.

Weſtfriſiæ pagus Paroch. cujus collatio olim ab Holl. Comitibus dabatur, inſtitutio petebatur a Weſtfriſiæ Præpoſito. Ad curam Paſtoritiam, præter domunculam valoris exigui, pertinebant VIII. jugera, valentia ſingula IV. flor. Rhen. Ad reparationem tamen aggeris hinc conferre tenebatur Paſtor.

Holl. Comites ædituum quoque ſtatuebant, tum *Gerardum Roet*, inde percipientem IX. fl. Rhen. Ad munus illud deſtinata IV. aut V. jugera.

WESTERBLOCKER,

Weſterblocker, Parochia, Div. Tut. Collatores, priſci ævi Paſtores:

Vicus quoque Parochialis, cui S. *Michael* Archangelus ſacer. Huic Paſtorem etiam nominabant Holl. Comites, a Weſtfriſiæ Præpoſito inſtituendum, uti diſertè Ann. 1514. declaravit

D. ZYBRANDUS, *Mathæi* fil. Presbyter, Vice-Curatus.

Verus tum Paſtor loci

eorum & æditui bona ac reditus.

JACOBI STALPARDI, Hagam incolentis filius, ex collatione Comitum Holl. Præfecti; cui indè abſenti veniebant XI. flor. Rhen. annui. Ad curam eam, cui domus non erat, ſpectabant circiter IX. jugera, ſingula valoris IV. flor. Rhen. Valebatque cura cum omni onere L. flor. Rhen. annuè.

Æditui munus, quod Holl. Comites etiam dabant, gerebat tum *Martinus Petri*, Hornæ incola, valens abſenti libram unam annuè. Deſtinata ei oneri IV. jugera.

Canonicorum Regul. Cœnobium, D. V. M. nuncupatum, *novæ lucis* dictum;

Juxtà *Weſtblocker*, Prioratus pridem viguit Canonicorum Regularium D. Auguſtini ſub Capitulo Windeſimenſi, *Domus novæ Lucis* dictus, de quo *Chronicon Windesh.* lib. 1. cap. 10. & 24. eratque Monaſterium hoc à *Gerardi* magni, de quo alibi, diſcipulis erectum ſub Ann. 1388 in agro *Meinardi Eupeſſz*, qui & hunc Ordinem ingreſſus, ad finem vitæ piè in eo ſeveriſſiméque vixit. Fuit inter quatuor prima generali *Capitulo Windeſ.* unitum iſtud, ut ex *Chronici* iſtius l. 1. cap. 24 conſpicuum eſt. Anno 1550. ex J. Lindebornii *Hiſt. Epiſc. Dav.* p. 325. novum ambitum accepit.

ſtum conditores, præſtans Eccleſia, ſplendor,

Divæ M Virgini fuit dicatum, ut conſtat ex vita Ven. Bedæ huic Cœnobio donata a *J. Synride de Langen*; ibi enim vocatur *Monaſterium S. Mariæ novæ lucis in Blochem*.

Vocabatur autem unicum Friſiæ minoris ornamentum; habens Eccleſiam cum faſtigiata turri tam conſpicuam, ut *Swaeganæ* vicinæ Eccleſiæ non concederet. Terras immenſas poſſidebat, ad quas indies tanta acceſſio fiebat, ut eaſdem adaugere per patriæ moderatores inhibitum ſit. Sanctiones in hanc rem habes inter Weſtfriſiæ Privilegia ac Statuta, jam prælo data, ſigillatim *Philippi* I. Anni 1463. 21. Julii ſub *Grootebrouck* pag. 25.

opulentia, munificentia, præclari alumni.

Cœnobii Rectores, uti ex majorum traditione accepimus, Comitibus Holl. obtulêre, ut quælibet jugera, quæ adire poſſent, * tetrobolis obtegerent. Par opulentiæ munificentia, utpote in quo, juxta *Opmeerum* l. 11. Dec. 1. pag 17. ſeptingenti, ſubindè etiam mille pauperes per hyemen paſci ſolerent. Hujus aliquandò alumnus ac Canonicus fuit *Gerardus Honæus*, *Wilbrandi* filius, Monachodami Anno 1572. in odium Catholicæ fidei crudeliter ad furcam ſuſpenſus. E regione Monaſterii hujus in agro *Swaegano* ad aquæductum, quo *Hornâ* navigatio eſt *Enchuſam*, prima, ut jam meminimus, Calviniano ritu concio habita per *Joannem*, *Arnoldi* fil. E ponte proſiliens ejus Monaſterii Canonicus Regul. conglomeratam turbam fruſtra diſſipare cum molıebatur.

Everſio incredibili rabie;

Everſum eſt hoc Monaſterium Anno 1573. tantâ libidine atque impietate, ait dictus Opmeerus, *ut honeſtiſſimas matronas ac prædivites viduas trabis vectes per undas congelatas mediâ brumâ cogerent Conſules Hornani laterculos aliquot loco dimovere, quod ſacril. criminiſque laſ. Maj. ipſæ non minus, ſi diis placet, reæ dicerentur.*

rudera & monumenta vix reliqua.

Nulla Cœnobii ejus rudera reliqua ſunt: terra tantùm, in qua Cœnobium pridem ſitum, ſublimior hodiè conſpicitur. Cum Monaſterio, ejus monumenta perierunt. Conſul Weſterblockeranus, qui aliqua adhuc poſſedit, flammis eadem, proh dolor! abſumpſit.

Eſt mihi ad manum Mart. *Duncani* ad Cœnobii *Novæ Lucis* Rectorem epiſtola, in qua myſticam Theologiam † *Joan. Thauleri* graviter perſtringens, ejuſdem lectionem omninò improbat. Rector Cœnobii A. 1555.

NICOLAUS GERARDI.

Cœnobium *Bethlemiticum*, primò ſororum S. *Franciſci*, dein S. *Auguſtini*, etiam dirutum.

Quondam etiam extitit vicinum Hornæ Monaſterium *Bethlehem*, *in de Bangaert* nuncupatum, fundatum Anno 1475. a Mr. *Gerardo* Juriſconſulto, & duobus Presbyteris. Degebant hîc primùm Sorores tertiæ Regulæ S. Franciſci, amplectentes paulò pòſt Regulam S. Auguſtini ſub Capitulo Crucigerorum. Ex hoc Cœnobio alter Conventus prodiit, dictus *Nazareth*, propè Snecam.

Et hoc Monaſterium per Iconomachiam dirutum, cujus tamen murorum rudera adhuc reliqua viſuntur.

SCHELLINCWOUT,

Schellinckwouti etymon, Tutelaris, Collatores, priſci, & noviſſimi ævi Paſtores.

A ſepibus aut ſylva contiguis denominatus Weſtfr. pagus, cujus Parochiæ S. *Martino* ſacræ Paſtorem pridem alternis vicibus dabant Romanus Pontifex, & Metropol. Ultrajecti Collegium, ut diſertè affirmavit Anno 1514.

ejus tum loci Paſtor,

VOPPO JOANNIS.

Æditus ab Holl. Com. deſignabatur, qui tum erat D. *Jacobus Penninckſack*, cui inde veniebant VII. lib. Holl. annuè: ad munus illud ſpectabant duo jugera, & quarta pars jugeri.

Pagos autem *Ooſter-* & *Weſter-Blocker*, ac *Schellinckwoudam* a mutato regimine excoluit,

JOANNES JANSENS, Sac. Theol. Bacc. form. ſucceſſor *Joannis Dingenoms*, qui ibidem

* *Stoters.*

† *Die Evangeliſche Peerle*, & *ejuſdem*, ut ait, *farinæ*, *die Tempel der Sielen.* Sed vide Apologias quas pro Thaulero ſcripſere, *Ludovicus Bloſius*, Abbas &c. aliique.

ab Anno 1615. poſitus erat Paſtor ab Illuſtriſſimo *Phil. Rovenio*, ac è vitâ deceſſit 12 Julii Anno 1646. Obiit verò *Joannes Janſens*, Paſtor in *Bangaert* & *Blocker*, 24. Nov. Anno 1667.

Huic ſucceſſit,

GUILIELMUS WILMA, Friſo, Sac. Th. Bacc. form. Amſtelodami defunctus 20. Maji Anno 1685.

GUILIELMUS SCHOENIUS, Sac. Th. Bacc. form. aliquandò etiam Paſtor *Zaeuredami*, *Edami*, ac demùm in ipſa Amſtelodamenſi urbe, in quâ & vitâ defunctus eſt 11. Dec. Anno 1684.

Acta Cap. Harl.

MATTHIAS VAN VEEN, olim Paſtor in *Blocker*, ex ordinatione Capituli Harl. factâ ſub Ann. 1646. Harlemi è vivis eſt ereptus, 15. Junii Anno 1709.

Poſt illum hi & illi per Col. Nuntium immiſſi, inter cæteros,

Fr. J. HENRICI HANSEN, Duivo-Clivenſis, Cruciger Monachus. Deindè

BERNARDUS BUDELMAN, Clivius, anteà Paſtor in Friſiæ territorio *Menaldum*.

H E M,

Hemmæ ſitus, Parochia, Tutelaris, bona, proventus, Paſtor antiquus;

Tractûs inter Hornam & Enchuſam Parochia, D. *Lucæ Evangeliſtæ* nuncupata, ad quam collationem pridem dabant Holl. Comites, inſtitutionem Weſtfriſiæ Præpoſitus, ut teſtabatur

Anno 1514. D. JOANNES BEYRESE, quadragenarius: valebat hæc cum omni onere L. flor. Rh. Ad eam nulla domus, ſed VII. jugera ſpectabant.

Ad æditui munus III. jugera pertinebant, ejuſque ex Holl. Comitum donatione poſſeſſor eo anno, *Bartholdus Gerardi*, Alcmariæ incola, inde percipiens abſens annuè V. flor. Rh.

alias, per deriſum al te laet dictus, Paſtores hodierni eadem Acta.

D. GERARDUS, Paſtor Parochiæ *Hem* datus ſub ipſa mutatione Religionis, ſerò, occupato jam templo, adventans, cùm per deriſum a vulgò ei acclamatur, *al te laet Paep*, *Paep*, *al te laet*, nomen *Paep al te laet* ei adhæſit. Obiit Harlemi, ex Eccl. ejus Necrologo 1605.

Anno 1616. a *Philippo Rovenio* conſtitutus Paſtor,

JOANNES SIMONIS, Grootbroeckanus, Theologus Col. per annos 30. Paſtor in *Hem*, defungitur ex calculo 27. Nov. 1647.

Poſt eum in *Hem*, *Wydeneſſe* & *Veenhuyſen* deſerviit,

Eadem Acta.

ALBERTUS BUYTENDYCK, ex ordinatione Capituli Harl. illic Anno 1648. die 14. Jan. conſtitutus; qui Paſtor in *Hem*, &c. poſt XL. Anno Paſtoritiæ curæ, obiit ibidem 5. Aprilis Anno 1688.

Et eo defuncto,

JOANNES BROEDER, Medenblicanus, Theologus Lovanienſis, anteà Paſtor *Wieringanus*.

W Y D E N E S.

Wydeneſſæ Caſtellum pridem, hodie vicus Parochialis, Collatores,

Wideniſſe Weſtfriſiæ Caſtellum fuit a *Florentio* V. perdomandis Friſiis excitatum Anno 1281. de quo in Rythmis *Stokias*. Sed mox poſt *Florentii* cædem a Friſiis obſidione cinctum, deditione acceptum, & ſolo æquatum. Vicus eſt hodiè veteri penè nomine inter Hornam & Enchuſam. Dudùm cujus collatio penes patriæ Principes, inſtitutio penes Weſtfriſiæ Præpoſitum.

Curam eam Anno 1514. tenebat

Paſtores, priſci, bona, proventus, &c.

D. LAMBERTUS VICILIUS, *Geervlietenſis* Canonicus, cujus Vice-Curatus

Mr. JOANNES JOANNIS.

Ad Curam hanc ſpectabant XI. jugera, valoris quodlibet IV. flor. Rhen. aggeris reparatio ad onus tamen ipſi erat.

Valebatque cum omni onere LX. flor. Rhen. cedebant XVI. aut XVIII. flor. Rh. annuatim.

B O V E K E R S P E L,

Boveker-ſpelii Tutelaris, Collatores, bona, priſci XVI,

Inſignis pagus, prima *Enchuſam* verſus in *Streea* Parochia, cui in veneratione eſt S. *Martinus*, Turonenſis Epiſcopus. Collatio pridem penes Romanum Pont. & Metropolit. Ultrajectij Capitulum alternis vicibus aut menſibus: inſtitutionem dabat Weſtfriſiæ Præpoſitus, ut Anno 1514. retulit D. *Joannis*, *Bernardi* fil. Vice-Curatus LIII. tum annorum.

Domus, ut & XVII. jugera Parochiæ erant propria, cum omni onere valentia annuè flor. Rh. Iidem Comites qui Paſtorem, Æditum etiam ſtatuebant, cujus muneri perticæ * tantùm deſtinatæ; is erat dicto anno D. *Nicolaus Gerbrandi*, Hornæ incola. Parochiæ huic deſervierat ab A. 1617. *Robertus Rodius*, ſeu *de Rode*, proximè memoratus, & poſt eum

* *roeden:*

& hujus temporis Paſtores,

HADDEMANNUS PALUDANUS, Sac. Theol. Bacc. form. Hagæ-Comitis defunctus 7. Aug. Anno 1648.

Haddemanni ſucceſſor, *Bovecarſpelii* vicum inhabitans Paſtor,

JOANNES JACOBI, S. T. B. form. ibidem defunctus menſe Jan. 1657.

JACOBUS SPRANGER, Hornanus, S. T. B. form. indè Paſtor in civitate Hornanâ, ubi & obiit 31. Aug.

MICHAEL BURGER, indè Paſtor in *Maccum*, vitâ defunctus 8. Martii Ann. 1678.

JOANNES ROSA, Dunkercanus, Theologus Lov. doctus ac religioſus Sacerdos. Sed curam, cui ad canos uſque inſudarat, ob temporum acerbitatem ruſticis ad ſeditionem concitatis deſerere coacto, à Col. Nuntio ſubmiſſus, Fr. *Hanſen*, Cruciger Monachus, qui antè in *Blockert* deſervierat. Obiit autem *J. Roſa*, *Nic. Donckeri* Paſtoris Amſtelodami adjutor ea in urbe.

G R O O T E B R O E C K,

Grootebroeckæ Pagi inſignis, virginum, Cœnobium, Parochia, Tutelaris, Collatores, bona, proventus,

Pagus prægrandis, jure municipii gaudens, cui pridem ex *Relat. Jac. La Torrii*, Cœnobium fuit Regulariſſarum S. *Auguſtini*, B. *Elizabethæ* viduæ dicatum.

Primaria Eccleſia, S. *Joanni Baptiſtæ* nuncupata erat, cujus collationem Holl. Comites dabant, inſtitutionem Weſtfriſiæ Præpoſitus; ad eam ædes Paſtoritia, XI. jugera, reddentia annuè circiter XXXV. flor. Rhen. annuè, præter XV. modios hordei XV. ſpectabant, cetera ex fidelibus oblationibus proveniebant; valebatque cum omni onere LXXII. flor. Rhen. annuatim.

Paſtor,

Paſtor A. 1514. D. THEOD. RICHARDI. In Eccleſia hac altare non unum erat munificè dotatum; inter cætera S. *Joachimi* & S. *Annæ* altaria, ut conſpicuum eſt ex his Domini *Petri Nicolai* Anni 1517. fundationis Tabulis ex Latino vernaculis, mihi a loci iſtius incolis Catholicis benignè ſuppeditatis, quibus Paſtor vicini pagi, ſc. *Cornelius Joannis*, Paſtor in *Twiſch*, dicto anno ſubſcripſerat;

In

Digitized by Google

In *den name ons Heeren*, *Amen.* Kennelyck en de openbaer zy een yegelycken deur deſen jegenwoordigen Inſtrumente publycq, dat in den Jaere nae der ſelfs Heeren geboorte, duyſent, vyf hondert en ſeventien, de vyfſte indictie, den eerſten dagh deſer Maents Julii, te vyf uren nae middagh, ofte daer ontrent, des Pauſdoms van onſen alderheylighſten Vader ende Heere in Chriſto, Heer *Leo*, by Goddelycker voorzigtigheyt van dier name de tiende Paus, in zyn vyfſte jaer, is in myn openbaer Notaris, ende der ondergeſchreve Getuygen, daer toe eygentlyck geroepen, ende gebeden tegenwoordigheyt perſonelyck geſtelt, die eerbaere ende voorſienige Man, Heer *Pieter Claeſz.* wonende onder de Juriſdictie van *Uytreght*, geſont van herten, en zyn verſtant wel gebruykende: aenmerkende door de gratie Godts, datter niet ſeeckerder is als de doot, en niet onſeeckerder als de ure van dien: en oock aenmerkende, dat hy den dagh zyns doots niet moghte waernemen; daerom heeft hy by die alderbeſte maenier, voege reghte ſaecke ende forme, ſoo hy alderbeſt ende craghtelyxſte gemogen ende behoort heeft, gemaeckt, ende geordineert zyn leſte Teſtament, ofte uyterſte wille, in manier hier nae volgende.

In den eerſten, ſoo beveelt hy zyn ziele Godt almagtigh zyn opperſte Schepper, met *Maria* de glorieuſe Maget, en het ganſche Hemelſe geſelſchappe: maer zyn lighaem heeft hy begeert gebroght te worden op die kerckelyke begraeféniſſe. *Item* den eerweerdigen Heer Deecken van Weſtvrieſlant, ofte die gene, die op die tyt zyn plaetſe ſal bewaeren, heeft hy beſproocken voor zyn milde aelmiſſen, een Hoorns gulde met een ſtuyver. *Item* heeft beſproocken, begiftight ende toegeëyghent het voorhuys van zyn woning, ſtaende in *Groote-broeck*; den altaer St. *Joachim* daer toe met twintigh guldens, loopent gelt, jaerlycxe renten, gaende uyt de vrughten en inkomſten van de Landen hier na beſchreven: te weten uyt drie ſtucken lants, gelegen in *Lutjebroeck*: van welke ſtucken lants naeſt lendens zyn, Ludolph Pieters aen 't eene ſtuck: Harcke Janſz. aen 't andere ſtuck, ende Aef Claes weduwe aen het derde ſtuck lants.

Item noch heeft hy beſproocken, toegeëygent en begiftight den altaer van St. *Anna* in *Groote-broeck*, het agterhuys van de ſelfde woninge, met daer toe achtien gulden loopent gelt, jaerlycxe renten, gaende uyt de vrughten en inkomſten van twee ſtucken lants, van welcke naeſte lendens zyn Pieter Janſz. aen het eene ſtuck, ende Catharina Claes, naegelaeten weduwe, van 't andere ſtuck lants. *Item* de overblyvende vrughten ende inkomſte van de voornoemde Landen, heeft den voorſchreven Teſtateur beſproocken om Godts wille tot reparatie ende gebruyck des voornoemden altaers.

Item naervolgende heeft hy beſproocken om Godts willen gegeven ende geſticht eenen Jacob Dirckſz. zynen Neve, de *uſufructu* en 't gebruyk waer van een ſtuck lants, leggende binnen de Banne van *Hooghcarſpel*: wiens naeſte lendens zyn Rembolt Janſz. aen de eene zyde, totter tyt toe dat hy vierentwintigh jaren out is, ſoo verre hy daer op wil ſtuderen ende ter ſcholen gaen.

Item de voorſz. Teſtateur heeft gewilt, dat daer nae in de plaets van den voornoemden Jacob ſal treden eenen Dode Claes, en oock mede tot zyn jaeren vier en twintigh toe, ſoo verre oock dat hy daer op ſtuderen ende ſchool gaen wille.

Daer nae heeft hy gewilt, dat die 't naeſte en de outſte van den bloede ſal ſuccideren, ende die vrughten ende inkomſten van dat voorſchreven ſtuck lants ſal genieten vyf jaeren langh, omme daer op te ſtuderen en ſchool gaan.

Item de voorſchreven Teſtator heeft gewilt, dat waert ſaecken dat eenige ſchedullen, 't zy in Duyts ofte in 't Latyn gevonden worden, in dit tegenwoordige Teſtament geleyt ofte geteyckent, dat het ſelfde, 't welck in de voorſchreven cedullen geſet ofte geſchreven ſal zyn, van gelycke maght ſal weſen, niet anders oft in dit ſelfde Teſtament geſchreven ende uytgedruckt waer. Maer zyn andere goederen al te ſaemen, ſoo wel roer als onroerbaer, heeft hy in manier van aelmiſſen, achtergelaeten zyn waerachtige erfgenaemen: behoudelyck nochtans dat ſelfde te mogen vermeerderen, verminderen, verbeteren ende veranderen, ſoo dicmael hem dat ſelfde goetduncken ſal. Daerenboven om alle deſe dingen getrouwlyck te achtervolgen, ende tot zyn behoorlycke effecten te brengen, heeft hy verkoren, gemaeckt ende geſet zyn executeurs, ende getrouwe diſpenſatoors, nu niet tegenwoordigh, noghtans niet anders of zy tegenwoordig waeren, die eerbaere ende voorſienige Mannen ende Heeren, *Simon* Paſtoor in *Hoogcarſpel*, ende *Simon Dirckſz.* Paſtoor in *Lutjebroeck*: ende *Andries Jacobſz.* een waerlyk man: gevende haer ende een yegelycken van haer volkomen maght in alles, omme dat jegenwoordige Teſtament ofte uyterſte wille te werck te ſtellen. Heeft oock de voorſchreven Teſtator gewilt, dit Teſtament craghtigh te zyn nae reghte als Teſtamenten, Codicillen, Brieven, ofte eenige andere uyterſte willen, met zulck reght als 't beſt ende craghtelijckſte ſal mogen geſchieden. Van welcke voorſchreven pointen alle te ſaemen, en elck in 't beſonder, die voorſchreven Teſtator van my Notaris ondergeſchreven heeft begeert gemaekt te werden een Inſtrument ofte meer, indien 't noot waere in de beſte form. Dit is gedaen binnen de Stede van Hoorn, ten huyſe van *Nyes Galeyn*: met myn daer tegenwoordigh zynde de eerbaere Mannen, *Jacob Clementſz.* en *Maerten*, by zyn gemene naem *Viſſcher*; burgers der voorſchreven Stadt van Hoorn.

Onder ſtont geſchreven en geteekent:

Ende ick *Matthys Pieterſz. vande Watwaren*, deur maght des Stoels van Romen openbaer Notaris: overmits ick by alle deſe dingen, ende oock een yeder in 't beſonder, ſoo als zy gedaen ende geſchiet zyn als vooren, met die voorn. getuygen jegenwoordigh, ende perſonelyk geweeſt heb, en dit ſelfde aldus geſien ende gehoort heb geſchiet te zyn: daeromme hebbe ick dit jegenwoordigh Inſtrument in deſe opentlyke ſaecken geſtelt ende geſchreven, met myn gewoonlyck merck ende naem onderteeckent, als van alle deſe, ende een yeder beſonder, tot getuygeniſſe gebeden ende verſoght.

Onder ſtont geſchreven:

Gecollationeert jegens zyn Origineele, geſchreven in Franchyn, in Latynſe ſpraecke, ende daer uyt overgeſet in Neerlants Duyts, ende bevonden te accorderen van woorde tot woort: Waer onder ſtont geteekent: by myn *Cornelis Janſz.* Paſtoor in *Twiſch*. In *margine* ſtont duſdanigh marck. . . . Noch lager ſtont: Gecollationeert jegens *Copiam Copie* geſchreven in pampier,

pier, wort bevonden daer mede van woorde t'accorderen. By myn *Gerbrant Reynierſz. Cloeten*, Notaris publiick binnen de Stede Enchuyſen, op den elfden dagh January, *Anno Domini* 1576. nae gemeen ſchryven.

Æditũus ex Holl. Comitum donatione Mr. *Henrici*, Præpoſitus Namurcenſis, cui abſenti indè veniebant x. flor. Rhen. annuè.

Paſtores a mutato regimine ab Anno 1617. municipio huic affuêre,

MEINARDUS PETRI, dictus etiam ſenior, ſexaginta circiter annis Paſtor in *Grootebroeck*, ibidem vitâ eſt defunctus 21. Decemb. 1670.

CORNELIUS KEESMAN, Grootbroeckanus, Sac. Theol. Lic. indè Paſtor & Archipresbyter Alcmariæ, ac Cath. Harl. Eccleſiæ Canonicus.

R. D. Mr. THEODORUS DE GROOT, S. T. B. f. obiit in flore ætatis zeloſiſſimus Paſtor in *Grootebroeck* 13. Sept. 1679.

PETRUS LETTEBOS, Amſtelodamenſis, Theologus Lovanienſis, perquam eruditus ac religioſus, indè Paſtor in virginum Cath. Orphanotrophio Amſtelodami, Vianæ è vitâ ereptus 9. Febr. 1705.

JOANNES VANDE VELDEN, Grootbroeckanus, Theologus Lov. S. T. B.

LUTTEKEBROUCK,

contractè hodiè, *LUTIESBROECK,*

Luttekebrouckæ, contractum nomen, etymon, Parochia, Tutelares, Collatores,

quaſi anguſtioris paludis vicus Weſtfr. Cujus Eccleſia, in qua Patronus dudùm celebratur S. *Nicolaus*, ad collationem quoque Holl. Comitum erat, ut Anno 1514. affirmavit

D. SIMON THEODORI, qui curam eam adierat ex Gubernatricis donatione, & Weſtfr. Præpoſiti inſtitutione.

æditũus, poſſeſſio, reditus.

Parochia hæc cum omni onere valebat LIII. flor. Rhen. annuè ex IX. jugeris & VIII. modiis hordei. Ei inſuper ædes erat paſtoritia.

Priſci,

Ad æditui munus, cujus collatores quoque Holl. Comites, medium jugeri ſpectabat; valebatque cunctis computatis x. flor. Rhen. annuè.

Illic a nota defectione Paſtores egêre,

& hodierni Paſtores.

Mr. GERBRANDUS SAXONIUS, Paſtor in *Luttekebrouck*, defunctus 1629.

Mr. MEINARDUS THEODORI, S.T.B.F. vitâ defunctus 17. Febr 1668.

GUILIELMUS NIEUKERKEN, qui obiit in *Luttekebrouck*, Paſtor ibidem 19. Martii 1678.

ANDREAS VAN BIESEN, Paſtor in *Luttekebrouck*, obiit 15. Maji 1681.

VOLKARDUS ROOS, Hornanus, Theologus Lovanienſis, qui obiit in *Luttekebrouck*, 9. Febr. 1713.

GERARDUS DE VOS,. Ultrajectinus Theologus Lov.

HOIGEKERSPEL,

vulgò, *HOOGKERSPEL,*

Hoogkerſpelii titus, Tutelaris, Collatores

Quarta intra *Strekam* Parochia, S. *Laurentio* Martyri nuncupata, cujus Paſtorem pridem deſignabant Hollandiæ Comites, Weſtfriſiæ Præpoſito dante inſtitutionem, ut Anno 1514. teſtatum fecit D. SIMON, al **magnus Friſo* appellatus.

Paſtoris, & æditui proventus.

Domus Parochiæ huic, & LXVIII. jugera erant, reddentia LXV. flor. Rh annuè; valebatque cum omni onere LXXX. flor. Rh. annuatim.

Æditũo, quem patriæ quoque Principes ſtatuebant, XXVII. flor. Rhen. obveniebant ex agrariis fructibus.

Is fuit *Joannes*, *Frederici* fil.

Paſtores, qui Parochiam hanc unà cum *Weſtwouda*, & *Binnewyſen* a mutato regimine curavere, infrà dabimus.

WESTEYND,

Suburbii Gommerskerſpellani

Suburbium Enchuſæ ad occaſum, *Gommerskerſpel*, ex *Ezb. Hooſdio*, olim appellatum, quaſi S. *Gommari* Parochia, & Fanum Occidentale hodié-dum a ſitu appellatum, de quo ſupra ſub *Enchuſa*, quod ab Anno 1351. ſeu 1370. cœptum quoad partem ſc. Orientalem quidam autumant; licet alii & illud Anno 1427. demum extructum exiſtiment; Anno 1462. juxtà alios 1486. aut 1500. ſeu 1519. (ſic variant monumenta) abſolutum. Anno 1522. ad Borealem partem vitrum Fraternitatis ſumptibus, a *Georgio* Delphio confectum. Vitrum ad Auſtralem partem ſeptem antea annis a Dordracenis donatum.

Sacellum grande,

In ſuburbio hoc *Gommer-Kerſpeliano* Sacellum grande ſub Annum 1424 ex adverſo ædis *Turgæ Caput*, vernaculè *het Turckshoofd*, ubi nunc Schola eſt, exſtructum, S *Joanni*, juxtà alios, S. *Stephano* dicatum fuit. Poſtmodum & minor Capella ad foſſam tabernæ, ubi Roma expoſita, ad Ortum juxtà terram dudùm *Weſtphalicæ* genti propriam, in qua ſine altaribus crux ſola fulgebat, ædificata eſt in ea, ut fama eſt, a portâ urbis diſtantiâ, ac *Calvaria* diſtat Jeroſolymis. Illic prætereuntes, ſtante Cath. ritu, orationes fundere, ſemelque in anno cùm ſupplicatio fieret Miſſa peragi ſolita.

minor Capella,

Statio Cath.

Statio in eodem ſuburbio ab Anno 1617. Catholica, quam primus tenuit

Paſtores.

AUGUSTINUS WOLFIUS, natalibus nobilis, Sac. Theol. Lic. qui varias hîc captivitates aliaſque perſecutiones ſuſtinuit, de quo fuſius *Bat. Sacr.* part. 2. p. 449.

Hujus ſucceſſor fuit

PETRUS POELRYCK, Hornanus, S. T. B. F. de quo ſub Hornâ: & ipſo Hornam evocato,

NICOLAUS CORENIUS, Borealis Holl. Sac. Th. Bacc. Form. ſenex ibidem Paſtor defunctus 24. Aprilis 1690.

JACOBUS FUTSIUS, Monachodamus, Theologus Lov., atque illo poſt 6. annos indè amoto, Anno ſc. 1697. & Coſfeldiæ in Weſtphaliâ mortuo,

JOANNES SCHAGEN, Lamberto-Schagenſis, Theologus Lovanienſis.

WESTWOUDE.

Weſtwoudæ, antiquæ Parochiæ, Tutelares, Collatores, priſci ævi Paſtor;

Weſtwoudæ Templum a temporibus Gentilium fuiſſe, multorum fert opinio, petita ex hac ad Fanum inſcriptione, 333.

Alii probabiliùs ædificatum illud ac conſecratum volunt à S. *Bonifacio*, Friſiæ præcone, ad Annum Dom. 733.

S *Martino*, Turonum Epiſcopo, ex Jac. La Torrii *Relat. Rom.* dicata fuit Eccleſia, cujus Rectorem quoque nominabant Holl. Comites, a Weſtfriſiæ Præpoſito inſtituendum. Hujus Rector Ann. 1514. D. JACOBUS, *Rombouti* fil. XLIV. tum annorum, qui annis abinde x. curam eam impetrarat ex Præfecti Belgii donatione. Ei ex agrariis fructibus v. libræ gr. annuè erant incertis. Nulla Parochiæ domus propria, ſed VI. jugera. Valor ejus cum omni onere annuus L. florenorum Rhen.

ejus, & æditui bona ac proventus.

Æditũus ex Comitum Holl. collatione *Theodorus Grootebroucanus*, cui penſio exigua ex tribus jugeris valoris non magni.

BIN-

Digitized by Google

BINNEWYSEN,

Binnewyſen ex Sacello in Parochiam erecta.

Ejuſdem tractus vicus, *Weſtwoudanæ* pridem Parochiæ erat ſubditus.

At cum incolis vici iſtius perdifficile eſſet, ob venti, aquæ exundantis, ac hyemis tempeſtatem, Parochiam iſtam frequentare, Paſtor Weſtwoudanus, *Martinus Alberti*, Medenblicanus, A. 1459. menſe autumno conſenſit incolis iſtis, ut Sacellum, coëmpto in hoc fundo, ædificare eis liceret.

Anno autem 1484. Capella hæc, conſentiente Domino *Joanne Everardi* filio, Weſtwoudano Paſtore, in Parochiam erecta, à Weſtwoudana Eccleſia diſtracta fuit per Weſtfriſiæ Præpoſitum, juxtà hoc Maximiliani & Philippi, Auſtriæ Ducum ac Holl, Comitum Diploma:

MAximiliaen, ende Philips, by der gratien Gods Ertshoge van Ooſtenryck, van Borgongien, van Lotryck, van Brabant, van Limburch, van Lutſemburch, ende van Gelre, Graven van Vlaenderen, van Artoys, van Borgundien, Palatyn van Henegouwe, van Hollant, van Zeelant, van Namen, ende van Zutphen, Marckgrave des Heyligen Rijcks, Heere van Vrieſlandt, van Salms, ende van Mechelen, doen cont allen luyden; Alſoo onſe Onderſaten van onſen Prochie van *Binnewyſen*, in onſen lande van *Weſt-Vrieſlandt*, ons getoont ende te kennen gegeven hebben, hoe dat by den ſtormen ende onweeder van regen, wynde, vorſte, doye ende hoge water, inder tyde vanden winter, de wech die zy tot hoer Prochie-kercke gaen ende varen moeten, dickwyle ſoo quaet ende diep is, dat zy qualic op wagenen, paerden, te voet, noch te ſchuyten commen en mogen, ſoo dat zy menichwarven den dienſten Gods hebben verſuymt, ende tot diverſche ſtonden t'anderen tyden vele menſchen ſonder Biechte, Sacramenten, ende kynderen ſonder *Criſdomme* geſtorven zyn, 't welcke de voorſchreve Supplianten om alduſdanige ende gelycke [a] inconnementen te verhoeden, de Deecken van *Weſt-Vrieſlant* te kennen gegeven hebben, biddende om [b] *abſiſie*, ende dat zy van den Cappelle die zy hebben in der voorſchreven Prochie, een Prochie-kerke ſoude mogen maecken, daer zy bet ende lichtelicker ſullen mogen commen verſoucken de dienſten Gods ende Sacreficie, diame die by conſent van Heer *Jan Evertſoon*, hoer Cureyt ende Paſtoor, hunluyden dat belieft ende geconſenteert heeft. Indien wy als Patroon ende Ghiftere vander voorſchreven Prochi-kerke van *Binnewyſen*, dat mede ſoude willen bekennen ende conſenteeren, daer de voorſchreven Supplianten ernſtelyck ende ſeer ootmoedelyck ons omme bidden ende verſoecken; ende want wy eerſt geſien hebben de certificatie vanden conſente, ons overgebrocht van den voorſchreven Deecken ende Paſtoor, in augmentacie van den voorſchreven dienſte Gods ende Sacrificie, dinme oock overmerckende dat by den voorſchreven *abſiſie* de voorſchreven inconnementen van onſen voorſchreven onderſaten verhoet ſullen worden. Soo iſt dat wy, als Patroons ende Ghifters van de voorſchreven Prochiekercke van *Binnewyſen*, de voorſchreven *abſiſie* ende [c] ofzydynge belieft, ende de voorſchreven onſe onderſaeten geoctroyeert ende geconſenteert hebben; octroyeren ende conſenteren mit deſen tegenwoirdigen brieve, dat zy van der voorſchreven Cappelle hoir Prochiekerke ſullen mogen maecken, ende aldaer voortaen hoir Sacrament, *Criſdomme* ende Doop halen, ende die dienſten Gods van [e] *Meteren*, *Miſſen*, *Veſperen*, *Completen*, *Predicatien*, ende andere te verſoucken ende te hooren, gelyck zy plogen hebben te doene totter ander Prochie-kercke boven genoemt, behoudelyck altyt van deſer Prochie-kerke als van d'ander, de diſpoſitie van onſe Patroonſcap ende ghifte, ende tot allen tyden, als die vaceeren ende verſchijnen ſal, daer van te gebruycken, of by onſen Stedehouder die nu is of namaels weſen ſal, te doen ghebruycken alſt behoort; Gebieden ende bevelen allen onſen Juſticieren, Officieren, dienaeren, ende onderſaeten, dat zy van deſen Octroye ende conſente hunluyden gehengen, doen ende laten gebruycken, ſonder hun te doen of te laten geſchien eenigerhande hinder, letſel oft moeyeniſſe, ter contrarie: want het ons alſoo belieft ende gedaen willen hebben. Des t'oirconden ſoo hebben wy onſen zegel hier aen doen hangen, opten 24. dach van October, in 't jaer ons Heeren 1484.

[a] anders inconvenienten.
[b] and. afſcheydinge.
[c] a. affſcheydinge.
[e] a. Metten.

Divus Tut.

Eccleſia hæc, D. *Hieronymo*, S. Eccleſiæ Doctori, nuncupata fuit, cui & dicatum primum altare; altare alterum dedicatum alteri Sancto, cujus non eſt memoria.

Collatores.

Collatio Eccleſiæ hujus penes Holl. Comites, inſtitutio penes Weſtfr. Præpoſitum erat. Primus a memorata diſtractione Paſtor illic Anno 1514.

Priſci temporis Paſtor.

PETRUS JOANNIS, cui ægroto & abſenti ſubventum per D. *Reynerum*, *Bernardi* fil Sacellanum.

Reditus, encœnia;

Reditus Paſtoris in certis annuus XIX. flor. Rh. ex incertis ferè totidem. Vicani æditumm, nil certi habentem, conducebant.

Encœnia loci, ex Diplomate Traj. Epiſcopi & Weſtfriſiæ Præpoſiti, aſſignata fuêre Dominicæ Ia. poſt S. *Petri Vincula*.

Parochias *Hoogkerſp. Weſtw.* & *Binnew.* poſt immutatum regimen conjunctas curavêre,

ejus, & duarum conjunctarum Parochiarum Paſtores.

JOANNES BRASSEMIUS, Hornanus, Sac. Theol. Lic. poſt XII. annis operam illic impenſam, Paſtor creatus Hornanus.

JOANNES VAN DORT, Congr. Orat. ſacerdos, Paſtor illic per annos XII.

NICOLAUS VAN NECK, Amſtelodamenſis, S. T. B. Form. ab Anno 1656. Paſtor in *Hoogkerſpel*, &c. Amſtelodami moritur 20. Maji 1668.

LAURENTIUS BERGER, Medenblicanus, Sac. Theol. Bacc. Form. Paſtor in *Hoogkerſpel*, ab Anno 1669. obiit 14. Aug. Ao. 1679.

THEODORUS SPOORS, Ilpendamo-Batavus, aliis Purmerendanus, Theologus Lovanienſis, ab Anno 1679. illic hodiè-dum Paſtor.

OOSTWOUD,

Ooſtwoudæ, Patronus, Collator, Proventus, onera.

Conterminus Medenblicæ Weſtfriſiorum vicus, Patrono gaudens S. *Gandulpho*, de quo *Bat. Sac.* part. I. pag. 30. Parochiæ hujus collatio ab Holl. Comite, inſtitutio a Weſtfriſiæ petebatur Præpoſito: ad eam in certis pertinebant XVI. jugera, reddentia ſingula II. flor. Rh. annuè, quorum magna pars aggerum reparationi impenſa: valebat autem cum omni onere L. flor. Rh. annuè, ut Ao. 1514. teſtatum fecit ejus Eccleſiæ Parochus, D. *Thomas Saelius* LXV. tum annorum.

Æditui muneri, quod eo anno tenebat D. *Paulus Tibrandi*, Medenblici incola, addicta V. jugera.

WARFARTSHOEVE, vulgò, *WERVERSHOEVE*,

Wervershoeve, Etymon, Collator, cenſus.

A S. *Werenfrido*, Divo Tutelari, cujus mentio *Bat. Sat.* part. I. pag. 51. & Eccleſia ei ſacra, denominatus Weſtfriſiæ pagus: cujus donatio & inſtitutio penes eoſdem; uti Ao. 1514. curam hanc eâ viâ obtinuit D. *Joannes Severini*, indè abſens gaudens III. libris gr. annuè, cui ex agrariis redditibus veniebant annuatim V. libræ gr. Æditums ab hominum memoria ibi non vixerat.

OPPERDOES,

Opperdoes, cui anneхa pridem Eccleſia, vicinorum locorum Paſtores.

Cura Medenblicæ dudùm annexa, cujus & Curionem *Perſona* Medenblicenſis dabat.

Fidelibus prædictorum pagorum curandis jam dudùm præfuere,

CORNELIUS GRATIANI, & alii. *Bat. Sacr.* part. 2. pag. 456 enumerati.

by Google

ADDENDA VEL OBSERVANDA

AD

HIST. EPISCOPATUS HARLEMENSIS.

EPitaphium *Nicolai Novaterrani*, I. Harlemorum Epiſcopi, poſitum in tumulo ejus ad S. Servatium Ultraj. ante ſummum altare, ſerius nacti, demùm dedimus pag. 76. Putarem in eo reſtituendum Cal. *Jun.* loco Cal. *Jul.* Conſonat hic dies obitus ipſius, dici a *Valerio Andr. in Bibl. Belg.* aliiſque a nobis relatus p. 23.

En aliud Epitaphium, ſeu vice Epitaphii Carmen funebre, quod vetus amicus eidem Epiſcopo cecinit:

Nic. Novaterrani, I. Harl. Epiſc. Epitaphium.

Reverendiſſimi in Chriſto Patris D. NICOLAI à NOVATERRA, primi Epiſcopi Harlemenſis ac Prælati Hæcmondenſis ad hoſpitem ſpectatorem, Epitaphium:

Carmen funebre prolixius,

SI forte addubitas ſpectator, ſique requiris
Sollicitus, cuja hoc ſub lapide oſſa cubent?
Non te ſuſpenſum ſinuoſâ ambage tenebo,
Nec ſine te monitis hoſpes abire ſinam;
Ille ego mundanos qui ſero intelligo fucos
Aulaque quos fumos vendere clauda ſolet:
Hic Novaterranus duplici ultro exutus honore,
Obſcuro jaceo ſcilicet in tumulo.
Quid juvat Harlemi primæ data gratia Mitræ?
Quodque Hæcmondanis præfuerim monachis?
Si vana ex vanis hominum perſuaſibus orta
Mecum unà in cineres gloria tota cadat?
Hei mihi quam verum eſt (quamvis reclamat avarus)
Contentus modicis qui latet, ille ſapit.
Sed minus hoc ſero canitur mihi, tu utere porrò
Doctus ab exemplo commonituque meo.
Et quia tot laqueos tendit, tibi proſpice, mundus,
Ne te magnificis decipiat titulis.
Non ambire velis, non ſollicitare cathedras.
Felix obtruſas ſi renuiſſe potes.
Quò tibi ſuggeſtum, ſi non conſcendere curas?
Si non doctoris fungeris officio?
O utinam Mitra nunquam fulſiſſet & auro
Quiſquis commiſſas non bene pavit oves!
Hæc obiter, Superis animam cæloque ſubinde
Commenda, ex fato, ſed meliore vale.

Ex Muſæo E. M. veteris amici mæſtus ſcribebat.

Ejuſdem brevius,

& aliud brevius.

NICOLEOS mytræ jacet hic exutus honore,
Sed mytræ interea ſpem melioris habet.

Godefr. Mierlot, alterius Harl. Epiſcopi conciones in Cath. Harl. Eccl. habitæ;

Deſolatæ Batav. nuperus Scriptor Dominicanus Belga refert pag. 60. quod ex eodem Ordine aſſumtus *Godefridus Mierlous*, alter Harl. Epiſcopus in Cathedrali ſua Eccleſia die SS Sacramenti, quo ſæviſſima ibi, ut p. 27. diximus, ſtrages edita fuit, mane ejus diei doctiſſimam Concionem habuerit in hæc verba Chriſti, Joan. 12. *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet.* Sermonem, quem die B. V. Aſſumptæ eadem in Eccleſia, tum luſtricis ritibus expiata, Epiſcopus hic habuit, memoravimus pag. 17.

Epitaphium Antiſtitis iſtius, Daventriæ dein mortui & in primaria ibi S. Lebuini Eccleſia conditi, fruſtra illic a conſpicuis viris quæſitum (cruce unicè tumulo inſculpta inventâ) ſic reddidit idem *Deſol. Bat.* Scriptor pag. 111.

in D. Lebuini Dav. Eccl. conditi Epitaphium.

SIMPLICITER ET RECTE
GODEFRIDUS A MIERLO,
RARÆ DOCTRINÆ, ADMIRANDÆ
MANSUETUDINIS, AC HUMANITATIS ANTISTES.
OBIIT XXVIII. JULII MDLXXXVII.

Ad *pag.* 31. ubi actum de Dominicanorum Harlemi Cœnobio, ex *Deſol. Batav.* Scriptore p. 56. addendum:

Dominicanorum Cœnobii fundatores, ſitus, conflagratio una & altera.

Conventus hic, circa Ann. 1247. a *Guil.* Rege Rom. fundatus, & a *Florentio* ejus filio plurimum adauctus (non tamen magno reditu, ut malè *Boxhornius*, cum nullos tum adhuc Ordo admitteret) adjacebat aulæ Comitum Holl.

[Variis fortunæ caſibus & mutationibus obnoxius fuit p. 59; nam Anno 1347. in feſto S. Odulphi * Martyris horrendum accidit incendium, a quo vix ullum ædificium in tota Civitate Harlemienſi intactum evaſit.

Iterum Anno 1351. in feſto diviſionis Apoſtolorum flamma mediam ferè Civitatem, domum ſenatoriam, Conventum noſtrum & Palatium Comitum Hollandiæ ipſi contiguum abſumpſit.

Guilielmus Bavarus, Hollandiæ Comes condolens infortunio noſtro, huic Conventui magnam combuſti palatii partem contulit ad egeſtatem noſtram aliqualiter ſublevandam.

Reſtauratio.

Cœperunt igitur Patres noſtri prædicti combuſti palatii partem, & deſolati Conventûs ſui ædificia reſtaurare: ſed cum tam exiguo progreſſu, ut Rmus P. *Leonardus de Manſuetis*, totius Ordinis noſtri Magiſter Generalis Anno 1478. Peruſii in Capitulo Generali omnes Chriſti fideles, qui pro ſtructura hujus Conventûs manus porrexerint adjutrices, participes fecerit omnium bonorum operum totius Ordinis.]

Roſarii & S. Annæ ſatelitium;

Præter *Roſarii* ſateliitium, Ordini iſti præ ceteris peculiare, viguit in eo Fraternitas S. *Annæ*, Matris SS. Dei genetricis, quam Innocentius VIII. pluribus Indulgentiis ditavit, ab Alexandro VI. confirmatis.

Sortem aliarum ædium Sacrarum ac Monaſteriorum ſub ichonomachiæ tempora ſubiit quoque Conventus iſte.

Bona Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum civibus data fuerunt in compenſationem, ut ajebant, damni ipſis illati in obſidione Anni 1573.

* Perperam hic *Martyr* dicitur, qui tantummodò Confeſſor, cujus vitæ ſeries data *Bat. Sac.* part. 1. p. 105.

Con-

Digitized by Google

fore, immentario,

Conventus iſte verſus fuit in palatium Principis Auriaci: ædificia illius, quæ etiamnum ſuperſunt, quondam eximium Fratrum Dominicanorum domicilii ſplendorem indicant. *Guicardinus* in deſcriptione Civitatis Antverpienſis, agens de pictoribus, narrat temporibus ſuis Harlemi in aula Principis, *quondam Conventu Jacobinorum*, in maximo pretio fuiſſe picturam quamdam, depictam à *Lamberto Amſtelodamenſi*, repræſentantem effigies Equitum Jeroſolimitarum ad vivum expreſſas, inter quas pictor effigiem ſuam etiam depinxit.

Picturà maximi pretii.

Subjectio.

A primordiis Provinciæ Teutonicæ ſubditus Conventus hic, Saxoniæ Provinciæ Anno 1301. unitus, ſub ea permanſit ad Annum uſque 1460. quo reformatus, & Holl. Congregationi aggregatus, Anno 1515. novæ Provinciæ Germ. infer. annexus, ſub ea Provincia perſeveravit uſque ad ejuſdem Anno 1579. jam memoratum excidium.

Reformatio.

Ann. 1469. 16. Febr. Conventus hic reformatus & ad vitam regularem reductus eſt per R. in Chriſto Patrem ac D. *Guilielmum*, Epiſc. Sareptanum, *Davidis de Burgundia*, Traj. Epiſc. a Sede Apoſt. principaliter delegatum, ſubdelegatum.

Fr. *Raphael de Leodio* Ius Prior inſtitutus fuit in reformatione.

Priores.

P. *Jo. Henricus Bergeyck*, Conventus hujus Prior Anno 1571. in Capitulo Prov. Germ. infer. in Conventu iſto tum habito præſedit.

Comit. Holl. in ædibus Carmel. Tabula, fabulis plena eſt.

Quæ de Comitum Holl. depicta Tabula in Cœnobio Carmel. Harlemi pag. 33. dicuntur, verbis *T. Schreveli ex Harlemo* ſuo pag. 15. ſimpliciter ſunt relata; quorum origini, ut ipſe non firmiter aſſentiri ſe innuit, ſic eandem Tabulam ego habeo ut meram fabulam, magis adhuc quam ex *Henoch* ac *Elia*, & ex Paradiſo ipſo petitam Carmelitarum ipſorum progeniem.

Ad *Slotam* pag. 58.

Slota, etiam *S. Pancras*, dicta; & quare?

Pagus hic milliari uno Amſtelodamo diſſitus, antiquitus S. *Pancras* * dictus eſt; quia Eccleſia ejus Divo iſti, cujus oſſa & cranium ibi ſervata & in feſto ejus die a Paſtore populo exhiberi ſolita, dudùm nuncupata.

Ad *Beverwici* Canonic. Regul. Cœnobium pag. 61.

Bevervicani Cœnobii Rectores alii adnumerandi.

Præter recenſitos Cœnobii ejus illic Rectores, & hi poſtmodùm innotuere:

A. 1420. JOANNES DE KEMPEN, Prior.
1543 ARNOLDUS PETRI STOL, Prior.
THEODORUS AB EGMONT, Supprior.
ALBERTUS DE ALCMAER, Procurator.

Ad *P. Opmeeri* ſub *Wormeria*, pag. 65. deſcriptionem, hæc jungenda:

Wormeriæ ſtatus antiquus, & hodiernus.

Wormeria a parte Orientali quondam ſtagnum, nunc exſiccatum, cui de *Wormer* nomen, vulgò d' *Enge Wormer* dictum, dein de *Wye Wormer*, ulterius ad Ortum: a parte Occidentali quondam ſtagnum, nunc exſiccatum, cui nomen *Schalſmeer*.

Ad pag. 76. ſub Egmunda,

Capellania illuſtratæ, cujus Collatio penes Abbatem Egm.

Ubi de *Capellaniis*, quarum Collator Abbas Egmondanus; *Capellania*, ſeu *Vicaria* S. *Joannis Evang.* de qua mentio pag. 76. ſub initium, pridem fuit in Alcmariana Eccleſia; de qua vide pag. 82. col. *b.* lin. 12.

Per *Vroen* ibidem, videtur intelligenda *Veronus*, de qua pag. 150. Ad vicinas quippe Eccleſias jus conferendi erat Abbati Egm. Per *Schoris* ibid. intelligend *Schorel*, de quo vide pag. 87. Per *Hencheloe*, intellige *Huntſeloe*, hodiè *Huntſel*, ubi olim Sacellum D. *Cornelio* ſacrum, & ſub ejus nomine *Capellania*, cujus Collator Abbas Egm. de quo vide pag 424.

Situs, & ſtatus præſens Clauſtralis.

Pag. 77 col *a.* paulò poſt medium ex Papenbrochio in Actis SS ad 25. Junii p 96. error eſt, non ſolùm in D Petri litteris ferè Græcis ad ejus effigiem Græcanico more a ſummo deorſum uſque ductis, a nobis reſtitutis; verùm etiam in ruinis templi Clauſtralis in hunc modum perperam deſcriptis: *Supereſt tamen pars craſſæ turris ex topho conſtructæ, & templi pars inter geminarum turricularum ruinas cum ſuprà fronte S. Petri rubro in marmore effigie inter Theodorum VI. ac matrem ejus Petronellam viduam:* error hic utcunque a nobis in notis marginalibus ad pag. 75. reſtitutus, ſic plenè reſtitui debet:

Supereſt ex duabus turribus una integra, & alterius pars quædam, ac intermedius templi murus, ſeu ejus particula qua turres cohærent, in qua ſupra portam rubro in marmore S. Petri effigies inter geniculantes Theodoricum VI. & matrem ejus Petronellam.

& Parochialis apud Egmondam Eccleſiæ.

Ad Boream hæc Clauſtralis ædes erat, jactu tantùm lapidis a Parochiali baſilica, quæ, ut in marginalibus notis pag. 78. dictum 1589. die 25. Junii aere ſereno concidit, Choro ac turri etiamnum perdurante.

Ad pagum *Lymmen*, pag. 73.

Eccleſiæ in Lymma Donatio per Baldricum, a

Inter alias Donationes *Baldrici*, Traj. Epiſcopi ejus nominis xv. ſub *Wilb. Heda* ab *Arn. Buchelio* repræſentatas pag. 79. & ſeq alia eſt mihi de Eccleſia in Lymma Donatio ſub Wilhelmo Ann. 1057. Kal. Nov. renovata hujus tenoris.

Piæ memoriæ donatio *Baldrici* Ep. omnibus modis, Eccleſiæ de Lymma:

Hujus loci honori conſulentes & utilitati, cum in prædio quodam, quod ipſe fratribus noſtris dederat Eccleſia non eſſet, & Epiſcopus Trajectenſis, eo quod in ſuo Epiſcopatu prædium jaceat, decimam ſibi vendicaret, conditionem ſubiit hujuſmodi:

Wilhelmo Traj. Epiſc. ſub certa conditione renovata.

DUas Eccleſias pertinentes ad Epiſcopatum Trajectenſem, quarum alteri *Berga* nomen eſt, & alteri *Lymma*, ſitas autem inter hujus Parochiæ terminos has idem Dominus *Baldricus* emancipavit & liberas reddidit ab omni ſervitio Epiſcopali quod deberent tum ſibi tuam, ſucceſſoribus ſuis. Quamobrem permiſſum eſt ei a prædicto Epiſcopo, D. videlicet *Adelboldo*, Eccleſiam in illo prædio conſtruere, cui nomen eſt *Leuderkerca*. Ad quam ab ipſo * invitatus, eam conſecravit, omnemque illam decimam emancipatam & abſolutam ab omni jure, quod tam ipſe in ea habere quam ſucceſſores ſui habituri viderentur ad eamdem Eccleſiam, Epiſcopali auctoritate & perpetua immunitate determinavit, conſtituto, tamen ut ſervitium ſuum ſolveret Epiſcopo. Placuit autem ſucceſſoribus eorum Dno Dietwino, item Trajectenſi Pontifici dono Wilhelmo piæ fraternitatis amore in unum coadunatis conditionem illam renovare, & in preſente Synodo in turibus cleri & populi publice recitare hic lacuna eſt res apud ſucceſſores in dubium & contentionem veniat, ſcripto firmatam memoriæ tradere poſterorum. Teſtes Gerardus Gobertus, Godertus Bernerus, Godeſcalcus Hubertus Archidiaconi. Ex laicis Comes Emmo Otto, Godefridus, Lambertus, Reginardus Humbertus,

* forte populo.

* Ex Priſc. Annot.

bertus, Wigmannus Comes Unruch, Hermannus Warnerus, & quicumque Synodo interfuere tam Clerici quam laici. Actum eſt hoc Anno incarnationis Domini MLVII. indictione x. Ego Franco Cancellarius recognovi. Data III. Kal. Nov. in Eccleſia S. *Mariæ*.

Extat adhæc hodie-dum Donatio Domini *Burchardi* Epiſcopi facta Eccleſiæ Beatæ Mariæ Trajectenſis de Eccleſia de Lymmen, de data Ann. 1108. cum ſigillo in cera alba.

Ad pag. 80.

Fons B. Mariæ, Cœnobium prope Arnhemum.

Sub medium, ubi *Walterus* ſe inſcribit Priorem *in fonte*, intelligendum ex p. 118. verſus finem *fons B. Mariæ* prope Arnhemum, ubi Prior Cœnobii iſtius Ann. 1444. *F. Johannes de Broekholdia.*

Ad pag. 82.

Ubi de Capella D. Virg. Alemariæ ſermo eſt, habe Chartam ipſam vernaculam MS.

Bona ac reditus Capellæ D. Virg. Alcmariæ.

Item, zekere goeden ende Renten toekomende onſe Vrouwen Capelle binnen der ſteede tot Alckmaer, gegheeven van eenen goeden luyden puyr om Goods willen tot onderhout van Goods dienſte, die binnen den voorſz Capelle dagelix tot Goods eer ende danchaerheyt volbrocht ende ghedaen, mit alder eer ende waerdicheyt, dagelix drie Miſſen als blyct.

Inden eerſten vyff pont groot gegheeven van Heer Jan van Wyeringhen, welke ons wytreykende is Gerrit Reyers wedue mit hoer kinderen, woonende to ſchagen up die Neſſe.

Item, noch van den ſelvenden Heer Jan twe pont groot, wytreykende een genaemt Theus Zeegerſz, Cornelys Dirckſz, Jan Freryckſz, Dirck Dirckſz, wonende up Langhedyck binnen die banne van Broeck.

Item, noch vier en twintich ſtuyv. up Gerryt Janſz huyſe up Vromken-oort, binnen der ſtede van Alckmaer.

Item, noch 13. ſtuyv. up een huys in ſinte Pieterſtraet bewoont mits twe Maechden.

Item, noch zes ſtuyv. up een huys in ſinte Pieterſtraet.

Item, hier en booven zeekeere aelmiſſen ende hantreykelycheyt, die ons ghemoet van eenyghe goede luyden, doer welken wy onderhouwende dagelix drie Miſſen, alle Sonnendagen ende Apoſtelen daghen een Sermoen tot Goods dienſt ende onderwys der ghueder ghemeente tot Alckmaer, mits dinxdaechs ende ſaterdaechs een ſinghende Miſſe mits orgelen ende loff ſangen, Gode ter eeren ende ſyn gebenedide moeder Maria, alſt dat betaemt.

Item, zeekere laſten daer wy ter contrary deoſen jaerlix beſtaen wyt te reyken.

Item, in den eerſten thien Karolus gulden ſtaende ten lyve up een Suſter, binnen dat Oudehoff der ſteede van Alckmaer.

Item, noch zeeven gulden ende een halff ſtaende ten lyve een Maeght, woonende up die Huele binnen der ſteede tot Alckmaer.

Dit ſyn voorſz die laſten daer dat Cappelle mede belaſt is, twelck mit niet begonnen is, wytgeſondert eenyge zeekere hantreylicheyt der goeder luyden, ende byſonder des eerwaerdigen Aelbert, Aeriaenſz tot Haerlem, die uns fundatoer en principael weldader is geweeſt.

Altaria & Vicariæ in Alcmariana Eccleſia.

D. PETRUS BALGEN, Presbyter Conventus, mediæ aulæ nomine, in Alemaria, Beneficium ad S. Gangulphi altare in Alcmariana Eccleſia annexuit ſub Annum 1544.

In eadem Eccleſia ad Aquilonem, Presbyterorum erat altare cujus poſſeſſor Ann. 1544. D. ARNOLDUS SIMONIS.

Ædes terminariæ, quas Alcmariæ PP. Dominicani tenuere.

Habebant & Patres Prædicatores, juxta *Deſolatæ Bat.* nuperum ſcriptorem p. 68. Conventûs Harlemienſis domum Alcm. juxta magnam Eccleſiam (quam incolæ *Domum Patrum*, *het Paterhuys* vocabant) ab uno Patre terminario & uno Fratre converſo inhabitatam, quam Sacrorum deformatores vi occuparunt.

Anno 1541. habitabat ibidem P. *Conrardus Simeens* terminarius, & F. *Judocus van Zoeteud* Converſus, ut patet ex Teſtamento cujuſdam pii civis Alcmarienſis, qui eis Eleemoſynam quamdam legavit.

Quædam Fundationes & eleemoſynæ, ex præfacta Charta MS. fundando Alemariæ de quo p. 85. Xenodochio deſtinatæ.

Bona ac Cenſus Xenodochio Alcmariæ fundando deſtinati.

Dit ſyn zeekere aelmiſſen die ons tot ſtichtinge van dat toekomende *Gaſthuys*, van eenyge goede luyden toe geſchikt ende puyr om Goeds willen gegheven, up alſulke conditien, waer dat voorſz Gaſthuys gheen effect ſorteert, wy die ſelvede penningen ofte goeden zullen weeder reſtitueren in handen der gheenre die ons alſulx weldadich ſyn geweeſt.

Inden eerſten twehondert Karolus gulden van een genaemt Wouter Jacopſz, burgher binnen der ſteede van Alckmaer.

Item, noch van een ghenaemt Jacop Roelen, burgher der ſteede tot Amſtelredam, die ons te goede geſchoncken heeft, hondert Karolus gulden aen die coop vant huys, twelken principalelyken tot dat Gaſthuys gheordineert is, up alſulke conditie, waert tvoorſz Gaſthuys tot gheen effect en koemt, by dat voorn. huys weeder begheert te naeſten ende tot hem te neemen.

Item, noch een huys gecoft tot behoeff van dat voorn. Gaſthuys van een ghenaemt Harman Pieterſz, voor twehondert Karolus gulden ende neghen, waer aff die meeſte penningen noch ſtaen te betalen, hoewel wy daer aen die koop om des Gaſthuys wille, wel vyftich Karolus gulden tot voordeel gecoft is.

Item, noch by raet en conſent van die Burgermeeſteren ende volle geheele Rade van Alckmaer, tot fundatie van dat voorn. toekomende Gaſthuys te coſt gedaen mits tymmeragie, omtrent hondert Karolus gulden.

Item, hier en booven indien dat voorſz Gaſthuys tot effect kome, daer veel ſingulaer perſonen zyn, ſoe vrouwen ſoe mannen die ons zeekere goede aelmiſſen ende hantreycklyden toegeſeyt ende beloeft hebben, ende oock ons van die Burgermeeſters ende Vroetſcap der ſteede van Alckmaer, een beede doer die ſteede gegunt is. By den welken wy hoepen zulx te verkryghen, waer mede wy een goet beghin zullen beſtaen te nemen. By den welken, indient die K. M. onſen ghenadigen Heer, ons dat zelvede ghunt ende toelaet,

laet, wy dat hoopen ter goeder eyode, tot Goods eer, ende behulpelicheyt der ellendiger menſchen, duechdelyken te volbrengen.

Ad pag 83.

Petri Nannii, Alcmariani, a Mart. Schockio Reformatoribus annumerati.

Dixi fide M. *Schöockii*: quod novitiam Reformationem Alcmariæ ſtuduerit inducere *Cornelius Kooltuyn*, Alcmarienſis, Presbyter, adjutoribus *Laurentio Zas*, Alcmariano Paſtore, & *Petro Nannio*; ſic enim diſertè ſcribit Schookius, *procurante opus reformationis Petro Nannio.* Et ne dubium relinqueret, quem ibi Nannium deſignet, ſic loquitur pag. 449. "Inter profeſſores, qui reformationi faverunt, cenſendus quoque eſt *Petrus* "*Nannius*, Alcmarianus, vir doctiſſimus, atque "in Còllegio Buchlidiano (Lovanii) eloquen"tiæ Profeſſor meritiſſimus." Conjecturam ducit, *ex epiſtola dedicatoria Joannis Sartorii, præfixa ejuſdem Commentariolo de bono afflictionis*, edita Baſileæ 1548. *in quo ut Sartorius*, inquit, *liberè mentem ſuam detegit circa deformitatem Synagogæ Papanæ, ita hunc Nannium quaſi in teſtem vocat.*

Schoockii hujus fide, ut jam dixi, *Petrum Nannium* poſui, ut promoventem novitiæ Reformationis opus. Sed re deinde accuratius diſcuſſâ, nil reperi quare eum aut inter novitii dogmatis reformatores, aut reformationis ejus promotores collocarem. Theologica ipſius, id eſt,

Fides diſcutitur,

Paraphraſin & *Scholia* in *Cantica Canticor.* atque in *Sapientiam Salomonis* evolvi; nec inter legendum aliquod dogma fidei avitæ adverſum offendi; contra deprehendi eum in Canticorum Libello Virginitatis propoſitum, aliaque Cath. dogmata laudare.

Nihil hujuſmodi quoque retexi in Scriptoribus qui illius meminêre; ſcilicet nec in *Valerii Andreæ Bibl. Belg.* aut in *Faſtis ejus Academicis* pag. 280. neque in *Fr. Sweertii Athenis Belgicis*, nec in *Paulo Jovio* de *Viris Illuſtr.* neque in ipſo quidem *Joan. Jac. Hofmanni Lexico Univerſali*; qui contentus eum laudaſſe, quod *ſcriptis inclaruerit*, circa cetera nos remittit ad *Val. Andr. Bibl.* & *Paulum Jovium.* Illud ſolum occurrit, quod *Hiſpaniæ Index expurgatorius* Anni 1613. quæ in Scholiis ejus ad Sapientiam Salomonis reprehenda cenſuerit. Teneo ejuſmodi librum, in quo hæc A. *Schotti* manu notata reperio: *Hiſp. Index expurgatorius quædam hic cenſet delenda: ut hanc Præfationem Nannii* (ad Clariſſ. & Nobiliſſ. virum D. *Ludovicum a Prato*) *& quædam infra a me expuncta.* A. Schottus. In ea Præfatione tranſlationem Sapientiæ Sal. *fatuam* dicit; quod expunctum eſt. Sic expunctas invenio alias iſtiuſmodi phraſes, quibus interpretem hunc ſugillat; præcipuè pag. 25. ubi, ex veteri Interprete, *Spuria vitulamina non dabunt radices altas*, *ineptam* hanc *tranſlationem* dicit, & quod ipſe quoque beatus *Auguſtinus eam taxet libro tertio de Doctr. Chriſt.*

Sed an quiſpiam ex duriori phraſi aut cenſura (unde hic ab Hiſpanis Cenſoribus vapulavit) aut etiam ex ardentiori erga morum correctionem zelo, atque in Eccleſiæ corruptelas invectione continuo novitiæ reformationis Prædicatoribus aut ejus promotoribus erit accenſendus?

Ex ſimili ferè cauſâ Schoockius *Petro Nannio* jungit *Cornelium Valerium*, a quo pro funere Lovanii laudatus fuit *Nannius*: "Qui licet, ait, "Veteraquinas eſſet, Ultrajectinus tamen cen"ſeri voluit: in propatulo quidem viſus fuit fa"vere Eccleſiæ in qua vivebat; verùm acceſ"ſiſſe eum ad Michaelis Baii ſententiam in do"ctrina de libero arbitrio, eam ſc. quæ nihil "Pelagiani ſapit, patet ex calce Phyſicæ; ipſe"que inter eos fuit, quos in Belgio coluit Sar"torius, uti liquet ex epiſtola modo dicta." Inde etiam liquet cur *Nannius* a fide avita devius ab eo habeatur. Apponatur ergo ei & *Mich. Bajus*, aliique Auguſtianæ doctrinæ cultores. Claſſi eorum annumerentur quoque critici & linguarum Hebraicæ ac periti omnes. Sic *Claudius Eſpencæus* pridem, ex hoc ſolo quod Græcè Linguæ callentiſſimus eſſet, ſtolido iſto ævo ut Lutheranus traducebatur.

& avitæ religionis fuiſſe evincitur.

Non mirum igitur quod & *J. Weſſelus* Groninganus, inter primos iſtius Reformationis Magiſtros ac Lutheri anteſignanos à *Schookio* numeretur: de quo ceteris, quæ pro fide ejus Orthodoxo diximus ſub Groninga pag. 19. &c. id ſolùm ex *Val. Andr. Bibl. Belg.* hic addidero: "Tantò eum promovendarum litterarum He"braicarum ſtudio flagraſſe, ut cum Romam "profectus *Nicolao* Pontifici gratiſſimus eſſet; "iſque ampliſſima *Weſſelo* munera offerret, his "omnibus repudiatis unicum modò petierit & "obtinuerit, Biblia Hebræa MSS. ſibi ut lice"ret è Bibliotheca Vaticana in Belgium aſpor"tare. *Johannes Goechius*, cognomento *Pupperus*, Præfectus Virginum in Thabor apud Friſios, qui cum *Weſſelo* Groningenſi vixit, ejuſdem cum eo erat genii, ut indicant ſcripta *de libertate Chriſt. religionis, de gratia & fide, de votis & obligationibus, de Scholaſticorum ſcriptis*, omnia in Germania tacitè edita, neque paſſim diſtracta, a Patribus Conc. Trid. inde in 12. Claſſe notata.

J. *Sartorium* verò quod attinet, qui *Nannium* noſtrum, juxta Schoockium in *teſtem* vocat, cujuſque ſub Amſtelodamo pag. 101. meminimus, Crocus eum, teſte Valerio, planiſſimè a fide *Catholica aberrare oſtendit*; *peſſimo*, juxta *Alardum* Amſtelredamum, *utentem Præceptore*, ſc. *præſumptione.* Nil ſimile de *Nannio* legimus, qui poſtquam Scholæ Patriæ præfuiſſet, & tantiſper in Collegio Hieronymiano privatim docuiſſet, in *Trelingui* Collegio Lovanii mortuus, Catholico ritu in D. *Petri* ſepultus eſt, quâ forum & curiam ſpectat, ubi monumentum viſitur, *Sigiſmundo Fuggero* diſcipulo poſitum.

Ad *Noortſcherwoudam*, pag. 86.

Noortſcherwoudanæ Eccleſiæ Collatores, & priſci Paſtores duo.

CORNELIUS PETRI, ut Paſtor ejus loci recenſitus, Paſtoritium munus cedens ad manus Capituli S. Joannis, ex ejuſdem collatione ſucceſſor ei datur

Dmus ROMANUS, *Richardi* fil.

Vide Additionem ad Ultraj. alteram.

Ad *Schorel*, p. 87.

Altare, Vicaria & Vicarius in Schorel. Eccl.

Altare in ea Eccleſia S. *Annæ*, cujus poſſeſſor Ann. 1544.

PERTUS BORCULI.

Ad *AMSTELODAMUM*, pag. 92. &c.

Unde nova ſitæ, Amſtel. Eccleſia.

Occaſione Eccleſiæ in *Nier-Amſtel* dictæ ex veteribus tabulis MS., diſputavimus p. 93. undè hæc vox profluxit; diximuſque *nier*, veteris ſcriptionis abuſu, *r* pro *u* reputantis *nieu* ſeu novum forſan ſignificare; eamque Eccleſiam novam dici, ad diſtinctionem veteris, extra urbem ſitæ, hodiè-dum *Ouderkerk*, & in Cod. MS. Eccl. Traj. Eccleſiæ, in *Oude-Aemſtel* appellatæ, cujus reſpectu hæc in *Nieu-Amſtel* denominari potuit; quæ ſi veteris

Nierkerk dicta.

teris lateris quoque nomen hodiè habet, illud obtinet reſpectu novæ in eadem urbe Baſilicæ, *novi Literis* dictæ. Si tamen *Nier*, pro *neer*, ſeu *neder* uſurpare magis placuit; *Ouderkerck* ejus reſpectu ſuperior eſt, pronius ad ortum vergens; undè forſan & *Ooeſt*, al. *Ooſtkerck* dicitur.

Ejus turris ac campana.

Fani ejus turris, ex vet. Charta, alta 240. pedum, campana 6835. libr. Ann. 1566. reparata, atque ad illius reſtaurationem ſortilegium (vulgò *Loterye*) indultum.

Ad pag 94. C. b.

Claeſie, S. Nicolai, & *Baſtian*, S. *Sebaſtiani* effigies Eccleſiæ illius denotant, Amſtel. Senatûs juſſu ex hoc templo S. *Nicolai* ſublatæ.

Ad pag. 95. C. a. Sub medium.

Bon. *pretioſi*, id eſt *pretioſa*, quia ad *Primam* ſub Officio Eccl. legitur *pretioſa in conſpectu*, &c.

Ad pag. 97.

Typo Sixti Ooſtervirii, quem *Adr. Mathan* ſculpſit, hi verſus ſubſcripti:

Verſus Typo Sixti Ooſterv. ſuppoſiti.

Credere qui renuit Pictoribus ora Sibrandus
Viva, parentari poſthuma dignus erat,
Nempe per aſſiduos Friſiis Bataviſque *labores*
Reddidit è latiâ dogmata avita fide.
Non curæ juvenem; Chiragræ Podagræque dolores
A grege paſcendo non repulere ſenem.
Maluit ætherei nos pictam in imagine vitam,
Tam bene patrando; quam patiendo ſequi.

Ad pag. 109.

Declaratio quam Proviſor ac Decanus Amſtelandiæ 22. Oct. 1462. ad requiſitionem Senatus Amſtelodamenſis dabant circa *J. Brugmannum*, tanquam pacta cum eodem Senatu inita, & jura Paſtoris violantem, luci emiſſa eſt in G. Brantii *Reform. Hiſt.* l. 1. p. 46. His ea verbis vernaculis auſpicium ſumit:

Amſteland. Decani contra J. Brugm. querelæ.

Wy Proviſoir ende Deeken van Aemſterlant, Waterlant ende Zeevanck, doen kondt allen luyden; alſoo nu onlanks geleden de Minnebroeders van de Obſervanten binnen der ſtede van Aemſterdamme Octave gehouden hebben van Sinte *Franciſcus*, ſoe is nu dat een van de voornoemde Obſervanten, genoemdt *Brugman*, alle dagen binnen de voornoemde Octave in een huysgen ende erve dat ſy aldaer begrepen hebben, ſonder oirloſs der Cuyr *, ende contrarye den voorſchreven ſtede van Aemſtelredamme gepredikt heeft, enz.

Ad ULTRAJECTINÆ AULÆ avaritiam, p. 101.

Avaritia & deſidia cauſa ſchiſmatis.

Avaritia, quæ & idolorum ſervitus, utique juſto Dei judicio cauſa hic fuit diri ſchiſmatis. Huic acceſſit Curatorum deſidia & ſacrorum neglectus, qui plerumque abſentes, oves per *Vice-Curatos* paſcebant, ſalvâ quadam penſione; ut paſſim in hoc libro annotatum, obliti hoc Propheticum Ezech. 34. 2. *Væ Paſtoribus*, &c. Neque hoc malum peſſimum inquiſitione Hiſpanica; at juſtâ reformatione ſanandum.

Ad pag. 114.

A sa Begga, nomen trahunt Begghinæ?

Ubi de S. *Beggba* mentio; "Sunt inquit Molanus †, qui ab hac *Beggba*, *Beggbinas* nomen habere aſſerant: ſed an id probabile ſit, antiquitatis ſtudioſi diſcutiant."

Canæ Inſul. ſors.

Inſula *Cana*, de qua pag. eadem, tres modò tantùm domos habet.

Rectoribus Cœnobii Canon. Regul. pag. 119. annumerandus Ao. 1534. Fr. *Henricus Nicolai de Weſop.* Eraſmus viros hos Canonicos tenuiter laudat a vita Canononica; quin potius eis improperat hoc Ezech. 16. v. 49. *Iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis & abundantia, & otium ipſius.* Indè & ipſorum ibi excidium: quorum cum *Heyloenſibus* contractus & tranſactio pag. 121. datus, melius transferendus eſt ad pag. præcedentem, ubi de eadem mentio.

Canonici Regul. an Canonice vixerint.

Ad *Carthuſianorum pag.* 114. Monaſterium.

Legata Carthuſian. Amſtel. Monaſterio.

Margareta Heertgens, Bartholomæi Jacobi Conſulis Amſtelod. filia, Carthuſianis Amſtelod. legavit reditum redim. 100. flor. annuè ad onus Civitatis Ultraj. redimendum ad denarium 16. Inſuper & reditum 12. Philippi *nobels* Flandr. annuè ad onus urbis Amſtel. Adhæc *pitanciam* †, in Anniverſario ejus die.

Libellum ſupplicem, de quo pag. 124.

Equitum Jeroſol. Amſtel. Contubernium.

Phil. Burgundo exhibitum, tradidi ſine numero anni & ſubſignatione, ut eum accepi. Talis eſt & Charta ſequens, in qua Contubernii Equitum Jeroſolymitarum Amſtelodami pridem vigentis, & Supplicationis eorundem eſt mentio.

Supplicatio quam habebant:

. . . Voort omme die Ridderlyke Broederſchap van den Heiligen Landen in lieſten, minnen ende broederlyke converſatien te doen meerderen ende waſſen, zo zyn de zelve Ridderen, nu zynde, voor hen ende hare nakomelingen uit verzoek ende ſinguliere wille van den Heeren en Gerecht overdragen, geaccordeert ende geſlooten, dat men eewiglyk geduurende, 't een jaer ons Heere God op den Ezel halen zal met ter Proceſſie eerliken bekleed uit *Jeruſalem*, ende brengen inde Oude Kerk, ende 't ander jaer uiter *Heiliger Steede* inde Nieuwe Kerk, te weeten, elk jaer med die Proceſſie daer de Feeſte weezen zal: ende den Ridderen vander voorſchreeven Broederſchap die by huys zyn, en zullen hem van des voorſchreeve Staet te doene niet mogen abſenteeren, dan met notoire excuſatie, ende op pene en correctie na goetdunken die meerder ſtemme ende opinie vanden voorſchreeve Broederen, den Heer en 't Gerecht, ende hier hebben by, aen en over geweeſt:

loca ſacra quæ adibant

Jan Benning, Schout, Mr. *Willem Andriesz. Dirk Heymensz. Willem Dirksz. Boom*, ende *Bruning Claesz.* Burgemeeſteren, *Stans Claesz.* ende *Claes Gerritsz.* Schepenen.

& eorum numerus.

Per *Jeruſalem* hic videtur ſignificari Sacellum aliquod, *Jeruſalem* inſcriptum. Ubi illud fuerit reſciſcere non potui. Equites hi XI. numero fuiſſe videntur; certe XI. Equitum Hyeroſol. effigies depicta in *novarum* Monialium Amſtelodami Cœnobio.

Ad viros eruditos Amſtel. pag. 125.

Viri docti Amſtelodamenſes; Math. Boſſem.

Matthiæ Boſſemii, Amſtelodamenſis, S. T. D. & Cancellarii, &c. vitam teneo ex veteri Chartâ MS. in qua mirè laudatur ob raram caſtimoniam, a qua & celebratur a *Valerio Andrea* in *Bibl. Belg.* qui etiam ibi ſcripta ejus recenſet.

Elbert. Huyck.

Mr. ELBERTUS HUYKIUS, Amſtelodamenſis, Alcmarianus Paſtor, acerrimus inſectator *Joannis Arnoldi*, ſportularii, primi novelli dogmatis publici in Holl. Boreali præconis, Ann. 1594. in mente captorum ædibus, poſtquam 25. annis in illis decubuiſſet, defunctus eſt

Jac. Boſius.

JACOBUS BOSIUS, aliàs à *Caſtro*, S. T. D. Lovanienſis & Profeſſor, Collegii majoris Theologorum Præſes, in quo duas Burſas fundavit, ac tertius Ruremundenſium conſecratus Epiſcopus, cujus Epitaphium ibidem in templo Cathedrali poſitum, virtutes hujus Viri eloquitur:

* *Curyt*, of Paſtoor.

† J. Molani Natal. SS. Belgii.

* *J. Molan. in Indiculo SS. Belgii.*

† *Pitanſia*, cibi & potus certa menſura.

Pecia, de qua pag. 116. & alibi ſæpius, a voce Gallica *piece*, particulam deſignat.

JACOBI

JACOBI A CASTRO,
quem Amſtelodamum terris dedit
Lovanium S. Theol. Doctorem coluit,
Ruræmunda Epiſcopum tertium habuit,
quod mortale fuit hic ſitum eſt.
Virtutem Viri immortalem, innocentiam,
prudentiam, ſubmiſſionem, auctoritatem,
caritatem, bonorum, ſed & vitæ ſubinde
pro ovibus prodigam, quæ maximè
cum priſci ævi Præſulibus æquavit,
à quâ plus lucis accepit inſula, quam contulit,
breve marmor non capit.
Illum annis emeritum, non animis,
mors ex inſidiis aggreſſa, non improvidum,
ſed vigilantem ac eodem, die ſacris operatum,
ſubito catharro penè ſtantem oppreſſit,
Anno M. DC. XXXIX. Feb. XXIV. ætatis LXXIX.
Sacerdotii LIV. Epiſcopatus XXIX.

Plura de eo *Val. Andreæ Bib. Bel. Faſt. ejus Acad. Franciſci Sweertii Athen. Belg.* aliique.

& Adamus Daemen;

Epiſcopo huic, & alius, quem Amſtelodamum quoque dedit, cujuſque vitæ ſeries data *Bat Sacr.* part. 2. pag. 530. hic jungendus; Hæc obitus ejus apud Ubios annunciatio ſic. *Adam Daemen*, Arch. Adrianop. &c. ex Charta funebri;

ejus obitus,

Obiit Coloniæ Aggrippinæ Anno Domini 1717 Menſis Decembris die 30. Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Dominus, D. ADAM DAEMEN, Archiepiſcopus Adrianapolitanus, Canonicus Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis, Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Andreæ ibidem, Archidiaconalis Embricenſis Eccleſiæ S. Martini Decanus, Præſes Rationarii, &c. &c. Veſtra Reverentia per Sacrificii oblationem & requiſitas fidelium preces, animam illius dignabitur Deo commendare.

monumentum,

Monumentum quod vivens ſibi poſuit, uti & modum, quo funus ejus ad tumulum delatum eſt hic juvat adjungere, ex Tabula Coloniâ ad nos miſſa:

Rmus D. ADAMUS DAEMEN, Amſtelod. Archi-Ep. Adrian. Metrop. Elect hujus Eccleſiæ Canon. Capitul. Colleg. S. Andreæ Præpoſitus, & Archi-Diaconalis Embricæ Decanus, Cameræ Rationariæ Præſes, per fœderati Belgii Provincias Vicarius Apoſt. a Papa Clemente XI. conſtitutus, pro ſedandâ tempeſtate ceſſit officio, & demùm vita . . . Anno 17 . . Menſis .. die .. Vivens hoc monumentum ſibi poſuit, transeuntium pia ſuffragia indeſinenter poſtulat; quæ ſi indulſerint, erit & eorumdem ſecurior hinc tranſitus ad æterna.

Certa Dies nulli, mors certa, incerta ſequentûm
Cura, locet tumulum, qui ſapit, ante ſibi.

Ex Epiſt. 4. Januar. 1718.

ſepultura,

Hodie tumulavimus D. Archi-Epiſcopum piæ mem. & pompa funebris non exceſſiva, interim tamen Archi-Epiſcopalis fuit, ex quo præter 16. inſignia Gentilitia, Mytra, Pedum, & Crux Archi-Epiſcopatus feretrum ornarunt: præferebatur Inſigne defuncti, ob emortuam jam familiam capite terram verſus, portabatur funus per PP. Capucinos, immixtis tamen fratribus Alexianis, utpote feretri ſalvum conductum *prudentialiter* & ex profeſſo dirigentibus. Comitatæ ſunt tres Eccleſiæ Collegiatæ; Metropolitana, D. Gereonis, & S. Andreæ, utpote in quibus reſpectivè Præpoſitus, Canonicus, & Capitularis fuit.

ac elogia.

Varia ſub idem tempus Coloniâ ad nos miſſa defuncti elogia, in quibus illud excellit quod ei dedêre *Duſſelanæ Vallis*, propè Duſſeldorpium Abbas & Conventus, nil magnoperè præter jam data, continentia.

Extra Holeſloot, lacum,

Pag. 128. ad *Holenſloot*; quem *Soeteboomius* deſcribit lacum ſeu aquam, *Holleſloot* dictam, ea *Zaandamo* vicina, *Ye* immixta, cum ſævit tempeſtas, omninò turbida; indeque *Holleſloot* appellata eſt. Præter hanc, ex mappis *Janſonii* geogr. Anni 1666. pagus eſt, inter *Ransdorp* & *Zuidwout*, mari Auſtrali ſat vicinus, cui *Heeleſloot* nomen, fortè & ab *helien* denominatus; aqua enim ſat lata ei appingitur. Pagi hujus baſilicam Decanatui Amſtelandiæ ſuppoſitam, hic potius deſignari putem, quam Sacellum a *Soeteboomio* ad prædictum locum deſignatum. Baſilica hæc, vetuſtate collapſa, adeòque Catholicorum ævo ſtans, ab annis circiter 40. ut a vicinis incolis hauſit vir accuratus, reſtaurata eſt.

pagus inſuper eſt ejus nominis Parochialis.

Purmer, unde dicitur.

Pag. 129. Sunt qui opinantur terram iſtam, quæ modo aggere cincta, de *Purmer* dictam, câdem ratione denominatam, qua *Wormer*, *Schermer*, dictæ olim *Wormeer*, *Schermeer*, &c. quia quondam maria, ſeu lacus ingentes.

Pag. 131. In Summa Rurali, a *Martino Duncano*, Delphis, Amſtelodami ac alibi Paſtore, &c. donata *Sasboldo Voſm.* hæc annotata invenio:

Inſula Marck. in qua D. V. Sacellum, quibus donata, & cur ablata.

" Ann. 1232. dimidia pars Inſulæ *Marckanæ* do-
" nata *Horti Mariani* Præmonſtratenſium Cœ-
" nobio, qui poſtmodum alterâ parte emptâ Sa-
" cellum ibi exſtruxere S. *Mariæ* Sacrum. Anno
" 1470. Dux Carolus Inſulam iis ademit, quia
" eorum Abbas ebrius ſe ei ſtitit."

Quo Cath. Buikſlotenſes ad cœtum coeunt.

Pag. 132. *Buikſlotenſes* Cath. ad cœtum ab annis coeunt in *Buikſloter-meer*, mari ſeu lacu quondam, ut præcedentes terræ, exhauſto. Ædes & Oratorium e regione *Nieuwendam*, ad veterem *Ye* aggerem ſita, nuperâ tempeſtate cum toto tractu inundata.

Ad *pag* 133. Suſpicor loco *Catholicum* in Godebaldi Diplomate legendum *Epiſcopum*, quia ſubditur; *ad ea quæ ſunt Ordinis & Conſecrationis exercenda*; quæ Epiſcopalis ſunt muneris.

Unde Horna denominatur.

Horna, *pag.* 136. ab inflexu cornu, Franciſco Præpoſito, pag. 134. dicta eſt *Cornepolis*.

Enchuſæ præſens ſtatus.

Enchuſa pag. 139. pridem urbs nitida, ſic paucis ab annis deperiit, ut pluribus locis plateæ, tanquam paſcua, gramine tectæ, ædes centenæ dirutæ, & collapſa ſit mercatura.

Ad *MEDENBLICK*, p. 148.

Cœnobium Medenblici non unum.

J. Lindebornius Dav. Epiſc. p. 110. meminit duorum ibi Aſceteriorum tertiæ Regulæ S *Franc. Trajectenſi* ſic dicto *Capitulo* aſſociatorum; unum S. *Mariæ*, S. *Catharinæ* alterum. Hauſi utrumque ex Catalogo *Tertiariarum*, manu *Adrichomii* noſtri Delphenſis deſcripto: de his apud Patriæ Scriptores, & apud Jac. La Torrium altum ſilentium, qui ſolius *Monachorum Cœnobii* meminit, quod nos per conjecturam *Benedictorum* fuiſſe diximus.

Fortè S. M. Monialium Cœnobium deſignatum voluit aut is, aut illi qui ei documenta ſuggeſſêre.

La Torrium certè latuit S. *Catharinæ* dicto *Capitulo* comprehenſum Aſceterium, de quo J. Lindebornius ibidem ex *Cornelii van der Woude* Alcm. Chronico pag. 137.

Ad *Schagam*, pag 151.

Altaria Schagæ,

In Schagana Eccleſia inter alia, pridem altare erat S. *Laurentii*, cujus poſſeſſor Ann. 1544.
PETRUS BORCULI.

& in nova Nyeropia.

In novæ *Nyeropiæ* Eccleſia altare erat S. *Petri*, cujus poſſeſſor Ann. 1544.
D. JUDOCUS.

INDEX RERUM

EPISCOPATUS HARLEMENSIS.

A.

ABbatis Egmondani quæ jura & dignitates, 75. 76.
Abbatum Egmondanorum ſeries, 76.
—— Harlemi diſſolutè cum viverent, cenſus & bona ad uſum Xenodochii Eliſabethæ tranſlata, *ibid.*
Ackerſloot, vetuſtus & primarius Kennemariæ pagus, 71.
—— ejus ſacra, *ibid.*
—— ejus Collatores, *ibid.*
—— Lis circa unam ex Vicariis, *ibid.*
—— ejus Paſtores priſci, ac noviſſimi, 73.
Adalbertus gente Anglus, Monachus, 74.
—— Willebrordi in Friſiam miſſi ſocius, *ibid.*
—— ubi ſolenniter colitur, *ibid.*
Adam Daemen, cujas, quis fuerit, quæ munia geſſerit, ubi & quandò obiit, &c. 167.
Adrianus Cordatus, quis fuerit, 100.
Aelſmeer priſcum nomen, 132.
—— Divus Tut. *ibid.*
—— Collatores olim, & Paſtores hod. *ibid.*
Agatokerka, cur Beverwyk vocabatur, 59.
Alardus Amſtelodamus, vir doctiſſimus, ubi obiit & ſepultus eſt, 125.
—— quale Epitaphium ſibi ſcripſit, *ibid.*
Albati Monachi, quare ſic dicti, 38.
Albertus Bavarus, a Clemente V. obtinet Indulgentias ad promovendam perficiendamque Templi Harlem. ſtructuram, 9.
Albertus, Comes Palatinus multa privilegia dat Hoſpitali domui Harlemi, 31.
Alcmaria, vetus Marſatiorum oppidum, 82.
—— Kennemariorum & Hollandiæ propugnaculum contra Friſios, *ibid.*
—— locus telonii, *ibid.*
—— a Friſiis direptum & concrematum, *ibid.*
—— a quo jure municipali ornatum, *ibid.*
—— quo loci ſita, *ibid.*
—— ejus famoſiſſima turris quando cecidit, *ibid.*
—— Eccleſia ejus primaria, *ibid.*
—— celebris ibi D. V. Capella, *ibid.*
—— Vicarias diverſas habet, *ibid.*
—— Eccleſiæ Collatores & Paſtores, 83. 84.
—— quos viros eruditos, & religioſos habuit, 84.
—— varia Cœnobia tenuit, 84. 85.
Alti ſenſus qui vocabantur, & quare, 95.
Amburbalia Euchariſtiæ quando Amſtelodami celebrabantur, 104.
Amſtelodami quando religio mutata, 105.
Amſtelodamum unde nomen habet, 92.
—— ejus conditores, *ibid.*
—— Eccleſia ejus antiqua, quibus dicata, unde denominata, 93. 165.
—— quam antiquitatem habet, *ibid.*
—— Sacellæ, altaria, contubernia ac Paſtores antiquæ Eccleſiæ, 93. - - 97.
—— nova Eccleſia Beatæ Mariæ & S. Catharinæ ſacra, 98.
—— ejus Sacella & altaria, 99. 100.
—— ejus Paſtores & Sacellani, 100. 101.
—— olim varia habuit Cœnobia, 108 *& ſeq.*
—— quibus viris doctis ac religioſis floruit, 125. 167
Amſterveen, Amſtelandiæ vicus, 127.
—— quem Divum Tut. habet, *ibid.*
—— Paſtores, *ibid.*
Anabaptiſtæ tentant Amſtelodamum, 103.
—— diſcurrunt nudi cum furioſa vociferatione per urbem, *ibid.*
Andreas Noorth, in Cœnobio Harlemenſi magna cum modeſtiæ & pietatis laude floruit, 32.
Angulus, locus Harlemi, congregationi Virginum dicatus, 46.
—— a quo & quando inſtitutus, *ibid.*
Annales Egm. reſtituunt Egmundæ Capellam, 75.
Antonius de Graef, cur laudatus, 152.
Antonius Hoveus, ubi natus, 66. 76.
—— vir fuit doctus, *ibid.*
—— Abbas Eptern. evadit, *ibid.*
—— ejus cænotaphium quod ſibi cecinit, 77.
Aſſendelft, unde nomen habere creditur, 62.
—— ubi jacet, *ibid.*
—— quales Dynaſtas habuit, *ibid.*
—— quis hodie ejus Dominus, *ibid.*
—— Eccleſia cui nuncupata, *ibid.*
—— Paſtores priſci & moderni, 63.
Athalbertus de Raephorſtius, Carmelit. A. 1469. monaſterium condidit, 85.
Atvatici, qui hodie ſunt, 85.
Auguſtiniani ſub quibus legibus Harlemi admiſſi, 33. 34.
Auguſtinianorum monaſterium quando & quo in loco Harlemi conditum, 33.
Auguſtinus Wolſius, quare varias captivitates, & perſecutiones patitur, 145.

B.

B*Allingus Petrus*, vid. *Petrus.*
Backeneſium fanum Harlemi a Guilielmo Rom. Rege fundatum, 30.
—— largis Indulgentiis ab Innocentio IV. ditatum, *ibid.*
Backenes, regio civitatis, Harlemum vetus dicitur, 30.
Bartholdus Nibuſius ab Alexandro VII. accepit titularem Epiſcopat. Myſienſem, 125.
—— quæ alia munera habuit, *ibid.*
Bartholomæus a Middelburgo, celebris Minorita contra Anabaptiſtas concionatur, 105. De eo ejuſque muniis in Hiſt. Epiſc. Ultr. 550 *&c.*
Bavoni templum Harlemi conſecratum, & ei ſtatua ex argento magni pretii erecta, 9.
—— ejus Ichnographia, 10.
—— quot altaria habuit, 11. *& ſeq.*
—— Rector, ſeu PERSONA, ejus celebris olim, 13.
—— collatio ejus penes quem, *ibid.*
—— eorum ſeries & cenſus, 14.
Beeſt, ſeu *Beetſech*, pagus Kennemariæ, 70.
—— quis ejus collationem habet, *ibid.*
Begghinæ, an a S. *Begga* dictæ, 166.
Begghinæ Amſtelodami olim ægrotis inſerviendis impendebant ſtudium, 113.
—— a qua inſtitutæ, 114.
—— quam Patronam habent, *ibid.*
—— qualem habitum gerunt, *ibid.*
—— quale privilegium Senatus Amſtel. benevolentia habent, *ibid.*
—— quas Indulgentias poſſident, *ibid.*
Begghinarum Curia, Harlemi a quo fundata, 46.
—— ejus Rectores, *ibid.*

Begghi-

Digitized by Google

Begghinarum Curia, Amſtelodami omnes Monachorum aut Monialium cœtus ſuperat, 112.
Bekeſtein (Franciſcus a), vide *Franciſcus*.
Berghen cur ita vocatur, 86.
— ejus Domini, *ibid.*
— Collatores, *ibid.*
— priſci & hodierni Paſtores, *ibid.*
— Eccleſia pervetuſta cui ſacra, *ibid.*
Beverwyck, quibus nominibus appellabatur, 59.
— cur ita vocatur, *ibid.*
— ubi jacet, *ibid.*
— quale Cœnobium habuit, *ibid.*
— ejus Rectores, *ibid.* & 63.
— quis ultimus Rector, 61.
Beverwic. Eccl. Paſtores, 62.
Binnewyſen, ex Sacello in Parochiam evecta, 161.
Bleſſius (Henricus), vide *Henricus*.
Borch, municipium Teſſelæ ampliſſimum, 89.
— eodem cum oppidis jure & Magiſtratu gaudet, *ibid.*
— præſtans ejus Eccleſia, *ibid.*
— quem Divum habuit, *ibid.*
— ejus Collatores, *ibid.*
Bovius (Joannes), vide *Joannes*.
Brederoda arx antiquiſſima, 56.
— ab ea nomen, Brederodiorum familia, *ibid.*
— cum moriente ſtirpe, pene disjecta, *ibid.*
— ad eam olim Capella, fundata a Joanne Brederodio, *ibid.*
Broeck etymon, 131.
— Waterl. pagus, *ibid.*
— cui ſacer, *ibid.*
Broeck, Kennemariæ pagus Parochialis, 87.
— quem Divum habuit, *ibid.*
— ejus Collatores & Paſtores, *ibid.*
Brugmannus (Joannes), vide *Joannes*.
Bulla, erectionis novorum Epiſc. Pauli IV. 1559, 3.
— Erectio Epiſcopatûs Harlemenſis Pii Papæ IV. 1560, 4.
Buyckius (Jacobus), vide *Jacobus*.
Buyckſloot, Waterlandiæ vicus ad Yam amnem, 128.
— quos Paſtores habuit, *ibid.*

C.

C*Aedyck*, hodiè *Quaedyck*, vicus Parochialis Edamo ſubſtitutus, 130.
Camp, Kennemariæ vicus, ſacer S. Barbaræ, 89.
— quem Patronum habuit, *ibid.*
— ejus Collatores, *ibid.*
— junctus ei S. *Maerten*, D. Martino ſacer, pagus, *ibid.*
Cannius (Nicolaus), vide *Nicolaus*.
Canonici Anno 1578. Harlemi qui, 28.
— & qui deinde, 29. 30.
Canonicorum Regularium, propè Amſtelodamum Cœnobium, 115.
— ejus fundator & fundatio, *ibid.*
— fundationem ratam habuit Bonifacius IX. Rom. Pontifex, 116.
— Albertus Bavarus Cœnobium hoc in ſuam clientelam ſuſcipit, 117.
— Parochus Eccleſiæ Amſtelodamenſis conſentit in Cœnobii fundationem, 117.
— ejus Priores, 119.
— ejus bona, reditus, &c. *ibid.* & *ſeq.*
— incorporatur Monaſterio Heyloenſi, 120. 121.
Capitulum Harlemi ſolemniter ſedet, 27.
Carmelitarum Cœnobium Harlemi, 32.
— quando fundatum, & a quo largo cenſu ditatum, 32.
— ubi ejus ſitus, *ibid.*
— ejus privilegia, 32. 33.
— ejus Priores & Viri docti, 33.
— depicta ibi Com. Holl. tabula, 33.
Caroli V. Imp. exequiæ Hornæ celebratæ, 137.
Carolus Simplex, donat Kennemariam Theodorico I. 3.
Carthuſianorum quot Monaſteria in Hollandia, 114.
— Monaſterium a quo & quando Amſtelodami conditum, *ibid.*
— dos ei adjecta, 168.
— illud regale ac amplum ædificium, 114.
Caſtricom, Kennemariæ vicus antiquus & nobilis, 63.
— qua re celebris, *ibid.*
— quem Patronum colit, *ibid.*
— ejus priſci ac hodierni Paſtores, *ibid.*
Caterus (Joannes), vide *Joannes*.
S. *Catharinæ* Virgines Tertiariæ ubi Harlemi ſacraria ſua habuere, 43.
Ceratinus (Jacobus), vide *Jacobus*.
Chriſtiernus II. Daniæ Rex ubi olim Amſtelodami hoſpitatus, 114.
Circata, qualis cenſus erat, 87.
Coedyck, Kennemariæ præf. vicus ad Rekeram rivum, 151.
Cœnobia quæ Amſtelodami, 114. & *ſeq.*
Commendator Harlemi ultimus quis, 31.
Commendatorum Harlemenſium ſeries, 31.
— qui fuerunt, *ibid.*
Concio prima in templo Harlemi quando, & quæ, & a quo habita, 9.
— conciones ab altero Harl. Epiſc. ibi habitæ, *ibid.* & 162.
Cornelia Adrichemia virgo doctiſſima, 61.
— Pſalmos Davidis carmine Latino expreſſit, *ibid.*
— epitaphium ſibi morituræ conſcribit, 62.
Cornelius Crocus, ex celebri Laico Gymnaſiarcha, Clericus ac Presb. fit Jeſuita, 92. 101. 125.
Corn. Muſii ad Mart. (Dorpium) Paſt. & Can. Naeltvic. de Nic. Novat. inaugurat. Harl. Epiſtola, 19.
Crachtius (Stephanus), vide *Stephanus*.
Crommenye unde ita denominatur, 65.
— ejus Divus Tutelaris, *ibid.*
— Collatores & priſci ac hodierni Paſtores, *ibid.*
— Capella ei ſubdita, *ibid.*

D.

D*Aemen*, vide *Adam*.
Daniæ Regis conclave, qualis domus appellata, 114.
David a Burgundia quando Eccleſiæ Ultraj. præſidet, 56.
Decani Kennemariæ qui fuerunt, 3.
Decanatus Kennemariæ, 8.
— Amſtelandiæ, 92.
— Weſt-Friſiæ, 132.
Deymds, quot virgæ ſunt, 120.
Divæ Virginis lacteus dies quare ita vocatur, 66.
Dominicanorum Cœnobium Harlemi, 31.
— ejus Privilegia, &c. 31. 32. 162. 163.
Duncanus Martinus, vide *Martinus*.
Duyvendrecht, Amſtelandiæ vicus, Diemenſi Parochiæ vicinus, 127.
— quos Paſtores habuit, 127. 128.

E.

Ebius Henricus, vide *Henricus*.
Edam unde nomen, 129.
—— ejus Divus Tut. *ibid.*
—— Paſtores priſci ac hodierni, *ibid.* 130.
Egberti (Florentius), vide *Florentius*.
Eggardus (Joannes), vide *Joannes*.
Egmond a quo nominatum creditur, 74.
—— commune nunc quatuor locis, 73.
—— Aulica, ſeu *ten Hoef*, ita dicta ab aula, quam olim habuerunt Egmondani Comites, 78.
—— Canonicorum ibi Collegium, 76.
—— interius, *ibid.*
—— quos Patronos habuit, 75.
—— ejus Collatores, *ibid.*
—— Paſtores ejus dati, *Bat. Sac.* p. 431.
—— Monaſterium, cujus origo deſcribitur, 73. 74.
—— Abbatum ſeries, 76.
—— ad mare, quam Patronam habuit, 78.
—— ejus Collatores, *ibid.*
Egmonda varia habuit altaria, 75.
—— nobilitata viris doctis, 76.
Egmondanum Cœnobium varias habuit Reliquias, & inſtructiſſimam Bibliothecam, 77.
—— duplex Egm. Eccleſia, Clauſtralis, & Parochialis, 75.
—— utraque quomodò collapſa, *ibid.* & 163.
Enckhuiſen etymon, 139.
—— olim mari potens, *ibid.*
—— ab halecum mercatura celebris, *ibid.*
—— a quo varias immunitates accepit, *ibid.*
—— duas primarias Eccleſias habebat, *ibid.*
—— Cœnobia quatuor habuit, 141.
—— varios viros eruditos vidit, 145. 146.
Enchuſani Paſtores qui ab Catholica fide devii, 145.
—— qui ab ævo, & deinde Catholici fuerunt, 140. 145.
Engelmundi ſacra, natales, adventus, labores, obitus, ſepultura, reliquiæ, miracula, 58.
—— ad leniendos dentium dolores ad eum inſtituuntur peregrinationes, *ibid.*
Epiſcopus Harlemeorum quis primus, 15.
Ergaſterium marium cur Amſtelodami inſtitutum, 124.
—— quod Monaſterium ei deſtinatum, *ibid.*
—— feminarum cur ædificatum, *ibid.*
—— quid in eo feminæ faciunt, *ibid.*
—— ei S. Urſulæ deſtinatum Aſceterium, *ibid.*
Erikus Walkenderpius, cur patrium ſolum relinquit, 125.
—— ad quem confugit, *ibid.*
Eylardus (Theodori), Waterlandius, crudeli morte Alcmariæ trucidatur, 83.

F.

Florentius Egberti, cur laudatus, 96.
—— ejus liberalitas, *ibid.*
Florentius Harlemius quales edidit libros, 53.
Florentius Nicolaus, vide *Nicolaus*.
Franciſcanorum Minorum Ordo Harlemi quando cœpit, 35.
—— ejus inſtitutio, *ibid.*
—— Monaſterii Rectores & viri Primarii, *ibid.*
—— quando deſiit, *ibid.*
Franciſcus a Bekeſtein, donat fundum magna ex parte Gerontrophio Harlemenſi, 48.
—— ejus epitaphium, *ibid.*
Fraternitas S. Jacobi, Harlemi quot conſtat Fratribus, 51.
—— quando coibant, *ibid.*
—— *Itinerantium*, in Schonam, quare ita vocata, *ibid.*
—— quot Fratres habuit, *ibid.*
—— quo tempore & ubi coeunt, *ibid.*
—— *S. Huberti* quare inſtituta, *ibid.*
—— quo tempore & ubi conveniunt, *ibid.*
—— *Natalitiorum*, ex quot Fratribus aut Sororibus conſtat, *ibid.*
—— olim ſub Chriſti natalitia duobus diebus epulum inſtituunt, ad quod XIII. egeni vocantur, Chriſti ac Apoſtolorum referentes perſonas, *ibid.*
—— *Beatæ ac perpetuæ Virginis*, *ibid.*
—— *S. S. Sacramenti*, 53.
Fratres minores, ſeu Griſei Monachi quando Amſtelodami ſeditionem patiuntur, 109.
Fredericus ab Heylo laudatus, 84.

G.

Gaerde, quot virgæ ſunt, 120.
Gangulphi Templum Harlemi à Gulielmo, II. Rom. Rege, & in ordine Comitum XVIII. frequenter viſitari ſolitum, 30.
Geers, quot virgæ ſunt, 120.
Geeſt, quis locus ita dicitur, 163.
Georgius Benedictus Wertelo, Poëta egregius, 54.
—— ubi mortuus, *ibid.*
Gerardus, Epiſc. & Vicar. Traj. quot altaria, & in quorum honorem Egmondæ conſecrat, 75.
Gerlacus, Ord. Præd. Diepholdii Suffrag. quæ conſecravit. Hiſt. Epiſc. Ultr. p. 26 602 &c.
S. Georgii Sacellum Amſtelodami cui uſui deſtinatum, 124.
Gerontotrophii Harlemenſis uſus, 48.
—— qui ejus præcipui auctores, *ibid.*
Gertrudis, Hadriani filia, egregia virago, Wormariæ nata, 66.
—— in furcam prole gravida acta, *ibid.*
Ghyſp quomodo ſcribendum, 66.
—— Eccleſia cui ſacra, 67.
—— proventus, *ibid.*
—— fanum ejus habet excellens vitrum, *ibid.*
—— Paſtores priſci & hodierni, *ibid.*
Godefridus Mierlo, ſucceſſor Nicolai Nova-Terranus, 23.
—— ubi natus, 25.
—— Dominicanus erat, *ibid.*
—— *Præpoſituræ* ac Decanatus Weſtfriſiæ poſſeſſionem adit, 26.
—— Synodum Harlemi habet, *ibid.*
—— ejus ſtudium quale, 27.
—— quando reconciliavit denuo Eccl. Cathedralem Harlemi, *ibid.*
Godefridus a Mierlo, fugâ cædem præſentem evitat, 28.
—— quid Daventriæ facit, *ibid.*
—— ibi mortuus & ſepultus, *ibid.*
—— ejus Epitaphium, 162.
Groot, *Groeden*, olim appellatur, 88.
Groſthuiſen, pagus Weſtfriſiæ, 70.
—— D. Martino ſacer, *ibid.*
—— ejus Collatores, *ibid.*
Guilielmus Comes, in prælio adverſus Friſones cadens, qua conditione multa emolumenta dat Hoſpitali domui Harl. 31.
Gulielmi Eggardi Amſtel. monumentum, 99.
Guilelmus Jacobi Egmondæ natus, 77.
—— quid ſcripſit, *ibid.*
Gyrgathus, qualis locus Harlemi, 50.

Ha-

Digitized by Google

H.

H*Adrianus Junius*, egregiè de ſtudiis meruit, 139.
Haerlemum, quare *Haralbem* vocatum, 9.
— urbs ſplendidiſſima, & ſecunda inter Hollandicas dignitate, *ibid.*
— unde ita denominata, *ibid.*
— ubi jacet, *ibid.*
— ampliſſimis privilegiis a Wilhelmo, Rom. Rege ornata, *ibid.*
— in ejus foro ampliſſimo & quadrato imminet Baſilica Aº. 1400. extructa, & Divo Bavoni Sacra, *ibid.*
— quando, & a quo obſidetur & capitur, 27.
— quam ob cauſam quinta parte igne abſumitur, *ibid.*
— quando Principi Arauſonienſi tradita, 28.
— quod nuſquam in Hollandia, Zelandia, & ne Ultrajecti quidem fuit, IV. mendicantium Monaſteria ante motus ob religionem habuit, 31.
— quales doctrina & religione habet viros, 53.
Haeſia Nicolaa, in egenos valdè pia, Amſtelodami Orphanotrophii & Gerontocomii fundamenta jacet, 122.
Hagiotopus, quis locus, & ubi Amſtelodami, 102.
— ex quo miraculo inde denominatus, *ibid.*
Hallem prius Egmonda dicebatur, 74.
Harinck-Karſpel quam Patronam habuit, 87.
— ejus Paſtores priſci & moderni, *ibid.*
Heemskerck, pagus Kennemariæ, nobilis natalibus pictoris Heemskerckii, 62.
— arcem habuit a Wilhelmo Rom. Rege contra Friſios extructam, *ibid.*
— unde ejus nomen, *ibid.*
— Eccleſia cui ſacra, *ibid.*
— ejus noviſſimi Paſtores, *ibid.*
Heiglevelt locus quidam, cur ita vocatus, 84.
— a quo fundatus, *ibid.*
Henricus Bleſſius, quare Harlemo pulſus, 105.
Henricus Ebbius quis fuerit, 105.
— ejus lemma, *ibid.*
Henricus Taleſius, cujus filius, & cui in cura Sparwoudana ſucceſſit, 57.
— ejus munia, fata, &c. *ibid.*
Heribertus, Traj. Epiſc. duo altaria in quorum honorem Egmondæ conſecrat, 75.
Heyloo, Kenn. pagus, 79.
— Cœnobium ibi Tertiariorum S. Franciſci, 79.
— dein Ordinis Canonicorum Reg. *ibid.*
— ejus Eccleſia & altaria, 80.
— Rectores, 81.
— bonorum ſeries, *ibid.*
— variè pagus ſcribitur, 78.
— ſacrum excelſum Latine vertitur, *ibid.*
— deſignat locum ſacrum, *ibid.*
— Eccleſia quare Willebrordo ſacra, *ibid.*
— puteum habet quo miraculo inſignem, *ibid.*
— Collatores, Curati, Vicarii, 79.
— quot altaria in Eccleſia, 80.
— Paſtores hodierni, 81.
Van der Hoochius (Nicolaus), vide *Nicolaus.*
Holenſloot, ingens ad Yam lacus, 128.
— pagus ejuſd. nominis Paroch. 167.
Horna, quando ad Parochiæ frequentiam devenit, 136.
— quando Deputat. Ord. Weſt-Friſiæ Collegium ibi inſtitutum, *ibid.*
— ſedes olim Vicarii Epiſc. Ultrajectini, vocati Præpoſiti Weſt-Friſiæ, *ibid.*
— quando prima Parochialis Eccl. ibi ſtructa, *ibid.*
— quæ Sacella, Cœnobia habuit, 137.
— Paſtores hodierni & priſci, 137. & *ſeq.*
— varios doctos habuit viros, 139.
Hortuli quales Harlemi in pios uſus, 48. 49.
Hoſpitalis Domus Harlemi quæ primordia & incrementa, 31.
— quis ejus primus Commendator, *ibid.*
— unde locupletior facta, *ibid.*
Hoſpitalis platea quare Amſtelodami ita dicta, 122.
Hovæus (Antonius), vide *Antonius.*
S. *Hubertus*, venatorum Patronus, 51.
Huſdina, vicus Teſſelæ inſulæ oppoſitus, Weſt-Friſiæ continentis extremum, 90.
— Eccleſia a mari abſorpta, quem Patronum habuit, *ibid.*
— ejus Paſtores, 90. 91.

I.

J*Acobitæ* Harlemi habitantes quare ita vocantur, 31.
— Cœnobii eorum initia, ſplendor, fata & excidium, *ibid.* & 162. 163.
Jacobus Buyckius, Paſtor Amſtel. ſtante Catholico cultu egregius, 96.
— ubi & ex quo morbo mortuus, *ibid.*
Jacobus Ceratinus, cur ita, & non Hornanus appellari voluit, 139.
— Profeſſor Lovanii, *ibid.*
— primum Lexicon Græcum concinnavit, *ibid.*
— in flore ætatis Lovanii exſtinctus, *ibid.*
— quali epitaphio ornatus, *ibid.*
Jacobus Janſonius, modeſtia, verecundia, pietate laudabilis, 125.
— varia munera adminiſtravit, 126.
— diverſos libros ſcripſit, *ibid.*
Jacobus Ilpendamus, quando Bruxellis capite plexus, 128.
Jiſp, rivulus, nomen pago dedit, 66.
Joannes Arnoldi, Sportulanus, Alcmarianus, 84.
— ubi Calviniano ritu primam concionem habuit, 22.
Joannes Borius, quale epitaphium habuit, 96.
Joannes Brugmannus, celebris Minorita, Amſtel. Eccleſiaſtes, & alibi, 78. 109.
— quale de ejus nomine proverbium, *ibid.*
— Decani Amſteland. in eum querelæ, 165.
— ubi obiit, *ibid.*
Joannes Caterus, vir doctus, ingenii acuti Philoſophus, jurium Eccl. aſſertor egregius, 84.
Joannes, Egmondæ Dynaſta, ibi Collegium VI. Canonicorum fundat, 78.
Joannes, Epiſcopus Sudenſis, Joannitarum Cœnobium Harlemi fundat & conſecrat, 31.
— Hoſpitalis Domus S. Catharinæ Ultraj. primus Commendator, *ibid.*
S. *Joannis* Cœnobium Harlemi, in quorum uſum fundatum, 31.
Joannitarum Ordo continua Commendatorum ſucceſſione quando cœperit, 31.

Joannes Eggardus, quale Collegium Amſtelodami fundat, 94.
Joannes de Graef, vir doctus, ſtrenuus & laborioſiſſimus, 169.
Joannes Gerbrandi de Leidis, qua ex re famam conſecutus, 33.
—— quando & quo in loco mortuus, *ibid.*
Joannes a Kempis, Thomæ frater, Rector Cœnobii Viſitationis Beatæ Mariæ propè Harl. 54.
Joannes a Linſchoten, ubi mortuus, 54.
Joannes Pipo, fœdè trucidatur, 130.
Joannes Sartorius, quid egerit & ſcripſerit, 101.
Joannes Surenius, vir doctiſſimus, qualem Dialogum ſcripſit, 54.
Joannes Timannus, cur Bremam conceſſit, 101. 167.
—— qualem librum evulgavit, *ibid.*
—— in quo improbandus, *ibid.*
Joannes Wilhelmi, vir eruditus, multùm adjuvit ad Biblia ſub auſpiciis Philippi Hiſpaniarum Regis in lucem edenda, 53.
—— ſcripſit Indicem Biblicum, *ibid.*
Joannitæ quo tempore Harlemum veniunt, 31.
—— quare potentia creſcunt, *ibid.*
Isbrandus Theodorus School, quare a prædicatione arcetur, 100.
Junius (Hadrianus), vide *Hadrianus*.
Juſtus Moderſon, vir induſtrius, expertiſſimus ac laborioſiſſimus, 107.
—— quando obiit, *ibid.*

K.

K*Empis* (Joannes à), vide *Joannes*.
Kennemaria, pars agri veterum Marſatiorum, 3.
—— ubi jacet, *ibid.*
—— quare ita dicitur, *ibid.*
—— data Theodorico I. a Carolo Simplice, Francorum Rege,
Kennemariæ Decanatus primò fuit ſub Cathedra Trajectenſi, dein Harlemenſi Sedi paruit.
Koewyde, quot virgæ ſunt, 120.

L.

L*Andsmeer*, etymon, 132.
—— Waterlandiæ pagus Parochialis, *ibid.*
Leonardus Marius admodum exiſtimatus, 97.
—— ejus elogium, *ibid.*
Linſchoten (Joannes a) vide *Joannes*.
Luttickhoefhuyſen, aliàs *Oeſthuiſen*, Waterlandiæ ſub Edamo pagus, 131.
—— quem Dynaſtam agnoſcit, *ibid.*
Lymmen variè denominatur, 78.
—— Eccleſia ejus antiqua, 163.
—— Divo Martino ſacra, 78.
—— ejus collatores, *ibid.*
—— Rectores priſci & hodierni, *ibid.*

M.

M*Ade-lands*, quot virgæ ſunt, 120.
Marquette hodiè, olim erat arx Heemskerckiana, 62.
S. *Martini* Xenodochium Harlemi pro quibus, & a quibus conditum, 49.
—— quando conflagravit, & reſtitutum fuit, *ibid.*
Markana Inſula duplex, 65.
—— utriuſque ſitus, *ibid.* & 131.
—— quibus ea quæ Edamo vicina, conceſſa, *ibid.* & 167.
Martinus Duncanus, Cuias, & quis, & quibus locis Paſtor fuerit, 100.
—— Wormariæ ludum litterarium aperit, 66.
—— contra Anabaptiſtas decernat, &c. *ibid.*
Maximilianus, Auſtriæ Dux, Mariam Comitiſſam Hollandiæ ducit, 33.
Maximilianus, quando imperiali corona inſignia Amſtelodami ſanxit, 102.
Medenblick, etymon, 148.
—— antiquiſſima ac Friſiæ Regum ſedes, *ibid.*
—— ubi ſitus, *ibid.*
—— Eccleſia cui ſacra, *ibid.*
—— ejus Paſtori Catholico aſſignatum olim ſubſellium in Choro Metropol. Eccl. Ultraj. *ibid.*
—— ejus Paſtores hodierni & priſci, *ibid.* 149.
—— Cœnobia ejus varia, *ibid.* & 167.
Mercker-hoff, unde ita denominatur, 131.
S. *Michaëlis*, Sororum Franciſcanarum Conventus quando Harlemi conditus, 39.
Mich. Wolpherdus, quomodo humatus, 100.
Middelburgo (Bartholomæus a) vide *Bartholomæus*.
Moderſon (Juſtus) vide *Juſtus*.
Molthuurt locus circa Weſtzaandam, cur ita dictus, 70.
Monaſterium Franciſcanorum Amſtelodami, 108.
—— ejus initia, Conditores, promotores, oppoſitiones, 109.
—— quando illud incendio abſumptum, 110.
Monaſteria Virginum quot Amſtelodami viguerunt, 110. & ſeq.
Monickendam, unde vocabatur, 130.
—— ejus Divus Tut. *ibid.*
—— Paſtores hodierni & priſci, 130. 131.

N.

N*icolaus Canius*, Deſiderii Eraſmi vi. annis amanuenſis, 100.
—— variis in locis Paſtoratum egit, 57.
Nicolaus Florentius, antiquariis ſummis ob cognitionem ejus artis carus, 54.
Nicolaa (Haeſia), vide *Haeſia*.
Nicolaus vander Hoochius, magnus JCtus, ubi obiit, 54.
Nicolaus Hollandinus, in Cœnobio Harlemenſi vir pius, 32.
Nicolaus a Kieten, homo immenſæ magnitudinis, Sparwoudæ natus, 57.
Nicolaus Nieulant, Novaterranus dictus, primus Harlemenſis Epiſcopus, 15.
—— a Philippo Hiſp. Rege deſignatur, *ibid.*
—— cum Monachi ei reſiſterent, a Margareta Parmenſi, in dignitate confirmatus, *ibid.*
—— quando in Cathedram introductus, 19.
—— magna cum ſolemnitate ad munus venit, 19. 20.
—— quam latè ejus Diœceſis ſe extendit, 20.
—— quæ ſtatuta ſancit, 21. 22.
—— rigidiorem diſciplinam meditatur, 22.
—— cur Geervlietenſium Canonicorum æmulationem patitur, *ibid.*
—— Epiſcopatu cedit, 23.
—— ubi & quo anno moritur, *ibid.*
—— ubi ſepultus, 76.
—— quale Epitaphium & carmen funebre habuit, *ibid.* & 162.
Nieuwe Nytrop, cui ſacer, 152.
—— altare ibidem, 167.
Nihuſius (Bartholdus), vide *Bartholdus*.
Nona Harlemenſis, cur ſtrages in Eccleſia Cathedrali ejus urbis dicta, 28.
Noortſcherwoude, tres habet Parochias, 86.
—— ad quem illæ pertinent, *ibid.*
—— quare pridem dicta S Joannis Parochia, *ibid.*
—— Collatores & priſci Paſtores, 165.
Norbertini quare ita vocati, 38.

Digitized by Google

Nova Eccleſia Amſtelodami ad cujus normam conſtructa, 98.
—— cui ſacra, *ibid.*
—— ejus menſura, *ibid.*
—— ſuperbit Mauſoleo Mich. de Ruiter, aliorumque, 99.
Nyekerck jacet in Kennemaria, extra Harlemum, verſus lacum Harlemum, 57.
—— ejus collatores, rectores, proventus, *ibid.*

O.

S. O*Dulphus* ex quo ortus, 63.
—— Confeſſor, non Martyr fuit, 162.
—— ejus ſtudia, munus, & alia, *ibid.*
—— quando ejus memoria celebratur, *ibid.*
Oeſtereynde, hodiè *Ooſterend*, a ſitu ad ortum nomen ſumſit, 89.
—— quem Patronum habet, *ibid.*
—— collatio penes quem, *ibid.*
Officialis Eccleſiæ Harlemenſis quis primus, 20.
Ooſtwoud, conterminus Medenblicæ, 161.
—— quo Patrono gaudet, *ibid.*
Ooſtzanen, unde denominatur, 68.
—— Eccleſia cui ſacra, *ibid.*
—— collator quis olim, *ibid.*
—— Paſtores quos habuit, 69. 70.
—— quot ei ſubditum Sacellum, 68.
Opmeerus (Petrus), vide *Petrus.*
Opperdoes, cura Medenblicæ dudùm annexa, 161.
Ordinum Holl. circa Orphanotrophia Roman. Cath. edictum, 123.
Oſdom, hodiè *Ooſtdom*, ubi jacet, 78.
—— Sacellum habet Mariæ ſacrum, celebre magno concurſu, *ibid.*
Oſterleeck unde denominatur, 151.
—— Kennemar. vicus, *ibid.*
Oudendyck, Parochia, 71.
—— ejus collatores, *ibid.*
't *Oude Sebilt*, aliis 't *Sebil*, quaſi litus antiquum, 90.
—— in ea exſtant monumenta veteris Monaſterii Templariorum, *ibid.*
—— ejus Paſtores, *ibid.*
Oud-Karſpel quo Patrono gaudebat, 87.
Outdorp priſca nomina, 149.
—— unis paſſuum millibus jacet ab Alcmaria, *ibid.*
—— cui ſacra, *ibid.*
—— ejus Collatores, *ibid.*
—— ejus Paſtores priſci & hodierni, *ibid.* 150.
Ouwerkerk, aliàs *Oude Amſtel*, Amſtelandiæ vicus, 126.
—— cui ſacer, *ibid.*
—— Paſtores hodierni & priſci, *ibid.* 127.

P.

S. P*Alladius*, primus Hiberniæ Epiſcopus miſſus, 56.
S. *Pancratii* fanum, 150. 163.
Parochiæ templi Harlemi amplitudo, 14.
Paſtores Amſtelodami Catholici qui, 105. *& ſeq.*
Paſtorum Harlemenſium ſeries, 14.
S. *Patricii* purgatorium quid, 56.
Paulus IV. quando Eccleſiam Harlemenſem in Cathedralem evehit, 15.
—— quod Collegium in eo inſtituit, *ibid.*
Paulus Wirtzius, ubi ſepultus, 93.
S. *Petri* domicilium a quibus conditum, 49.
—— quot alumni in eo erant, *ibid.*
—— quales præclari viri ex eo prodiere, *ibid.*
Petrus Ballingus, vir magnus, in primaria Eccleſia trucidatus, 45.
—— myops licet, cælitus illuſtratus, Harlem. Antiſtiti erat oculus, *ibid.*
—— quale ſymbolum habuit, *ibid.*
Petrus a Fine, cur *Lyropius* dictus, 30.
—— Capituli Harl. creatur Decanus, 28.
Petrus Junius, vir eruditus, multiplici cognitione Hiſtoriarum inſtructus, 139.
Petrus Opmeerus ob doctrinam & pietatem quam maximè laudatus, 125.
Petrus Scriverius, ſummè laudatus, 54.
Petrus Zuringius, cur Ordinis ſui religioſos Harlemum mittit, 38.
Petten variæ denominabatur, 88.
—— ex matricibus Hollandiæ Eccleſiis una, varias ſub ſe habuit Capellas, *ibid.*
Philippus, Burgundiæ Dux, qua conditione multa largitur donaria domui Hoſpitali Harlemi, 31.
Petia & *Pitancia*, quid deſignent, 166.
Polus Cardinalis, quid Georgio Egm. Traj. Epiſcopo commiſit, 14.
Pompejus Occo, alter apud Amſtelodamenſes Mecenas, 125.
—— ſuis impenſis Pſalterium cur edi curavit, *ibid.*
—— Jus ejus ſymbolum, *ibid.*
Præpoſitorum Weſt-Friſiæ quale juramentum, 134.
—— eorum ſeries, *ibid.*
Præpoſitura Weſtfr. veteri ævo, quæ, 133.
Presbyterorum Collegium Amſtelodami a quibus fundatum, 94.
Purmereyndæ etymon, 129. 169.
—— a quo fundatur, *ibid.*
—— quos Patronos coluit, *ibid.*
—— Paſtores qui, *ibid.*
Purmerlandt unde appellatur, 128.
—— Toparchia inſignis, cui fanum cum turri acuta & excelſa, *ibid.*
Puteus Willibrordi quarè ita dictus, 79.

Q.

Q*Uirinus Taleſius*, Eraſmo a manu, miſerabili morte defunctus, 54.

R.

R*Abodus*, Egmondanus, religioſiſſimus vir, quid egerit, 78.
Radbodus quis, 148.
Randorp, unde ita denominatus, 131.
—— ejus ſitus, *ibid.*
—— cur denſam & obtuſam habet turrim, *ibid.*
Rietwyck, locus Kennemariæ circa arcem Poelenburgicam collapſus, 62.
—— a quibus collationem habebat, *ibid.*
Ruardus Tapperus qualis fuit, 146.
—— obiit Lovanii, cunctis bonis pauperibus relictis, *ibid.*
—— ejus epitaphium, 147.
Ryp, locus vicinus *Jiſp*, 67.
—— quos Paſtores habuit, 68.

S.

S*Acellani* Curatores Harlemi qui, 28. 29.
Sagittariorum horti quot Amſtelodami, 124.
—— quæ in iis exercitia fiebant, *ibid.*
Santpoort ubi jacet, 56.
—— arci Brederodæ & Velſenæ proxima, *ibid.*
—— Sacellum illic S. Patricii, *ibid.*
Sartorius (Joannes), vide *Joannes.*
Schagen, municipium Weſtfriſiæ amplum & ingens, 151.
—— Eccleſia cui dicata, *ibid.*
—— altaria, *ibid.* & 167.

 Schel-

Schellinkwouda, Waterlandiæ pagus, 131.
—— ubi ſitus, *ibid.*
Schep (Wilhelmus) vide *Wilhelmus.*
Schermer, quomodo antiquitus nominabatur, 88.
—— unde ita vocatur, *ibid.*
—— Paſtores priſci & hodierni, *ibid.*
Schorel, variè denominatur, 87.
—— ubi ejus ſitus, *ibid.*
—— habuit Eccleſiam vetuſtam, cui olim quatuor ſubjectæ Capellæ, *ibid.*
—— quem Divum habuit, *ibid.*
—— ejus Collatores, Paſtores priſci & hodierni, 87. 88.
Scriverius (Petrus), vide *Petrus.*
Simon ab Haerlem, vir nobilis, 32.
Simon Sovius, Poeta & Grammaticus non ignobilis, & Scholæ Harlemenſis Rector, 54.
Sixtus IV. Pont. Max. Harlemenſe templum in Præpoſituram evehit, 13.
Slota, Amſtelandiæ vicus, Kennemariæ Decanatus, 58.
—— quis ejus Divus Tut. *ibid.*
Slaterdyck, Amſtelandiæ vicus, Kennemariæ Decanatûs, 58.
—— cui ſacer, *ibid.*
Sloyus, Egmondæ in Monachos ſævit, 77.
Sparendam quare ita vocatur, 58.
—— quandò ibi fanum eſt disjectum, & rurſus ædificatum, *ibid.*
Sparna rivus Anno 1390. alluebat Harlemum, ſed Anno 1400. perluebat, 58.
Sparwouda quare ita vocata, 57.
—— ejus Eccleſia, cui ſacra, *ibid.*
—— ejus Collatores, proventus, & Rectores, *ibid.*
Stephanus Craebtius, vir ætate, conſilio & virtute plenus, 105.
—— quale lemma habuit, *ibid.*
Stroet, hodiè *Stroet*, Wieringiæ vicus, 91.
—— D. *Willibrordo* ſacer, *ibid.*
Suyderdorp origo, 132.
—— pagus Parochialis Waterlandiæ, *ibid.*
Surenius (Joannes), vide *Joannes.*
Suwardus, Suffrag. Traj. duo altaria in quorum honorem Egmondæ conſecrat, 75.
Sybrandus Sixtius admodùm laudatus, 96.
—— ubi mortuus, 97.
—— egregia ſepultura ornatus, *ibid.*
—— carmen ejus funebre, 166.

T.

Taleſius (Henricus), vide *Henricus.*
Taleſius (Quirinus), vide *Quirinus.*
Tapperus (Ruardus), vide *Ruardus.*
Templum Harlemi, pulcherrimum opus, 9.
—— quando conſummatum, *ibid.*
—— quando & a quo in Cathedrale erectum, 15.
Teſſel, ampliſſimus olim tractus, 89.
—— in quot Comitatus dividitur, *ibid.*
—— quot vicos numerat, *ibid.*
—— ingentes ovium greges nutrit, *ibid.*
Theodoricus I. quanta gratia valuit apud Carolum Simplicem, Regem Galliæ, 75.
Theodoricus II. largè Eccleſiam Egmondanam donat, 75.
Theodoricus II. Alcmarienſe vectigal cui dat, 82.
Thomas Thilius, Miniſter Acath. Harlemi in Eccleſia D. Virginis concionem primam habet, 28.
—— cœnam Calviniano ritu adminiſtrat, *ibid.*

V.

VEenhuyſen, pagus Parochialis, 70.
—— Collatores ejus, *ibid.*
—— Eccleſia ejus S. Dionyſio ſacra, 152.
Velſen, ubi jacet, 58.
—— arcem habuit Velſeniorum, *ibid.*
—— ejus Eccleſia a Willibrordo fertur erecta, *ibid.*
—— hodierna Engelmundo eſt dicata, *ibid.*
—— ejus Paſtores, 59.
Verona ubi creditur fuiſſe ſita, 150.
—— urbs fertur antiquiſſima & potentiſſima, *ibid.*
—— ejus antiquitas unde conciliatur, *ibid.*
Vicarius Eccleſiæ Harlemenſis quis primus, 20.
Vlielandt, ubi jacet, 91.
—— ejus Collatores, & alia ſacra, *ibid.*
Ultonia, in Hibernia, olim Tirconallia, nunc Donegallenſis Comitatus, 56.
Urſem, pagus Kennemariæ, D. Bavonem habuit Patronum, 170.
—— Collatores & proventus, *ibid.*
—— Paſtores, Rectores, Æditui, *ibid.*

W.

WAel, Teſſel. pagus, cujus Eccleſia ad nominationem Holl. Comitum, 89.
—— cui hæc conſecrata, *ibid.*
Walkendorpius (Erikus), vide *Erikus.*
Warfartshove, vulgò *Wervershoeve*, Weſt-Friſiæ pagus, à Werenfrido Divo Tutelari denominatus, 161.
Warmenhuiſen, Kennemariæ pagus Parochialis, 86.
—— cui Eccleſia dicata, *ibid.*
—— ejus Paſtores, *ibid.*
Weerde, hodiè *Waarden*, Waterlandiæ pagus Parochialis, 130.
Weer, quot jugera & virgæ ſunt, 120.
Weſtereyndt, pagus Teſſeliæ olim nominatiſſimus ac prætorius, 90.
—— Eccleſia ejus quale jus habuit, *ibid.*
Weſt-Friſiæ Decanatus, 132.
—— Decani, 134. 136.
—— a quo eligebantur, *ibid.*
Weſtzanæ ſitus, priſcum nomen, Eccleſiæ Collatores, priſci ævi Paſtores, cenſus, Capella ei pridem ſubdita, 70.
Weſtzaandam ex paucis domunculis excrevit in municipium, 70.
—— mercaturâ floret, *ibid.*
—— Mariam Magd. Patronam habet, *ibid.*
Wieringa, Teſſelenſis pagi quondam pars continens, inſula jam modica, 91.
—— quot pagos & Parochias complectitur, *ibid.*
—— Parochiæ quibus dicatæ, &c. *ibid.*
Wilhelmi (Joannes), vide *Joannes.*
Wilhelmus Schep, cui ſtudio ſe impendit, 105.
—— qualem librum ſcripſit, *ibid.*
Wolfius (Nicolaus), vide *Nicolaus.*
Wormer, cur ita vocatur, 65.
—— opimus Kennemariæ pagus, *ibid.*
—— ſitus, *ibid.* & 163.
—— induſtria, 66.
—— laus a viris non ſolùm, ſed a & fœminis, *ibid.*
—— Eccleſia cui ſacra, *ibid.*
—— Collatores, & proventus, *ibid.*
—— priſci & hodierni Paſtores, *ibid.*
Wormerveer, vicus ſub Parochia Weſtzanenſi, 70.

Digitized by Google

Wigeeſt, pagus Kennemariæ celebris, 63.
— ejus etymon & Dynaſtæ, *ibid.*
— quam Divam Tutelarem habuit, *ibid.*
— ejus collatio penes quos, *ibid.*
— priſci & hodierni Paſtores, 64.
Wyck ſupra mare, pagus Kennemariæ maritimus, 62.
— Parochiali gaudet Eccleſia, Divo Odulpho ſacra, *ibid.*
— Collatores priſci & Paſtores, *ibid.*
Wynckel, Patronum S. Lucam Euangeliſtam habuit, 152.
Wyſterlandt, hodiè *Weſterlandt*, vicus Parochialis Divo Nicolao ſacer, 91.
— priſci ævi Collatores, Paſtores, & cenſus, *ib.*

X.

X *Enodochium* Hoſpitale Amſtelodami quale celebre, 122.
— quæ jura ei conceſſa, *ibid.*

Y.

Y *Lpendam* unde denominatur, 128.
— ejus Paſtores, *ibid.*
Ypelboef, vulgò *Hyppelboef*, primarius pagus, quaſi Hyppoliti aula, 91.
— perſonatus ibi pridem, *ibid.*
— ejus Collatores, *ibid.*

Z.

Z *Aan*, rivus, nomen dat *Ooſtzane*, &c. 68.
Zaandamenſes quid Rod. Diepholdium rogant, 69.
Zips, ubi jacet, 89.
Zuidertshage, limes auſtralis eſt Comitatus Geroliſiani, 131.
Zuiderwoude antiquitas & origo, 131.
Zuringius (Petrus), vide *Petrus*.
Zuyder- & Noorder-Meer ſub *Sybekerſpel*, 154.
Zuytſcherwoude, quare pridem D. Petri appellata, 87.
Zylenſes Virgines Harlemi quibus rebus Cœnobium ſublevant, 43.

INDEX Eccleſiarum Collegiatarum, Abbatiarum, Commendariarum, ac præcipuorum Monaſteriorum, quæ in Epiſcopatu Harlemenſi olim floruerunt.

Eccleſiæ Collegiatæ.
Eccleſia Collegiata D. Bavonis, *Harlemi.*
— Collegiata S. Catharinæ, *Egmondæ ſuper mare.*

Cœnobia Auguſtinianorum.
Cœnobium Auguſtinianorum, *Harlemi.*
— Auguſtinianorum, *Enchuſæ.*
— Virginum Auguſt. *Zylenſe*, dictum, *Harlemi.*
— Mariæ Magdalenæ nomine, *Amſtelodami.*
— S. Agnetis, *ibid.*
— S. Catharinæ, *ibid.*
— S. Gertrudis, *ibid.*
— Campi B. Mariæ, *ibid.*
— Nazareth, *Beververici.*
— B. Elizabethæ, in *Grootebroek.*

Cœnobia Canonicorum Regularium S. Auguſtini.
Cœnobium Canonicorum Regul. Viſitatio B. Mariæ dictum, propè *Harlemum.*
— S. Willibrordi, in *Heyloe.*
— S. Auguſtini, propè *Amſtelodamum.*
— Mariæ in Zion, *Beververici.*
— Domus novæ lucis, in *Weſterblocker.*

Cœnobia Benedictinorum.
Abbatia Egmondana, *Egmondæ.*
— Benedictinorum, *Medenblicii.*

Cœnobia Alexianorum & Cellitarum.
Cœnobium Alexianorum, *Amſtelodami.*
— Cellitarum, *Harlemi.*
— Cellitarum, & Converſarum, *Amſtelodami.*

Cœnobia Franciſcanorum.
Cœnobium Franciſcanorum, *Harlemi.*
— Franciſcanorum, *Alcmariæ.*
— Franciſcanorum, *Amſtelodami.*
— Franciſcanorum, ſeu Terminariæ ædis, *Edami.*
— Franciſcanorum, *Enchuſæ.*
— Franciſcanorum Tertiariorum, Vallis S. Petri dictum, *Hornæ.*
— Franciſcanorum Tertiariorum, *Harlemi.*
— Virginum tertiæ Regulæ S. Franciſci, Mariæ Magdalenæ titulo, *Harlemi.*
— ejuſdem Ord. S. Michaelis, *ibid.*
— ejuſdem Inſtituti S. Claræ, *ibid.*
— ejuſdem Ord. S. Catharinæ, *ibid.*
— ejuſdem Ord. S. Urſulæ, *ibid.*
— ejuſdem Ord. S. Annæ, *ibid.*
— ejuſdem Ord. S. Margaritæ, *ibid.*
— ejuſdem Ord. S. Mariæ, *ibid.*
— S. Cæciliæ, *ibid.*
— ejuſdem Inſtituti Divæ Virginis, *Alcmariæ.*
— ejuſdem Ord. S. Urſulæ, *Amſtelodami.*
— ejuſdem Ord. S. Cæciliæ, *ibid.*
— ejuſdem Ord. S. Barbaræ, *ibid.*
— ejuſdem Ord. S. Margaretæ, *ibid.*
— ejuſdem Ord. S. Mariæ, *ibid.*
— ejuſdem Ord. S. Luciæ, *ibid.*
— ejuſdem Ord. S. Claræ, *ibid.*
— ejuſdem Ord. S. Agnetis, *Hornæ.*
— ejuſdem Ord. S. *Catharinæ*, *ibid.*
— ejuſdem Ord. S. *Cæciliæ*, *ibid.*
— ejuſdem Ord. S. Gertrudis, *ibid.*
— ejuſdem Ord. S. Mariæ, *ibid.*
— ejuſdem Ord. S. Mariæ Magdalenæ, *ibid.*
— ejuſdem Ord. S. Claræ, *ibid.*
— ejuſdem Ord. S. Urſulæ, *Enchuſæ.*
— ejuſdem Ord. Bethlehem dictum, in de *Bemgaert*, poſteà Ord. S. Auguſtini in *Weſterblocker.*

Cœnobium Bogardorum, Amſtelodami.
— Clariſſarum S. Catharinæ, *Alcmariæ.*

Cœnobia Carmelitarum & Domininicani.
Cœnobium Carmelitarum, *Harlemi.*
— Carmelitarum propè *Alcmariam* in *Oudorp.*
Virginum Carmelitarum, *Harlemi.*
Cœnobium Dominicanorum, *Harlemi.*

Cœnobia Templariorum, Joannit. &c.
Cœnobium Templariorum, *Beververici.*
— ejuſdem Ordinis, in *Ooſtereynde.*
Cœnobium Melitenſium, ſeu Joannitarum, *Harlemi.*
Cœnobium Carthuſianorum, propè *Amſtelodamum.*
Cœnobium Virginum Ordinis Ciſtertienſis, Galilæa dictum, propè *Monickendam.*

Cœnobia Virginum incerti Ordinis.
Cœnobium Virginum S. Cæciliæ, *Enchuſæ.*
— S. Claræ, *ibid.*
— S. Agnetis, *ibid.*

Begghinaſia.
Begghinaſium, *Harlemi.*
Begghinaſium, *Alcmariæ.*
Begghinaſium, *Amſtelodami.*
Begghinaſium, *Enchuſæ.*
Ædes ſacræ, *de Hoeck*, ſeu angulus dictæ, *Harlemi.*

Simul 72. Cœnobia.

F I N I S.

Digitized by Google

HISTORIA, ſeu NOTITIA
EPISCOPATUS
DAVENTRIENSIS,

Ex Eccleſiarum M. Codicibus, Cœnobiorum Membranis, patriæ Archivis, Bibliothecarum theſauris, Authenticis annotatis & Claſſicis Scriptoribus, altero prelo auctior ac emendatior.

Digitized by Google

PROLOGUS

IN

Hiſtoriam ſive Notitiam Epiſcopatus Davent.

altero prelo ac novis curis excuſam.

DAVENTRIENSIS Diœceſis, cujus Sedes Daventria eſt, Ultrajectinæ Eccleſiæ olim ingens portio, modò ei Suffraganea, inter Belgii Epiſcopatus locum non infimum obtinet. Sedes hæc Tranſiſalanam Regionem magna parte complectitur, in quam Trajectini Hierarchæ religione & armis poteſtatem nacti, in duas diviſere Provincias, quas & pedo & ſceptro dudùm tenuêre; citeriorem ſc. ſeu inferiorem, & ulteriorem ſeu ſuperiorem. Ulteriori *Tranſiſalanæ* nomen factum, quia *Sala* vetus alveus eſt, qui *Druſi* foſſione & latior & profundior factus, vernaculè *de Iſſel* dicitur; a quo accolæ haud malè dicti fuerunt Veteribus, & in his etiam *Bekæ* paſſim *Tranſiſelani*, *Tranſiſelenſes*, *Tranſiſelini*; nobis non benè *Tranſiſulani*, & *Tranſiſulania*, licet hodiè receptiſſima ſit ſcriptio.

[a] Partes enumerare placuit *Ente*, *Tuente*, *Drente*, id eſt Primam, Secundam, Tertiam. Vocabulum *Deventer*, ut jam ſub *Daventria* dictum, tractum putatur a Diœceſis ulterioris parte prima ſeu *Ente*, cujus Metropolis eſt. Tranſiſalanæ ab occidente parti primæ, *Salanæ*, ſeu *Salandiæ* nomen præcipuum eſt.

Tuenta, Tranſiſalanæ Diœceſeos pars ſecunda eſt, ordine ad Primam & Tertiam, vernaculo verbo *Twente* dicta, quaſi *tweede Deel*. Alii a Tubantia eam malunt deducere. Antiquiſſimam autem Trajectinorum poſſeſſionem eſſe in *Tuentia*, Litteræ fundationis Cœnobii Benedictini in *Hoborſt* ſatis manifeſtè produnt, datæ Anno CIƆVI. *Vid. J. Lindeb. Hiſt. pag.* 17.

Trenta, quam alii a *Tencteris* derivant, amplitudine longè minor, a diviſione Epiſcopatuum, Sedi Groninganæ eſt adjecta; ubi de ejus vocabulo, ſubjectione ſub Trajectinis, ejuſque ſacris prolixus erit ſermo.

Ut de Prima & Secunda parte modò agamus, regio hæc poſt SS. *Willibrordum* & *Bonifacium*, a SS. *Lebuino* & *Plechelmo*, de quibus *Bat. Sac.* part. 1. pag. 96. &c. & p. 81. &c. egregiè exculta, fanis templiſque eximiis & pluribus ad rem Chriſtianam peragendam, ac populum in fide Chriſti inſtituendum, Collegiiſque ad Laudes divinas celebrandas decantandaſque ampliſſimis ditata fuit. Ex his celebres dudùm inter Eccleſiæ Ultrajectinæ dignitates, *Daventrienſis*, & *Oldenſalienſis Præpoſituræ*. Cum populi Chriſtiani cultus ſubinde deferbuiſſet, reſtitutus is cùm ab aliis, tum a *Gerardo M.* ejuſque ſociis, quorum vitæ ſeries data *Bat. Sac* part. 1. pag. 204. &c. Ad eum inſtammandum excitata illic Cœnobia plurima & ingentia. In his excelluit auguſtiſſimum & celeberrimum Canonic Regul. ſub S. *Auguſtini* Inſtituto extra Swollas, a clientela & ſitu, dictum *B. Mariæ V.* in *Windeſim* Collegium, quod agonizanti M^ro. *Gerardo Magno* jam dicto, ſuos aſſcribit Natales; ex quo orta ampliſſima *Windeſimenſis* Congregatio ſeu *Capitulum*.

Jo. Lindebornius, ad D. *Nicolaum* in urbe Ultraj. dum viveret Paſtor, & Cap. Ultr. Canonicus *Epiſcopatùs Daventrienſis Hiſtoriam ſive Notitiam* ab aliquot annis dedit Coloniæ Agripp. Anno 1670. in 8°. excuſam, jam dictæ *Congregationis Windeſim.* Generali, P. ac D^no. *Petro a S. Trudone* nuncupatam, accuratam ſatis & plerùmque laudatam, ab ipſo etiam *J. Mabillonio* cum laude adductam. Adhæc nuperus Scriptor [b] Gallus in [c] *ſtudendi Hiſtoriæ Methodo*; recenſitâ *Hiſtoria ſive Notitia Epiſcopatus Daventr.* in 8°. *Coloniæ* 1670. dein ſubdit: [d] *Opus hoc excellens eſt ex Actis & Diplomatibus quæ continet.*

a Ait. Not. Germ. inf. part. 2. p. 182.
b Mr. Langlet du Freſnoy.
c Methode pour etudier l'Hiſtoire.
d C'eſt ouvrage eſt tres bon pour les Actes & les Diplomes qu'il contient.

Digitized by Google

Jacobus Revius, eruditiſſimus Scriptor, Acatholicus licet in *Daventria illuſtrata* plura dedit Hiſtoriæ ac Notitiæ Epiſcopatus hujus ornandæ ac amplificandæ accommodatiſſima. Plurima deinde, & in his Codices ac Membranæ MS. authenticæ, interdum & autographæ, inprimis quæ Daventriam ipſam, Zutphaniam, Doesburgum & Grollam ſpectant, ad manus meas devenêre. Jungi his meretur MS. Codex luſtrationis, ſeu ut inſcribitur, *Viſitationis ab Ægydio de Monte* Davent. Epiſc. per Diœceſin ſuam inſtitutæ.

Quæ ex his corraſimus, *J. Lindebornii* Hiſtoriæ, abſque ulla ejus immutatione, nedum immunitione, inter duos uncinos, ne ordo invertatur, inſerimus. Notulas ſubinde ad quædam Hiſtoriæ capita, aſteriſcis deſignata, apponimus. Hiſtoriæ epitomen pro lectoris commoditate in margine tradimus. Nævos adhæc atque aberrationes, Typographi maximè incuria operi adſperſas, reſtituere cura fuit. Indicem denique rerum ampliſſimum, diu deſideratum, magno lectorum commodo ad calcem adjicimus. Editioni iſti ſolummodò detrahuntur approbationes priſtinæ ſeu Judicia Doctorum Profeſſorumve; F^tris. *Theodori Deghens*, Can. Regul. Colon. Prioris, S. Theol. Doct. ac Profeſſoris publici & ordinarii, atque *J. Francken Herſtorpff*, Metrop. Eccl. Col. Canonici, Librorum Cenſoris ordinarii: inſuper & carmina quæ in laudem Scriptoris effuſo cornu dedêre *J. Menſingus*, *C. Loots*, *T. Hanswerker*, *Henr.° Bloemaert*, aliique, quæ fronti operis appoſita, inibi legi poſſunt.

HISTO-

Digitized by Google

HISTORIA, ſeu NOTITIA EPISCOPATUS DAVENTRIENSIS.

Origo Daventrienſis Epiſcopatus.

CHriſtiani Seculi XV. Anno LIX. curâ Philippi II. Hiſpaniarum Regis & Belgarum Domini, idem cum aliis per Belgium de novo inſtitutis Epiſcopatus Daventrienſis (cujus notitiam damus) initium habuit: ſeptemdecim Provinciis populorum multitudine confertiſſimis (*de Bello Belgico Decad.* 1. *L.* 1. *Famianus Strada*) quoniam quatuor Epiſcopi (neque enim plures tunc erant) nequaquam ſufficere videbantur, augendum ſibi Rex ſtatuit illorum numerum. Id, uti comperio, agitaverat olim animo Philippus Burgundiæ Dux, Belgii Princeps, is qui equeſtrem aurei Velleris Ordinem inſtituit, eamque moriens procurationem impensè commendavit Carolo filio cognomento Pugnaci ab aſſidua tractatione armorum, quæ ſcilicet abſtraxêre aliò præferocis animi Principem. Nec majus otium Philippo fuit Mariæ, quam Pugnax unicam reliquit, & Maximiliani Auſtriaci Imperatoris filio ob novas Regnorum curas in quæ dotali jure immigravit ductâ uxore Joanna, Ferdinandi Catholici hærede. Et quamvis hujus Philippi filius Carolus V. Imperator ſeriò idem percuperet ac fila ad hanc telam aliqua ſubmittere jam cœpiſſet, intercurrentibus tamen armis per prima Imperii turbamenta ſæpius interruptum eſt opus, ac nova per Europam Africamque alia continenter ex aliis bella conficiendæ rei facultatem magis quàm mentem homini ademêre; niſi fortè ſegnior in eo factus eſt Cæſar, ne Georgio Auſtriaco patruo ſuo Leodienſium Antiſtiti juriſdictionem contraheret imminueretque novarum ſedium inſtitutione. Suprema tamen inter monita Philippo filio relicta hoc præcipuum fuiſſe legi ipſe in epiſtola ejuſdem Philippi manu ad Gubernatricem ſororem 2. Jan. Anno 1562. ſcripta, quâ induci ſe Rex ait ad augendum eo potiſſimum tempore Paſtorum numerum, quod & multò indies frequentius oppidis pagiſque incoleretur Belgium, & hæreſis è finitimis locis in eas confertim Provincias gradum faceret, & conſilium imperiumque patris hæreret animo, qui hanc unam eſſe rationem procurandæ in Belgio Religionis edocuerat. Itaque Rex, ubi primum à bello nactus eſt otium, Franciſco Sonnio Lovanienſi Theologo Primariæ Doctrinæ viro (qui haud ita pridem Vormatiæ cum Melanchthone, Illyrico, aliiſque ſuper Religione juſſu Ferdinandi Cæſaris congreſſus fuerat) miſſo in Urbem ut cum Franciſco Varga Regio Legato conſilium ſuum Paulo IV. Pontifici aperiret, poſt aliquot menſes, quibus in cœtu ſeptem Cardinalium agitata res eſt, uti optaverat impetravit omnia, prono videlicet ad profligandas hæreſes Pontifice occaſionemque gratificandi Philippo Regi nuper reconciliato nequaquam aſpernante. Namque Belgarum Urbes, in quibus ſacræ novorum Antiſtitum Præfecturæ figerentur, definitæ ſunt numero quatuordecim additæque ad quatuor antiquas, ac tribus earum Archiepiſcopatus prærogativa exornatis: videlicet, Cameraco, Trajecto ad Rhenum atque Mechlinia, hanc cæteris præferri placuit rogatu Regis, qui Urbem in media ſitam Brabantia Bruxelliſque atque adeo Principi proximam deſtinaverat Antonio Perenotto Granvellano ex Atrebatenſi Eccleſia idcirco ad eam tranſlato, quod non procul à Regia hominem abeſſe è republica videretur. Conceptum hac ratione Diploma Pontifex Nuntio ſuo Salvatori Epiſcopo Cluſino & Franciſco Sonnio in Belgium proficiſcentibus tradit, qui quæ decreta erant exequerentur: in aliis rebus ad Juriſdictionis terminos cenſumque pertinentibus pro ſua ipſi prudentia è re conſilium capeſſerent. Et Philippus accepta facultate nihil moratus quæſitiſſimo delectu viros ad novas Infulas nominat editis omnes Voluminibus probataque in Tridentino Senatu virtute conſpicuos: nempe quos & gauderet Pontifex Paſtores dare & puderet populos non admittere. Quòd verò differre profectionem ſuam (è Belgio in Hiſpanias) Rex ultra nollet, negotium definiendi novis Eccleſiis certos terminos dotemque ſingulis attribuendi Granvellano Sonnioque committit, nam Pontificis Nuntius ſecuturus Regem erat in Hiſpanias: hactenus *Strada* ad Annum 1559.

Litteras Pontificias non appendo, cum eas exhibeat *Belg. Donationum Codex Miræi* *, earumque Synopſis è Libris conſiſtorialibus praſtet in veſtibulo *Belgicæ Chriſtianæ* apud *Raiſſium*, & quæ ſedem Daventrienſem concernunt, cum interim de dote proviſum eſſet futuro Antiſtiti factaque limitum deſignatio, ſuo Diplomati, quod adſcribimus, *Pius* IV. *Pauli* ſucceſſor inſeruerit.

* Nos eas ex authentico Codice MS. dedimus ſub Metropolitana Sede Ultrajectina.

PIUS *Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.* Regimini univerſalis Eccleſiæ diſponente Domino præſidentes pro Eccleſiarum quarumlibet præſertim noviter erectarum illiſque præſidentium & in divinis ſervientium ſtatum ſalubriter dirigendo, prout ex debito nobis injuncti Paſtoralis Officii tenemur, ſolicitæ conſiderationis aciem extendimus & ad ea, per quæ Eccleſiarum ipſarum dotationi, decori & venuſtati ſuorumque Præſulum, Capitulorum & aliarum perſonarum divinis ibi laudibus inſiſtentium ſtatui & opportunæ ſubventioni cum divini cultus augmento & animarum Chriſti fidelium ſalute conſulitur, noſtræ ſollicitudinis partes libenter adhibemus, ac aliàs ſuper his etiam nonnulla, quæ à prædeceſſoribus noſtris licet conſultè geſta fuerint, immutanda diſponimus, prout locorum, temporum perſonarumque qualitas exigit ac ipſarum Eccleſiarum utilitas perſuadet, & id in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Cùm itaque ſicut accepimus aliàs, poſtquam felicis recordi Paulus PP. IV prædeceſſor noſter, ut providum decebat Paſtorem, in ea inferioris Germaniæ parte, quæ chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico hæreditario jure ſubjecta eſt, pro tanta celeberrimorum quæ inibi erant Oppidorum frequentia populorumque multitudine adeo paucas Eccleſias Cathedrales ineſſe conſiderans, ut earum Epiſcopi ea qua opus erat diligentia tantam animarum multitudinem regere nequirent, idque quibuſdam eò erat difficilius quòd Diœceſani ſui inter ſe vulgari idiomate inſtitutiſque differebant, & quidam eorum etiam ejuſmodi privilegia habebant ut ipſos ad ſedem Epiſcopalem evocari non liceret, unde præfati Epiſcopi ſanam fidei Catholicæ doctrinam ac rectam vivendi rationem, populum illum docere & in delinquentes animadvertere commodè nequibant, ipſaque fides & animarum ſalus illic ob pullulantes Hæreticorum & Schiſmaticorum, quibus Regio ipſa undique ferè circumdata erat, inſidias peſtiferaſque doctrinas maximo in diſcrimine verſabatur. His aliiſque gravibus cauſis impulſus volens etiam prædicti Philippi Regis hoc illi humiliter ſupplicantis precibus pioque deſiderio in ea parte ſatisfacere, habita ſicut tantæ rei pondus exigebat, cum fratribus ſuis, de quorum numero tunc eramus, matura deliberatione de eorum conſilio deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Trajectenſem Civitatem & Diœceſin à Colonienſi Provincia, cui tunc erat metropolitico jure ſubjecta, ac Daventrienſe à Trajectenſi & diverſa alia tunc expreſſa oppida inſignia dictæ Regionis cum omnibus & ſingulis ſuis terminis, territoriis, Cleris, populis & perſonis, Monaſteriis & Beneficiis Eccleſiaſticis cum cura & ſine cura ſecularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus, aliiſque piis locis à ſuis quoque Diœceſi & Provincia per quaſdam ſub plumbo perpetuo ſegregaverat, diviſerat & ſeparaverat, ac Daventrienſe, cæteraque oppida prædicta ſic diviſa in Civitates, ſedem verò Trajectenſem tunc Epiſcopalem in Metropolitanam, ac Collegiatam S. Lebuini Daventrienſem, certaſque alias aliorum oppidorum in civitates erectorum prædictorum Eccleſias in Cathedrales pro totidem Epiſcopis creandis, qui ſuæ cuique Eccleſiæ præeſſent, ac Daventrienſi aliiſque Eccleſiis & Civitatibus prædictis certos diſtrictus per Nuntium ſuum poſtmodum ab eo illuc mittendum limitandos pro ſuis Diœceſibus conceſſerat, nec non Daventrienſem & certas alias tunc expreſſas Eccleſias, Civitates & Diœceſes Eccleſiæ Trajectenſi pro ſua Provincia ſubjecerat, ſinguliſque Daventrienſis & aliarum noviter erectarum Cathedralium Eccleſiarum menſis Epiſcopalibus annuum redditum 3000. ducatorum auri de camera ex certis decimis & bonis, ac fructibus, redditibus & proventibus Eccleſiaſticis per dictum Nuntium ſpecificandis & repartiendis ex tunc prout ex ea die & è contra, poſtquam ſpecificati & repartiti, ac interim donec ſpecificatio & repartitio hujuſmodi factæ ac effectum ſortitæ forent & non ultra, cuilibet ex prædictis menſis pro earum dote alium annuum redditum 1500. ducatorum ſimilium per ipſum Philippum Regem ex redditibus & proventibus, quos ex eadem Regione percipiebat, Daventrienſi aliiſque noviter inſtitutis Epiſcopis pro tempore exiſtentibus ſingulis annis, quouſque ſpecificatio & repartitio prædictæ ac pro ea tantum parte quæ plenarium ſuum effectum minimè ſortita foret, nec ultra, integrè & proportionabiliter perſolvendum applicaverat ac eidem Philippo Regi ejuſque ſucceſſoribus, qui pro tempore ejuſdem Regionis in temporalibus Domini eſſent, jus nominandi Romano Pontifici perſonas idoneas ac alias certis tunc expreſſis modo & forma qualificatas ad Daventrienſem & alias Cathedrales Eccleſias ſic erectas tam à primæva illarum erectione hujuſmodi, quam quotieſcunque illas pro tempore vacare contingeret, per ipſum Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem in Epiſcopos ad nominationem hujuſmodi ordinandos in perpetuum reſervaverat. Et deinde per alias ſuas in forma Brevis litteras Venerabili fratri noſtro tunc ſuo Salvatori Epiſcopo Cluſino & Apoſtolicæ Sedis in partibus illis Nuntio dederat in mandatis, ut perſonas idoneas, qui dictas Provincias & Diœceſes diſtinguerent & limitarent, ac dotem Eccleſiis ipſis aſſignandam, à Monaſteriis ac Præpoſituris ſub illis conſiſtentibus diſmembrarent cum poteſtate omnia in his neceſſaria faciendi vice ſua deputaret, dilectus filius noſter Antonius S. R. E. Presbyter Cardinalis tunc Epiſcopus Atrebatenſis ac quatuor alii ſcientia & probitate inſignes viri, quos ipſe Salvator Epiſcopus dicto prædeceſſore interim de

medio

medio ſublato prætextu mandati & poſteriorum litterarum hujuſmodi ad id loco ſui ſubſtituerat, licet forſan eorum aliqui de illis perſonis non eſſent, quæ ad id canonicè ſubdelegari poſſent: facta nihilominus perquam diligenti rerum indagine ac omnibus maturè penſatis animadvertentes conducibilius fore aliquot Monaſteria & Præpoſituras illarum partium ſupprimere illorumque ſuppreſſorum fructus, reditus & proventus Daventrienſi aliiſque nonnullis Epiſcopalibus menſis pro earum dotibus applicare, ac deſignationes & limitationes Provinciarum & Diœceſium diviſioneſque & diſtributiones Oppidorum & Juriſdictionum in nonnullis partibus ipſarum Diœceſium, illis, quæ per primò dictas Litteras ſtatuebantur, commodiores, numerum denique perſonarum ac dignitatum, Præbendarum, Beneficiorum & Officiorum ſtatum quoque & formam in præfatis Eccleſiis etiam per hujuſmodi ſuppreſſiones, applicationes & alias in univerſum magis accommodas rationes habendas cenſuerint: & inter alia Eccleſiæ ac pro tempore exiſtenti Epiſcopo Daventrienſi pro Diœceſi ſua oppida, caſtra, pagos, villas & loca infra ſcripta, videlicet:

Daventria, Zutphania, Zwolle, Campis, Harderwijck, Elburgh, Hattem, Druisburg, 's Heerenbergh, Dotechem, Haſſelt, Goor, Lochem, Diepenheim, Bredefoort, Vollenhove, Hardenbergh, Almeloo, Enſchede, Lingen, Steenwijck, Otmaerſen, Grol, Delden, Oldenzeel, Ommen, Bathmen, Arkenſtein, Gruterinck, Op den Dijck, Willep, Hengvorden, Weſep, Holten, Marckeloe, Riſſen, Diepenveen, Boxbergen, Olſt, Verſſen, Wbye, Vorchten, Swanenburgh, Windesheim, Helderen, Berghkloeſter, Heinde, Raelte, Wengele, Borgel, Op de Maet, Wijtmen, Rechteren, Wierden, Sonnenbergh, Geelmuyden, Camperveen, Oſterwolde, Puttenſtein, Deſtrum, Oldenbrouck, Putten, Doernſpijck, Apperloe, Scotenbrouck, Millinghen, Nuenſpeedt, Gortel, Biſſel, Hoop-huyſen, Vierholten, Hierden, Hulshorſt, S. Joris Spitael, Staverden, Elſpeedt, Nierſen, 's Heerenloe, Ermelen, Nelerholt, Op drie Bergen, Hooghe Souren, Handorp, Openſolt, Garderen, Cootwijck, Sallick, Bockhorſt, Caten, Eerſt, Sachennerholt, Clarewaeter, Hulsbergen, Horn, Epp, Voerſt, Oyen, Niebrenck, Woelde, Willep, Twelle Heerden, Suick, Eede, Oen, Tongeren, Welſum, Kannenburgh, Vaeſſen, Niebrouck, Welden Veenen, Wiſſen, Lattemer, Twelloe, Holthuys, Vryenberg, Loo, Apeldoorn, 't Neer Veen, Engelerholt, Liervelt, Nienbeeck, Beckbergen, Voorſt, Zunderen, Hoverheyde, Horſt, Opbeeck, Loenen, Terleth, Dieſeſpen, Middachten, Ellekom, Dieren, Spanckeren, Spanckerſche Toorn, Op Rees, Koldenhoeve, Hal, Brummen, Fondenbergh, Eertbeeck, Veken, Veſt, Gorſel, Dorterboeck, Honnep, Dorth, Almen, Herſſen, Verwoelde, Aemſen, Laer, Henep, Geeſteren, Neede, Kluys, Ruerloe, Hekeren, Schuylenwijnckel, Vorden, Gaitleen, Warnsvelt, Wildenburgh, Lathem, Angelree, Wijnberghen, Kemna, Keppel, Hummel, Inghuyſen, Karvel, Dremp, Oldekeppel, Hengel, Oldehoven, Steender, Bronckhorſt, Sculenburgh, Anholt, Weert, Toldijck, Baeck, Hackfort, Wijchmoet, Zion, Bilheim, 't Zelheim, Anlackerweerth, Slangenburgh, Brunsfelt, Aelten, Schaer, Marvelt, Marſel, Cybergen, Hervelt, Lichtenvoorde, Vrageren, Weſterfoort, Luynhorſt, Loel, Hoes, Meurs, Beeck, Unthorſt, Netterden, Swanenburgh, Genderingen, Werderbrouck, Ulſt, Lengel, Aeſwijn, Zeddum, Padefoort, Berwer, Aldam, Haeckxbergen, Ulrebeck, Es, Twijckel, Marckeloe, Holten, Gelmuydep, Sonneberg, Wilſum, Maſtebrouck, S. Jans Camp, Toutenburgh, Clarenburgh, Swarte Sluys, Wannaperveen, Giet-hoorn, Blockzyel, Baerle, Swarte Waeter, Dalſſen, Heimis, Ham, Sypkeloe, Friſenveen, Laeghe, Tubbergen, Albergen, Weerſeloe, Loſſer, Borne, Hengeloe, Heuxbergen, Oldelingen, Bavinckel, Lengerick, Thuynen, Freren, Scholde, Schaepen, Beeſten, Plantlunne, Bramſche, Backum, Sunderen, Mettingen, Recke, Brochterbeeck, Steenwijckerwolt, Scherwolde, Paeſloe, Oldemarckt, Yſelham, Blanckenham, Slijckenburgh, Veenhuyſen, Kuynder,

eorumque diſtrictus & Territoria aſſignaverint ac ſuper majore præmiſſorum parte proceſſus rebus omnibus ſerie digeſtis formandos curaverint, prout in illis & ſingulis litteris præfatis aliiſque ſcripturis deſuper forſan confectis plenius continetur. Nos qui dudum inter alia voluimus, quòd ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes vocatis quorum intereſſet, attendentes quod ſi priſcis temporibus dum ejuſdem Regionis populi multiplicari cœperunt, ibi Cathedralium Eccleſiarum numerus ſimiliter adauctus illiſque de Catholicis boniſque Præſulibus opportuno tempore proſpectum fuiſſet, tot pernicioſa hæreſum dogmata, quibus in circumvicinis partium illarum locis Religio Chriſtiana miſerè laceratur, non ita invaluiſſent. Porro cum ad illa quæ iſtuc ex vicinorum contagio jam pridem influxerunt exſtirpanda, dictoſque populos in ſinceritate fidei continendos nulla alia magis quàm præmiſſa opportuna adhiberi remedia potuiſſe videantur, ut illa juxta cordis noſtri deſiderium promptos & felices ſortiantur effectus, eis noſtri miniſterii partes impartiri volentes ac partitionis & ordinationis per eoſdem Subdelegatos, quantum ad Eccleſiam, Civitatem & Diœceſin Daventrienſem pertinet, prudenter examinatarum & in ſcriptis concorditer digeſtarum etiam quoad limites Diœceſis Daventrienſis ac omnia & ſingula Oppida, Caſtra, Villas & alia loca in eis comprehenſa, nec non ordinationis commodæ Subdelegatorum hujuſmodi ac litterarum prædictarum aliarumque ſcripturarum deſuper confectarum tenores, nec non Canonicatuum, & Præbendarum dictæ Eccleſiæ S. Lebuini, fructuum, redituum & proventuum veros annuos valores præſentibus pro expreſſis habentes, eaque omnia & ſingula ac prout illa concernunt reliqua in dictis litteris & ſcripturis contenta,

& inde ſecuta Apoſtolica Auctoritate ex certa ſcientia confirmantes & approbantes, ac illis perpetuæ firmitatis robur adjicientes, omneſque & ſingulos juris ac facti defectus, ſi qui forſan intervenerint, in iiſdem ſupplentes ac illis in hac parte penitus inhærentes, litteraſque dicti Prædeceſſoris quoad illa & quæ litteris ipſis non conſonant cæteraque infra ſcripta immutantes, & nihilominùs pium & laudabile ejus inſtitutum proſequi & ad hunc effectum menſæ Daventrienſi de congrua dote providere volentes, motu proprio & ex certa ſcientia ac de ſimili poteſtatis plenitudine, S. Lebuini in Cathedralem erectæ hujuſmodi, ac Zutphanienſis, ubi pro tempore exiſtens Epiſcopus Daventrienſis conventum ſive curiam Epiſcopalem pro Comitatu Zutphanico & parte Ducatus Geldriæ habiturus eſt, & Oldenzalienſis ubi Epiſcopum frequenter præſentem eſſe propter Dominium de Linghen, quod ibi adjacet, oportebit, Eccleſiarum Præpoſituras, quæ dignitates inibi principales forſàn exiſtant, ac dilectis Filiis illius Canonicis propter intolerabilem, quam ab hæreticis & incendiariis aliiſque graſſatoribus inibi patiuntur, vexationem, hoc ita fieri petentibus, Monaſterium Montis S. Agnetis Ord. S. Aug. Can Reg. olim Traject. nunc verò Davent Diœceſ. quorum inſimul & illis forſan annexorum fructus, redditus & proventus 3000. ducatorum auri de camera ſecundum communem exiſtimationem valorem annuum, ut accepimus, non excedunt, ex nunc prout ex tunc & è contra, cum primum illa per ceſſum etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum ſeu quamlibet aliam dimiſſionem, vel amiſſionem modernorum Præpoſiturarum Præpoſitorum & Monaſterii hujuſmodi Abbatis vel Commendatarii, aut alias quomodolibet etiam apud ſedem prædictam vacare contigerit, etiamſi actu, nunc ut præmittitur vel alias vacent, & tanto tempore vacaverint, quod Præpoſiturarum collatio & Monaſterii prædictorum proviſio juxta Lateran. Statuta Concilii aut alias Canonicas ſanctiones ad ſedem prædictam legitimè devoluta, ipſæque Præpoſituræ diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſervatæ exiſtant & ad illas conſueverint qui per electionem aſſumi, eiſque cura etiam juriſdictionalis immineat animarum, & ſuper eis ac eodem Monaſterio inter aliquos lis ſeu ſuper illorum poſſeſſorio moleſtia, cujus ſtatum ac verum & ultimum eorumdem Præpoſiturarum & Monaſterii vacationis modum, etiamſi ex illo quævis generalis reſervatio etiam in corpore Juris ita reſultet, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, pendeat indeciſa ipſiuſque Monaſterii proviſio ad ſedem prædictam ſpecialiter vel generaliter pertineat, ac de illo conſiſtorialiter diſponi conſueverit ſeu debeat: ipſum videlicet Monaſterium ac in eo nomen, titulum & denominationem Abbatis, ac ordinem & dependentiam omnemque Regularem ſtatum dicta auctoritate perpetuò ſupprimimus & exſtinguimus, ac illius fructus, redditus, proventus, jura, obventiones & emolumenta ac alia quæcunque bona una cum ſuis præeminentiis, prærogativis, ſuperioritatibus, juriſdictionibus, adminiſtrationibus, juribus & pertinentiis univerſis dictæ menſæ Epiſcopali Daventrienſi, etiam perpetuò applicamus & appropriamus: Præpoſituras verò prædictas cum juribus & pertinentiis ſuis eidem menſæ etiam perpetuò unimus, annectimus & incorporamus, ita quòd hujuſmodi vacationibus occurrentibus liceat Epiſcopo Daventrienſi, pro tempore exiſtenti per ſe vel alium ſeu alios, corporalem poſſeſſionem Præpoſiturarum & illis annexorum ac fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, emolumentorum & aliorum bonorum Monaſterii hujuſmodi propria auctoritate liberè apprehendere & retinere, illaque deducta tamen congrua fructuum, reddituum & proventionum ejuſdem Monaſterii portione pro uno Eccleſiæ dicti Monaſterii, quæ etiam forſan Parochialis exiſtit, Rectore qui dilectorum filiorum Parochianorum animarum curam exerceat, illiſque Sacramenta Eccleſiaſtica adminiſtret, & pro alio Presbytero Sacellano qui Rectorem ipſum adjuvet, ac etiam pro Eleemoſynis ibi fundatis annuatim diſtribuendis, in ſuos & dictæ ſuæ menſæ uſus & utilitatem convertere, nec non omnia & ſingula Prioratus, Præpoſituras, Canonicatus & Præbendas, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes ac officia, cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura, ſecularia & quorumvis Ordinum regularia ad collationem, proviſionem, præſentationem, inſtitutionem, electionem, confirmationem & quamvis aliam diſpoſitionem pro tempore exiſtentium Præpoſitorum & Abbatis prædictorum communiter vel diviſim quomodolibet ſpectantia perſonis idoneis conferre & de illis etiam providere, ſimileſque perſonas ad illa præſentare, eligere, & præſentatas vel electas inſtituere ac confirmare, & aliàs de illis liberè diſponere, cæteraque in præmiſſis & circa ea neceſſaria ac opportuna, & quæ eorumdem Monaſterii Abbas & Præpoſiturarum Præpoſiti hactenus facere & exequi ſoliti ſunt, potuerunt & debuerunt facere, & exequi cujuſvis licentia deſuper minimè requiſita. Et inſuper eidem Epiſcopo Daventrienſi, qui pro tempore erit, ut Eccleſiam Monaſterii hujuſmodi, ſi opus ſit, in Parochialem, & in ea unum perpetuum Beneficium Eccleſiaſticum pro dicto Sacellano erigere & inſtituere, illiſque ac pro Eleemoſynis diſtribuendis præfatis congruam fructuum, reddituum & proventuum Monaſterii portionem hujuſmodi aſſignare liberè & licitè valeat, eadem auctoritate concedimus & indulgemus. Et ut Eccleſia Davent. prædicta aliquot dignitatibus & officiis decoretur, in illa unum Archidiaconatum pro uno Archidiacono qui poſt tamen dilecto-

rum

rum filiorum moderni ſeu modernorum ejuſdem Trajectenſis Eccleſiæ Archidiaconorum juriſdictionem in ipſa Diœceſi habentium ceſſum vel deceſſum plenariam juriſdictionem Archidiaconalem in univerſa Diœceſi Daventrienſi, quam cæteri Cathedralium Eccleſiarum partium illarum Archidiaconi de jure vel conſuetudine habent & habere debent: ac unum Archipresbyteratum Civitatenſem nuncupandum, dignitates ibidem pro uno Archipresbytero Civitatenſi nuncupando, qui ſpecialem Paſtorum ſeu Rectorum Parochianorum, & verbi Dei Prædicatorum in eadem civitate curam habeant: ac unam Pœnitentiariam pro uno Pœnitentiario Diœceſano dictæ Eccleſiæ, cujus officium ſive munus circa curam conſcientiarum populi totius Diœceſis prædictæ verſetur, etiam perpetuò erigimus & inſtituimus nec non ſuppreſſionem, exſtinctionem, applicationem & appropriationem, unionem, annexionem, incorporationem & alia præmiſſa ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus & derogationibus ſimilium vel diſſimilium ſuppreſſionum, exſtinctionum, applicationum, appropriationum, unionum, annexionum & incorporationum per nos & ſedem præfatam ſub quibuſcunque tenoribus & formis ac cum quibuſvis clauſulis & decretis pro tempore factis minimè comprehendi, ſed ab illis ſemper exceptas & quatenus illas ſuſpendi, revocari aut illis derogari contigerit, toties eas de novo conceſſas & in ſtatum priſtinum reſtitutas, & ad hoc ut ſub revocationibus, ſuſpenſionibus & derogationibus hujuſmodi minimè comprehendantur ex nunc verè & non fictè ſuum plenarium effectum ſortitas, ac unionem, annexionem, incorporationem, ſuppreſſionem, exſtinctionem, applicationemque & appropriationem prædictas de non vacaturis ſed de vacantibus Præpoſituris & Monaſterio præfatis factas, & per illas ex nunc menſæ Epiſcopali & Epiſcopo Daventrienſi pro tempore exiſtenti jus in re quæſitum exiſtere, præſentiumque litterarum ſuſpenſiones, revocationes, derogationes & alias contrarias diſpoſitiones pro novis illarum conceſſionibus & reſtitutionibus haberi & cenſeri decernimus: omnes autem & ſingulos ejuſdem Monaſterii Canonicos & alias perſonas qui ad Daventrienſem prædictam vel alias ſeculares Eccleſias tranſire volent à regularibus ipſius Ordinis inſtitutis eorumque obſervatione & habitus regularis geſtatione, ac paupertatis voto eiſdem auctoritate & tenore prorſus abſolvimus & liberamus, ac ad Statum Clericorum ſecularium, ita quod ſe illis in omnibus & per omnia conformare ac omnibus & ſingulis illorum privilegiis, exemptionibus, libertatibus, communitatibus, gratiis & indultis quibus ipſi ſeculares Clerici quoquo modo utuntur, potiuntur & gaudent etiam quoad Beneficiorum Eccleſiaſticorum ſecularium quorumcunque aſſecutionem, & plenariam ad illa, nec non quæcunque bona capacitatem & liberam de quibuſvis bonis mobilibus & immobilibus ad eos quovis modo ſpectantibus teſtandi facultatem citra tamen conſanguineorum ſuorum in bonorum ſucceſſione præjudicium uti, potiri & gaudere valeant, reducimus & plane ſecularizamus, ac ſingulis eorum quæ ad Eccleſiam Davent. tranſierint ſingulas Præbendas, & aliis ad alias ſeculares Eccleſias potius tranſmeare volentibus ſingulas portiones 100. aureorum Rhenenſ. donec illis abundè de ſimili reddditu Eccleſiaſtico Canonicè proviſum fuerit: reliquis verò qui ad alia Regularia loca transferri maluerint ad eorum vitam duntaxat ſingulas portiones annuas quinquaginta ducatorum ex fructibus, reddditibus & proventibus Monaſterii hujuſmodi eorum ſingulis per pro tempore exiſtentem Epiſcopum præfatum annuatim perſolvendas auctoritate & tenore prædictis aſſignamus, ac cum ejuſdem Regularibus Canonicis ad ſtatum ſecularem per præſentes reductis ut quæcunque, quotcunque vel qualiacunque cum cura & ſine cura aliàs tamen ſe invicem compatientia Beneficia Eccleſiaſtica per Clericos ſeculares obtineri ſolita aliàs ſibi Canonicè conferenda recipere & retinere, bonaque etiam temporalia quæcunque poſſidere liberè valeant, de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus: ac dilectis filiis S. Lebuini, Zutphanienſis & Oldenzelenſis, Eccleſiarum Capitulis ac Conventui Monaſterii hujuſmodi aliiſque quibuſvis in virtute Sanctæ obedientiæ & ſub Excommunicationis majoris latæ ſententiæ, nec non privationis omnium dignitatum, officiorum & beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos tempore obtentorum, inhabilitatiſque ad illa & alia per contrafacientes impoſterum obtinenda eo ipſo incurrendis pœnis, ne ad electionem ſeu poſtulationem in Præpoſitos vel Abbatem Eccleſiarum vel Monaſterii prædictorum, cum illa vacare contigerit, etiamſi nunc vacent ut præfertur, procedere vel ſe alias in eis vel eorum aliquo intromittere quoquo modo præſumant, diſtrictius inhibemus, & nihilominus quaſcunque electiones ſeu poſtulationes hujuſmodi earumque confirmationes vel admiſſiones, nec non proviſiones, præfectiones, commendas aliaſque diſpoſitiones, quas ex nunc de cætero etiam per ſedem prædictam de Præpoſituris & Monaſterio præfatis quomodocunque fieri contigerit, nullas & invalidas nulliuſque roboris vel momenti fore decernimus. Et ut idem Epiſcopus ſuam Eccleſiam perſonis, ut inſignem decet Cathedralem, eruditis & ad juriſdictionem inibi exercendam cæteraque munia Eccleſiaſtica obeunda idoneis debitè inſtructam habeat perpetuo ſtatuimus & ordinamus, quod ex omnibus Canonicatibus & Præbendis ipſius Eccleſiæ S. Lebuini qui ſunt numero viginti, decem Canonicatus & tot idem Præbendæ, quos primo loco poſtquam eidem Eccleſiæ de Epiſcopo Canonicè proviſum

 fuerit

fuerit per ceſſum etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum ſeu quamvis aliam demiſſionem vel etiam privationis via amiſſionem quomodolibet decem Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ aut alias vacare contigerit, vel etiamſi actu nunc quovis modo vacent & tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio ut præfertur devoluta ipſique Canonicatus & Præbendæ vel eorum aliqui diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſervati exiſtant, & ad illos conſueverint qui per electionem aſſumi: ſuper ejus quoque vel eorum aliquibus inter aliquos lis, cujus ſtatum etiam præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa: unus & una videlicet Epiſcopo, ratione quorum ſit capitularis habeatque in Capitulo locum & vocem ſuper Decanum & reliquos Canonicos ipſius Eccleſiæ confratres ſuos, ac tres alii tribus Magiſtris aut Licentiatis in Theologia, & tres alii aliis tribus Doctoribus Decretorum ſeu in eis Licentiatis, & reliqui tres Canonicatus & totidem Præbendæ reliquis tribus Nobilibus ejus Diœceſis, qui etiam in Jure vel Theologia ſaltem ad gradum Licentiaturæ in famoſa quapiam Univerſitate ſtudii generalis cum rigoroſo examine ſint promoti ordine ſervato, in perpetuum concedi & aſſignari debeant. Quodque ad ſex priores tam Nobiles quam Ignobiles ut præfertur tamen Graduati, ad reliquos vero tres Canonicatus & tres Præbendas ex reliquis è novem Canonicatibus & Præbendis hujuſmodi nulli niſi Nobiles & Graduati ut præfertur aſſumi poſſunt, ipſam tamen nobilitatem à ſex prioribus Canonicatibus & Præbendis non excludendo. Ex tribus autem prioribus Graduatis unus ex deſignatione Epiſcopi Archidiaconus, alius Archipresbyter Civitatenſis & reliquus Pœnitentiarius Diœceſanus præfati exiſtant. Poſtremo apud alios duos Doctores vel Licentiatos ſeniores unum videlicet Theologum, alterum vero Juriſperitum poteſtas totam Diœceſin Daventrienſem dum & quoties ab Epiſcopo ſuo requiſiti fuerint ejuſdem Epiſcopi nomine viſitandi: quibus etiam reliqui Graduati quoties ad id ſimiliter requirentur aſſiſtere debeant: apud Archidiaconum verò & tres alios ex Graduatis hujuſmodi duos videlicet Theologos & unum Juriſperitum poteſtas Clericos ad Ordines Sacros promovendos & Rectores Parochianos de Parochialibus Eccleſiis vel perpetuis illarum Vicariis quacunque auctoritate proviſos ad curæ Paſtoralis exercitium admittendi ſit & permaneat, ita quod ipſi nullos prorſus niſi idoneos & quantum ad animarum curam pertinet quidem perſonalem facient reſidentiam expreſſe juratos admittere valeant, ac in univerſa Diœceſi prædicta tot Archipresbyteri vel Decani Rurales deputantur, quot eſſe conveniet, ita quod hi qui nunc ſunt in Officio ſuo cum ſolitis emolumentis ſalva tamen ipſius Epiſcopi moderatione remaneant, ac tam Archidiaconus, Archipresbyter & Pœnitentiarius quàm reliqui ſex Canonici ratione ſuarum Præbendarum hujuſmodi conſilium & operam in negotiis Eccleſiæ & Religionis cæteriſque difficultatibus pro tempore emergentibus, quando & quoties ab eodem Epiſcopo requiſiti fuerint, tam conjunctim quam diviſim fideliter præſtare teneantur. Et ut Viris ſpectatæ doctrinæ & probitatis ad ædificationem Eccleſiæ Dei accuratius proſpiciatur quod ipſi novem Canonicatus & novem Præbendæ ſic affecti hac prima vice per Epiſcopum duntaxat, qui illos Graduatis & Nobilibus alternatis vicibus conferat, & deinde quoties illos perpetuis futuris temporibus vacare contigerit ad electionem Epiſcopi & aliorum Graduatorum præfatorum ſuperſtitum per eos conferantur, ita quid in hujuſmodi electione ſuffragium Epiſcopi non plus juris ſive momenti quàm cujuſvis Graduatorum habeat, niſi vocum paritate occurrente, quo in caſu iteratum Epiſcopi ſuffragium paritatem vocum hujuſmodi dirimat: reliqui autem Canonici Capitulares reliquorum Canonicatuum & Præbendarum dictæ Eccleſiæ collationem in turno ordinario ſeparatim, ſed Vicariarum cæterorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum ejuſdem Eccleſiæ collatio ſit omnibus communis per turnos, prout hactenus obſervatum eſt. Quodque poſthac primi decem dicti Canonicatus & Præbendæ hujuſmodi ſub nullis ſpecialibus & generalibus etiam mentalibus reſervationibus, affectionibus etiam in Corpore Juris clauſis, nec non exſpectativis, coadjutoriis, mandatis, facultatibus, indultis de providendo, commendando aut aliàs diſponendo primariis precibus aut aliis gratiis præventivis per nos aut Reverendiſſimos Pontifices pro tempore exiſtentes ad dictam ſedem vel ejus Legatos etiam conſideratione, intuitu vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Reginarum,. Ducum aut aliorum Principum quorumcunque ut S. R. E. Cardinalium & ex quacunque cauſa quantumlibet urgenti pro tempore factis & conceſſis comprehendantur, nec etiam tanquam vacantes apud ſedem præfatam aut ulla alia ratione generaliter aut ſpecialiter reſervari, nec illorum vacatione, per reſignationem etiam ex cauſa permutationis etiam apud ſedem eandem pro tempore occurrente per Reverendiſſimum Pontificem aut ſedem eandem de illis provideri aut aliàs quoquo modo diſponi poſſit. Et quoniam impia Hæreticorum ſtudia temporiſque malitia viros doctos ab Eccleſiis ſuis diutius abeſſe non patitur, quod ſi Canonici Graduati prædicti ab ipſa Eccleſia niſi ab Epiſcopo vel Capitulo miſſi per duos menſes abfuerint, integros ſuæ Præbendæ fructus illius anni amittant, ipſique fructus Capitulo cedant ac omnes proventus ſingularum Præbendarum in duas æquales partes dividantur, quarum altera pro quotidianis diſtributionibus his ſolum qui divinis in choro deſervierint & inibi à principio uſque ad

finem

finem excepta neceſſitatis cauſa permanſerint, miniſtrari debeat, nec quiſquam ulla diſpenſatione vel Privilegio Apoſtolico quacunque cauſa impetrato vel conceſſo ſeſe à reſidentia hujuſmodi eximere poſſit eiſdem auctoritate & tenore perpetuo ſtatuimus & ordinamus. Jus omne decem Canonicatus & decem Præbendas affectos præfatos conferendi & de illis diſponendi vel ad illos eligendi ſeu nominandi ab Epiſcopo, Præpoſito & Capitulo Eccleſiæ S. Lebuini hujuſmodi aliiſque ad quos ſpectat poſt promotionem primi Epiſcopi Daventrienſis hujuſmodi perpetuo harum ſerie abdicantes & amoventes, illudque in præmiſſum electionis modum immutantes ac ad Epiſcopum & novem Canonicos præfatos transferentes. Et ut novem Præbendæ totidem Canonicis graduatis ut præmittitur affectæ paulo uberiores ſint & ad illas libentius recipiendas viri docti inducantur Epiſcopo præfato, quod unum ſecularem vel Ordinis cujuſvis regularem partium illarum præpoſituram vacatione etiam illius in menſibus prædictis occurrente, etiamſi Conventualis, electiva curata etiam cura juriſdictionali animarum ſpecialiter vel generaliter reſervata ac litigioſa ſit ut præfertur, eiſdem novem Canonicatibus & Præbendis graduatis affectis vel eorum maſſæ communi de Philippi Regis & Archiepiſcopi prædictorum conſenſu auctoritate prædicta perpetuo etiam ut præfertur unire, annectere & incorporare libere & licite valeat auctoritate & tenore prædictis licentiam & facultatem concedimus. Sicque in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcunque Judices ordinarios & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores & S. R. E. Cardinales in quavis cauſa & inſtantia ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate judicari & diffiniri debere, ac quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Quocirca præſentibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Mechlinienſi ac Atrebatenſi & Feltrenſi Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus quatenus ipſi vel duo aut unus eorum per ſe vel alium vel alios præſentes litteras & in ea contenta quæcunque, ubi & quando opus fuerit ac quoties pro parte Epiſcopi Daventrienſis & Canonicorum, aliorumque prædictorum quorum intereſſet & quomodolibet intererit, fuerint requiſiti ſeu aliquis eorum fuerit requiſitus, ſolemniter publicantes eiſque & eorum cuilibet in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra Epiſcopum Daventrienſem & alios præfatos confirmatione, approbatione, adjectione, ſuppletione, ſuppreſſione, exſtinctione, applicatione, unione, annexione, incorporatione, abſolutione, reductione, diſpenſatione, ſtatuto, ordinatione aliiſque præmiſſis ac præſentibus litteris & aliis in eis contentis pacifice frui & gaudere, ac eaſdem præſentes & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari. Non permittentes Epiſcopum, Canonicos & alios præfatos deſuper per quoſcunque quomodolibet indebite moleſtari, perturbari vel impediri: contradictores quoslibet & rebelles ſibique in præmiſſis non parentes etiam per excommunicationis latæ ſententiæ, ac privationis Beneficiorum & Officiorum Eccleſiaſticorum inhabilitatiſque ad illa & alia impoſterum obtinenda, ita quod Beneficia & Officia hujuſmodi tanquam per privationem legitime & Canonice factam vacantia ab aliis impetrari, & per locorum Ordinarios libere conferri poſſint, aliaſque ſententias & pœnas tam Eccleſiaſticas quam pecuniarias arbitrio ſuo imponendas, moderandas & applicandas eo ipſo incurrendas appellatione poſtpoſita compenſando, nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus cenſuras & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtante voluntate priori & aliis præmiſſis ac noſtris de valore tam in impetrationibus quam aliis gratiis etiam motu ſimili factis exprimendo; & de non tollendo jus quæſitum ac de non expediendis litteris reſervationis etiam motu ſimili alicujus penſionis niſi de conſenſu illam ſolvere habentis, nec non Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas niſi in caſibus à jure permiſſis fieri prohibentis, ac piæ mem. Bonifacii PP. VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de una & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quiſpiam ultra tres dietas vigore præſentium non extrahatur, aliiſque quibusvis Apoſtolicis etiam reſervatoriis etiam in corpore juris clauſis ac in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus vel generalibus conſtitutionibus & ordinationibus, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ regulis & revocatoriis & revocatoriarum innovatoriis, ac in favorem Ordinariorum & alias in contrarium quomodolibet editis & edendis, nec non Monaſterii, Præpoſiturarum, Ordinum, Eccleſiaſticarum & locorum præfatorum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus. Ac concordatis inter ſedem prædictam & Nationem Germanicam dudum initis: nec non quibuſvis ſpecialibus vel generalibus etiam mentalibus reſervationibus, exſpectativis & aliis gratiis etiam in Canonicos creationibus, aliis unionibus etiam perpetuis abſque conſenſu Coadjutorum deputationibus nominationibus citra acceſſus & regreſſus facultatibus, mandatis, litteris & conceſſionibus quibuſcunque perſonis cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus & conditionis exiſtentibus, etiam Cardinalatus honore fungentibus, ac noſtris etiam antiquis & deſcriptis fami-

ſamiliaribus, continuis commenſalibus ac Prælatis domeſticis, nec non Reverendæ Curiæ Officialibus etiam officia ſua actu exercentibus, ex quavis etiam grandi cauſa, conſideratione, intuitu vel reſpectu etiam Imperatoris, Regum, Ducum & aliorum Principum contemplatione ac cum quibuſvis antelationibus, prærogativis & decretis etiam irritantibus & clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis etiam præſentibus derogantibus etiam motu & ſcientia ſimilibus & alias quomodocunque conceſſis, quos & quæ illorum omnium tenores ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes eorumque omnium vim & effectum quo ad præmiſſa omnino ſuſpendimus, & in præmiſſis effectum ſortiri aut locum ſibi vendicare non poſſe neque debere decernimus. Nec non privilegiis indultis & litteris Apoſtolicis illis & aliis quibuſvis per quoſcunque Reverendiſſimos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos & Sedem præfatam etiam per viam generalis legis & ſtatuti perpetui, nec non initi & ſtipulati contractus ſeu quaſi & alias ſub quibuſcunque tenoribus & formis ac cum quibuſvis etiam derogatoriis derogatoriarum aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis & inſolitis clauſulis irritantibuſque & aliis decretis etiam conſideratione, intuitu, contemplatione vel ad inſtantiam præmiſſorum, & quorumque aliorum ſeu motu, ſcientia & poteſtatis plenitudine ſimilibus nec non conſiſtorialiter ac alias quomodocunque qualitercunque & quotieſcunque conceſſis, confirmatis & etiam iteratis vicibus innovatis ac concedendis ac innovandis. Quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua & expreſſa ac de verbo ad verbum per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, quamvis alia & multa ſint quæ ſub clauſula implicitæ derogationis latiſſime extendenda in ſupplicatione appoſita non intelligantur aut alias comprehendantur: nihilominus in genere & in ſpecie ad effectum ſufficientis derogationis eorum illis alias in robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus contrariis quibuſcunque, aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Præpoſituris hujuſmodi ſpeciales vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras & proceſſus habitos per eaſdem & inde ſecuta quæcunque ad Præpoſituras & Archidiaconatum ac Canonicatus & Præbendas hujuſmodi volumus non extendi: ſed nullum per hoc eis quo ad aſſecutionem Præpoſiturarum & Canonicatuum & Præbendarum vel Beneficiorum aliorum præjudicium generari, aut ſi Conventui præfatis & dilectis Filiis Vaſallis & aliis ſubditis dicti Monaſterii Montis S. Agnetis, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum quidem interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis & litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, ac de quibus quorumcunque tenoribus totis habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Volumus autem quod per unionem, annexionem & incorporationem Præpoſiturarum hujuſmodi divinus cultus in eis nullatenus minuatur, neque animarum cura in eis, ſi qua illis immineat, negligatur, ſed earum congrue ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuppreſſionis, exſtinctionis, applicationis, appropriationis, unionis, annexionis, incorporationis, conceſſionis, indulti, erectionis, inſtitutionis, decreti, abſolutionis, liberationis, reductionis, ſecularizationis, aſſignationis, diſpenſationis, inhibitionis, ſtatuti, ordinationis, abdicationis, amotionis, commutationis, tranſlationis, mandati, ſuſpenſionis, derogationis & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ 1561. 7. Id. Aug. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Subſcriptum erat: FED. CARDINALIS CESIUS.

Et alio loco: CÆ. GLORIERIUS.

Item alio loco: A. DE ALEXIIS.

In dorſo, *Requeſta apud Cæſarem Secretarium.*

E quo

Digitized by Google

E quo patet complecti Epiſcopatum Daventrienſem exceptâ Drenthiâ Groningano Antiſtiti ſubditâ, totam ditionem TRANSISALANAM, vulgò OVERYSSEL, hoc vocabulo à Trajectenſibus donatam, quod eam Regionem (quæ una è XVII. Belgii Provinciis) ab illis locis, quæ Urbi Ultrajectinæ propiora & Epiſcopis propria erant, in quibus olim & *Velavia* poſt Geldro conceſſa, Iſala amnis per Druſianam foſſam Rhenanis aquis locupletatus diſterminaret. Vetus hic *Saliorum* ſedes fuit, item *Tenčterorum* quos hodiè *Drenthos* vocant, ac *Tubantum* qui modo *Thwenti* nuncupantur, quamquam alii *tertium* & *ſecundum limitem* magis interpretari velint, *Twenth* quaſi *tweede end*, & *Drenth* quaſi *derde end* cum *Salandia* ſit primus: eſt enim in tres Regiones diviſa hæc Provincia; quæ Iſalæ vicina *Salandia*, *Drenthia* quæ trans Vidrum fluvium, quæ verò Weſtphalis proxima *Twenthia* indigitatur: & ex Imperatorum dono Trajectini Præſulis dominio uſque ad Annum 1528. ſubjecta, quo tum exteris tum inteſtinis bellis attrita, quibus avertendis Epiſcopi pares non erant, ſub Henrico Bavaro Præſule LIIX. certis conditionibus * Carolo V. uti Brabantiæ Duci Hollandiæque Comiti ſeſe ſubmiſit. Ager ejus feraciſſimus cum aliarum frugum tum frumenti imprimis nec minus paſcuis fœcundus: nonnulla tamen illius pars & uligine profunda ſqualles & ericetis infertilibus obſita eſt præſertim in Twentana regione. *Ordines* conſtant duobus membris, Præfectis nimirum & Viris nobilibus ac primariis urbibus: Nobilium ordinem repræſentant quinque Præfecti Agrarii, quos vulgò *Droſten* vocant, quorum tres majoris ſunt dignationis Salandicus, Twentanus & Vollenhovianus, duo minoris Haexbergenſis & Iſelmuidanus, qui licet ſinguli ſuas habeant juriſdictiones ſeparatas, tamen prior non incommode ſub Twentano, poſterior ſub Salandico comprehendi poſſunt. Hiſce adduntur reliqui Equeſtris Ordinis viri qui ex antiqua aut nupera conſuetudine ſuffragandi in comitiis obtinent auctoritatem. Oppidorum nomine tantum tres Civitates cenſentur Daventria, Campi & Swolla, quarum Magiſtratus ad comitia communitatum nomine vocantur: atque in hiſce ſolis comitia annua totius Provinciæ celebrantur ſucceſſive. Horum Ordinum eadem eſt poteſtas quæ in cæteris Belgii Provinciis, nimirum in ſuâ ſumma atque eadem omnia deliberant decernuntque, nulli alteri Provinciæ obnoxii. Tranſiſulaniæ aſſociatus eſt *Zutphanienſis* Comitatus juriſdictione Monaſterienſis Antiſtitis, quæ ad loca Weſtphaliæ viciniora ſeſe extendebat, in Daventrienſem Neopræſulem tranſlatâ; qui etiam ante annos quingentos Geldriæ Ducatui, cujus è quatuor eſt tertia Tetrarchia, arctiſſimo fœdere colligatus inter XVII. Belgicas Provincias recenſetur: ejus primaria urbs eſt Zutphania: Oppida minora muris cincta, quæ ſuffragium in Comitiis habent, ſunt quatuor: Druſiburgum, Dœtecomium, Lochemum, Grolla. Territorium municipale diſtinguitur in quatuor Præfecturas ac totidem Baronias: Præfecturæ ſunt Zutphanienſis Satrapia & Prætura, Judicatura Druſiburgenſis & Bredefurtenſis Satrapia: Baroniæ ſunt *Berghe*, *Bronkborſt*, *Baer* & *Wiſch*. An autem hæreditariæ Præfecturæ *Borkeloo* atque *Anholtum* huic Tetrarchiæ, in qua ſitum habent, accenſeri debeant etiamnum controvertitur: in

* Ceſſionis, acceptationis, & confirmatoriæ Rom. Pont. litteræ datæ ſunt *Bat. Sac.* part. 2. p. 240, &c.

Borkeloanam, licet locorum ei ſubjectorum in litteris Pontificiis mentio fiat, nil tentatum ab Hierarchis Davent. at ea integra relicta Monaſterienſi Epiſcopo, qui illam Epiſcopatus ſui feudum & membrum prætendebat: in Anholtana, quod Imperio eſſet immediatè ſubjecta nec in eam quicquam juris Hiſpano (ex notis ad Annum 1571.) viſitatio Reverend. de Monte admiſſa non fuit, quæ proinde, quod fuerat ante, Monaſterienſis Diœceſeos membrum permanſit. Provincia admodum fertili eſt ſolo, ſed quibuſdam locis paludoſo (unde & quidam nomen ipſi impoſitum opinantur) at optimi graminis feraci. Tranſiſulaniæ & Zutphaniæ annexa eſt *Velaviæ* prope integra (ea quarta eſt Geldriæ Tetrarchia) uſque *Iſeloort*, *Velp*, *Roſendael*, *Hulbeſtein*, *Wolfhees*, *Rencom*, *Eede*, *Lunteren*, *Voorthuſen*, *Nieukerken* & *Hulkeſtein*, ultimos Trajectinæ Archidiœceſeos limites: ejus maxima parte non niſi ſteriles arenæ & inculti colles jacent: eadem tamen ad margines (Velaviæ Fimbriam vocant) ubi Iſala & Rheno alluitur, ampliſſima & lætiſſima habet prata. Quibus adjungitur Lingenſis Comitatus medio Benthemenſi Territorio à Tubantia & Belgio ſeparatus: cum Anno 1546. Comiti Tecklenburgio Smalcaldici fœderis ſocio propter feloniam ademerat Carolus V. & à juriſdictione Oſnabrugenſis Epiſcopi (cui ante paruerat) non ſine ejus ejuſque ſucceſſorum, at irrito obloquio exemit uterque Pontifex *Paulus* & *Pius* IV. Harum Regionum Apoſtoli, per quos ſub finem demum ſeculi ſexti & ſeq. de Idololatria Veritas Euangelica triumphavit quibuſque ducibus repudiata ſuperſtitione in Chriſti fidem incolæ commearunt, celebrantur * *SS. Bonifacius*, *Swibertus*, *Plechelmus*, *Werenfridus*, *Marcellinus & Lebuinus* omnes ex Anglia, ſed de ſtirpe Friſonica & Saxonica oriundi, quos proinde Linguæ Germanicæ gnaros ſcribit *Joannes Beka*: eos autem, quod non memini me legiſſe alibi, cujus etiam altum apud *Ven. Bedam* in *Anglicana Hiſtoria* ſilentium, Britanniam vaſtantibus Saxonibus immanemque tyrannidem in Chriſtianos exercentibus è patrio ſolo fugitivos huc ſe recepiſſe in *Theatro Converſionis Gentium totius mundi* auctor eſt *Arnoldus Meermannus*.

Sed ad Pontificium Diploma regrediamur, è quo nota eſt etiam dos Epiſcopatus, Monaſterium ſcil. Montis S. Agnetis Can. Regularium S. Auguſtini Capituli Windeſimenſis, de quo infra.

[„Capitulum Daventrienſe, Parmenſis juſſis „cedens, omnibus ſuis promiſſis, ait Revius, „Epiſcopum poſſeſſioni Præpoſituræ Daventri„enſis immiſit". *Iac. Revi Hiſt. Dav. l. 3. p. 345.*

Tranſiſalaniæ Ordines, quibus res hæc ſupra quam dici poteſt diſplicebat, Daventriæ Comitia habens Daventriæ 1566. XXX. Martii cum acribus verbis Decanum ac Capitulum perſtrinxiſſent, hac de re tum ad Duciſſam, tum etiam ad Præfectum Arenbergium litteras dederunt.

Ad illam quidem hiſce verbis:

„Illuſtriſſima, Celſiſſima, Clementiſſima Do„mina: Non poſſumus illuſtrem Clementiam „tuam celare, quo pacto antehac, præterito „menſe Octobri, ad nobilem, generoſum D.D. „Joannem a Ligny, Comitem Arembergi, Cle„ment. noſtrum Dominum ac Præfectum, lit„teras dederimus, idque rogatu Decani & Ca„pituli Eccleſiæ S. Lebuini Daventrienſis, con„querentium ſuper ſequeſtratione facultatum

* Eorum vitæ ſeriem ex coævis & claſſicis Scriptoribus, vide *Bat. Sacr.* part. 1. p. 42. 51. 57. 81. 91. 93 &c.

Præpoſituræ Daventrienſis, adverſus jus municipale Tranſiſalaniæ, vi mandati ſuæ Clem. factâ, qui & petitæ earundem relaxationi interceſſit, eo quod ſanctitas Papalis, per Bullas ea de re conceſſas, omnia bona ſecularia ad eandem Præpoſituram ſpectantia, novo Epiſcopo Daventriæ inſtituendo applicaſſet, ut &, quod Regiæ Majeſt. Clementiſſimi noſtri Domini eſſet intentio, curare ut eadem Bulla effectui mandaretur, atque ita in hac regione, adverſus veterem conſuetudinem, novum & inuſitatum Epiſcopum ordinari velle. Petierimuſque, ut idem apud Ill. Tuam Clem. inſtitutionem novi Præſulis deprecari vellet, quo veterem noſtrum qua ſecularem, qua ſpiritualem, Magiſtratum retinere, & in ejus obſequio conſervari poſſemus. Prout latius ſcripto illo noſtro continetur. Ad quæ hactenus Illuſtris tuæ Clem. mentem, decretum, ac reſponſum præſtolati, ejus compotes facti nondum ſumus. Quantumvis autem dicti Decanus & Capitulum apud Satrapam Sallandiæ Ripperda eam ſequeſtrationem abrogarint, ac ad jus municipale Tranſiſalaniæ provocarint, nihilominus ſignificatum nobis eſt, Dom. Præfectum, Illuſtris Clem. tuæ juſſu ac nomine, dicto Sallandiæ Satrapæ ſcriptis litteris injunxiſſe, ut eaſdem facultates ſequeſtro detineret, non obſtante repetita petitione Decani ac Capituli, ut tollatur ſequeſtratio, & res juri municipali decidenda permittatur, id quod ipſis à Satrapa, adverſus jus municipale, denegatum fuit. Quod factum grandes & graves conſequentias poſt ſe trahere notum eſt, cum juxta jus municipale Tranſiſalaniæ quilibet in poſſeſſione confirmandus ac ſtabiliendus ſit, donec via juris ea exciderit. E quibus omnibus nos quoque animo ſollicito ac mœſto animadvertimus, Regiæ Majeſt. mentem etiamnum eſſe, in hanc regionem, novum & inconſuetum Epiſcopum inſtitui atque ordinari curare: id quod huic regioni ſummopere oneroſum futurum eſt, nec minus adverſus veterem conſuetudinem, ut & laudabilem Tractatum inter celſæ memoriæ Cæſ. Majeſt. primum noſtrum Clementiſſ. Dominum hæreditarium & hanc ditionem ſtabilitum, & à Regia Majeſt. Domino noſtro hæreditario clementiſſimo, eidem ditioni gratioſe confirmato, quo inter alia continetur, Cæſaream Majeſt. ejuſque hæredes ac ſucceſſores, Equeſtri Ordini, civitatibus, ac ditioni univerſæ, jura ſua, privilegia, poſſeſſiones, & conſuetudines inviolatas eſſe permiſſuros. Quapropter quam poſſunt demiſſe ac officioſe rogant ac obſecrant, placeat Illuſtri Tuæ Clem. pro nobis apud Regiam Majeſt. deprecari, ut veteri noſtro ac ſolito tam ſpirituali quam ſeculari Magiſtratu, juriſdictione & conſuetudine uti nobis liceat, ac à novo illo Epiſcopo penitus liberemur. Prout id facturam ſuam Majeſt. confidimus, ſperantes a ſua Majeſt. ditionem Tranſiſalanam uſque adeo oneroſa novitate, adverſus Tractatum, non iri gravatum. Quandoquidem nos hactenus fideles, promtos & obedientes ſuæ Majeſt. ſubditos præſtitimus, ac in futurum corpore ac facultatibus noſtris omnem fidem, obedientiam & alacritatem Majeſtati ſuæ & Tuæ Illuſtri Clementiæ exhibere paratiſſimi ſumus. Adhæc, ne deinceps Officiariis ac Judicibus per haſce regiones, quenquam adverſus jus municipale aggravandi poteſtas fiat, ſed ut unicuique jus & juſtitia, prout æquum eſt, adminiſtretur, &c. Illuſtris Tuæ Celſitud. gratioſum ac conſolatorium reſponſum ad haſce noſtras orantes ac exſpectantes. Id quod nos pro virium noſtrarum exiguitate erga Ill. T. Clem. decet recognoſcere. Teſtis ſit Deus O. M. qui Ill. T. Clem. in celſo ac felici regimine incolumem præſtet. Datæ ſub ſigillo civitatis Daventrienſis, quo pariter hac vice ad præſens negocium utimur. xxx. Martii die, Anno clↃ IↃ LXVI.“

Epiſtola ad Arembergium hujus erat tenoris.

Nobilis ac generoſe Domine, Clementiſſ. D. Præfecte, Clementiæ tuæ obſequia noſtra conſtanter promta ac parata ſunt. Clementiſſ. Domine, è litteris tuis datis xxv. Decemb. proxime elapſi, intelleximus, eodem illo die Illuſtris ac Celſæ Principis, gratioſæ noſtræ Dominæ litteras, quibus ſupplicationi noſtræ, qua ſollicitatio Decani ac Capituli Daventrienſis, & noſtra quoque, ſuper gravamine novi Epiſcopi continetur, reſpondet, ad Clem. tuam perlatas fuiſſe, iiſque ſignificari, querelas noſtras a toto Illuſtris ſuæ Clem. conſilio perlectas, eique placuiſſe decretum ſuper ea re differendum eſſe, donec cum delegatis noſtris, qui eò tum temporis venturi putabantur, de ea plenius actum fuiſſet: ut latius in ipſis litteris videre eſt. Qua de cauſa Clem. Tuæ, nos tres civitates ſignificandum exiſtimavimus, nihil apud nos de legatione ad Illuſtrem ſuam Clem. decernenda decretum fuiſſe, ideoque ſperaſſe nos, futurum fuiſſe, ut jam pridem gratioſum Ill. ſuæ Clem. placitum ac reſponſum ad querimonias noſtras accepiſſemus. Interim perfertur ad nos rumor, Clem. tuam, ex mandato Ill. ſuæ Clem. Satrapæ Sallandiæ denuo injunxiſſe, ut facultates Præpoſituræ ſequeſtro detineret, non obſtante provocatione Decani ac Capituli ad jus municipale: cujus edicti vigore is Satrapa iiſdem jus denegavit: quod ſane factum magni præjudicii, & per ulteriorem conſequentiam, notabile detrimentum ac infractionem jurium noſtrorum ſecum trahere notum eſt. Quum ergo, Clementiſſ. Domine, ad ſuperiores noſtras litteras reſponſum conſolatorium hactenus nacti non ſimus, & abunde prævideamus, fore ut novi Epiſcopi in poſſeſſionem mittantur, noſque ſupra modum gravemur, adegit nos inevitabilis neceſſitas, de calamitate illa noſtra Celſiſſ. noſtram Dominam ſcripto edocere: prout Clem. T. è ſcriptis quæ hiſce inſeruimus cognoſcet. Petentes ſerio, ut Clem. T. tanquam Clementiſſ. noſter Præfectus, pro nobis Clementiſſ. noſtram Dominam eo modo interpellare non gravetur, quo novo hoc & inſolito Epiſcopo penitus liberari, & veteri noſtro tam ſpirituali quam ſeculari Magiſtratui, juriſdictioni ac conſuetudini inhærere permittamur, id quod, admiſſo illo Epiſcopo fieri nequaquam poteſt. Speramus quoque Regiam Majeſt. nobis dictum novum Epiſcopum, adverſus avitam ac laudabilem conſuetudinem, & Tractatum, non impoſituram: prout antehac in eandem ſententiam ad Clem. T. obſequioſe perſcripſimus &c. Rogantes ſuper hiſce T. Clem. gratioſum ſcripto comprehenſum reſponſum: quod pro virium noſtrarum exiguitate promto animo ſemper recognoſcemus. Deus O. M. tuam Clem. in celſo ac ſalutari regimine, bono hujus ditionis, diu incolumem præſtet. Datæ ſub ſigillo civitatis Daventrienſis, quo pariter hoc tempore utimur. xxx. Martii clↃ IↃ LXVI.]

Præ-

Præpoſituræ Eccleſiarum Collegiatarum, S. Lebuini Daventriæ cum uno Canonicatu in qua Epiſcopi Sedes ideóque ea nunc Cathedralis: S. Plechelmi Oldenſalienſis & D. Walburgis Zutphanienſis.

Demùm ex eodem eluceſcit Diœceſin Daventrienſem tanquam ſuo Metropolitano ſubeſſe Archiepiſcopo Trajectino, & inter ſororias Sedes, nempe Harlemenſem, Leowardienſem, Groningenſem & Middelburgenſem, obtinere ſecundum locum, quod è Paulino Diplomate & altero Piano, quo Trajectum Archiepiſcopi prærogativa rurſus condecoratur, eſt manifeſtum.

JOHANNES MAHUSIUS.

J. Mahuſii, Natales, dotes,

PErperam *Gonzagæ* in *Originibus Seraphicis* p. 1. dictus *Maduſii*, primus novellæ Sedis Epiſcopus ſalutatur, eoque nomine interfuit primæ Synodo Provinciali *in Octobri Anno 1565. apud Trajectinos celebratæ, in qua Tridentini Concilii decreta† ſolemniter recepta ac promulgata fuere.* Erat is Patria Aldenardenſis, profeſſione Franciſcanus Obſervans, ſtudio Theologus & ſummus divini verbi Præco: verùm propter ſenio detritas vires & hydropiſis incommoda tanto impar oneri titulo & Mitræ renuntiavit, multa poſtmodum Anno 1572. III. Non. Octob. in patriæ Urbis direptione à Fœderatorum milite perpeſſus, ubi vulneribus ſaucius, calumniis & opprobriis laceſſitus, pedibus conculcatus, putridi & abjecti cadaveris inſtar relictus tandem Anno 1577. 10. Maj. pacatiori fine quievit, & in Choro *Fratrum* ſuorum tumulum nactus tubam noviſſimam præſtolatur. Ex *Bibliotheca Deſſelii, Willotii & Swertii Athenis, Sedulii Corollario Minoritanorum à Geuzis interfectorum n. 2. Havenſii ſpeculo crudelitatis hæreticæ c. 3. Raiſſii Belgica Chriſtiana* in Daventrienſi Cathedr. *n.* 1. & aliis.

perſecutiones,

obitus,

ÆGIDIUS DE MONTE.

Ægidii de Monte, natales, munia, in Epiſcopum deſignatio, adminiſtrandæ Sedis ratio præſcripta,

P*Aruvete* oriundus (quod eſt celebre municipium Gallo-Brabantiæ, Baronatus titulo inſigne) *Mahuſio* à Rege Catholico ſurrogatur, ſacris infulis Anno 1570. 29 Octobris condecoratus: erat is cum prædeceſſore ſuo ejuſdem Inſtituti ac poſt Conventus Lovanienſis Præfecturam inferioris Germaniæ Miniſter Provincialis, cui *Albanus* hanc adminiſtrandæ Sedis rationem 23. ejuſdem menſis Bruxellis præſcripſit.

"Primo dabuntur Epiſcopo Regiæ Majeſtatis Litteræ fiduciariæ ubi neceſſarium exhibendæ ac deponendæ.

"Et obſeratæ ad Archiepiſcopum Trajectenſem & Epiſcopum Monaſterienſem, quæ eos conſtitutionem, intentionem & voluntatem Sanctiſſimi ac Bullæ Diœceſanos limites continentis edoceant, ut norint præfati Antiſtites quid à ſuis Diœceſibus præciſum quidque Eccleſiæ ac Diœceſi Daventrienſi annexum atque ſubjectum, quas ad uberiorem eorum inſtructionem cum ſuis adjunctis & limitum ſpecificatione ipſemet tranſmittet.

"Antequam perſonaliter ſuam Epiſcopalem Sedem accedat, ad Epiſcopatus eique annexorum jurium poſſeſſionem capiendam Procuratorem præmittet, pro cujus aſſiſtentia & faciliori expeditione Tranſiſulanorum Gubernatori ſua Excellentia ſcribet, mandabitque præſentiam perſonalem ſi ſit in viciniis vel loco ſui alterius ſubſtitutionem: etiam Cancellario & Conſilio Tranſiſulano duorum è ſuo Collegio deputationem atque quatuor præſidiariarum turmarum Officialibus: inſuper Prætori, Conſulibus, Scabinis & Senatui ejuſdem Civitatis: ut accipiendæ poſſeſſioni aliiſque ſolemnitatibus eo ſpectantibus adſint perſonaliter: ea in Cathedrali D. Lebuini Eccleſia Daventrienſi & præſentia Decani ac Capituli ejuſdem aliorumque de Clero, quos ex præſcripto ſuæ Excellentiæ eis ſubmittendo advocabit Decanus cum Capitulo præfato in debitis ac conſuetis ſolemnitatibus cæremoniiſque perficietur. Poſt hæc in præcitata Eccleſia nomine & vice Daventrienſis Antiſtitis immittet ſe præfatus Procurator in poſſeſſionem Præpoſituræ Daventrienſis, & Aulæ eidem annexæ, eam intrans in hunc finem, cum per Diploma Pontificium ea unita ſit atque incorporata Daventrienſi Epiſcopatui.

"Et quo commodius juxta præcitatæ Bullæ tenorem Dos Epiſcopo aſſignata inveniatur & conſervetur, ad viam præparandam de bonis, oneribus & emolumentis Conventus Regularium S. Agnetis ut ſe informet & ne ea abalienentur impediat, Comiti Megano Tranſiſulaniæ Gubernatori ſua Excellentia injunxit, cujus reſponſum & Litterarum copiæ hiſce aſſociabuntur. Quod ſi in eo Cœnobio Religioſos ibidem non profeſſos in ſuo adventu Epiſcopus invenerit, eos ad locum profeſſionis honeſte remittet: reliquos juxta contractum cum eis initum excipiet, quibuſcum autem necdum convenit, iis ſub ſua adminiſtratione omnem ſubmiſſionem præcipiet & modeſtiam, uſque quo cum iis convenerit vel juxta tenorem Bullæ proceſſerit.

"Poſt hæc à Prælatis, Decanis, Paſtoribus & reliquo tam Civitatis quam Diœceſeos Clero, à Gubernatore, Cancellario & Conſilio è Geldria & Tranſiſulania reſpective conſcribendo excipiendus quantocius præmemoratam Civitatem ingredietur: Proceſſio, quam ſuâ præſentiâ cohoneſtabunt Gubernator & Conſiliariorum deputati, Prætor, Conſules, Scabini & Senatus Civitatis, etiam Prætores & delegati Zutphanienſes, Campenſes, & Zwollenſes, Satrapa Lingenſis & Officiales alii è Geldria & Tranſiſulania advocandi, ordinabitur ad portam Civitatis, unde cum toto comitatu in Eccleſiam Cathedralem deducetur: introitus ſui determinatum diem maturè Comiti Megano Tranſiſulaniæ Gubernatori & ejuſdem ac Geldriæ Cancellario & Conſilio ſignificabit, quo ad illum Prælatos, Decanos & Clerum, Civitates & Majeſtatis ſuæ Officiales, etiam præcipuos è viciniore Nobilitate in tempore convocent, ut ab iis deducatur & ut Eccleſiaſticus Superior cum debita reverentia admittatur, recipiatur & agnoſcatur.

"Eccleſiæ Cathedrali aliiſque de Clero in ſuo ibidem adventu præſtabit ſolemne juramentum juxta præſcriptum ab aliis Belgii Epiſcopis obſervatum, quod & ipſi dabitur.

"Quem præfatæ Eccleſiæ Decanus cum Capitulo Cleroque ibidem præſente reciprocè admittet & agnoſcet Epiſcopum ſuum, omnem exinde debitam obedientiam exhibendo: in quo ſi, ſub prætextu obligationis Archiepiſcopo Trajectino debitæ, ſe difficiles quipiam præberent, ejus conſenſus copiam authenticam, & Bullas ac Litteras Sanctiſſimi Regiæ-

† De hac Trid. Concilii receptione lege *Bat. Sacr.* part. II. p. 20. &c.

que Majeſtatis tum exhibebit: quoad Monſterienſem & Oſnabrugenſem Diœceſes referet ſe ad Conſtitutionem & voluntatem ſuæ Sanctitatis ac Majeſtatis Regiæ in erectione horum Epiſcopatuum.

Statim ab habita poſſeſſione populum ſuis concionibus inchoabit docere & inſtruere: viſitabit Eccleſias primò oppidanas, tum reliquas ſuæ Diœceſeos tam in Tranſiſulania & Linga, quam Geldria & Zutphania: inquiret autem ſtudioſe in Miniſterium Parochorum, ſintne ſufficientis tum ſcientiæ tum piæ & probæ vitæ, ac converſationis honeſtæ & Catholicæ, mulctando, corrigendo, etiam deſtituendo quos noxios, ſcandaloſos, hæreſi infectos vel de ea ſuſpectos deprehenderit.

Inquiret etiam in Religioſorum Mendicantium aliorumque Conciones, curans & providens, ut in fide & doctrina Catholica populus inſtruatur, ædificetur & conſervetur.

Quod & in aliis perſonis Eccleſiaſticis, ædilibus & Eccleſiarum cuſtodibus procurabitur.

Abuſus & ſcandala, ubicunque in Eccleſiis deprehenderit, tollet eliminabitque.

Ut Eccleſiis vacantibus probi dentur Paſtores ſumme advigilabit, quos ad præſentationem eorum, quibus hæc competit, cum ſibi poſt inquiſitionem & examen de eorumdem fide, ſcientia, pia honeſtaque converſatione & vita conſtiterit, inſtituet & ordinabit.

Etiam in Scholas inquiret totius Diœceſeos tam quoad didaſcalos quam eorum doctrinam, quæ impoſterum ejus præſcriptum ſequentur.

Primo quoque tempore ex conſilio quorumdam Parochorum, aliorumque etiam è Magiſtratu, aget de erectione ſeminarii juxta Trid. tenorem & præſcriptionem ex eorum contributionibus qui ad eam tenentur.

Attendet etiam ad Typographos & Bibliopolas, quomodo ſcilicet ſeſe in ſua mercatura ii hactenus geſſerint, in quo ſuæ Majeſtatis regulam ſequetur in placitis deſuper emanatis & emanandis contentam.

Prima inſuper occaſione per Parochos, Concionatores alioſque Eccleſiaſticos, ubi neceſſarium curabit de novo publicari & promulgari Concilium Tridentinum, ſaltem quoad utiliora ſcitu & doctrinalia ad populi captum & intellectum.

Ut qui de Clero ſunt, obſervent Regiæ Majeſtatis placita & decreta in materia Religionis, inſuper idem Antiſtes procurabit, ideoque qui contra hæc vel in officio vel vita deliquerint, debite corriget & puniet, quem in finem ad inſtar aliorum Antiſtitum apparitores habebit & carceres.

Quod ſi in iiſdem obſervandis Officialium & Magiſtratuum defectum adverterit, poſt præviam admonitionem, Gubernatorem & Conſilium Tranſiſulaniæ ac Geldriæ reſpective de eo edocebit: ſin autem ab horum deſidia vel negligentia nullum adhibeatur remedium, Curiæ ſignificabit vel alibi ubi neceſſarium.

Ad eorum reformationem viſitabit Abbatias, Monaſteria & loca pia utriuſque ſexus, Epiſcopo directè ſubjecta jure ordinario, alia exempta tanquam à Sede Apoſtolica juxta formam Trid. delegatus.

Eccleſias & Monaſteria ob malum regimen collapſa vel corrupta reſtaurari juvabit. Ad quorum omnium & ſingulorum executionem juxta ejus exigentiam & materiæ neceſſitatem auxiliarem Epiſcopo præbebunt manum tam Gubernator & Conſilium, quam alii Satrapæ, Prætores, Officiales, Conſules & Scabini: cui ad ipſius requiſitionem, ubi neceſſarium, nomine ſuæ Majeſtatis etiam Commiſſarii adjungentur.

Ex officio quoque in hæreſi infectos vel de ea ſuſpectos inquiret contra eos ſecundum jura proceſſurus: Ovium ſuarum intimam notitiam acquiret, quatenus in Magiſtratuum & Officialium innovatione à Gubernatore judicium rogatus & conſilium, ſanum valeat impertiri, ne is ad Officia & Juſtitiæ adminiſtrationem tales admittat, qui ob ſuſpicionem de ſecta vel hæreſi, & aliàs merito forent repudiandi.

In omnibus demum ſuum Officium concernentibus ſe referet Epiſcopus, & reſpiciet ad avitæ & Catholicæ Religionis incolumitatem, ſubditorum tranquillitatem & pacem, quod totum ei ſua Majeſtas confidit & committit.

Cumque, præter alia, Daventrienſem, Zutphanienſem & Oldenſalienſem Præpoſituras dos Epiſcopatus includat, Daventriæ, ut præmiſſum, poſſeſſionem accipiet: quod ſi Bornel Leodienſis Canonicus huic ſe immiſceat vel opponat, Bullam erectionis ſui Epiſcopatus & Præpoſituræ unionem ac incorporationem allegabit Epiſcopus antiquiorem eſſe illius proviſione, ideóque obreptitie obtentam neque ſolemnis Epiſcopatus erectionis derogatoriam: remittetque ad Ducem Albanum juſtitiæ patronum, ſi quid ratione promiſſi Duciſſæ Parmenſis prætendat: ſin autem idem ille Bornel ad ulteriorem remoram proſiliat, cujus ſublationi per ſe non ſufficit, eam Gubernatori, Cancellario & Conſilio Tranſiſulano intimabit, etiam (ſi neceſſarium) Aulæ, ut juxta æquitatem adhibeatur remedium.

Quoad Præpoſituram Oldenſalienſem, cujus à multis annis ante aſſumptionem ſuam ad Archiepiſcopatum modernus Archiepiſcopus Trajectenſis poſſeſſor, cum per ſui in Archiepiſcopum promotionem jus quod ad eam ante habebat ſit exſtinctum, iſque in eadem ejuſdem ceſſum & fructum addixerit Daventrienſi Epiſcopo juxta unionem in litteris Pontificiis præſcriptam, earum vigore ſe in ejuſdem poſſeſſionem immitti curabit, quem in finem ad Decanum & Capitulum ibidem ei Litteræ dabuntur. Quod ſi ex parte Archipræſulis Trajectini vel alterius cujuſque difficultas obtenderetur, Gubernatorem, Cancellarium & Conſilium Tranſiſulanum implorabit, quatenus eorum auxilio in eadem conſtituatur, quod etiam nomine ſuæ Excellentiæ iiſdem intimabitur & mandabitur.

Quod autem ad Præpoſituram Zutphanienſem inquiret Epiſcopus in tempus proviſionis moderni Præpoſiti: quæ ſi præmemoratæ Bullæ datum anteceſſerit, præſtolabitur (ſi cum Præpoſito convenire non poſſit) ejuſdem vacationem. Antwerpiæ 23. Octob. 1570. cum ſubſcriptione Ducis d'Alvæ & Bertii."

Quam & ad amuſſim ſecutus eſt: cumque eodem die litteris ſuis de Epiſcopi Procuratore ſubmittendo eique cum præmiſſis ſolemniis & cæremoniis Epiſcopatus ac Præpoſituræ danda poſſeſſione Capitulum monuiſſet Dux Albanus, iſque brevi poſt ſecutus idem illud ob futiles aliquot rationes difficile offendiſſet, tandem poſt Epiſcopi reſcriptum, cui hic locum damus, admittitur:

Vene-

"Venerandi admodum Domini. Venerandarum Dominationum litteras accepi 6. Nov. quæ quam maximam nobis admirationem pepere, dum nihil tale à vobis exſpectarim, ſed ſperaverim graviſſimorum mihi incumbentium laborum vos habere ſtrenuos coadjutores & in Vinea Dei excolenda fideles cooperatores: & ecce in primis ſtatim initiis video mihi remoras & difficultates parari, quales nulla alia etiam celeberrima Capitula novellis Epiſcopis pepererere. Quod ſi ſerio vobiſcum expendiſſetis, quanti momenti ſit hoc negotium & quanti ponderis apud Dominum Deum & Sanctiſſimum ejus in terris Vicarium Pont. Max. totumque Illuſtriſſimorum Cardinalium Collegium conſiſtorialiter congregatum, quantumque cordi accipiat Sacra Regia & Catholica Majeſtas hanc rem, puto quod ſine ulla difficultate horum obtemperaſſetis votis. Nihilominus nobis decretum eſt non quærere veſtra ſed vos, non digladiari de Juribus, Privilegiis, poſſeſſionibus, ſed totis ingenii nervis animarum ſaluti intendere & Eccleſiæ reformationi: (cujus in veſtris gravaminibus & difficultatibus nulla eſt mentio) ut paucis igitur veſtris difficultatibus ſatisfaciam, ſignificatum volo me noluiſſe querelas deponere apud Illuſtriſſimum Ducem, quem ſciebam graviſſime offenſum iri neque omiſſurum, quin quacunque via & modò voluntati Sedis Apoſtolicæ & Regiæ Majeſtatis votis ſatisfieret, noluiſſe item ſummo juris rigore nobis conceſſi per Diploma Pontificis Summi uti, quod penes nos habemus ſub plumbo expeditum, quo nobis conceditur facultas excommunicationis mucrone feriendi nobis inobedientes: ſed ea quæ pacis ſunt & ædificationis ſectantes vos hortamur in Domino, ut noſtrum legitimum Procuratorem ea qua decet reverentia ſuſcipiatis, & ad poſſeſſionem capiendam admittatis, ſi non ſimpliciter & abſolute, ſaltem cum proteſtatione, nempe ſalvo & integro utriuſque partis jure, id quod abſque ullo præjudicio facere poteſtis. Interim vobis polliceri auſim, quidquid ſalva bona conſcientia & decretis Sacroſanctæ Trid. Synodi, ad quæ ſervanda & pro viribus operi mancipanda jam juramento adſtrictus ſum, reliqua omnia vobis libenter concedam, &, ſi opus fuerit, etiam juramento firmabo, agamque vobiſcum ut nullam cuiquam dem juſtam querendi occaſionem. Quod attinet ad Præpoſituræ bona nihil mihi vendicare volo amplius quam quod Præpoſito cedere hactenus ſolitum eſt. De Oeconomo conſtituendo facile in veſtram deſcendo ſententiam: item de immunitate præſtanda Capitulo ſi quam vobis faceſſat moleſtiam Dominus Bornel, qui hactenus Præpoſituram poſſedit. Cæterum hæc omnia non à meo Procuratore ſed à me præſente exigere debetis. Quare iterum vos exhortor, ne quam faciatis difficultatem ſaltem ſub proteſtatione noſtrum admittendi Procuratorem, ne ſi, quod abſit, via facti ille cogatur poſſeſſionem accipere veſtro magno dedecore & damno id contingat, quod mihi ex animo doleret, eo quod paternæ charitatis viſcera malim oſtendere quam rigore uti. Puto quod noſter Procurator veſtris exceptionibus contra ſuam procurationem plene ſatisfaciet. Valete in Domino multum obſervandi Domini & in Chriſto Confratres dilecti.

Antwerp. Menſis Novemb. die 7. *Veſter Confrat. Ægidius de Monte, Epiſcopus Daventrienſis.*

inauguratio,

Et 30. ejuſdem in paſcuis ſuburbanis, vulgò *den Worp*, à Comite Megano ac Majeſtatis Regiæ deputatis circa octavam matutinam exceptus Civitatem ingreditur, ab iiſque ad Conventum FF. Min. deducitur; unde Pontificalibus apparamentis indutus, Cleroque comitatus, ſolemni proceſſione in Cathedralem Baſilicam invehitur, & à Decano novæ Legis Sacrificio ſolenniter oblato Epiſcopalem Benedictionem populo impertiit. Additâ mox poſſeſſione Oldenſalienſis *Præpoſituræ* & Monſagnetani Conventus cum vitalitiæ quinque Regularium Sacerdotum ſuſtentationis onere. Ad primam, quam Anno 1575. altera ſubſecuta eſt, Diœceſeos viſitationem ſeſe accinxit, cum jam 24. Febr. erexiſſet in Civitate Tribunal Eccleſiaſticum, *& Parochis in mandatis dediſſet ut Trid. Conc. ſanctiones vernacula lingua populo certis diebus promulgarent, atque interpretarentur.* Anno 1572. primum Diœceſeos Archidiaconum nominavit germanum ſuum Franciſcum de Monte, Canonicum Licentiatum, quo nuper in Epiſcopatus adipiſcenda poſſeſſione uſus fuerat procuratore, quemque in ſuperioris anni Menſe Auguſto Cathedralium Canonicorum Collegio inſeruerat. Domum Fratrum Pauperum (de qua infra) Diœceſanum ſeminarium dixit, & dum Reip. mala, Eccleſiæ vulnera, Clerique Febres malignas medica manu ſanare ſatagit, adverſa valetudine lecto affixus Anno 1577. 26. Maji ipſis Pentecoſtes ſolenniis intra quintam & ſextam pomeridianam Creatori ſuo beatum Spiritum reddidit Swollis, Daventriæ in Baſilica Cathedrali ante Aram S. Crucis è regione Ven. Sacramenti tumulum ſortitus: † de quo in Faſtis & Manſionibus ſuis privatis quidam è Canonicis: *Ægidius de Monte Epiſcopus, noſter Ordine Franciſcanus variis locis in Brabantia Theologus Lovanienſis Guardianum egerat, quem ſæpè concionantem audivi magna gratia, inſigni voce & tota actione, vitâ non improbandus ſi paulò fortior in affectus & nepotem ſuum, & inciderat in Decanum ſemper contrarium quique litibus aleretur: vir ſinceri & pacati animi, plane liberalis: at hæreſi ubique invaleſcente triſtioribus turbis ſubtractus eſt Swollis beata morte, quem vidi in Præpoſituram ſuam & inde ad ſepulturam in Cathedrali ſua pompa non incelebri deductum.*

dotis aditio,

Diœceſeos perluſtratio,

Eccleſiaſt. tribunalis erectio, alia geſta,

obitur,

ſepultura,

[En J. Bapt. Gramaye Carmen lugubre in Ægidium de Monte Daventrienſem Epiſcopum:

Urbs Daventria qualis eſt, eratque,
Cum de Monte Sacris præeſſet, almum
Cum de Monte Dei pluiſſet imbrem
Doctrinæ, pietatis & quietis?
At nunc Præſule mortuo triumphans
Cum de Monte Dei ciet furorem
Hæreſis rabieſque pravitaſque,
Urbs Daventria qualis eſt, eratque?]

& carmen lugubre.

BERNARDUS HERINCK.

OLdenſalienſis Eccleſiæ Antiſtite ſuo viduatæ, in quod hæc cura reciderat, mox è ſuo gremio à Capitulo præficitur: ſed cum vidiſſet à præſidio regio ædem Cathedralem iteratis ſacrilegiis ſpoliatam, Civitatem & alia Diœceſeos oppida victricibus Ordinum armis cum excidio Catholicæ Religionis expugnata, biennale onus in humeros Capituli repoſuit.

Bern. Herinck, Ægidio a Capitulo Dav. ſuffectus, brevi oneri ceſſit.

† Comitantibus, ex Jac. Revio, funus, præter conſanguineos ejus, viris Senatorii Ordinis, aliiſque magno numero.

[Nonnulla ejus Vicarii acta refert ex *Actis Feud. Præpoſit.* Jac. Revius *Hiſt. Dav. L. 5. p. 521. &c.*]

ÆGIDIUS DE MONTE.

Vicarii generales;

Ægid. de Monte, antiſtitis nepos,

REverend. defuncti ex fratre nepos J. V. Licentiatus S. Theologiæ Doctor, ab eoque Canonia donatus eorum calculo, qui Oldenſaliam diſceſſerant, Heringio ſufficitur & reddita Hiſpano Civitate concordibus Canonicorum votis Anno 1587. 6. Auguſti, in Officio confirmatur: verùm, non ſine maximis turbis Anno 1588. 2. Septembr. eodem exuitur, qui in Brabantia obiit Decanus Liranus.

[Contra hunc graves, apud Sereniſſ. Belgii Principes inſtitutæ querelæ per Henr. Vordenum, Phil. Rov. Vicarium generalem, quarum acta penes me aſſervata.]

ALBERTUS A THILL.

& Albertus a Thill.

EOdem die, quo Ægidium Vicariatus honore Capitulum exuerat, eadem dignitate decoratur, quem *Virum gravem & ſibi probatum* indigitat, additâ confirmatione 10. Septembr. Anno 1588. erat is etiam Canonicus & Theſaurarius Zutphanienſis.

GISBERTUS COEVERINCX.

Gisberti Coeverinx, ortus, munia, in Epiſcopum Dav. electio, oneris primùm detrectatio,

dein acceptatio,

S. Theologiæ Licentiatus, & Eccleſiæ S. Joannis Euangeliſtæ Buſcoducenſis ab Anno 1585. Decanus, qui in eadem ab Anno 1571. reſederat Canonicus & Archidiaconus, in tertium Daventrienſis Eccleſiæ Præſulem à Rege Catholico, in Novembr. Anno 1589. deſignatur: hic cum onus detrectaret, & tamen ipſius non admitteretur excuſatio licet ſeriò propoſita 20. Martii Anno 1590. certis conditionibus Illuſtriſſimo Duci Parmenſi oblatis nominationem admiſit, quas exprimunt ejus ad Cathedrale Capitulum Litteræ gratulatoriis reſponſoriæ.

"Reverendi admodum & eximii Domini ac nobis in Chriſto multum chari Fratres. Accepi ſub meum ex Buſcoducis ad aulam diſceſſum 1. Martii litteras veſtras congratulatorias 5. Februarii Daventriæ ſcriptas, quæ certe non poterant non eſſe longe gratiſſimæ, exprimentes nimirum inſignem primarii Cleri erga eum, quem futurum ſuum Antiſtitem ſperant, cum omnis obſequii oblatione affectum, unde non parvam accepi ſpem fore, ut Eccleſiam Daventrienſem ſponſam mihi aſſignatam noſtri amantiſſimam ſim habiturus, ac vos omnes in difficillima Epiſcopatûs adminiſtratione fideliſſimos cooperarios, ſine quorum opera nôn rite gubernari poterit Epiſcopatus: ſpero & Magiſtratum ſecularem ſimiliter fore addictum, cujus nomine Secretarius & Commiſſarius Daventrienſis mihi eſt etiam congratulatus, quod mihi admodum fuit jucundum: de noſtra autem erga vos viciſſim veſtramque Eccleſiam & Remp. univerſam ſincera dilectione ex futuris factis noſtris, ſi oblatam Provinciam ſuſceperò, vos judicare volumus & ſecuros vos ac Magiſtratum populumque univerſum reddo, me nihil per Dei gratiam attentaturum, quod rationi & æquitati non erit conſonum. Ad eam autem Provinciam ſuſcipiendam me impellere non poterunt Epiſcopatus emolumenta quæ iſthic jam (ut intelligimus) ſunt minutiſſima: nec otium, quod ſane Epiſcopi Belgici in hac rerum omnium perturbatione (ſi animam ſuam ſalvam velint) ſectari non poterunt: non etiam honor, quem ab hæreticis & rebellibus Deo & Regi Catholico exſpectare non debeo, quamvis ſciam bonos ſuo non defuturos officio. Quam vero impenſe Clero & Civitati Buſcoducenſi hucuſque gratus ſim, eximius ille erga me retinendum affectus abunde declarat, ubi etiam non deſunt vitæ neceſſaria. Imo cum attendo oneris mihi imponendi magnitudinem & functionis Epiſcopalis, quæ etiam angelicis humeris eſt formidabilis, arduitatem ſerio & ex animo ac magna inſtantia apud Sereniſſimum Clementiſſimumque Dominum Ducem Parmenſem Gubernatorem Belgicum, per litteras Illuſtriſſimæ ſuæ Celſitudinis 23. Januarii, evocatus, etiam iteratis vicibus me excuſare ſum conatus prægnantiſſimis pro mea excuſatione productis rationibus: Verum cum fruſtra id tentarem, nec excuſatio admitteretur, tria prius verbo & poſtea ſcripto propoſui ex parte Regiæ Majeſtatis præſtanda, primo ut mihi, qui tenuis ſum fortunæ, refundatur ex theſauro regio quod Bullarum expeditioni & aliis uſque ad poſſeſſionem Epiſcopatus erit impendendum, dummodo tamen tantumdem ex dote nondum fuerit perceptum. Deinde ut ex eodem theſauro ſuppleatur pro honeſta vel ſaltem tolerabili vivendi competentia quod deerit ex dote fere ſub hoſte conſtituta, ne cum proprii ſtatus vilipendio ſordide vivere debeam. Poſtremo ut perſonæ & bona Eccleſiaſticorum (qui admodum ſunt pauci) à gravamine juxta Canonum diſpoſitionem libera remaneant, ne vel ſedes mutare cogantur. Rogavi etiam Dominum Ducem, ut Civitas Daventrienſis ubi ſedes eſt Epiſcopalis, nimium gravata Milite Regio in gratiam novi Antiſtitis ſublevetur & pro diſcretione ſuæ Celſitudinis ſolatium inveniat: quæ omnia ſi præſtiterit Catholica Majeſtas ſeu Illuſtriſſima ſua Celſitudo, & jam dictis difficultatibus medeatur, officium & operam Eccleſiæ & Diœceſi Daventrienſi impendere pro viribus conſtitui, dum video excuſationi non eſſe locum, confidens de Dei benignitate & miſericordia, quod is qui cor Regis ad me nominandum promovit nihil tale cogitantem imo ſummopere abhorrentem, ſuam ſit largiturus gratiam ad bene adminiſtrandum Epiſcopatum; neque enim qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus, qui cordi utriuſque Magiſtratus tam Eccleſiaſtici quam ſecularis zelum juvandi Eccleſiam prope collabentem & laborantem inſpirare dignetur, Aaron & Moyſes inter ſe conſentientes reſtaurare poterunt domum Iſrael, quæ alioqui de ruina periclitatur: aderit & ſua interceſſione Sanctiſſimus ille *Lebuinus* Eccleſiæ & Diœceſis Daventrienſis Patronus, ut ſicut illi, dum in hac mortali carne adhuc ageret, diligenter Verbum Dei ſeminavit ea ratione agrum dominicum excolendo, ſuis jam precibus impetret ne neceſſarii deſint miniſtri Eccleſiaſtici, ſed eos miſericors Deus mittat in meſſem ſuam. Ad me quod attinet facturus ſum cum Dei adjutorio, quod potero, ſperans vos ſimiliter Eccleſiæ negotium diſtricte & prudenter promoturos. Cum impenſæ magnæ mihi erunt faciendæ, Aulæ & mihi erit gratum, ſi placeat quan-

Digitized by Google

„ quantocius perfectam Status dotis Epiſcopalis
„ à morte Reverendiſſimi Epiſcopi Domini Æ-
„ gidii de Monte informationem mittere, & an
„ quidpiam futuro Epiſcopo ſit reſervatum: ad-
„ jiciatur etiam verbum unum atque alterum de
„ adminiſtratione Epiſcopatus, & quibus ea ſit
„ commiſſa. Spero Oldenſalienſes & Zutphani-
„ enſes, ubi ſitæ ſunt Præpoſituræ Sedis Apo-
„ ſtolicæ auctoritate unitæ Epiſcopatui, liben-
„ ter ſuggeſturos, quæ inde exſpectari poterunt,
„ ad quos V. V. D. D. ſcribendæ erunt litteræ
„ ac urgeatur reſponſum. Miſericordiarum Do-
„ minus RR. & eximias V. V. D. D. diu Eccle-
„ ſiæ ſuæ & mihi ſervet incolumes, ac me uni-
„ ce commendo favori & precibus totius Cleri
„ populique Civitatis & Diœceſis Daventrien-
„ ſis, cupiens quam officioſiſſime meo nomine
„ ſalutari inclitum & generoſum Dominum Gu-
„ bernatorem ac Ampliſſimum Senatum Daven-
„ trienſem: feſtinanter ex Bruxella hac 23. Mar-
„ tii Anno 1590.

Reverendarum & Eximiarum V. V. D. D.
ad quævis in Chriſto Officia addictiſſimus
& uti Frater amantiſſimus

GISBERTUS COEVERINCX,

Presbyter & Eccleſiæ Buſcoducenſis
Decanus & deſignatus
Epiſcopus Daventrienſis.

festivum hinc gaudium,

Mirum quantam hæc ejus electio omnibus ſpem & gaudium attulerit, utpote expertis cum Diœceſeos Patrem ſollicitum & apud Principes fideliſſimum Patronum: „ ſpes nunc certiſſima
„ nobis affulgere incipit (12. Aprilis moniti ex
„ præſcripto Reverendiſſimi ad Capitulum re-
„ ſcribunt Zutphanienſes) Deum optimum ma-
„ ximum poſt tam exorbitantes hujus noſtræ
„ Provinciæ exantlatas miſerias ac perpeſſas ca-
„ lamitates eundem Reverendiſſimum Dominum
„ prædeſignatum tanquam alterum Moyſen tan-
„ dem ſuſcitaturum atque miſſurum, ut popu-
„ lum ſuum incredibiliter hactenus in hac miſe-
„ ra & afflicta Provincia oppreſſum tanti viri
„ ſorte atque electione recreare ac refocillare non-
„ nihil valeat. Certe inſignes animi dotes (ha-
„ bent Oldenſalienſium litteræ 16. ejuſdem) eru-
„ ditio pietate comitata, morum gravitas, qui-
„ bus toti Belgio noſtro commendatur, efficiunt
„ ut in bonam ſpem veniamus, hoc Præſule
„ omnia Sedis Daventrienſis negotia feliciſſime
„ ſucceſſura. Rogat proinde & apud ſecretum
„ Bruxellenſe Conſilium ejus conſecrationem
„ urget Capitulum.

„ Nobiles, Clariſſimi & Prudentiſſimi Domi-
„ ni. Cum in his terris non habeamus qui diffi-
„ cultatibus Eccleſiæ noſtræ libentius velint aut
„ facilius poſſint ſuccurrere quam VV. CC. DD.
„ ſane debemus, & pro rerum magnitudine co-
„ gimur, cogitationes & vota noſtra apud vos
„ deponere, quod ne moleſtum & grave ſit in
„ viſceribus Jeſu Chriſti obteſtamur. Intellexi-
„ mus jam pridem non ſine incredibili animo-
„ rum noſtrorum exultatione viduatæ Eccleſiæ
„ noſtræ deſignatum Epiſcopum auctoritate ſuæ
„ Majeſtatis Reverendiſſimum & Ampliſſimum
„ Dominum Gisbertum Coeverincx, Archidia-
„ conum Buſcoducenſem, virum in Eccleſiæ
„ gremio nutritum, qui poſſit in antiquum re-
„ ducere collapſos mores & excitare Arcem Sion,
„ ut illos flores & pulchritudinem videamus,
„ quam viderunt Patres noſtri & nos: ſed ut,
„ quæ bene inchoata ſunt, felicem ſortiantur
„ exitum, quantum judicare poſſumus, videtur
„ mature facto opus eſſe, cujus judicii noſtri
„ cauſas paucis explicabimus. Hoc graviſſimum
„ bellum, quo jam tot annis premimur, pro fi-
„ de & religione inſtitutum eſt, cujus conſer-
„ vandæ, defendendæ & propagandæ unam il-
„ lam rationem ſua Majeſtas rectiſſime judicavit
„ aptiſſimum fore ſi Eccleſiis majoribus & Pro-
„ vinciis ſingulis Epiſcopi præſiderent: videli-
„ cet ab uno capite facilius & certius regitur
„ Eccleſia, quia major auctoritas contracta in
„ uno, quam quæ per multos diſpergitur: cujus
„ præſentia, ſi ſemper requirenda eſt, ne forte
„ incautas oves invadat Lupus, qui tanquam Leo
„ rugiens circuit quærens quem devoret, quis
„ non fateatur hoc eſſe tempus, quo omnibus
„ divinis & humanis præſidiis conandum ſit ad
„ ſalutem animarum: nam ſi res Eccleſiaſtica in
„ tuto ſit, quæ apud nos miſere fluctuat, per-
„ cipiet cito priſtinum decorem Reſp. civilis,
„ quem perdidit propter hos Hæreticorum mo-
„ tus, qui ipſi ad aſpectum viri vitæ anteactæ
„ fama, morum integritate, auctoritate pari ſpe-
„ ctabilis, intelligent tandem & redibunt ad ovi-
„ le perſuaſi doctrina & prudentia aut poteſtate
„ coacti. Sed ne longiores ſimus, facile eſt Viris
„ prudentiſſimis & doctiſſimis harum rerum cau-
„ ſas, momenta & effectus dijudicare: Omnino
„ duo requirenda ſunt, ut hoc, quod fieri de-
„ bere nobiſcum judicatis, poſſit explicari: vi-
„ delicet Confirmatio in Curia Romana impe-
„ tranda & poſſeſſio capienda eſt, quæ utraque
„ ſine præſenti pecunia non expediuntur. Et
„ quidem ſperabamus apud Receptorem genera-
„ lem Epiſcopatus aliquid in reſervato fore, ſed
„ poſt ſummam à nobis adhibitam diligentiam,
„ hoc tandem cognovimus nihil aut exiguum
„ prorſus futurum, quod ab illo ſperari poſſit,
„ quod videmur ex rebus ipſis non obſcuris ar-
„ gumentis colligere, nam & ipſius dotis cer-
„ tiores reditus ut & Eccleſiæ noſtræ ab hære-
„ ticis injuſtis poſſeſſionibus detinentur. Ut in
„ pauca rem referamus, veremur nec Eccleſiæ
„ proinde nec Reipublicæ ſtatum fore diutur-
„ num niſi hujuſmodi remedio afflictis rebus no-
„ ſtris ſuccurratur. Nihil hoc nobis privatim
„ petimus, ſed ut ſua Majeſtas quæ tot in his
„ locis milites incredibili ſumptu alit ad fidei
„ defenſionem non perinde gravi ſumptu expe-
„ diat ex his difficultatibus nos, Eccleſiam &
„ Epiſcopum noſtrum, quod ſi placebit erit por-
„ ro habenda ratio, propter obſeſſam ab hoſte E-
„ piſcopalem dotem, ut opportuno aliquo ſubſi-
„ dio ex Theſauro ſuæ Majeſtatis eidem Epiſco-
„ po noſtro proſpiciatur ad honeſtam vitæ ſuſ-
„ tentationem, quæ niſi reſtituta in integrum
„ tota hac Provincia, ex ipſa Dote haberi nul-
„ lo modo poteſt. Scimus opus nihil eſſe pluri-
„ bus verbis à nobis explicari quod ſua Majeſtas
„ pro innata clementia & ſtudio Catholicæ fi-
„ dei, quæ illo ſolo tanquam firmiſſimo muro
„ innititur, nihil prius habeat quam ut avitæ
„ Religionis exercitium per omnes Provincias
„ vel maximis impendiis reſtituatur, eo maxi-
„ me ne, ſi hæc res tam opportuna neceſſitati-
„ bus noſtris latius trahatur, grave aliquod vel
„ extremum periculum incurreremus, quod pro
„ ſua miſericordia avertat Deus quem teſtem ha-
„ bemus veriſſima eſſe quæ ſcribimus, nec ha-
bere

"bere conſilium quo putemus Catholicæ fidei, "ſuæ Majeſtatis imperio & huic Patriæ magis "conſultum eſſe. Optamus Dei gratiam prudentiſſimo Senatui potentiſſimi Regis noſtri "V. V. C. C. D. D. perpetuam,

C. C. D. D. V. V. obſervantiſſimi Decanus & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ S. Lebuini Daventrienſis.

Daventriæ Civitate veſtra 21. *Octobr.* 1590.

Civitatis Dav. deditione turbatum.

E quorum voto cum neceſſaria omnia ad impetrandam confirmationem expedirentur, antequam ea Romam viderent, recidit Civitas in manus Ordinum & vidua remanſit Eccleſia, cujus ſponſum in Faſtis & Manſionibus privatis hoc elogio exornat præcitatus Canonicus ex Aſpero Colle redux: *Mibi viſus eſt vir ſecundum cor meum, quem optarem Eccleſiæ noſtræ Epiſcopum ſperare non audeo: vir liberalis & candidi animi, juxta diligens & accuratus, Juris Eccleſiaſtici peritiſſimus, qui nihil non bene cognitum in adverſaria referret, memoria ſingulari & qui noſſet cum gratia obniti: in tanta negotiorum varietate humilis & devotus. Obiit paucis poſt annis humili ſepulchro* (ſcilicet Buſcoducis) *in Sacello quodam è regione S. Sacramenti apud matrem tumulatus.* Canonico noſtro *de novis Belgii Epiſcopatibus Lib.* 1. *c.* 12. *Havenſii* judicium ſuffragatur, eique *Raiſſius* ſubſcribit in *Belgicæ Chriſtianæ Daventria Cathedr. Eccleſia n.* 3.

Viri dotes, obitus, ſcripta, ſepultura.

["Hic *Coeverincx*, ex Raiſſio in *Belg. Chriſt.* "vir certè optimus & humaniſſimus, multæque "lectionis & doctiſſimus fuit. Eidem Raiſſius "tribuit Tractatum de erectione Epiſcopatuum, "ab Arn. Havenſio luci datum. Sic enim pergit "Raiſſius; De Epiſcoporum erectione Tractatum compoſuit, quem Havenſius Carthuſianus "evulgavit."]

Sed cum is ſucceſſorem alium nactus non fuerit, ad Diœceſeos topographiam ſtylum provehimus, *methodum* ſecuturi quam in ſua Epiſcopatus Tabula Reverendiſſimus de Monte nobis præmonſtravit.

DECANATUS DAVENTRIENSIS.

DAVENTRIA.	RAELTE.
BATHMEN.	WILPE.
OLST.	TWELLE.
WEESEP.	TERWOELDE.
HOLTEN.	NIEUBROUCK.

DAVENTRIA*


Daventriæ, ſitus, antiquitas, dignitas, jura ſua.

TRanſiſulaniæ Metropolis ac poſt Antwerpiam aliquando totius Belgii Emporium celeberrimum: dexteram Iſalæ ripam prætexit, ambitu ampla & ſpacioſa, ædificiis publicis privatiſque ſpectabilis, & imprimis muris, turribus, duplici foſſa ac propugnaculis munita, ut nihil eorum, quæ militaris induſtria hodie invenit, hic deſideretur. Monetam habet & jus cudendorum aureorum atque argenteorum numiſmatum: liberis Romani Imperii, atque adeò Hanſeaticis Civitatibus annumeratur, ſita in agro peramœno partim paſcuo, partim omnis generis frumentorum feraci. *Anno* 1578. 19. *Novembris poſt tertium obſidionis menſem* Ordinum *partibus acceſſit. Sed per* Guilielmum Stanlejum *Anglum ultimo Januarii Anno* 1587. *Regi Catholico reſtituta: demùm* Mauritii *Naſſovii armis in eorumdem manus recidit Anno* 1591. *Kal. Jun.* In ea

* Ultima ejus memoria apud Alfridum in Vita S. Ludgeri l. 1. c. 2.

ECCLE-

Digitized by Google



Sancti Lebuini ecclesia Daventriæ.

ECCLESIÆ III.

Eccleſia, Iª S. Lebuini,

PRIMA inſcripta eſt Beatæ Virgini Mariæ ac S. Lebuino, primo ſuo Fundatori & Tranſiſulanorum Apoſtolo, cujus geſta ad XII. Novembris deſcribunt Breviaria Trajectina, ex *Hucbaldo Surius*, ex *Beka* & aliis *Molanus in Natalibus*, *Brouweri ſidera Germaniæ* in *S. Ludgero* & alii, quæ in ſua *Friſia Hamconius* brevi hoc metro complectitur:

Perpetua Anglorum Lebuinus *gloria patrum*,
Circa Iſalam Friſiæ priſcis ſub regibus amnem
Sacra ſalutiferæ pandit myſteria Legis:
Intrepidus Statuum, portans librumque Crucemque,
Conventus adiit, multos convertit, & Ædem
Erexit geminam, quarum fuit altera Wilpæ,
Altera Davonis *cujuſdam in Nobilis agro*,
Unde Urbs, ut referunt, traxit Daventria *nomen:*
Divo ubi monſtratus Ludgero *cælitus ipſe*
Poſt quoque multijuga recubans virtute refulſit.

E quorum Annotatis, quia paſſim obvia, hîc non deſcribendis, eorum error corrigitur, qui cum † S. *Livino* hunc noſtrum *Lebuinum* confundunt; quos inter Antiſtes noſter *de Monte* qui cum Epiſcopali habitu indutum, capiti paſtoralis ſui Baculi impoſuit: ſiquidem ille fuerit Scotus, noſter autem Anglus: ille jam ante Apoſtolatum aliquot annis Archiepiſcopus, noſter ſolùm Presbyter: ille cum Collegis *Foillano*, *Elia* & *Kiliano* in Flandriam venerit, à S. *Floriberto* Abbate in Gandavenſi Cœnobio exceptus: noſter Trajectum ad D. *Gregorium* in Epiſcopali Cathedra S. *Bonifacii* ſucceſſorem: ille in Flandria, noſter in Tranſiſulania & conterminis Regionibus euangelizaverit: ille martyr apud Eſcham Flandriæ vicum multis ſaucius vulneribus obierit: noſter autem ad laborum præmia à Deo vocatus Confeſſor Daventriæ, non Oldenſaliæ, ut in S. *Gregorio* perperam notat *Beka*: ille Anno 633. vel juxta aliorum calculum, Anno 634. Apoſtolatum inchoaverit: noſter autem ſub initium Epiſcopatus S. *Gregorii* Anno 752. vel circiter uſque ad Annum 785. quo pridie Idus Novemb. eidem finem impoſuit.

E quibus & illi refelluntur, qui alterutrum S. *Wilibrordi* Comitem ſcribunt, cum is demùm Anno 692. quo necdum natus *Lebuinus* & jam dudùm cælitibus adjunctus *Livinus* ex Anglia gentium Doctor advolarit: neque cum *Boſſchaertſio L. de primis veteris Friſiæ Apoſtolis diſſert.* 34. duplex conſtituendus *Lebuinus*, unus convena S. *Wilibrordi*, alter ſub D. *Gregorio* advena; cum, quos S. *Wilibrordi* ſocios Hiſtoria ſcribit, habendi ſint non tam itineris quam laboris comites, quales vere cenſeri poterunt licet ejus adventum aut diſceſſum aliquanto intervallo fuerint ſubſecuti. De S. *Livino* ad XII. Novemb. videri poteſt *Surius*, *Lippelo*, *Molanus* & *Buzelini Menologium Benedictinum*, in quo illud diſplicet quod ſuis etiam *Lebuinum*, *Marcellinum*, *Radbodum* & alios promiſcuè accenſeat, quaſi neſcierit alibi virtus quam intra clauſtrorum parietes ac ſepta efflorеſcere, & nihil aliud fuerit ſanctè vivere, quam Monachari.

Denique ex iiſdem Eccleſiæ Lebuinianæ, à qua ſumus digreſſi, duas clades habemus: primam

† Vide *Bat. Sacr.* part. 1. p. 93.

mam vidit ipſe D. *Lebuinus* etiamnum ſuperſtes & poſtmodum reſtaurator: ſecunda ejus obitum ſubſecuta reparatorem nacta eſt S. *Ludgerum* hujus Eccleſiæ Parochum & primum poſtea Monaſterienſium Antiſtitem, de quo *Brouweri ſiderâ Germaniæ* ad xxvi. Mart. *Lippelo*, *Surius*, *Molanus* & Monaſterienſe Breviarium, cujus loco novam ſubſtituit S. *Bernulphus* xx. Hierarcha Trajectinus ſub hoc Epitaphio in Choro Baſilicæ D. *Petri* apud Trajectenſes ſepultus:

DEO OPT. MAX.

AC

MEMORIÆ SACRUM.

Hic ſunt confoſſa Bernoldi Præſulis oſſa,
Laudet eum Gloſſa dedit hic quia munera groſſa.
Præfuit hac ſorte: ſunt ſede vacante ſubortæ
Lites diſtortæ pro Præſule, flente coborte
Venit Rex Conrat ut pacem mox ibi ponat,
Datque cohors tota Regi de Præſule vota
Retro dimiſſa paritura conjuge Giſla
Ooſterbeeck Villa prope Bernoldum parit illa
Tunc ibi Curatum: cui Rex dat Pontificatum
Ob nova portata quod erat proles ſibi nata.
Vigenus Bernold Paſtor ſucceſſit Adelbold.
Annis ſeptenis bene rexit bis quoque denis.
Holland militiam junxit ad Eccleſiam.
Sanctis Baptiſtæ, Petro, Paulo, Lebuino
Quatuor Eccleſias condidit egregias.
I, quater attendas decimo quintoque calendas
Auguſti ſimel M. *ſemel* L. *dum ſcandit ad arcem:*
Non nulla mors ſubita quam præceſſit bona vita.

Sciendum ſeculum hoc, quo Trajectinæ Eccleſiæ *Bernulphus* præfuit, novis Templorum ædificiis piâ ſuperbiâ quam maximè ſtuduiſſe, qui proinde ſanctâ invidiâ noluit Daventrienſibus deeſſe, quod totus orbis Catholicus ſuis Eccleſiis impendebat, & Trajectinæ Cathedrali ſuus prædeceſſor *Adelboldus* jam impenderat, de quo *Glaber Rodolphus L.* 3. *Hiſt. c.* 4. infra ſupra dictum milleſimum tertio jam fermè imminente anno contigit in univerſo penè terrarum orbe, præcipuè tamen in Italia & in Galliis, innovari Eccleſiarum Baſilicas, licet pleræque decenter locatæ minime indiguiſſent. Æmulabatur quæque gens Chriſticolarum adverſus alteram decentiore frui: erat enim inſtar ac ſi mundus ipſe excutiendo ſemel rejecta vetuſtate paſſim candidam Eccleſiarum veſtem indueret. Tunc denique Epiſcopalium ſedium Eccleſias penè univerſas ac cætera quæque diverſorum Sanctorum Monaſteria ſeu minora Villarum Oratoria in meliora quique permutavere fideles: hæc *Glaber*. At noſtra Sanlebuiniana iterum conſumpta flammis circa Annum 1240. & vix è cineribus Canonicorum impenſis ſuſcitata iiſdem Anno 1334. denuò devaſtatur: ſic enim notatum invenio: *Anno Domini* 1334. *ipſo die Apollinaris Martyris, nempe altera Magdalenæ, factum eſt incendium magnum in Daventria circa horam ſextam: & intra horam ſextam & Completoris combuſtæ ſunt Eccleſiæ Collegiata S. Lebuini & S. Mariæ Parochialis, & quaſi duæ partes Civitatis, & quinque vel ſex homines ex iis combuſti ſunt & multi ex igne læſi.* Exinde poſt Annum 1416. Crucis formâ reædificata (cujus etiamnum ſuperſunt in Templo veſtigia, & in Archiviis Litteræ Capituli & Senatus, quibus continetur Crucis in modum ædificandam Eccleſiam, Chorumque propter majorem luminis acquiſitionem per certa loca conſcindendum atque aperiendum, inſuper & de nova ſtructura retro Chorum de Anno 1416. altera Margarethæ) cum jam Anno 1414. in Vig. Epiphaniæ ex Epiſcopali Curia Baſilicæ contigua aream conceſſiſſet *Fredericus de Blanckenheim* Traject. Antiſtes pro conſtructione Librariæ, ſed in qua præter Canoniſtas & S. Scripturæ Interpretes vix alii Auctores locum habuere. Demùm hanc ſtructuram induit quam *Guicciardini Belgium* ſuis Epithetis *Elegantem* ac *Magnificam* vocat.

SACRÆ RELIQUIÆ.

Quæ hanc Baſilicam exornârunt, recenſentur: Brachium S. *Margarethæ*. Coſta S. *Laurentii*. Digitus S. *Andreæ*. Dens S. *Magdalenæ*. Brachium & Oſſa S. *Juſtinæ*. De S. *Mildrada*, (de qua in *Hiſtoria Anglicana L.* 2. *c.* 31. *Ven. Beda*, *Clementis Reineri Apoſtolatus Benedictinus in Anglia & Monaſticon Anglicanum* in Cœnobiis Ord. S. Benedicti pag. 83.) S. *Barbara*. S *Odilia*. S. *Sebaſtiano*. S. *Jacobo Majore*. De Virga *Aaron*. de Veſtimentis & Camiſia B. M. V. de ligno *Crucis* in quo ſalus mundi pependit: erat hoc incluſum auro, reliqua autem argenteis thecis aſſervabantur. Reliquiæ,

Corpus Protoapoſtoli noſtri S. *Lebuini* &, ut L. 13. pag. 490. atteſtatur *Slichtenhorſtii Geldria*, ipſius manu conſcriptus Euangeliorum Codex, cujus olim uſus in Traject. Antiſtitum inauguratione & juramento, ſuper quo & Comes *Arembergius* atque Tranſiſulaniæ Ordines Anno 1556 juraverunt, cum *Carolo* patri ſuccederet *Philippus* poſt Trajectinos Præſules ſecundus Tranſiſulanæ Provinciæ Dominus. Eum vidi aliquandò, involutus eſt magnitudine folii laminæ argenteæ, quam ornant varii lapides pretioſi, IV. Euangeliſtarum inſignia & inciſa D. Martini effigies: at ne vel apicem inveni, etiam in aliis hujus Eccleſiæ memoriis, qui D. *Lebuino* adſcriberet: quæ Libro nequaquam denegaſſet quod ejuſdem ſcypho argento incluſo & etiamnum ſuperſtiti præſtitit.

Corpus S. *Marcellini*, de quo ad XVI. Julii Martyrologium Romanum, *Miræus* in Faſtis Belgicis pag. 390.* *Molanus*, & ex iis Hamconius:

Ultimus aſtra adiit ſacra * Marcellinus *eorum*
Militum, in has duxit quos Willebrordus *arenas.*
Hic Friſones, Marſos juxta Salioſque vetuſtos
Ad Vidri erudiens bis ſeptem brachia luſtris
Roris Apoſtolici ſacrato fonte rigavit.
Leproſos querulo poſcentes aſſere nummum.
Donato Cyathi mundavit nectare binos,
Somniaque exponens prædixit plurima Vates
Mira, ſed & ſcriptis etiamnum vivit, & ejus
Urbs gaviſa ſacro ſæpe eſt Daventria *buſto.*

Corpus S. *Radbodi* XIV. Traject. Antiſtitis, cujus matris atavus fuit ille *Radbodus* Friſonum Rex, qui à baptiſterio pedem retraxit, cum multis & majoribus ſuis malens eſſe in inferno quam cum aliis in cœlo, de quo poſt alios *Hamconius*:

Rege atavo Friſo magnis genitoribus ortus
Cum regeret ſacrum Præſul Radbodus *ovile,*
Trajectum tenuit prædo Normannicus, Aras
Diruit, & Clerum ſpoliato cive fugavit:
Unde novam pulſus ſibi te Daventria *ſedem*

* De Marcellino vide *Bat. Sacr.* part. 1. p. 91.

Legit,

Digitized by Google

Legit, & à Danis ſacra ad gentilia verſos
Retraxit Friſones Vidrumque Iſalamque bibentes:
Tam ſcripto quam voce potens mutavit Iacho
Thetin ei Deus, & prædicto funere Marſos
Ad Veteres obiit, ſed habet Daventria *buſtum.*

Tria hæc Corpora hodiédum in tutâ cuſtodiâ latitant; at loculos argenteos & reliquam Eccleſiæ ſuppellectilem, cum à Rege non darentur ſtipendia, Anno 1578. 18. Julii præſidiarius miles diripuit, atque in quadrangulos nummos, cum hac Epigraphe, Aquilam Daventrienſe ſigillum ambiente, URGENTE NECESSITATE conflari curavit: quam rapinam ſubſecuta eſt altera prima Septemb. & per *Rennenbergium* 19. Novemb. regii Præſidii expulſio, quaſi hoſce prædones & exuviarum ſuarum infidos tutores Cælites averſarentur.

CANONICORUM COLLEGIUM,

Canonicorum Collegium, QUod præter *Decanatum* & *Præpoſituram*, cujus Archidiaconatus extendit ſe in Sallandiam, Zutphaniam & vicinam oppido Velaviam, numerat XX. Canonias cum XIX. Præbendis & XV. Supplementis, è Trajectina S. *Salvatoris* Eccleſia à *Bernulpho* in hanc noſtram Baſilicam ſcribitur tranſlatum; *apud Daventriam*, notat *Heda* poſt *Bekam*, *inſtauravit Templum D. Lebuini, ubi & partem Canonicorum ex Eccleſia B. M. Trajectenſium quæ S. Salvatoris nunc dicitur, tranſmiſit aſſignans ex bonis dictæ Eccleſiæ, quæ admodum opulenta erant, quibus perpetuo illic Deo militarent.* Verùm neque in Eccleſiæ membranis, neque apud Sanſalvatorianos Ultrajecti ulla hujus tranſlationis memoria exſtat, nec aliud *D. Bernulphi* Diploma quam quo ad inſtantiam Daventrienſis Præpoſiti Canonicis noſtris Zwollanam Eccleſiam donat: etiam in tribus antiquiſſimis hujus Eccleſiæ Necrologiis, quæ curioſo oculo perluſtravi, nulla ejuſdem ut fundatoris aut tranſplantatoris fit mentio, ſed tantùm ut donatoris præfatæ Zwollenſis Eccleſiæ: XIV. *Kal. Septemb. in Feſto S. Arſenii Eremitæ obiit Ven. Bervoldus Traject. Epiſcopus qui dedit Eccleſiæ noſtræ Eccleſiam Swollenſem:* non ſiluiſſet Necrologus, meo judicio, ſi primus horum Canonicorum è Sanſalvatoriano Collegio tranſplantator fuiſſet. Quare quod S. *Bernulpho* perperam adſcribitur, D. *Radboldo* adſcribendum cenſeo: quem Anno 917. Cælitum choro inſertum Trajecto per Danos devaſtato XVII. annis cum ſuo Clero hic conſtat reſediſſe, in S. *Lebuini* honorem Eclogas ac Panegyres compoſuiſſe, atque apud ſacra ejus Lipſana (ubi ipſemet humari voluit cùm naturæ debitum Otmarshemii perſolviſſet) hoſce Canonicos ſuſpicor ego conſtituiſſe, niſi forte id ejus ſucceſſori *Balderico*, ſub quo exules Trajectum rediere, debeatur. Pro ſuſpicionis noſtræ fulcro ex Choralibus Eccleſiæ libris bina nobis Antiphonaria quiſpiam exhibuit cum hac inſcriptione.

Anno Domini M. XVIII. Ven. Dominus Johannes Okel Senior Canonicus hujus Eccleſiæ S. Lebuini Daventrienſis ſcribi fecit & contulit eidem Eccleſiæ pro uſu Dominorum duo Antiphonaria, unum æſtivale & unum hiemale, quorum iſtud unum eſt.

Si namque Anno 1018. Canonicus & Canonicus Senior, cum *D. Bernulphus* demum Anno 1027. vel juxta alios Anno 1028. Epiſcopatum ſuum inchoarit ſucceſſor Adelboldi, quomodo primus horum è Sanſalvatoriano Collegio tranſplantator? Sed cùm apud *Wilibrordum Bonnigerhof* in *Præpoſituræ Regiſtris* ille *Okelius* Seniorem egerit Anno 1518. & novitius ſit membranarum character, inter litteras M. & XVIII. negligentiâ ſcriptoris omiſſa deprehenditur littera *D.* quæ numerum quingentarium conficit: quo errore detecto ac correcto imaginarium ſubſidium evaneſcit. Soli *Annales*, de quibus in ſequenti ſcripto, ſi etiamnum ſupereſſent, dubium omne veritatis lumine diſpellerent.

Omnibus præſentes litteras inſpecturis nos Præpoſiti, Decani & Capitula Sancti Salvatoris Trajectenſis & Daventrienſis Traject. Diœceſis Eccleſiarum ſalutem in omnium Salvatore. Sicut in Annalibus noſtris invenimus & à Seniorum noſtrorum relatu didicimus, Sancti Salvatoris & Davent. Eccleſiæ prædictæ una olim fuerunt Eccleſia, ſed poſtmodum Eccleſia Daventrienſis ex Eccleſia S. Salvatoris fuit extracta bonis ipſarum diviſis, fraternitate tamen integra permanente: cùm igitur bonum ſit & jucundum habitare Fratres in unum communis voti deſiderio & ſincero cordis affectu, priſtinam fraternitatem utilem licitam & honeſtam, quam vetuſtas prædeceſſorum noſtrorum venerabilium ſuis temporibus inſtituit & ſervavit, placuit innovare. Et licet, quod dolentes referimus, ad tempora noſtra ejus notitia nondum perfecta devenerit, memoriam tamen ipſius omnem oblivio non delevit: quapropter pace & concordia & tranquillitate inter nos charitate Magiſtrâ primitus ordinata præmiſſa antiquarum ſcripturarum, edocti teſtimoniis & Majorum noſtrorum aſſertione ſollicita, præmittimus: viſum eſt nobis pro qualitate temporis expedire & noſtris ſucceſſoribus poſſe futuro tempore prodeſſe, recuperare neglecta, prout inferius continetur.

Cùm igitur ſollicitudo animarum ſollicitudini corporum ſit neceſſario præponenda, imprimis ordinamus ut ſecundum primam obſervantiam Fratrum Canonicorum hinc inde deceſſus intimetur, & fiant exequiæ in Vigiliis & in Miſſis animarum ac viſitatione ſepulcrorum per menſem integrum, prout noſtris Canonicis hinc inde fieri eſt conſuetum, & quilibet Canonicus tenebitur legere vel legi facere Pſalterium unum pro defuncto Canonico infra primum menſem poſt intimationem obitus defuncti: prætereà in perpetuum legatur diebus ac horis ad hoc competentibus inter alias Collectas hæc Collecta: Deus veniæ largitor & humanæ ſalutis amator quæſumus immenſam clementiam tuam, ut noſtrarum Congregationum fratres & ſorores & cæt. Item quolibet anno VI. Id. Jul. agatur hinc inde ſolemniter memoria omnium Fratrum cum Vigiliis, Miſſâ & commendatione præter diem animarum.

Pro mutua autem notitia & conſolatione jucundâ vivis Fratribus duximus injungendum ut, cùm Canonicum Eccleſiæ S. Salvatoris Daventriam venire contigerit, in Religione in choro ſe oſtendat, & eodem die, quo ſe oſtenderit, debetur & dabitur ei in recognitionem Fraternitatis unus albus panis & unus ſiligineus & octo denarii ad vinum: cùm etiam Canonicum Daventrienſem ad Eccleſiam S. Salvatoris venire contigerit, ſimiliter ſe in Religione oſtendat, & eo die, quo ſe oſtenderit, debetur & dabitur ei unus albus panis & unus ſiligineus & quatuor ſtopi cereviſiæ & quatuor denarii ad vinum. Præpoſitis vero & Decanis hinc inde duplum debetur de præmiſſis, præſentias etiam, ſi quæ diſtribui eodem die vel hora diei contigerit, dabuntur

buntur ipſis Canonicis & Prælatis hinc inde in choro præſentibus. Et quia hæc non propter avaritiam, ſed propter meram charitatem ſtatuta ſunt & quondam à noſtris prædeceſſoribus obſervata, nemo reputet verecundum ſeu tædioſum ſe modo præmiſſo in noſtris prædictis Eccleſiis præſentare.

Item ſi una Eccleſiarum noſtrarum prædictarum vel aliquæ ſingulares perſonæ ex Canonicis ipſarum urgente neceſſitate conſilio vel auxilio alterius indiguerit, alia Eccleſia ſuper eo invocata adſtabit eiſdem ipſius neceſſitatis tempore auxilio, conſilio & favore.

Item ordinamus, quod quantumcunque aliquem ex Canonicis Daventrienſibus apud Trajectum coram univerſali Eccleſia ſe præſentare contigerit, in Religione nobiſcum incedat.

Quæ omnia & ſingula concorditer pro nobis & noſtris ſucceſſoribus ex nunc & deinceps ſub juramento in receptis & recipiendis Canonicis Eccleſiarum noſtrarum ſuis temporibus jam præſtito & in futurum præſtando, ac ſub more fraternitatis debito perpetuo promiſimus, & per præſentes promittimus obſervare, ſalva nobis noſtriſque ſucceſſoribus perpetuo plenaria poteſtate ſuper præmiſſis mutandi, minuendi, corrigendi & addendi, prout pro qualitate temporis videbitur expedire. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras de communi conſenſu & voluntate Præpoſitorum, Decanorum & Capitulorum noſtrorum prædictorum fieri fecimus, & ſigillorum Eccleſiarum prædictarum noſtrarum munimine roborari. Actum & datum Anno Domini M. CC. XCV. in Vig. Purific. B. M. V.

Lectoris patientiâ non me abuſurum arbitror ſi hic Præpoſitos ſubtexam, quorum nobis nomenclatura innotuit: ſunt autem,

Præpoſiti, A°. 1040. THEODORICUS: ad cujus inſtantiam D. *Bernulphus* Canonicis donavit Eccleſiam Swollanam: Litteræ proſtant.

1075. LAMBERTUS: is cum *Conrado* Epiſcopo obſeſſus per *Didericum* Hollandiæ Comitem in Arce Iſelmondana inter præcipuos Epiſcopi Magnates cecidiſſe ſcribitur à *Beka* in *Conrado*.

1169. LOTHARIUS: cujus precibus Decimas novalium Sallandiæ Capitulo conceſſit *Godefridus* Epiſcopus.

1170. GERARDUS.

1176. & 1195. ARNOLDUS, Comes ab Iſenburgh: de quo exſtant litteræ *Balduini* Epiſcopi Anno 1195. 7. Kal. Aug. quibus teſtatur eum Decano & Capitulo legaſſe & dediſſe *Decimam in Burſen* quod nunc *Burſevene* nominant. Is electus & conſecratus in xxx. Præſulem Trajectenſem obiit Romæ 1198.

1220. & 1240. THEODORICUS DE LIPPIA, frater *Ottonis* II. Trajectenſis Epiſcopi.

12 . . ENGELBERTUS.

1260. EVERARDUS.

1287. GOSWINUS DE CUYNRE: de quo Necrologus xv. *Kal. Feb. Anno* 1303. *obiit Ven. Vir Dominus Goſwinus Præpoſitus Daventrienſis, qui contulit diverſa bona Eccleſiæ Daventrienſi & ſpecialiter Decano, Canonicis & Vicariis Decimas Weſterwyck in Weſepe, Decimas groſſam & minutam in Dumiſcoten in Olſt. Item domos Grotehuſen & Overdijck in Weſepe.*

1304. HENRICUS, *Comes de Dalem & Diepenheim*, Bremenſis Eccleſiæ Theſaurarius. Vitam finiit Kal. Jul. Anno 1316. hic Capellam Præpoſituræ ditavit v. modiis ſiliginis & totidem hordei.

1332. GERARDUS HEYNGH: de quo Necrologus *in die S. Laurentii Anno* 1332. *obiit in Curia Romana, & tunc remanſit Præpoſitura Davent. in Curia inter Cardinales uſque ad Annum* 1406.

1345. HANNIBAL CARDINALIS.

1364. NICOLAUS DE CAPUTIIS, nobilis Romanus Epiſcopus Tuſculanus & Tit. S. Vitalis S. R. E. Presbyter Card.

1392. JOANNES GRUWEL, at eo amoto per Bonifacium Papam ſurrogatur

1395. FRANCISCUS, S. R. E. Tit. S. Suſannæ Presbyter Card. dictus Monopolitanus Epiſcopus Sabinenſis.

1406. HERMANNUS DWERGH, Erfordienſis, Canonum Doctor & Auditor in Curia Romana.

1431. CONRADUS DE DIEPHOLT, Epiſcopus Oſnabrugenſis, 3. Mart. Præpoſituram adipiſcitur & cum vita dimittit Anno 1482.

1483. GERARDUS DE RITBERGH, Epiſcopus Oſnabrugenſis, expulſo Nicolao Ruyter Arnhem. Præpoſito 2. Aug. ad Præpoſituræ poſſeſſionem admittitur, eique

1501. ANDREAS DE VENRAEDT, Decret. Doctor ſuccedit, vitâ exutus 27. Decembris, Anno 1520.

1521. JOANNES INGENWINCKEL, Præpoſitus Xanthenſis, S. Severini & ad Gradus B. M. Coloniæ, atque ad S. Joannem Ultrajecti.

HERMANNUS SLACHECKE.

1559. JOANNES HANNETON.

1565. JOANNES VOORTHUYSIUS.

[ARNOLDUS POIRS, Canonicus ad S. Lebuin. & defuncti Anno 1565. Præpoſiti in ſpirit. & temp. Vicarius generalis continuatus in ſuo officio a Decano & Capit. S. Lebuini, ex *Actis Præpoſ.*]

1566. GABRIEL BORNEL, Canonicus Metropol. Traject. 16. Octobr. Præpoſituræ poſſeſſionem accepit, huic cedere juſſo ſurrogatur *Ægidius de Monte*, Epiſcopus Daventr.

1578. THEODORUS A WITTENHORST.

1594. JOANNES A WITTENHORST.

1596. THEODORUS DE GENDT, 16. Febr. à Provincia Præpoſiturâ donatur.

1615. BERNARDUS A BENTINCK, 17. Mart. Præpoſitus conſtituitur electione ac beneficio Equeſtris Ord. & Urbis Campenſis ac Swollanæ contra proteſtantibus Delegatis Civitatis Daventrienſis, qui tamen poſteà certis conditionibus 26. Jan. Anno 1616. conſenſere. In nupera Eccleſiaſticorum Bonorum diviſione Anno 1663. 19. Novembris hæc Præpoſitura attributa eſt tribus Tranſiſulaniæ Civitatibus: in ejus Aulæ *Capella* D. Bonifacio ſacra eſt unica D. Jacobi Vicaria ſub Præpoſiti patronatu.

Præ-

Præpoſitis ſubjungo *Decanos.*

Decani.

1140. GERBOLDUS: ſub hoc *Hartbertus*, Epiſcopus Traject. donat Cuſtodi Daventrienſi Eccleſiam in Luchere: donum exprimit Diploma 1. mox appendendum.

1170. LUDOLFUS.

1176. LUTBERTUS: ſub quo Eccleſiæ donat quaſdem Decimas *Godefridus* Epiſcopus: vide Litteram 11.

1206. HENRICUS DE BREDA: ad cujus inſtantiam Decimas diverſas novalium conceſſit *Theodoricus* Epiſcopus: tabulas donationis appendimus infra *n.* 4.

1233. ANTHONIUS: *is dedit nobis unum Manſum in Bergeloe*, ait Necrologus: Donationis chartam ex protographo adſcribimus.

Otto Dei gratia Trajectenſis Epiſcopus omnibus præſentem paginam inſpecturis ſalutem in Domino. Sciant univerſi tam præſentes quam futuri, quod A. Decanus Daventrienſis in præſentia noſtra conſtitutus *Manſum* quendam in *Bergelo*, quem jure hæreditario multis annis quiete poſſedit, manumiſit & Eccleſiæ Daventrienſi cum omni fructu pro ſalute animæ ſuæ & parentum ſuorum libere donavit. Nos autem talem donationem approbantes, cum omnia bona Eccleſiarum defenſare debeamus, iſta tamen ſpecialiter ad petitionem Capituli Daventrienſis ſub noſtra protectione ſuſcepimus, ſub pœna etiam excommunicationis firmiter inhibentes, ne quis in poſterum auſu temerario Eccleſiam Daventrienſem in prædictis bonis moleſtare præſumat. Ut autem hæc noſtra protectio & prædictæ donationis confirmatio inconvulſa permaneat, præſentem Paginam noſtri impreſſione ſigilli fecimus roborari. Acta ſunt hæc Daventriæ, Anno Incarnationis Domini M. CC. XXI. IV. Id. Jun. Pontificatus noſtri Anno VI. teſtibus his præſentibus, Theoderico Daventrienſi, Bernardo Embric. Wigero S. Petri Præpoſitis, Theoderico, Wolframno, Joanne Canonicis Traject. Stephano de Boſenchem, Conrado Sculteto & fratre ejus Suethero. Theoderico de Hulſuid. Johanne Dunze. Ludolfo & filio ejus Gozuwino & aliis quam pluribus.

1264. THEODORICUS vitâ functus Anno 1266. in Vig. S. Margarethæ.

1304. STEPHANUS DE BAECK ad beatam æternitatem aſſumptus.

1307. BERNARDUS DE VOLLENHOVE, Zwollani Bethlemi conſtructor.

1316. JOANNES DUDEMAN.

1321. ÆGIDIUS DE BAECK.

1335. JOANNES DE WYA, maximus Eccleſiæ benefactor vitâ cedens Anno 1338. 2. Novembr. dedit bona ſua per Teſtamentum ad cereviſiam ſuo tempore æquali diviſione dividendam & ad Denarios feſtivales è Necrologio.

1348. JOANNES DE PRINSLAVIA.

1371. JOANNES DE NIEUWENAER.

1382. FOLKERUS ISEREN.

1398. LUDOLFUS: qui *dedit nobis Bona ten Walle in Raelte* notat Necrologus.

1415. REMBERTUS DE LYST.

1427. THEODORIDUS CRAKENBORG.

1431. JOANNES A WITMEN.

1458. EVERARDUS LAKEPREN, Decret. Doctor.

1477. DETARDUS SLETER.

1495. GERARDUS DREESES.

1521. HERMANNUS UTERWYCK.

1525. JOANNES SLACHECK, qui & Præpoſitus B. M. Traject.

1548. HILLEBRANDUS WINEN.

1572. GERLACUS DOYZ.

1607. LUCAS DE TONGEREN.

1628. HENRICUS VORDENUS, S. Th. L. [ex *Vorden*, Zutphanienſi Prætoriæ annexo pago, Artium Magiſter, a Jacobo Janſenio, cujus Magiſterio Lovanii utebatur, a profectu ſtudiorum R^mo. Sasboldo commendatus, Coloniæ, ex ejuſdem Doctoris ſuaſu, S. Theologiæ Licentiatus Laureâ donatus, dein Profeſſor, & Præſes Seminarii Colonienſis, Canonicus Cathedralis Eccleſiæ S. Lebuini Daventrienſis, & Collegiatæ S. Plechelmi Oldenſalienſis reſpective Canonicus, Scholaſticus prioris Eccleſiæ ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Sasboldo Anno 1608. per patentes litteras, quæ apud nos exſtant, creatus, utriuſque Eccleſiæ deinde Decanus, ac Philippi Rovenii, creati Philippenſis ac Ultraj. Archiepiſcopi Anno 1611. in Oldenſalienſi Decanatu Succeſſor, ejuſdemque per Diœceſim Daventrienſem in ſpiritualibus Vicarius. Ab eodem Archiepiſcopo 19. Auguſti Anno 1622. creatur Præpoſitus atque Archidiaconus ad S. Salvatorem Eccleſiæ Metropolitanæ Ultraj.

Præſul hic Illuſtriſſimus Romam, cauſam Cleri acturus, profectus, varias ac graviſſimas in eâdem causâ ad Vordenum ſcripſit Epiſtolas, quæ apud nos aſſervantur. Dum divinas Laudes decantat, vitâ defungitur Oldenſaliæ Anno 1629. Decemb. 31.

Moriens inſtituit Philippum Rovenium bonorum ſuorum hæredem, & Teſtamenti exequendi curatorem. *Ex annot. D. Abr. Brienen.*

Necrologus Eccleſiæ noſtræ hoc ejus memoriæ conſignavit elogium.

„ Ampliſſimus D. Henricus Vordenus, S. T.
„ L. Secundus Præſes Collegii Colon. fidus duo- *Necrolog. Eccl. Bat. ad Annum 1619.*
„ rum Vicariorum Apoſt. Sasboldi & Rovenii
„ ab Anno 1604. adjutor, Eccleſiarum Daven-
„ trienſis & Oldenzalienſis Decanus, ultimo
„ die Decembris cùm intonaſſet, *Tecum principium*,
„ animam exſpiravit.

Ab obitu Henr. Vordeni ſedis Daventrienſis Vicarius conſtitutus eſt Volquerus Herckinge, Groninganus, S. T. L. & Paſtor Swollenſis, de quo infra ſub Swollâ. *Relatio Archiep. Epheſini, fol. 56.*

Vordeno appono Lud. Bruneſium.]

1665. LUDOLFUS BRUNESIUS, S. T. L. [ortu Daventrienſis ex nobili civitatis iſtius ſtirpe, Sacræ Theol. Licentiatus, Monaſterii D. Agnetis Embricæ Rector, per oppidum Embricenſe atque Cliviæ vicinum tractum Epheſini Archiepiſcopi, Jacobi Torrii Provicarius, Canonicus Oldenzalienſis, Eccleſiæ Cathedralis S. Lebuini Daventriæ Decanus, „ ob doctri- *Relatio Epheſ. p. 50. 51. &c.*
„ nam variam, & excellentes variarum dotium
„ prærogativas, ad pedum infulamque non ſe- *Waſſenbergii Embric. l. 3. p. 162.*
„ mel expetitus, Embricæ in prædicto Monaſte-
„ rio vitâ defungitur Anno 1665. poſt laudabi-
„ lem xx. annorum curam, aſceterii illius bene-
„ factor maximus, quod & organis, & inſigni
„ muſicâ per ipſas ſorores virgines inſtituta, ſed
„ maximè inſigni pietatis ac modeſtiæ exemplo

 pluri-

„ plurimum exornavit. [De Gerardo Bruneſio ejus agnato inter Eruditos Daventrienſes erit ſermo.] Cùm inter hujus Collegii benefactores primatum obtineant Hierarchæ Trajectini, in gratiam curioſi Lectoris nonnulla eorum diplomata appendimus. [Eſt mihi ad manum oblongum volumen in membr. pergamena, continens diplomata donationum Eccleſiis iſtis per Hierarchas Trajectinos factarum plurima, atque confirmationes earundem authentica, teſſeris & ſigillis roborata.

Ea ferè coincidunt cum diplomatibus cum alibi, tum hic a Lindebornio traditis.

Secundum habetur de verbo ad verbum in Lind. pag. 70. ſed loco *Gerhardi* Præpoſiti, in MS. habetur Lotharii Præp. Sunt etiam alii teſtes ſubſcripti, & alii adſcripti dies. In Lind. videlicet *Anno D.* 1170. *Indict.* 2. *regnante Frederico Romanorum Imperatore, Anno regni ejus* XIX. *Imperii vero* XVII. *Præſulatus mei Anno* XIIII. In Manuſ. vero *Anno D.* 1169. *Indict.* 2. *regnante Frederico ſecundo Rom. Imperatore anno regni ejus decimo nono. Præſulatus vero mei anno quartodecimo.*

Quartum habetur in J. Lind. pag. 72.

Nonum habetur in Lind. pag. 73.]

I.

Donationes Traj. Epiſcoporum; Harberti,

Notum ſit omnibus in Chriſto pie vivere volentibus tam futuris quam præſentibus, qualiter ego *Harbertus*, *Dei miſericordia* Trajectenſis Epiſcopus dedi Eccleſiam in *Lucbere S. Lebuino* in Daventria, ut ad uſum *Cuſtodis* vivente Martino perſolvat *Cuſtodi* in feſtivitate S. Thomæ II. Libras ad oleum emendum: dum ſoluta fuerit à manu Martini tota ſerviat *Cuſtodi* ad ceram & ad oleum emendum. Quod ut ratum & inconvulſum permaneat, hanc Chartam conſcribi & ſigilli mei impreſſione ſignari juſſi: quæ tum rationabiliter ſtatuta ſi quis infringere voluerit, maledictioni tam divinæ ultionis quam humani oris ſubjaceat. Teſtes, in quorum præſentia geſta ſunt hæc, hi ſunt: Adelhardus Præpoſitus de S. Joanne, Magiſter Walterus, Everhardus de S. Joanne, Magiſter Bruningus, Theodoricus, Magiſter Rodolfus de S. Maria, Gummarus Cuſtos de S. Martino Epiſcopo, & Henricus, Sigerius, Gerboldus Decanus, Werenboldus Scholaſticus, Bertoldus, Henricus, Altetus, Karolus, Luidolfus, Engelbertus, Joannes, Landfridus, Laurentius, Lefhardus, Werenboldus Villicus & Ecbertus frater ejus, Conradus de Wije & filii ejus, Conradus de Vierackeren, Grimoldus, Odwinus, Richardus, Beringerus. Ubi autem ſitum habuerit intelligere haudquaquam potui: innotuit tamen retro Eversbergenſe Caſtrum Ryſſenam inter & Heelderen eſſe Viciniam, quæ hoc nomine indigitetur, ubi & ſtagnum aliquod quo Eccleſiam olim abſorptam veteres memoriæ tradunt.

II.

Godefridi,

In nomine SS. & individuæ Trinitatis. *Ego Godefridus* licet indignus *Dei patientia* Trajectenſis Epiſcopus notum facio univerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus quam futuris, quod, ex rationabili diſpenſatione temporalium ſperans me æternæ beatitudinis conſequi præmium, cum magna devotione dedi & teſtimonio mei chirographi perpetuo poſſidendam firmavi Fra[illegible]bus Daventrienſibus, Canonicis videlicet B. [illegible] ac S. Lebuini omnem novam Decimam in pago *Sallant* nuncupato, quæcunque ſcilicet inter aggerem novi Foſſati & inter paluſtria loca vulgo *Voſterbruc* provenire poterit, ita integre & libere ut nullus deinceps ſucceſſorum meorum Epiſcopus aut Præpoſitus vel omnino aliqua perſona manum in eandem decimam injiciat aut quicquam juris in ea exigat vel habeat niſi ſoli Fratres cottidiani, qui præſentes in propriis perſonis in prædicta Eccleſia cottidie miniſtrant, ſive ægritudine vexantur, vel in legatione ſui Epiſcopi ſeu Præpoſiti, vel etiam pro communi Fratrum negotio exierint: ipſi omnem fructum hujus decimæ ut melius poſſunt in uſus proprios convertant, & memoriam mei atque parentum meorum orationibus ſuis agant, nec non pro anima *Præpoſiti Gerhardi* (cujus interventu hoc à me Fratres conſecuti ſunt donum) jugiter intercedant. Si quis vero hujus tam piæ devotionis ac liberæ donationis meæ inſtitutionem immutare, aut Fratribus jam dictis infringere auſu temerario molitus fuerit, anathema ſit, deleatur de Libro viventium & cum Juſtis non ſcribatur. Acta ſunt autem hæc teſtibus idoneis, Clericis: videlicet Gerhardo Præpoſito & fratre ejus Hugone majore Decano in Colonia, Hildebrando Abbate S. Pauli, Arnoldo majore Decano in Trajecto, Goſcelmo Camerario, Eppone Hugone & Brunone Capellanis, Magiſtro Waltero de S. Joanne, Ludolfo Decano cum univerſis Fratribus memoratæ Davent. Eccleſiæ. Lothario, Magiſtro Bertoldo Canonicis Bunnenſis Eccleſiæ. Laicis, de Buchurſt Theoderico & fratre ejus Werenboldo, Ruderico, Herimanno, Ingelberto de Ranto, Baldero Rufo, Everardo de Almelo, Alardo de Gavelthof, Bertramo de Happen. Anno Dominicæ Incarn. M. C. LXX. Indict. II. regnante Frederico Romano Imperatore. Anno Regni ejus XIX. Imperii vero XVII. Præſulatus mei Anno XIIII. Acta Daventriæ in Dei nomine feliciter.

III.

Godefridi,

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego *Godefridus* Dei gratia Trajectenſis Epiſcopus in Domino ſui confiſus, ut ſi quid ad gloriam ac laudem ejus ordinarem in temporalibus, mercedem inde copioſam percepturus forem divinitus: hac itaque non ſolum ego fiducia in deſiderium raptus, ſed etiam probabilium virorum hortatu inflammatus, quibus indecens ac probroſum videbatur, quod *Campanarius* Daventrienſis Eccleſiæ in veſte attrita ſive ſordida circa ſanctum Altare miniſtraret, inopiæ ipſius ſuccurrere & in ea parte opprobrium Eccleſiæ amputare curavi. Igitur *Decimas*, quæ de Territorio *Ilburg* nuncupato quod eſt intra Parochiam *Lucbere*, provenire poterunt Eccleſiæ Daventrienſi perpetuo poſſidendas exhibui eo voto talique inſtituto, ut *Campanarius* cum dictæ Eccleſiæ eaſdem Decimas integre in ſua ſtipendia accipiat, & ad decorem domus ſecundum Miniſtrantes Vinum in Sacramentis habendum de ſuis redditibus provideat. Ut ergo hæc fideles Chriſti legere ac ſcire valeant præſentis Inſtrumenti copiam fieri juſſi, & ut deinceps in omni poſteritate conſerventur ſub anathemate roboravi. Data Daventriæ Anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXVI. Indict. IX. in conſpectu Teſtium, quorum nomina hæc ſunt: Lutbertus Decanus, Lefhardus Cuſtos, Engelbertus de Ramela, Otto Capellarius, Rothericus de Daventria, Theodericus de Lothere, &c.

IV.

Theoderici,

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. *Theodericus* Dei gratia Traject. Epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus in Domino ſalutem. Propter labilem hominum memoriam facta priorum plerumque ſolet ignorare Poſteritas, ideoque neceſſe eſt ea litterarum cuſtodiæ mandari quæ tractu temporis oblivione valeant aboleri. Igitur præ-

præſenti ſcripto notum ſit tam præſentibus quam futuris quod ad preces Fidelium noſtrorum Henrici Decani & Canonicorum Davent. quorum benevolam & gratam devotionem ſæpius experti ſumus, in Parochia *Zwolle* infra ipſam *Marken de Zwolle*, infra *Marken de Witbmen*, *de Itterſen*, & ubi eos à Prædeceſſoribus noſtris antiquas *Decimas* habuiſſe notum eſt, *Decimas novalium*, quæ in evidenti ſunt & provenire poterunt, Eccleſiæ S. *Lebuini* in perpetuum condonavimus: diligentes utique decorem divinæ *Domus* ſtatuimus, ut exinde in præcipuis ſolemnitatibus, prout Feſti qualitas exigit, in Choro ſuo ampliora lumina provideant, ut repræſentatio luminarium maneat impoſterum memoria noſtræ donationis & teſtimonium. Ut autem inconcuſſa & illibata perpetuum robur obtineat hæc noſtra donatio præſentem Paginam ſuper hoc conſcribi & auctoritate ſigilli noſtri firmari fecimus, & anathema ſit qui hoc deinceps violare præſumpſerit. Actum eſt hoc Anno Incarnationis Dominicæ M. CC. VII. Indict. V. Epacta XX. concurrente Anno Epiſcopatus noſtri IX. Teſtibus quorum nomina ſubſcripta ſunt præſentibus: Reimboldus S. Mariæ in Trajecto Præpoſitus, Otto Tylenſis Præpoſitus, Henricus S. M. in Trajecto Decanus, Theodericus de Brouke S. Salvatoris in Trajecto Canonicus, Joanne S. Petri, Gerardus Notarius S. Joannis in Trajecto Canonicus, Gerardus Comes de Are, Otto filius ejus, Dapifer Gerardus de Weſterwourth, Pincerna Godefridus Heinthen, Mariſcalcus Goſwinus de Pannardar, Sculterus Goſwinus de Gemere, Ecbertus ten Houven, Otto de Ermelo & Everhardus novalium Decimatores & ceteri quam plures.

V.

Ottonis, In nomine Domini Amen. *Otto* Dei gratia Trajectenſis Electus univerſis Chriſti Fidelibus præſentibus & futuris in perpetuum notum eſſe cupimus, quod viſa neceſſitate & tribulatione Decani & Capituli in Daventria moti paſſione paterna propter ipſius Eccleſiæ miſerabile damnum & incendium perſonarumque detrimentum, ut id Capitulum liberius ejuſdem Eccleſiæ reparationi efficacem adhiberet operam & laborem, & pro impenſis quas ad hoc opus multipliciter fecit de ſuis propriis ſtipendiis aliquam ſaltem ſentiret retributionem, de conſilio Prælatorum & Miniſterialium noſtrorum contulimus omnes Decimas novalium à *Randerziele* inferius per omnes terminos & per totam juriſdictionem *Sallandiæ* & in terminis *Vechtæ* per Parochias *Ommen*, *Heyſſe* & *Nieuſtede* quæ ab electionis noſtræ tempore exortæ ſunt & excultæ temporibuſque noſtris excoli poterunt & provenire & deinceps in perpetuum in nemoribus, venis, paludibus, paſcuis & omnibus aliis quibuſcunque locis ſitis in terminis antedictis ad uſus prædictorum Decani & Capituli & in proprietatem ipſius Eccleſiæ Daventrienſis in animæ noſtræ & noſtrorum remedium prædeceſſorum, ita ut tertia pars ex his novis Decimis cultis & in perpetuum excolendis cedat ad Decanum propter ipſius redituum tenuitatem, duas vero partes alii Canonici æquali percipiant portione ad albos panes Fratribus miniſtrandos. Statuimus etiam ut de Decima jam dicta in anniverſario noſtro viginti Solidi & in anniverſario Avunculi & prædeceſſoris noſtri Domini *Ottonis* Electi Trajectenſis quinque Solidi, & fratris ſui Domini *Lodowici* majoris Præpoſiti Traject. quinque Solidi Canonicis præſentibus exhibeantur. Ut autem hæc rata maneant & perpetua vigeant firmitate præſentem Cedulam noſtro ſigillo communivimus & Eccleſiarum Trajectenſium ſigillis fecimus communiri. Acta ſunt hæc Daventriæ Anno 1240. in die Purif B. M. V. Teſtes Theodericus Præpoſitus, Henricus de de Breda Decanus: Eccleſiæ majoris Ludowicus, S. Salvatoris, Reymarus S Petri, Goſwinus S. Joannis, Wolterus S. Mariæ Præpoſiti. Walframus S. Salvatoris, Everardus S. Petri, Giſelbertus S. Joannis Decani Trajectenſes. Stephanus Pincerna, Suederus & Henricus de Vorſt, Gerardus de Ervete Sculterus, Hugo de Vloten, Johannes de Covoerde, Pelegrimus de Putten, Walterus Radingh, Siedecus Haringh & Stephanus frater ſuus, Milites & alii quam plures.

Confirmatoriæ ejuſdem ſignatæ ſunt Anno 1245. menſe Julii. Alia non addimus, ne, qui brevitatem affectamus, prolixitatis vitio culpemur.

Canonicis aſſociati ſunt X. *Vicarii*, dicti Antiqui ſive *de Veeme*, quibus reditus communes præter Beneficiales & Inſtituta ſua peculiaria ac varia Privilegia, quæ anno Pontificatus ſui v. iv. Kal. Maj. approbavit ac firmavit Urbanus Papa VI. eſt autem

VICARIÆ VARIÆ,

Vicarii X. Canonicis aſſociati,

I. *S. Michaelis* in crypta ſub *Choro*, cui pro dote 25. libras obtulit *Thricus de Verſevelde* Sacerdos Anno 1293. vità functus.

II. *S. Petri*: cujus cenſum cum onere Sacri feria vi. auxit *Sibertus van Moer* Anno 1546. 1. Mart. hujus Sacerdotii poſſeſſor.

III. *S. S. Laurentii* & *Bartholomæi*.

IV. *S. Margarethæ*.

V. *S. Martini*: de cujus fundatore Necrologus *Kal. Jan. Anno 1292. obiit Goſwinus filius Rolandi Canonicus Daventrienſis, qui inſtituit Vicariam S. Martini de ſua hæreditate*: eò Anno 1396. 15. Aug. cum proba *Frederici* Trajectini Epiſcopi 3. Novemb. ejuſdem anni dotis augmentum habuit à *Wilhelmo de Halien* & *Jutta Moſtermans*.

VI. *S. Joannis Baptiſtæ*.

VII. *S. Pauli*: cujus primus fundator in Necrologio ſcribitur *Egbertus Sacerdos de Batmen*: eam novis cenſibus locupletavit *Albertus de Haere*, hujus Sacerdotii poſſeſſor 11. Februarii Anno 1363. approbante *Joanne de Vernebergh*, Anno 1364. Dominica Lætare.

VIII. *S. Thomæ*: hujus Aram, quam Anno 1314. erexerat *Gelmarus de Cymiterio*, Civis Daventrienſis Anno 1316. dotavit ejuſdem filius *Henſekinus*: eique Anno 1502. onus Sacri feria III. de Sacratiſſima Trinitate. VI. funeralis & Mariani in Sabbatho appoſuit Magiſter *Gerardus Bruijns*, Canon. Davent.

IX. *S. S. Nicolai* & *Agnetis*: ea initium habuit & dotem à *Joanne de Hoya*, hujus Eccleſiæ Decano Anno 1336. & à Præſule Trajectino proviſionem: ad hujus Aram ſemel in ſeptimana rem divinam peragunt Zutphanienſes Dominicani.

X. *S. Stephani*: cujus reditus media decima Bonorum Alphardingh in Varendelo augmentavit *Thricus de Verſevelde* hic Vicarius.

Poſtmodum acceſſit.

I. *S. Chriſtophori*.

II. *S. S. III. Regum*, *Fabiani*, *Sebaſtiani* & *Lamberti*: ea exigit Altaris Sacrificium feria cui aliæ poſt acceſſere,

ria II. IV. & VI. fundata & dotata Anno 1350. per *Odonem Reineri* Civem Daventrienſem: approbat fundationem *Joannes*, Epiſcopus Trajectinus Anno 1363. feria IV. poſt S. Agathæ.

III. *S. S. Clementis* & XI. M. *Virginum*, ea Anno 1350. inſtituta dotem accepit Anno 1351. à *Joanne Vryberte* Cive Daventrienſi è defunctæ conjugis ſuæ *Mechtildis de Naſſouwe* bonis ex ejuſdem præſcripto.

IV. *S. Leonardi*: munificentia *Selekini de Weſtervoort*, Presbyteri enata Anno 1359. 12. Mart. & Ven. *Gerardi Magni* cenſibus locupletata Anno 1377. Sabbatho poſt Nativitatem B. M.

V. *S. S. Philippi*, *Jacobi* & *Mariæ Magdalenæ*.

VI. *S. S.* IV. *Evangeliſtarum*, *Euſtachii*, *Gregorii* & *Apolloniæ*: cui Anno 1353. initium dedit religioſa liberalitas *Theodorici Reineri* Daventrienſis Oppidani.

VII. *S. Judoci*.

VIII. *Sanctorum omnium* Anno 1350. exorta per *Henricum de Verwoelde*.

IX. *S. S. Andreæ*, *Catharinæ* atque *Agnetis*.

X. *S. S. Innocentum*, *Dionyſii* & *Barbaræ*: cujus cenſum Anno 1364. impinguavit *Joannes ab Arnhem* Civis Daventrienſis.

XI. *S. S. Bartholomæi* & *Wilibrordi*.

XII. *S. Mauritii*: cujus proventus, cum miniſtri alimoniæ non ſufficerent, Anno 1447. 2. Januar. uberiores reddidit *Gertrudis ten Boubuys* Daventrienſis.

XIII. *S. Anthonii*.

XIV. *S. S. X. M. Martyrum*.

XV. *S. S. Jacobi Apoſtoli* & *Servatii*: cujus dos adaucta Anno 1439. 2. Decembris per *Theodoricum Wilhelmi* Civem Daventr.

XVI. *S. S. Annæ*, *Circumciſionis*, *Thomæ Aquinatis* atque *Pancratii*: cum debito III. Sacrorum Anno 1468. per *Ægidium Witappel*, ejuſque conjugem *Margaretham* Daventrienſes Jure Patronatus proximis conſanguineis reſervato cum proba *Davidis Burgundi* Anno 1469. 28. Jan. fundata & dotata: cui addita etiam dote aliud II. Sacrorum onus adjunxit *Lutgardis Evertz* Anno 1492. Hujus Sacerdotii patrocinium Anno 1518. prid. Kalendas Julias Capitulo ceſſit ultimus ejus collator *Heſſelus Averenck* Conſul Daventrienſis.

XVII. *S. S.* IV. *Coronatorum*.

XVIII. *S. Auguſtini*.

XIX. *S. Bonifacii*.

XX. *S. Radbodi*.

Et poſt *Vicarias*.

& piæ fundationes aliæ.

I. *S. Lebuini*: in augmentum Choralium Anno 1562. 27. Octob. munificentia *Theodorici Huls* Vicarii fundatum remiſſa in Capitulum proviſione & 5. Novemb. calculo *Davidis* Epiſcopi Trajectini approbatum.

II. *S. S. Marcellini* Confeſſoris, *Mildradæ* Virginis, IV. *Coronatorum* ac *Dominicæ Paſſionis*, nec non *Mariæ* Virginis glorioſiſſimæ: cum debito Presbyterii, reſidentiæ & III. Sacrorum, (funeralis feria II. de Ven. Sacramento feria V. & Mariani in Sabbatho) ſed ſine alterius Beneficii poſſeſſione per *Joannem Bulderen* Vicarium Davent. Anno 1483. 18. Jun. inſtitutum à *Davide Burgundo* Anno 1486. 16. Feb. approbatum, deſignato per Capitulum collatore Virgifero Eccleſiæ Lebuinianæ.

III. *S. Catharinæ*: cujus, relictâ Capitulo collatione Anno 1505. in Vig. decoll. S. Joannis fundator & dotator cum conjuge ſua *Aleide Henricus Krigher* Civis Daventrienſis, exigitque feria II. Sacrum funerale & Marianum in Sabbatho.

IV. *S. Annæ*: initium habuit & dotem Anno 1492. approbante *Davide Burgundo* anno eodem. 28. Novemb. per *Aleidem Theodorici Banghen* Viduam, *Conradum Banghen*, hujus Eccleſiæ Canonicum, *Goſwinum*, *Reinerum* & *Andream Banghen* fratres, *Conradum ten Dunen* & *Gerardum ter Bruggen*: illud ſub Capituli patronatu bina vice Sacerdotii uſum ſuo miniſtro demandat.

V. *S. Auguſtini*, pro filio Daventrienſi per Confraternitatem *S. Auguſtini* Anno 1508. 18. Junii erectum, & 21. ejuſdem à *Badenſi* Epiſcopo Trajecti approbatum: conſiſtit ſub patronatu Capituli, & poſſeſſorem ad Chorum ac IV. ſacra ad arbitrium Confratrum peragenda conſtringit.

VI. *Succentoriæ* ſive *S. S. Andreæ*, *Agnetis* & *Catharinæ*: cum onere præſidentiæ in Choro & gemini Sacrificii ex bonis *Henrici Aneze* Canonici, & *Theodorici ter Brugghen* Vicarii hujus Baſilicæ Anno 1442. enatum ac locupletatum, ei Capitulum miniſtrum legit.

Trinum Campanæ Magiſtralis, quæ maxima eſt, pulſum ad medium ſextæ in memoriam *Annuntiationis Dominicæ* Anno 1502. in Vig. Concept. B. M. inſtituit cum *Eva* conjuge ſua *Henricus Spiegel*: eundem ſub Sacro ſolenni *ad Sanctus* & *S. Hoſtiæ elevationem* procuravit Magiſter *Joannes Witappel*: Litteræ Capituli ſignatæ ſunt Anno 1491. 26. Mart. Prædium *Berwoldink* in Vicinia Weteringenſi ſub Montana Parochia, & medium Prædium *Kukeſgeut* in Randenſi Vicinia intra Parochiam Marianam Capitulo Palmas apportant Sabbatho ante Dominicam Palmarum. Poſt Catholicæ Religionis & Cleri exterminium Capituli & omnium Sacerdotiorum peculium ſuo acceſſu Civitatis ærarium impinguavit.

Ex Baſilica hac Civitatis Daventrienſis Initia deducenda.

Atque huic Baſilicæ, quicquid in re incerta ſcribunt alii, Natales Oppidi adſcribo, nomine derivato à vicina, cujus nullum modò veſtigium ſuperſtes *, *Davonis* arce: cùm enim primi Chriſtiani ut adeſſent Officiis divinis prope Eccleſiam ſedes eligerent, hæc ædium multitudo, quemadmodum *Embricæ Clivorum*, *Monaſterii Weſtphaliæ* & alibi factum, etiam paulatim hic in Oppidum excrevit. Quam opinionem confirmat, quod S. *Hungerus* Epiſcopus & Clerus Ultrajectinus incenſâ civitate pulſi à Danis huc refugerint, quod inde unius tantum diei ſpatio diſtat: erant igitur jam tum in loco munitiones, quibus ſe tuerentur, & ædificia in quæ ſe reciperent: niſi dicamus omnia ſubitaneo opere facta eſſe & exulum frequentia ex Pago enatam eſſe Civitatem.

[Decanus & Capitulum Eccleſiæ iſtius varia *ſtatuta*, a Canonicis Daventrienſibus aliiſque Collegio iſti obſtrictis ſervanda condiderunt diverſis temporibus; quæ Joannes, Ultrajectinus Epiſcopus, variis reſpectivè Diplomatibus rata ac firma habuit, Anno videlicet 1343. feria quarta

* Aliud ejus etymon dat Menſo Altingius *Not. Germ. part.* 2. *p.* 42. a Diœceſeos ſc. ulterioris parte prima, ſeu *Ente*, cujus metropolis eſt; ita ut ex *De Enter ſtad*, factum fuerit *Deventer*.

poſt

poſt diem 6. Martini hyemalis Anno 1345. in craſtino Nativ. B. M. V. demum Anno 1361. in craſtino B. Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris.

Codicem horum *Statutorum* tenemus MS. ſub hac inſcriptione:

LIBER STATUTORUM ECCLESIÆ DIVI LEBUINI IN DAVENTRIA;

Simul continens Juramenta tam Præpoſiti, Decani & Canonicorum, quam reliquorum Vicariorum & Hebdomadariorum omnium, &c.

Folio verſo habetur,

Index eorum, quæ in hoc Libro continentur,

Et eſt talis;

Juramentum ejus qui primam reſidentiam integrè complevit. Fol. 1.

Præpoſiti Eccleſiæ Daventrienſis juramentum. Fol. 1. & 14.

Decani Juramentum. Item Canonici, & Choriſociorum. Fol. 2. & 15.

Singulare juramentum Prioris in Monte. Fol. 3. & 15.

Juramentum Vicariorum antiquorum. Item aliud Vicariorum novorum. Fol. 16.

Juramenta varia per Decanum, Canonicos, & Vicarios præſtanda. Primò propter debilitatem corporis, aut ad ſepulturam amicorum, tum propter captivitatem. Item peregrinationis ergo: & poſtremo metus cauſa. Fol. 17.

Ad allegandum metum. Fol. 4.

Juramentum Canonicorum ſeu Vicariorum metum allegantium. Fol. 4

Statutum Capituli de conferendo ſupplementum. Fol. 8.

Antiquorum Statutorum declaratio & novorum adjunctio. Fol. 11.

Adminiſtratio Præpoſiti & de aliis pertinentiis. Fol. 14.

Ordinatio circa collationes Beneficiorum. Fol. 17.

Statutum de ordine conferendi Beneficia, & de Turno. Fol. 18.

De reſidentia Canonicorum Statutum. Fol. 21.

Profeſſio fidei Catholicæ juxta tenorem Bullæ Pii Quarti ſummi Pontificis. Fol. 26.

Collegium hoc ex tranſactione cum Ordinibus Tranſiſalanis ſub tempus idem gaudebat florenis 2500. annuè ad diem S. Martini ſolvendis. Tranſactio hæc Hagæ-Comitis inita XIV. Junii Ann. 1623. in Comitiis Campenſibus 19. Martii Ann: 1628. confirmata. Nummi hi ex ordinatione Sereniſſ. Archid. 17. Febr. Anno 1624. per Philippenſem Archiepiſcopum Rovenium, *proviſionaliter* diſpenſabantur.

Sed cum Anno 1633. nummorum eorum ſolutio non fieret, Canonici, quorum intererat, has litteras ſupplices Ordinibus Tranſiſalanis dedere;

Wel Edele Mogende Heeren Staten van Overyſſel.

" Verſoucken met behoorlicke reverentie die " geintereſſeerde Geeſtelicke Heeren ſo te Oldenzeel ende elders reſiderende U Wel Ed. Mog. " gelieve te ordonneren ende belaſten, dat de " 2500. gulden op Martini leſtleden 1633. ver- " ſchenen betaelt moegen worden, nae luyt van 't " accordt in 's Gravenhaghe Anno 1623. den 24. " Juny ingegaen ende opgericht; oock naderhant Anno 1628. den 19. Martii op den Lan- " dach binnen Campen geapprobeert: ſynde een " appendix vande generale Surcheancie der Con- " fiſcatien geconditioneert ende geclauſuleert in " die brieven vande Sereniſſime Infante, die eerſt " moſte geliquideert ſyn, eer die generale Sur- " cheancie koſte geconfirmeert worden. Welcke Conditien ende Clauſulen waren ſlaende op " die pretenſien die vele Geeſtelicke Perſonen ſo " te Oldenzeel ſo elders reſiderende, hadden op " de Geeſtelicke goederen, niet te Oldenzeel " maar in geheel Overyſſel liggende (doen ſo " wel als nu) onder die regieringe van U Wel Ed. " Mog. &c. 't Welcke accoort om alle voorval- " lende inconvenienten te vermyden (die al noch " door elders reſiderende Canonnicken konnen er- " ryſen) gemaket ende geaggreeert is, *geduirende* " *de generale ſurcheancie der Confiſcatie* (verba formalia contractus ſunt) *ſonder enige exceptie*, can " geenſints te niete gedaen worden, of men ſoude notelick de generale Surcheancie der con- " fiſcatie mede moeten invalideren ende breken; " ende ſulcx Supplianten niet en betrouwen die " wille van U Wel Ed. Mog. te ſyn, maer ver- " wachten op deſen order en bevel, dat die aſſi- " gnatie ende betalinge *more ſolito* van 't verlo- " pen jaer 1633. ſonder langer dilay af gegeven " ende gedaen ſal worden,

Dit doende, &c.

Denegata tamen petitio his verbis continebatur.

„ Ridderſchap ende Steden kunnen niet ver- „ ſtaen dat de Suppliant, by de tegenwoordige „ conſtitutie hier inne ſy gefundeert, Actum, „ Campen den 13. Martii 1634. "

Ob motus Religionis Collegium hoc collapſum fuit. Hujus ſtatum Apoſt. ad Belgas ablegato Vicarius Apoſt. Illuſtriſſimus Sasboldus, hoc modo depingit in literis Coloniâ datis Anni 1608. die 20 Maji.

„ Eccleſiæ Cathedralis Daventrienſis ab Hæ- „ ret. detentæ duo Canonici illic etiamnum re- „ ſident, facientes quod poſſunt. Hi accipiunt „ ab ipſis Hæret. qui bona illius Eccleſiæ occu- „ pant, ſobriam portionem.

„ Præter hos unus ex antiquis Canonicis ſu- „ pereſt, qui aliis Daventriæ exiſtentibus neglectis, plures Canonicos pro ſuo arbitrio & uti- „ litate creavit, quorum nullius ullam Eccleſiæ „ hujus curam unquam attigit; attamen pro- „ ventus quos potuimus Hær. ſubtrahere, arri- „ pere ſatagunt. Cumque etiam dotis Epiſco- „ palis portionem, ad quam ego a Curia remiſ- „ ſus eram, arriperent (relinquentes nihil mihi „ præter onera) non tantum paucos illos flore- „ nos menſæ Epiſcopalis repetii, ſed reliquos „ Capituli proventus arreſtavi, vocans ad reſi- „ dentiam & laborum participationem ſi com- „ municare in bonis vellent; ſed nemo compa- „ ruit.

Jam ante dixerat; ... „ De qua re latè ſcripſi „ æſtate præterita ad Sereniſſ. Archiducem, cu- „ jus auctoritatem pro ſe allegabant, &c.

Has literas etiamnum tenemus. Tum ſubdit..

„ De pecuniis, ſive proventibus illis non tan- „ tum laboro, quantum de auctoritate, conſer- „ vatione, & Eccleſiarum ſubventione ſollici- „ tus ſum: ſequar autem ſine multâ contradi- „ ctione judicium veſtrum, quomodocunque il- „ lud erit, & juxtà facultates & vires etiam la- „ bores componam.

„ Quod ad religionis progreſſum in illis par- „ tibus, ſacerdotum diligentia factum eſt, ut ſu-

pra

Digitized by Google

„pra exſpectationem populus ad reconciliationem, & ſacramentorum participationem elapſo feſto confluxerit, cum prius Superiorum conniventiâ, & induciarum occaſione flacceſſere incepiſſet. Indiget continuâ inſtantiâ ne relabatur, rudis & durus eſt, ob quod præſtantes & fortes requirit Rectores, &c.

Sasboldi ſucceſſor Rovenius creatis Canonicis pluribus prædictum Capitulum reſtituit, eique Anno 1622. has leges præſcripſit.

Leges reſtitutis Canonicis a P. Rovenio præſcriptæ.

„Philippus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Philippenſis, & per Diœceſin Ultrajectenſem, Hollandiam, Zelandiam, cæteraſque eis Confœderatas Belgii Provincias, & reductas Tranſiſulaniæ partes Vicarius Apoſtolicus, Reverendis admodum & plurimum nobis in Chriſto dilectis Dominis D. Decano & Capitulo Cathedralis Eccleſiæ S. Lebuini ſalutem in Domino.

„Cùm in nupera Viſitatione noſtra Tranſiſulaniæ pro reſtitutione boni ordinis & nonnulla reformatione Cathedralis Eccleſiæ & Capituli Daventrienſis laborare cœperimus, ſperantes aliquando tandem per Dei miſericordiam reſtituendum exercitium Catholicæ religionis in oppido & diœceſi Daventrienſi; neque tamen tunc licuerit in ipſa civitate Capitulum formare, judicavimus pro bono & utilitate dictæ Cathedralis Eccleſiæ, habita ratione moderni ſtatus, hæc quæ ſequuntur per modum proviſionis ordinare & ſtatuere, adeoque per præſentes ſtatuimus & ordinamus auctoritate Apoſtolica & ordinaria noſtra.

„In primis cùm in Eccleſia S. Lebuini ſint viginti Canonicatus & Præbendæ, quarum unam habet Epiſcopus, duas Decanus: Novem præterea vocentur affectæ, eo quod certis duntaxat Graduatis in Theologia, vel Jure Canonico conferri debeant: Declaramus ex Præbendis affectis tres Theologales eſſe, quas modo poſſident D. Gerardus Vogelius, S. Theologiæ Licentiatus, Paſtor Lingenſis, D. Leonardus Marius S. Theologiæ Doctor, D. Ægidius Haeſacker S. Theologiæ Licentiatus.

„Juridicas verò tres, quarum unam poſſidet D. David Mauden J. U. Licentiatus, alteram D. Modeſtus Stephanius, Juriſconſultus, & S. Theologiæ Doctor, tertiam verò D. Officialis, D. Henricus à Wouw, J. U. D.

„Tres alias nobilibus Graduatis debitas, quas modo obtinent D. Gerardus Bruneſius, D. Ludolphus Bruneſius, & D. Everhardus vander Mark.

„Reliquas verò Præbendas liberas, id eſt nullis certis gradibus affectas eſſe conſtat. Harum una Paſtori Eccleſiæ reſervatur, qui in primo ingreſſu cenſebitur decimus ſextus, & non eſt Capitularis, quamvis ubi Epiſcopo, vel Decano viſum fuerit ad Capitulum vocari poſſit.

„Declaramus quoque ſedecim portiones ex Præpoſitura Daventrienſi quotannis aſſignari ſolere ſedecim ſenioribus, præbendatis, quæ portiones ſupplementa vocantur, & ſunt velut feuda ex Præpoſitura recipienda, adæquantia ferè tertiam vel quartam partem proventuum Præbendæ: quibus carebunt quatuor Juniores præbendati, donec adſcenderint ad locum altiorem, ſintque ex ordine ſedecim ſeniorum.

„Porrò ordinem Canonicorum nunc exiſtentium computandum ſtatuimus à tempore acceptæ Collationis Præbendæ. Sed deinceps, à tempore acceptæ poſſeſſionis, & præſtiti Juramenti Decano & Capitulo: quando tamen in civitate ipſa Daventrienſi reſidere licebit, ſervabuntur ſtatuta & conſuetudines Capituli circa ejuſmodi.

„Quamdiu non fuerit reſtituta Daventria Catholicæ religioni, Præbendæ affectæ conferentur per Epiſcopum vel Vicarium Apoſtolicum ſimul cum Vicario Diœceſis, & Graduatis Aldenſaliæ reſidentibus: niſi fortè in particulari videatur Epiſcopo, vel Vicario ejus expedire ut audiantur etiam vota aliorum Graduatorum reſidentium in Diœceſi, quod eorum judicio relinquitur.

„Non affectæ vel liberæ Præbendæ in menſibus Capituli vacantes, conferentur per Decanum & Capitulum ſimul, illorum ſcilicet Capitularium votis qui Aldenſaliæ reſident: poterit tamen Epiſcopus, vel Vicarius Diœceſis etiam illorum vitam qui in Diœceſi ipſa reſidentes pro Eccleſia laborant requirere, ut ſupra.

„Nemo in poſterum cenſebitur Capitularis niſi ſecundum decreta Concilii Tridentini, & ſtatuta Capituli Daventrienſis qualificatus, & ad Capitulum admiſſus. Et pro hoc tempore formabitur Capitulum per Decanum & Capitulares Canonicos Aldenſaliæ reſidentes.

„Si verò (quod Deus avertat) Aldenſalia deſerenda eſſet Capitulum formabitur vel in Diœceſi, vel in loco vicino, ubi Epiſcopo, vel Vicario Apoſtolico, cum conſilio Decani vel Vicarii Diœceſis videbitur.

„Canonici illi Capitulares, ibidem, ut ſupra dictum eſt, reſidentes, & cum Epiſcopo ac Decano negotia Capituli tractantes, accipient duplam portionem in comparatione ad alios Canonicos in Diœceſi reſidentes, ibidem pro Eccleſia in cura animarum laborantes, ſic tamen ut Decano reſidenti ratione duplicis Præbendæ duplex ſemper obtingat portio in ſingulis proventibus & emolumentis.

„Abſentes vel reſidentes extra Diœceſin, vel in Diœceſi non laborantes pro ſalute animarum, nihil recipient: niſi fortaſſè ex cauſa Epiſcopo, vel Vicario Apoſtolico una cum Decano & Vicario Diœceſis videatur in particulari huic vel illi aliquid gratiosè concedendum, ratione obſequii, vel utilitatis alicujus Capitulo præſtitæ.

„Ad perceptionem aliquam fructuum Præbendæ nullus admittetur, niſi præſtito vel per ſe, vel per Procuratorem, in manibus Decani Juramento à Canonicis præſtari conſueto, & inſuper facta profeſſione fidei ſecundum decretum Concilii Tridentini & Statuta Capitularia.

„Et quia in admiſſione ad poſſeſſionem Canonicatus ſolent exigi nonnihil exceſſiva Jura, quæ vocant ſtatutorum: moderamur illa ad quinquaginta daleros de triginta ſtuferis, quæ applicabuntur neceſſitatibus Eccleſiæ & Capituli, nec ullo modo inter Capitulares dividentur, nec in Convivia inſumentur.

„Pro recreatione tamen, vel læto introitu ſinguli ad poſſeſſionem Canonicatus & Præbendæ admittendi numerari curabunt, etiam hoc tempore, ad manus Decani & Capituli, prædictorum Jurium tertiam partem, reliquam ſoluturi quando licebit reſidere in loco.

„Similiter Juniores quatuor quando poſthac decimum ſextum locum & ordinem intrabunt, &

„ & accipient ſupplementum, quo infeudabuntur per litteras, ſolvent antiqua Jura ad manus Epiſcopi, vel Vicarii Diœceſis, nunc quidem pro medietate: reliquam medietatem ſoluturi quando licebit reſidere in loco: Quod notabitur in dorſo litterarum.

„ Camerarius Capituli poterit eſſe aliquis ex Corpore Capitularium, vel alius Receptor, prout Decano & Capitulo videbitur, qui pro ſalario ſuo habebit nummum vigeſimum, donec aliud ſtatuatur.

„ Secretarius quoque & Miniſter Capituli habebunt ſua ſtipendia & emolumenta, ſecundum quod Decanus & Capitulum ipſis deſignabunt.

„ Hæc ſunt quæ pro præſenti ſtatu Eccleſiæ Daventrienſis ſtatuenda putavimus: Circa quæ ſi quid in poſterum addendum, minuendum, vel mutandum videatur, id non niſi cum conſenſu noſtro, vel ordinarii pro tempore exiſtentis per Decanum & Capitulum fieri debere declaramus.

„ Monentes ut ſinguli Canonici, & reliqua Eccleſiæ Daventrienſis membra, divina Officia, & alia pia opera, quamdiu in dicta Eccleſia reſidere non poterunt, nihilominus privatim vel publicè in locis ubi agent piè & religioſè perſolvant, pro Epiſcopo & Confratribus, ac reſtitutione Catholicæ religionis in tota Diœceſi ferventer orent, ac negotium reformationis Eccleſiarum Deo affectuoſiſſimè commendent. In fidem promiſſorum Decretum hoc noſtrum propriæ manus ſubſcriptione, & ſigilli conſueti ſub impreſſione confirmavimus. Actum Foreſti apud Bruxellam die vigeſimo octavo Julii Anno Milleſimo, ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo.

P H I L I P P U S,

Archiepiſcopus Vicarius Apoſtolicus.

Ex mandato prædicti Archiepiſcopi Godefridus à Moeck, *pro Secretario.*]

11. Eccleſia B. Mariæ; SECUNDA eaque Parochialis & B. V. M. inſcripta Lebuinianæ Baſilicæ occiduo lateri adhæret: de cujus natalitiis nihil nobis innotuit, niſi quod *Henricus* Traject. Antiſtes Anno 1252. in Vig. S. Thomæ Apoſtoli Decano & Capitulo S. Lebuini in utraque Parochiali Eccleſia B. M. V. Daventrienſi & Michaelitica Swollana duos è ſuo gremio Sacerdotes idoneos in Vicecuratos delegandi facultatem conceſſerit: quam quoad noſtram Marianam in Magiſtratum tranſtulit Anno 1531. 22. Septembris cum Proba *Clementis* VII. & *Pauli* III. PP. cujus litteræ ſignatæ ſunt Anno 1534. 3. Novembris, ea tamen conditione ut Perſona promovenda ad Paſtorales functiones (ejus Collatores.) *ſaltem ſit Licentiatus vel Baccalaureus formatus in Theologia, aut in altero Jurium Doctor vel Licentiatus rigore ſtricti examinis in aliqua approbata Univerſitate Studii generalis promotus & Verbi Dei egregius Prædicator*, qui cùm vix haberi poſſet ob Paſtoralium redituum penuriam, eos Anno 1560. XVII. Kal. Aug. Lebuinianâ Canoniâ & Præbendâ locupletavit *Pius* IV. Pontificiam diſpoſitionem Anno 1564. 7. Decembris, laudavit firmavitque *Philippus* Hiſpaniarum Monarcha. Quæ autem onera Parocho incubuerint, juramentum ſubjunctum, cujus religione tenebatur, palam faciet.

" Ego N. Curatus Eccleſiæ ſive Capellæ B. M. (Curati onera, ac Juramentum.) Davent. juro ad hæc Sancta Dei Euangelia quæ manu mea corporaliter tango, quod ab hac hora in antea ero fidelis huic Eccleſiæ Daventrienſi ac obedientiam & honorem Decano ac Canonicis ibid. & eorum Majoribus in omnibus exhibebo, niſi Deus ad majora me vocaverit: privilegia, conſuetudines & Statuta ipſius Eccleſiæ fideliter obſervabo, nec ullas contentiones, rixas aut conſpirationes aliquas adverſus ipſam Eccleſiam, Decanum, Canonicos Daventrienſes ſeu quamquam perſonam ipſius Eccleſiæ ſuſcitabo vel aſſumam, nec ſuſcitanti aut aſſumenti aſſiſtam, ſed reſiſtam pro poſſe & noſſe: ſic me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Euangelia.

" Item confiteor & recognoſco vobis Dominis Decano & Capitulo Eccleſiæ S. Lebuini Daventrienſis, me & meos ſucceſſores in dicta Eccleſia ſive Capella B. M. teneri & eſſe obligatos: Imprimis quod ego & mei ſucceſſores pro tempore Curati Eccleſiæ ſive Capellæ B. M. ſupradictæ juxta conſuetudinem ipſius Eccleſiæ S. Lebuini Daventrienſis hactenus obſervatam & à memoria hominum inconcuſſe tentam debemus & de jure tenemur tempora vacationis ipſius Eccleſiæ ſive Capellæ B. M. ſupradictæ à Decano Eccleſiæ S. Lebuini Daventrienſis pro tempore curam animarum & Reliquiarum cuſtodiam ac admiſſionem, inveſtituram ipſius Eccleſiæ B. M. cum ſolemnitatibus ad hoc debitis & conſuetis recipere, ac Decano & Capitulo Eccleſiæ S. Lebuini Daventrienſis prædictæ, obedientiæ, fidelitatis, honoris & reverentiæ præſtare juramentum, prout etiam ego facio & præſto vobis Dominis Decano & Capitulo ſuprad. Inſuper juriſdictioni, correctioni veſtrorum tanquam meorum Ordinariorum ſtare in omnibus & per omnia, prout etiam me ſponte & libere offero, & per juramentum meum vobis nunc præſtitum ſuper hoc ſine omni contradictione vel exceptione facere promitto, prout etiam alii Vicarii Eccleſiæ S. Lebuini facere & obſervare ſunt conſueti. Item confiteor quod ego & mei ſucceſſores ſeu mei Capellani debent & tenentur populo Parochiæ Eccleſiaſtica miniſtrare Sacramenta, eorum etiam Confeſſiones audire, prout hactenus temporibus retroactis fuit obſervatum, aliis tamen Eccleſiæ noſtræ conſuetudinibus & juribus in præmiſſis ſemper ſalvis. Item confiteor pro me & meis ſucceſſoribus quod nec ego nec mei Capellani debent aut poſſunt exequias aliquorum funerum aut aliorum quorumcunque infra ipſam civitatem ſeu Parochiam decedentium in Eccleſia B. M. peragere, niſi eorum exequiæ prius in ſuperiori Altari majoris Eccleſiæ peractæ fuerint, prout de aliis extra ipſam Civitatem decedentibus hactenus eſt conſuetum fieri: Exequiæ tamen Parochianorum extra partes decedentium ac puerorum infra ætatem duodecimi anni eorum decedentium fiant prout hactenus fieri eſt conſuetum, omni fraude & dolo in præmiſſis excluſis. Item recognoſco quod ego & mei ſucceſſores in omni Feſto majori & duplici Veſperas & Miſſas dici ita tempeſtive & mane celebrare & cantare teneamur & debeamus, prout etiam prædeceſſores mei conſueverunt, in Eccleſia B. M. prædictæ quod in Veſperis primis & ſummis Miſſis Eccleſiæ majoris, quando tamen exequiæ funeris aut introductiones Sponſarum & Sponſorum ſpecialiter non fuerint,

"rint, ego & mei ſucceſſores cum meis Capellanis aut ſaltem cum uno Capellanorum in Choro majoris Eccleſiæ ad cantandum & celebrandum cum populo ipſius Parochiæ poſſint intereſſe, niſi forſitan aliquoties propter alia impedimenta rationabilia ipſi Decanus & Capitulum majoris Eccleſiæ mecum aut aliquo meorum ſucceſſorum velint ſuper hoc gratioſe diſpenſare ad tempus vel in toto. Item recognoſco quod ego ipſe aut mei ſucceſſores aut Capellani mei tenemur aquam benedictam ante Proceſſionem projicere in ſolemnitatibus Feſtorum, Dominicis diebus, Rogationibus ac aliàs quandocunque per ipſum Collegium Proceſſio vel Statio fit aut fieri conſuevit. Item ego & mei ſucceſſores debitum noſtrum quantum ad Miſſas noſtras in Eccleſia majori in Altari S. Crucis diebus Dominicis & feſtivis, ac feriis ſextis & aliis diebus, cum occurrerit, pro defunctis cantandis vel legendis etiam quo ad pulſationem in majori Eccleſia prædicta, & ad dicendum Symbolum in ambone majoris Eccleſiæ ipſi populo Parochiæ Dominicis diebus horis debitis & conſuetis ac determinatis conſervabimus, & Decano & Capitulo Eccleſiæ prædictæ nos conformabimus: ſervitores quoque Fabricæ ipſius Eccleſiæ majoris Verbum Dei proponentes in ipſa Eccleſia majori non impediemus quovis modo. Item recognoſco quod ego & mei ſucceſſores pro tempore Curati in Matutinis & Miſſa Chriſti in Eccleſia B. M. prædicta in nocte Chriſti facienda non debemus nec poſſumus ipſam Miſſam in Eccleſia B. M. incipere ante Offertorium Miſſæ ſummæ Chriſti majoris Eccleſiæ, ut eſt moris, ſed ipſo Offertorio in Miſſa Chriſti majoris Eccleſiæ finito Miſſam in Eccleſia B. M. incipiemus & non ante, ut eſt moris, & taliter nos habebimus ego Curatus prædictus & mei ſucceſſores in pulſatione & Matutinarum inchoatione ac Miſſæ cantatione, ne aliquod præjudicium vel damnum Eccleſiæ majori vel ipſis Decano & Capitulo in oblationibus & aliis ſuis Officiis divinis quomodolibet generetur. Item in diebus Natalis Chriſti, Paſchæ & Pentecoſtes poſt prandium in Eccleſia majori & non in Eccleſia Mariæ ſermo ſolemniter fiat ad populum, ut eſt moris & hactenus obſervatum: Sermonibus etiam aliis quibuſcunque temporibus in Eccleſia majori faciendis, prout hoc ipſis Dominis Decano & Capitulo videbitur expedire, ego & mei ſucceſſores nullatenus contradicemus nec eos impediemus directe vel indirecte per nos vel per alium ſeu per alios qualitercunque. Item ego & mei ſucceſſores ſeu noſtri Capellani pro tempore univerſas & ſingulas obſervantias, conſuetudines laudabiles & ordinationes alias hactenus in Eccleſia majori obſervatas obſervabimus, & præſertim in cenſuris Eccleſiaſticis obſervandis intimandis, Interdictis tenendis, Priori Montis S. Nicolai, & Fratribus Minoribus per noſtrum Cuſtodem, prout hactenus fieri eſt conſuetum, ea inſinuandis ac aliis quibuſcunque hactenus laudabiliter obſervatis nos conformabimus, fraude & dolo penitus excluſis in præmiſſis. Item quod ego & mei ſucceſſores poſſumus recipere duos vel tres Capellanos, quos in eorum receptione tenemur præſentare Decano & Capitulo, ſeu Decano abſente Seniori Canonico & Capitulo, qui poſtquam admiſſi ſunt tenentur & debent ipſis Decano & Capitulo prædictis promittere ponendo manus ſupra pectus eorum fidelitatem & honorem & reverentiam fide ad hoc præſtita corporali. Item promitto quod ego vel mei Capellani vel ſucceſſores mei non poſſimus nec debeamus prædicare vel dogmatizare quod Eccleſia ſive Capella B. M. prædicta ſit matrix Eccleſia præſentis Oppidi Daventrienſis: ſed quod vera matrix Eccleſia ſit Eccleſia S. Lebuini prædicta. Aliis conſuetudinibus, juribus & libertatibus Eccleſiæ S. Lebuini prædictæ in omnibus & per omnia ſemper ſalvis, ad quæ omnia & ſingula prædicta ego pro me & meis ſucceſſoribus libere ac propria voluntate me obligo & confiteor omnia prædicta puncta fore vera, promittens bona fide & per meum præſtitum juramentum dictæ Eccleſiæ S. Lebuini Daventrienſi prædicta omnia & ſingula effectualiter adimplere, nec unquam ea infringere aliqua occaſione, ſeu contravenire verbis vel factis per me vel per alium aut alios directe vel indirecte quovis colore quæſito de jure vel de facto. Et quia jus præſentandi ad Parochialem B. M. V. quoties vacat, Burgimagiſtris, Scabinis & Conſulibus, conferendi & inveſtiendi Decano & Capitulo Daventrienſi per litteras Apoſtolicas (de Anno 1534.) mihi prælectas & declaratas perpetuo gratioſe conceſſum eſt, ut eiſdem ſatisfiat, juro quod Chriſtianum gregem curæ & fidei meæ creditum & commiſſum exemplari ac probata vita & prædicatione verbi Dei juxta Statuta SS. PP. & decreta Reverendiſſimorum PP. ad laudem & honorem Omnipotentis Dei ac animarum ſalutem ſincere & fideliter inſtituam, & reliqua quæ in dictis litteris continentur ſervabo: ita me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Euangelia. Quibus Anno 1570. in die S. Jacobi Capitulum & per ſuos deputatos Senatus articulos ſeqq. addidit. Primo, reſidebit in domo dotis. 2. Per ſe conciones ad populum habebit adminiſtrabitque Sacramenta quibuſcunque :. exceptis contagioſis quos ad Sacellanos poterit remittere. 3. Onera Eccleſiæ & curæ annexa diligenter curabit. 4. Bona Eccleſiæ neutiquam alienabit ſed alienata recuperare ſtudebit. 5. Sacellanos eliget doctos, probos & zeloſos. 6. Paſtoratum & ei annexum Canonicatum ſine Capituli & Senatus conſenſu non reſignabit nec permutabit, neque diſponet de Beneficiis quæ ſuo in turno ei obvenient. 7. Capitulo & Senatui tanquam ſuis Patronis omnem fidelitatem exhibebit. 8. In hiſce culpabilem poſt trinam admonitionem Capitulum à fructibus ſuſpendet. 9. Defuncti hæredibus alii non cedent fructus, niſi quouſque vivo debebantur, reliqui applicabuntur fabricæ domus dotis & Sacellanorum ſuſtentationi. In ea

VICARIÆ,

I. *S. Annæ:* cui Lebuinianum Capitulum Miniſtrum legit. Vicariæ,

II. *S. Jacobi:* cujus Patronatum Parochus obtinet.

Et OFFICIUM,

I. *S. Catharinæ:* cujus miniſter incruento paratu primus Sacrificium offert feria IV. Officium.

II. *S. Barbaræ:* ſed jam Anno 1571. viſitante hanc Eccleſiam Reverendiſſimo *de Monte* emortuum.

3. *Ven.*

tized by Google

III. *Ven. Sacramenti:* cujus Anno 1572. potiebatur patronatu *Rodolphus à Twickeloo.*

IV. *Fraternitatis Ven. Sacramenti* cum debito Sacrificii quotidiani.

V. *Fraternitatis Compaſſionis B. V. M.* cujus deſervitor ſolenni apparatu in Sabbatho Presbyterium exercet.

VI. *S.S. Annæ* & *Mariæ Magdalenæ.*

Annexa ei Capella *Ven. Sacramenti,* Annexa eſt huic Eccleſiæ CAPELLA *Ven. Sacramenti*, at nunc ab ea ſeparata & in duas privatas ædes diviſa ad cujus Aram

OFFICIUM.

Officium, *Unum*, cum onere duplicis Sacri Anno 1447. approbante eodem anno *Rudolpho* Epiſcopo Traject. conſanguineis collatione reſervatâ, inſtituit *Henricus Bruyns.*

Alterum (quod à ſuo poſſeſſore ſub Sacro ſolenni tria Sacrificia exigit: feria III. de Sanctiſſima Triade, funerale feria VI. & Marianum in Sabbatho) Anno 1502. à *Gerardo Bruyns* ortum accepit & dotem.

& dotationis Diploma. Sequens *Wilibrandi* Diploma de dotatione Capellæ *S. Lamberti*, cum neſciam ubi illa exſtiterit, niſi forte in Traject. Præſulum Aula Mariano fano olim contigua, hic viſum inſerere.

,, W. Dei gratia Traject. Epiſcopus præſens
,, ſcriptum inſpecturis ſalutem in Domino. Ut
,, ea quæ aguntur in tempore proceſſu temporis
,, non labantur, ſed robur obtineant firmitatis,
,, debent memoriis hominum & litterarum teſti-
,, monio æternari. Notum ergo eſſe volumus tam
,, præſentibus quam futuris, quod nos pro ani-
,, mæ noſtræ ſalute *Capellam* S. *Lamberti in Da-*
,, *ventria* dotare volentes, Decimam noſtram in
,, *Weſope* in honore S. *Lamberti* contulimus ad
,, eandem in puram eleemoſynam, eo quod prius
,, dotata non fuerat, Sacerdotibus ejuſdem Ca-
,, pellæ perpetuo poſſidendam: quoniam cum
,, eſſemus in die *Beati Lamberti* cum exercitu
,, contra Drentos apud Anen, Villa & ſubur-
,, bium caſtri Covordiæ exuſtum exſtitit à no-
,, ſtris hominibus ipſo die, quare votum fecimus
,, quod ob hanc victoriam Beato *Lamberto* fa-
,, cturi eſſemus . . . . & honorem, quod in
,, prædicta Capella adimplere decrevimus præ-
,, dictam ei Decimam conferendo. Ut autem
,, hæc rata maneant, præſens conſcriptum Hen-
,, rico ejuſdem Capellæ Presbytero ſuiſque ſuc-
,, ceſſoribus dedimus in munimen. Acta ſunt hæc
,, Daventriæ Anno Domini mill. cc. xxx. pridie
,, Idus Julii. Teſtes hujus . . . . ſunt Antonius
,, Decanus & Capitulum Daventrienſe, Ecber-
,, tus Præfectus in Groninge. Hermannus &
,, Bernhardus Fratres de Rode. Pelegrimus de
,, Putten. Burchardus de . . . . Goſwinus &
,, Johannes Fratres, Leo, Hartbertus Drento,
,, miniſteriales Daventrienſes, & quam plures alii
,, Clerici & Laici ex ipſo Authographo, cujus ob
,, abbreviata verba & fugitivos characteres le-
,, ctio difficilis. Ea ultimo Oppidi incendio vi-
,, detur incinerata & ſuis tumulata ruinis."

Tertia *S. Nicolai*, itidem Parochialis, cujus adminiſter Norbertinus, TERTIA montis dorſo incuba, turri duplici à fronte conſpicua & in corpore Crucis in modum extenta, S. *Nicolao* ſacra, altera eſt Parochialis, quæ natales ſuos circa ſeculum XII. habuit vel paulò ante, quandò & è *Vaërle* Monaſterio Coeſveldiæ vicino ad curam ejus *Norbertini* Canonici evocati: conditiones, in quas Capitulum & Abbas poſtea Præpoſitus Vaerlenſis tandem poſt multas altercationes conſenſère, exprimit è copia authentica ſequens inſtrumentum.

,, *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. A-*
,, *men.* Cum antiquæ conſtitutionis ſive com-
,, poſitionis ordinatio partibus undecunque inter
,, ſe diſſidentibus interrupta pro bono pacis re-
,, formando diligenti diſcretorum ſolertia per-
,, mutatur, neceſſe eſt ut abolitis inſtrumentis
,, ſive Romanorum Pontificum ſive aliorum E-
,, piſcoporum atque omnibus his abjectis, quæ
,, habitæ diſcordiæ memoriam revocare poſſunt,
,, novæ forma compoſitionis novi ſcripti teſti-
,, monio innovata fulciatur: actum eſt ita, quod
,, Conventualis Eccleſiæ in Daventria Canonici,
,, dum ſuper Capella quadam in Monte intra Pa-
,, rochiam eorum ſita adverſus Fratres Varlaren-
,, ſes, qui ad eam procurandam quandoque fue-
,, rant vocati, multas querelas actitaſſent & hinc
,, inde damnoſe diu diſceptaſſent, tandem mora
,, temporis utriuſque partis perturbationem im-
,, minuente Conventualis Eccleſiæ Decanus &
,, Canonici cum Abbate de Varlare & quibuſ-
,, dam ejus Fratribus in Capitulo Daventrienſi
,, amicabiliter conſederunt, & compromiſſione
,, in arbitros facta præteritæ liti renuntiantes for-
,, mam ab iis ordinatam & præpoſitam parili vo-
,, to admiſerunt. Statutum eſt ergo inſtrumen-
,, ta, quibus Varlarenſes innitebantur, igne con-
,, ſumi & ſubſcriptam formam perpetuo ſervari,
,, quæ talis eſt: Conventualis Eccleſia ſicut à
,, fundamentis habuit jus & dominium Parochiæ
,, totalis obtinens ab auſtrali parte fori, quod
,, vulgo *Brink* dicitur, reliquam partem Civita-
,, tis cum villis extra muros ab *Eſven* in auſtra-
,, li parte paludis, quæ vulgari vocabulo *Vene*
,, nuncupatur, poſitis Capellæ in Monte ſub hac
,, conditione conceſſit, quod infra terminos hos
,, tantum non ultra ſacerdos Montanus, ſi pro
,, voluntate aliquorum fuerit invitatus, tam in
,, infirmis viſitandis quam in mortuis ſepeliendis,
,, ſive parvulis, ſi parentes voluerint, baptizan-
,, dis, curam adminiſtret, quia liberum relictum
,, eſt his omnibus arbitrium eligendi utrum à
,, Conventualibus vel eorum Plebano, ſive à ſa-
,, cerdote Montano velint viſitari, vel ubi ſe ro-
,, gaverint ſepeliri: excipitur ab hac cura mu-
,, lierum partu imminente domi reſidere deben-
,, tium oblatio, ſive poſt purgationem earundem
,, introductio, ſponſorum ſponſarumque rece-
,, ptio: hæc ſibi reſervat & hac prærogativa gau-
,, dere debet Mater Eccleſia: quin etiam Pleba-
,, nus Matricis Eccleſiæ, ſi ab aliquibus fuerit
,, invitatus, liberam habeat præſcriptos termi-
,, nos frequentandi licentiam, ut qui voluerit
,, eum viſitet, ubi ſepeliri velit, audiat. Sed
,, Montanus Sacerdos ad omnem ſuſpicionem vi-
,, tandam, ne vel exhortatione vel dehortatio-
,, ne ſua damnificari videatur Conventualis Ec-
,, cleſia, terminos diſtinctos occaſione viſitandi
,, vel Vigilias decantandi nullatenus egrediatur,
,, nec in exequiis Canonicis immiſceatur: qui-
,, cunque tamen fidelium ubicunque manentium
,, in animæ ſuæ remedium de facultatibus ſuis ei
,, quicquam largiri voluerit, in pace accipiat.
,, Ad recompenſationem igitur damni Canoni-
,, corum, quod ex hac diſtinctione ſuæ Paro-
,, chiæ videntur habere, Sacerdos Capellæ præ-
,, ſidens ſexaginta ſolidos annuatim certis tem-
,, poribus, videlicet Dominica poſt Circumci-
,, ſionem viginti ſolidos, Dominica in Albis vi-

„ginti ſolidos, Dominica poſt Nativitatem Beati Johannis Baptiſtæ viginti ſolidos ſub tali pœna Canonicis exhibebit: ut ſi condictis terminis non ſolverit, Capella ſub interdicto ſit, uſque dum Diœceſano Epiſcopo de promiſſi tranſgreſſione & Canonicis de damno ſatisfaciat & noviſſimum aſſem perſolvat. Ut igitur hujus tranſactionis ordinatio rata ſit in perpetuum & inconvulſa, placuit eam in duabus chartis conſcribi, unam Domini Trajectenſis Epiſcopi munitam impreſſione, appendentibus Daventrienſis Decani & Capituli ſigillis, in Monaſterio Varlarenſi reponi, alteram Domini Monaſterienſis Epiſcopi ſigillo & Abbatis ac Eccleſiæ Varlarenſis ſigno firmatam in Eccleſia Daventrienſi dimitti. Actum eſt ita in Capitulo Daventrienſi Anno Incarnationis Dominicæ M.CC.VI. Indict. IX. Epacta IX. concurrente VI. Traject. Cathedræ præſidente Domino Theoderico Venerabili Epiſcopo, anno Epiſcopatus ejus IX. Teſtibus quorum nomina ſubſcripta ſunt præſentibus, Dominus Albertus Livonenſis Epiſcopus Capellæ in Monte dedicator. Jordanus Abbas in Varlare cum Fratribus ſuis Henrico Priore & Walderico. Canonici Daventrienſes Henricus Decanus, Joannes, Hermannus, Wolterus, Lefordus, Antonius præſentis Chartæ Notarius, Otto, Gerlacus, Rotgerus, Petrus, Theodoricus. Laici Arnoldus de Epſe, Lambertus de Wotto, Vito de Sutphene, Ludolfus Alverici filius, Ludolfus Nicolai filius, Gereboldus, Hartwicus, Chriſtianus, Wernerus, Joannes de India, Heinricus de Herveſum, & cæteri quam plures.“

Prioris titulo. Is qui præeſt huic Eccleſiæ titulo *Prioris* inſignitus feſtivis diebus ſacerdotio fungitur, & quatuor ſummis ſolennitatibus divini Verbi præconem agit, reliquo tempore tribus, quos alit, Sacellanis Euangelium & ſuggeſtum concredit.

[Juramentum ſingulare *Prior* hic, qui & Curatus, Decano & Canonicis Sant-Lebuinianis præſtare conſuerat; quod, quia alterius Curati ſuprà expreſſo juramento affine, hîc non tradimus.]

In ea Eccleſia

VICARIÆ,

I. *Dolorum B. M. V.*

Vicariæ ibi variæ: II. *S. Joannis Baptiſtæ:* cujus poſſeſſor trina vice Presbyterium exercet.

III. *S. Nicolai.*

IV. *S. S. Mariæ Magdalenæ* & *Martini*, cujus fundator & cum dote 36. mald. ſiliginis præcipuus locupletator *Lubbertus Weuſthof* Parochus Deldenſis, *Pelegrimus ter Bruggen*, *Everardus Dirckx*, *Henricus Puys* & *Theodorus Hoyer* Ædiles, ex conſilio & cum ſubſidio præcipuorum Parochianorum, penes quos eſt etiam collatio, ſed in Canonicum, non Officialem Vaerlerenſem: in hujus autem defectu ſubſtitui poteſt aliquis è Clero ſeculari: poſſeſſor obligatur ad Chorum & quatuor Sacrificia celebranda, primum feria III. reliqua ſub Sacro ſolemni ad arbitrium *Prioris*. *Ex Lit. fund.* quæ habent Annum 1441. & Vig. S. Martini, quas Anno 1444. 2. Aprilis firmavit *Rhodolfus* Trajectenſis Epiſcopus.

V. S. *Catharinæ* per *Joannem de Ockenbroeck* & *Heſſelum Averenck* ex bonis *Wendelæ*, viduæ *Joannis Sprengerſi* Civis Daventrienſis, erecta Anno 1421. in Feſto SS. Victoris & Gereonis: cujus collatio penes Præpoſitum Vaerlerenſem, ſed in Canonicum Norbertinum ſub onere reſidentiæ, Chori & IV. Sacrorum, quæ ferialibus diebus intra 7. & 8. horam, feſtivis autem ſub Miſſa ſolemni etiam tempore alio juxta *Prioris* arbitrium *in Lit. fund.* celebranda præſcribuntur.

VI. S. *Crucis*.
VII. S. *Annæ*.
VIII. S. *Anthonii*.
} Cum trino Sacroſancti libaminis offerendi miniſterio.

IX. S. *Georgii:* ea binâ vice ſuo poſſeſſori incruentam Sacrificationem demandat.

X. *Ven. Sacramenti.*

XI. *Joannis Euangeliſtæ.*

XII. S. *Sebaſtiani:* quæ quotidianum Sacerdotii uſum ſuo miniſtro per *Priorem* adſumpto præſcribit.

XIII. S. *Barbaræ:* cujus poſſeſſor etiam agit Organiſtam.

[Fraternitates, ex Cod. M. S. Ægidii a Monte, *Fraternitates:*

S. *Antonii*,
S. *Crucis*,
& D. *Virginis Mariæ*.

Viſum eſt ad calcem Parochialium Daventriæ Eccleſiarum, noviſſimorum temporum, quos aſſequi potuimus, Rectores ſeu Parochos ex ordine ſubnectere.

Paſtor Parochialis Eccleſiæ D. Virginis M. ex Cod. MS. Ægidii de Monte, Anno 1571. Philippus Boeſtius, ab *Helmont*, quia Helmondanus, cognominatus, Sacræ Theol. Licentiatus, Canonicus Daventrienſis, & Epiſcopi Dav. Vicarius, qui circa hoc tempus, referente ipſemet Revio, edidit *noviſſ. temp. Paſtores.* *Val. Andr. Bib. Belg.*

Precationes Chriſtianas, pro impetranda fide, ſpe, & charitate Chriſtiana. In Dedicatoria Epiſtola commemorat *D. ac M. Joannem Rorinck Medicinæ Doctorem expertiſſimum, qui præclaræ* (inquit) *civitatis hujus Daventrienſis honorifico ſtipendio decoratus, rara felicitate, magna cum laude artem Medicam hic exercet.* In Præfatione ad Lectorem dicit ſe Deo ejuſque Eccleſiæ per annos aliquot inſerviiſſe concionando utraque lingua, vernacula nimirum & Latina, Lovanii, Antverpiæ, Mechliniæ, Daventriæ, & admodum nuper Zutphaniæ, & Campis. In ipſo Opuſculo p. D. iii. *Ante omnia*, inquit, *ſalubriter precaturus Deum, firmiter credat Deo, credat verbo Dei vivo, eique perfecto & integro: cui nequaquam credunt hæretici, quantumcunque crepent verbum Dei, digni qui crepando adulterinum & dimidiatum Dei verbum, ipſi crepent medii, ita ut effundantur omnia viſcera ipſorum putrida, quemadmodum Matth. 27. & Act. 1. de proditore Juda legimus. Credunt autem verbo Dei vivo & integro, qui captivantes intellectum in obſequium Chriſti, Catholica fide ſuſcipiunt omne id, quod divinitus eſt Eccleſiæ Catholicæ revelatum, eo ſenſu quo Eccleſia per Spiritum Sanctum illuſtrata intelligit. Qua in re longe graviſſima bis peccant hæretici, primum, quod verbum Dei ipſis eſt ſola ſcripturæ littera, mortua & mortifera, quæ quo velis ſe trahi ſinit, diſcerpi, lacerari, perinde ac cadaver. Non igitur hæreticorum Dei verbum vivum eſt, ſed mortuum & mortiferum, nec manebit in æternum, ſed igne exuretur in conflagratione mundi, &c.*

Et poſtea: *Poſtulet ergò Catholicus in hac fide, non in fide, imò perfidiâ hæreticorum. Faceſſat hinc procul fides ſpecialis, ut vocant, quam Catholici omnes dirè execrantur, ut peſtem deterrimam, qua*

per

Digitized by Google

per Hæreſiarcham Lutherum horrendus Sathaniſmus invectus eſt in orbem Chriſtianum. Vaniſſima illa & plane diabolica perſuaſio, qua quis certè ſtatuit ſibi remiſſa peccata, & ſe certo ſalvandum per Chriſtum, procul abiit à mente orantis. Similia habet in *Tractatu de fide Orthodoxa & Catholica* (precum Opuſculo inſerto c. 5. 12.) Oratione vero ad Spiritum Sanctum ita precatur: *Recedamus quoque longiſſime per omnem vitam procul fugato abs te ſpiritu præſumtionis, & inanis fiduciæ: qua hæretici omnis generis inflati, tumidi, & turgidi. per fidem ſpecialem accepta, & mordicus retenta Chriſti juſtitia, aſcendunt ad cælum ad dexteram Patris. Peſtilentiſſimus eſt ſpiritus ille præſumtionis temerariæ, & inanis fiduciæ. Ipſe eſt Behemoth, de quo ait Job 41. &c. ipſe eſt Lucifer auroræ filius, quem ita compellat per ſarcaſmum propheticum Propheta Eſaias* 14. *Quomodo cecidiſti &c.? Spiritus Sancte Deus, nonne aperte fides hæc inſana, quæ ex ſtultis inſanos facit, clamat, ſe non eſſe fidem Chriſtianam, ſed vere Luciferianam?* Et mox: *Execremur igitur, & anathematizemus ſemper, perfidioſam hanc fidem, & Luciferianam præſumtionem &c.* Hæc & ſimilia in libello illo recurrunt, è quibus genium hominis agnoſcas fervidè Rom. Catholici, cui & placuit inſerere partem eorum quæ Hieronymus Savonarola in ipſo carcere in Pſal. 30. commentatus eſt. Approbavit libellum Epiſcopus his verbis: *Libellus hic nihil continet fidei Catholicæ adverſum, aut ſcandaloſum, ſed pias preces. Ægidius de Monte, Epiſcopus Daventrienſis.* Mox ſubjicitur: *Impreſſum Daventriæ, in interſignio Bibliorum aureorum, impenſis Concinnatoris; qui ad ſubſignandum libris imprimendis deputatus, hunc libellum precationum me concinnaſſe teſtor.* Philippus Boeſtius.

Librum hunc, ut *multam pietatem ſpirantem*, laudat Valerius.* Occupato a Fœderatis oppido & Epiſcopatu ipſum quoque loco munerique cedere oportuit; reliquum vitæ in patria tranſigens, populumque ibidem verbo & opere erudiens.

* in *Bibl. Belg.*, & Sweertius in *Ath. Belg.*

Ultimus ædis D. Virg. M. ab Anno 1587. Paſtor fuit

Henricus Focking, antea D. Michaelis apud Swollanos Parochus.

Eccleſiæ D. Nicolai ex eod. Cod. MS. Paſtor Anno 1571. Prior, Præmonſt. inſtituti, Dominus Hermannus Cloſſert.

Jac. Torrii Rel. Rom.

Ab Anno verò 1606. ex Jac. Torrio, Paſtor Davent.

JOANNES FREDERICI, Theologus Colonienſis ſtante, Cath. Cultu in Sancta Lebuiniana Cathed. Eccleſia Sacellanus, *indefeſſus*, ex Necrologo Eccl. Bat. *operarius*, Daventriæ vitâ defungitur Anno 1636.

Quo defuncto, Daventrienſibus Catholicis ad tempus ſuccurrit, oppidi nobilis incola

LUDOLPHUS BRUNESIUS, S. Theol. Lic. proximè a nobis memoratus.

In labores ejus ſucceſſit

JOANNES SWAEFKE, Daventrienſis. Subinde Daventrium miſſus,

LUDOLPHUS HEUMIUS, Ultrajectinus, Sac. Theol. Licentiatus, ab urbe proſcriptus, & creatus Paſtor Dordracenus, de quo *Bat. Sac. part.* 2. *p* 171. ſub Dordraco, & alibi.

Huic in exilium miſſo ſuffectus,

Jac. Torrii Rel. Rom.

THEODORUS WYCKIUS, Ultrajectinus, Sacræ quoque Theol. Licentiatus, Cathedralis Dav. Eccl. Canonicus, fidus inter fluctus ingentis tempeſtatis Rector, peſte ibidem ſublatus 2. Oct. 1656. Adjutor ei ſpontaneus,

Necrol. Eccl. Bat.

HENRICUS DORTMAN, ex Necrologo Eccleſiæ Batavæ, Paſtor Daventriæ, obiit 16. Octob. Anno 1660.

JOANNES HAGE, Theodoro Wyckio in primaria Daventriæ cura ſucceſſor datus, inde Paſtor miſſus in *Zoeſt* pagum, Amisfurto vicinum. Succeſſorem hic Daventriæ habuit

OTTHONEM HUBERTI, Arnhemienſem: qui cum vitâ ſimul & munere paſtorali defungeretur, Daventriâ armis Monaſterienſis Principis & Antiſtitis ſubactâ, funus ejus ſplendidiſſimâ pompâ ad Cathedralem Eccleſiam deportatum, & in ejuſdem ædis Choro tumulatum fuit; de quo ſic Necrol. Eccl. Bat. *Reverendus Dominus ac Mr. Otto Huberti Paſtor Daventriæ obiit ibid.* 1. *Oct. Anno* 1672.

Huic a Celſiſſimo Monaſterienſi Epiſcopo ſubſtitutus R. D..... OVERPELT, Clivo-Huſſienſis, inde cum copiis Monaſterienſium diſcedere coactus, & Huſſiæ defunctus.

A Caſtorienſi autem Epiſcopo inſtituti

ADRIANUS TER LAUW, deinde Paſtor Yſſelſtadii, ibidem defunctus 17. Martii Anno 1696. &

JOANNES DE GROOT, Ultrajectinus: hi tamen *Overpeltio* ob Monaſterienſis Epiſcopi ſuperiorem potentiam cedere paululum cogebantur; donec evacuatâ ſub Annum 1674. a Monaſterienſibus Daventriâ, atque recedente cum his copiis *Overpeltio*, pacificè aliquantiſper dictam curam adminiſtrarunt.

GROTIO in *Vinckeveen* creato Paſtore, illicque 1. Auguſti Anno 1704. defuncto, ſucceſſor datus

PHILIPPUS MENSINCK, Daventrienſis, ex familiæ D. Ignatii aſſeclâ, Paſtor Ootmarienſis, hinc Daventrienſis; qui multa illic ab Acatholicis perpeſſus, & cum apprehendere illum vellent, fugâ per tectum elapſus, demum Paſtor Amſtelodami a Caſtorienſi Epiſcopo conſtituitur, ubi diem clauſit extremum 12. Auguſti Anno 1706.

SIMON ARNOLDI, Embricenſis, ante Paſtor in *Hengelen*, Philippo Menſinck in Daventrienſi cura ſuffectus, poſt viginti quinque annos in eadem impenſos, dum Romanæ aulæ miniſtrorum juſſa improvidè exequitur, ex urbe iſtâ depellitur, & creatur Paſtor 's Herenbergenſis; ſucceſſorem nactus poſt elapſum anni ſpatium, curante Adamo Daemen, Archiep. Adrianop.

N. PERIAENS, Swollenſem, Theologum Monaſterienſem & Lovanienſem.

Præter curam hanc primariam (eo quod Daventriæ plures olim, ut jam dictum, Parochiales Eccleſiæ) ſecundaria cura cum pleniſſimo paſtorali jure ſequentibus paſtoribus (quibus & cura erat fidelium per præfecturam Colmſchatenſem ad urbis mœnia) a pluribus retro annis fuit demandata; nimirum tempore Theodori Wyckii, Regnero Cremers, Daventrienſi, Sac. Theol. Licentiato.

Sub Domino OTTHONE HUBERTI, Woltero Wigchers, Tubantino ex *Vrieſen-Veene*, Daventriæ vigente illic ſub armis Monaſterienſium Catholico cultu, mortuo Anno 1673. Huic ſucceſſere

WILHELMUS HASSINCK, Vredenſis, inde Paſtor in *Velſen* prope Harlemum,

D. VOORN, dein à Monaſterienſi Epiſcopo conſtitutus Paſtor in *Welten* prope Kevelariam.

Cum-

Cumque curam hanc ad tres fere menſes geſſiſſet Cornelius Gronendyk inde tranſlatus in Rynzaterwouda,

GUILIELMUS VAN METELEN, Amſterodamus, exinde Paſtor in *Dalfse*, & in *Broekhuiſe* prope Swollas, defunctus ibidem 30. Martii Anno 1695.

JOANNES MEYER, Palatinus Germanus, ad muros Daventrienſes, cum oves ſuas Paſchali pabulo in *Colmſchate* refecturus egrederetur, ſub noctem crudeliſſimè à malevolis trucidatus ½. Aprilis Anno 1684. ſed annuente Daventrienſi Magiſtratu in templo Cathedrali perhonorificè tumulatus.

CHRISTOPHORUS VERHEYE, Embricenſis, poſtmodum Paſtor apud Ommelandos in agro Groningenſi.

JOANNES SCHOONEBEECK, Roterodamenſis, S. Theol. Bacc. Form. ex Paſtore in *Baer* & *Lathem* prope Arnhemum; poſt annos decem Daventriæ tranſactos, ad curandum gregem Catholicum agri *Goezani* miſſus, modo ſacra adminiſtrans Amſtelodami.

JOANNES CHRISTOPHORUS SOURHUIS, Embricenſis, S. Theol. Bacc. nunc poſt obitum Nicolai Cyrix Alcmariæ Paſtor.

Modò cura iſta vaçat, renuente Magiſtratu alterum pro civitate Paſtorem admittere. In curam autem *Colmſchate* extra pomœria Daventrienſis Oppidi, à Secundario Paſtore Daventrienſi excoli ſolitam, ab Anno 1693. ſucceſſit

JOANNES STAEL, ex Duſſenſi pago, Theologus Lov.

Cæterum Paſtor Daventrienſis ab antiquo jus habet conferendi duas Burſas in Laurentianorum Coloniæ Gymnaſio, ad quas Daventrienſes præferuntur.

XENODOCHIA

Illuſtriora ſunt:

Xenodochia, *S. Spiritus:* cujus Eccleſia quatuor habet Vicarios & duo quotidie Sacrificia, unum hora 7. alterum hora 10. ſed quæ poſt Xenodochii tranſlationem in Gerardinum Parthenæum exciſa eſt:, in eo etiam pauperes advenæ triduanum inveniunt hoſpitium: prior fundus cum ædificiis divenditus in privatorum domicilia tranſiit.

S. Gertrudis cum ſua Capella pro contagioſa lue contaminatis.

Voorſtianum cum ſua Capella & Sacerdotio.

S. Elizabethæ cum Capella: quod eorum hoſpitium eſt quos phreneſis dementavit.

Ven. Sacramenti.

Orphanotrophium, *Orphanotrophium* olim in platea Norimbergica, at poſt Monialium exterminium in loco, in quo nunc floret, tranſplantatum.

Ædes Leproſorum, *S. Georgii* ſuburbanum pro lepra infectis: id Anno 1572. 13. Julii à Fœderatorum Zutphan. præſidio combuſtum nudos parietes etiam ſacelli oſtentat, id nunc in Civitate ſedem habet Xenodochio S. Elizabethæ contiguum.

Reliqua, quæ ingentem numerum conficiunt, non attexo, cum dixiſſe ſufficiat, qualis vere fuit, in pauperum fomentum & ſolatium prodigam fuiſſe Majorum miſericordiam.

ASCETERIA MASCULINA

Aſceteria Maſculina; Quaternario numero floruere. Primum *D. Nicolao* nuncupatum *Canonici Regulares Ord. Præmonſt.* ſive *Norbertini* excoluerunt ſub regimine *Prioris*, quem è ſuo Collegio ſubmittebat Præpoſitus in *Vaerle*: de quo in *Circulo Weſtphalico Stangefolius Anno* 1123. *Godofridus Comes Cappenbergenſis conſentientibus Fratre Ottone ac conjuge ſua Friderici Comitis Arnsbergenſis filia Comitatum Arcemque ſuam Cappenbergenſem, item Cloſtar atque Varlar divino honori ac obſequio mancipavit ibid. tria magnifica Monaſteria Ord. Præmonſtrat. erigendo liberaliſſimeque dotando.* Noſter autem Prioratus (cujus in *Chron. Ord. Præm. Miræus* non meminit) in interitu ſeculi undecimi exortus eſt, quando & eidem Nicolaitica Parochia maritata, cui è Vaerlenſi Cœnobio aſſumpti præter alios, quorum nobis ignota nomenclatura, præfuere. I. Norbertinorum,

THEODORICUS, Anno 1353. *Priorum Series.*

ALBERTUS CUER, Anno 1392.

JOANNES DE GRAESS, poſt abdicatum Prioratum in eundem iterum immiſſus 6. Novembris Anno 1493. abiit è vita 17. Mart. Anno 1509.

GELMERUS BECKUM, 27. Mart. eidem ſurrogatus è vitæ ſtatione deceſſit 7. Maji Anno 1517.

JOANNES DE REMEN: ei contagioſa lues vitæ ſtamen abrupit 20. Decemb. Anno 1521.

GERARDUS DE REMEN, cui ad Vaerlenſem Præpoſituram evecto

JOANNES ENCKELSEM ſubſtituitur Anno 1527.

HERMANNUS VAN DEN CLOOSTER, vitæ valedixit Anno 1579. cui eodem anno 18. Aug. datus ſucceſſor

WOLTERUS AB HEUVEL: quo renuntiante curæ ſuæ, eam in ſe recepit

HENRICUS VAN DER CAPPELLEN, 6. Maji, Anno 1587. qui & eandem depoſuit 13. Octobr. ejuſdem anni, cui ſeſe ſuccollavit

EVERARDUS VOS, 17. Novemb. qui & agmen clauſit.

Secundum in amplo fundo & inſigni ædificio (de quo præter Eccleſiam & pauca aliquot domicilia nihil modo ſuperſtes) *Eleonara Eduardis* Angliæ Regis filia & *Reinaldi* II. Geldriæ Comitis uxor ſub Annum 1335. quo hic Daventriam & Tranſiſulaniam reliquam à Joanne Dieſtio Hierarcha Traject. pignoris loco tenebat, *Fratribus Conventualibus S. Franciſci* conſtruxit patrio idiomate dictum *ten Breuren:* quos & inquilinos habuit uſque ad Annum 1569. quo pridie S.S. Joannis & Pauli vel aſſumere ſtrictiorem Regularis vitæ obſervantiam vel loco cedere compulſi poſtremum maluere: intellecto enim, dum forte decantandis Veſperis in Choro inſiſterent, adventu *Fr. Angeli Averſani* ex mandato Pii IV. Commiſſarii Apoſtolici Officio divino intermiſſo diffugerunt. Obſervantes ex voto nidum vacuum adepti eumdem occuparunt, uſque dum & eos nupera Religionis alteratio profligavit. Eccleſia deſervit Concionibus matutinis. II. FF. Conventualium, deinde Obſervantium.

Tertium in capite Plateæ Norimbergicæ ſitum, quod ſuo excidio ædes novo foro contiguas ampliavit, poſſedere *Cellitarii* vulgò *Cellebreurs*, Chriſtianæ charitatis obſequiis & præſertim curæ infirmorum & miſerabilium perſonarum mancipati: quo autem anno & quibus ducibus hæc Colonia hic conſederit nullæ nos memoriæ edocuere. III. Cellitariorum.

Quar-

IV. FF. ſeu Clericorum in communi viventium.

Quartum fuit *Fratrum ſive Clericorum in communi viventium* Collegium celeberrimum & domus primitiva, cui à Ven. Domino Florentio primo ejus Rectore nomen *Domus Domini Florentii*, in cujus ædibus Ven. Magiſtri *Gerardi Magni* conſilio primitus etiam adunati fuere: ſed quod illæ eſſent annexæ Vicariæ Paulinæ in Lebuiniana Baſilica, ideoque deſerendæ poſt *Florentii* deceſſum, Domicella *de Runen* poſtmodum illiſis ſeculo calcibus Canoniſſa in Diepenveen ſuas, ad quas dabatur introitus in platea vulgò *de Pontſtegele*, ubi etiamnum extſtat porta juxta Lammianum Parthenæum, Fratribus, recepta ab eis domo anguſtiori iiſque incommoda in platea vicina *de Engeſtrate*, Anno 1391. liberaliter obtulit, & ab invito Magiſtratu tandem per proprios conſanguineos doni probam extorſit. E loci membranis adſcribo commutationis ſeu potius donationis Inſtrumentum.

Donationis Inſtrumentum.

„ *In nomine Domini*, *Amen.* Anno Nativitatis ejuſdem M. CCC. XCVI. Indict. quarta, Menſis Novemb. die XVII. hora Veſperarum vel quaſi Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Bonifacii divina providentia Papæ noni anno octavo in mei Notarii publici & teſtium infraſcriptorum præſentia perſonaliter conſtituti diſcreti viri Magiſter & Domini Florentius Radewini & Joannes Brinckering Presbyteri, ac Venerabilis Domina Swedera honorabilis viri Domini Johannis quondam Domini de Runen-Militis relicta, volentes ad perpetuam rei memoriam providâ diligentiâ adhuc in corpore ſuperſtites ſuper quadam permutatione inter ipſos ſcilicet Florentium & Johannem prædictos & piæ memoriæ quondam Dominum Joannem de Gronde ex una, & dictam Dominam Swederam parte ex altera facta de domibus ſuis in oppido Daventrienſi Traject. Diœceſeos, una in *Pontſtegele*, altera in *Engeſtrate* vulgariter dictis plateis ſituatis publicam & manifeſtam notitiam ac litterarum ſuper hujuſmodi permutatione editarum pro parte declarationem tradere, ne videlicet ipſis viam univerſæ carnis ingreſſis hoc in futurum poſteris ſuis foret vel fieret ambiguum, cujus ignorantia in divini cultus præcipuum timeretur vergere detrimentum, recognoverunt, declararunt ac publice proteſtati ſunt, quod hæc præſcriptarum domorum inter ipſos Dominos & dictam Dominam permutatio ea forma, modo & intentione, ut hic inferius ſubſequitur, fuit legitime facta & hucuſque inter eos rata habita, prout etiam rata habetur in præſenti & haberi volunt & cupiunt in futurum, licet principales litteræ ſuper hoc prius editæ id minus expreſſe aut nimis confuſe & prolixe, prout iidem aſſeruerunt, comprehendant: videlicet quod in domo prætacta ſita in *Pontſtegele*, quæ nunc vigore ejuſdem permutationis ad ipſos Dominos Magiſtrum Florentium & Johannem Brinckering & eorum ſocios noſcitur pertinere, debeant continue quatuor vel plures Presbyteri cum octo vel pluribus Clericis & aliquibus familiaribus inhabitare, qui quibuſdam obſtaculis præpediti ad ingreſſum Religionis non ſunt idonei, vel aliter ſecundum ſuam voluntatem inſpirati Religionem ingredi non proponunt, ſed in ipſa domo perſeveranter uſque ad finem volunt in divinô ſervitio permanere, ac in humilitate, caſtitate cæteriſque virtutibus viventes Altiſſimo devotum & debitum memores Dominæ Swederæ prædictæ perſolvere famulatum, atque in ſociali vita alterutrius onera portantes ſecundum Chriſti & Eccleſiæ mandata ſe in divino ſervitio virtutum ſtudiis & bonis operibus exercere. Qui etiam Presbyteri & Clerici inhabitantes alios devotos & bonæ voluntatis homines hoſpitandi deſiderio ad ſe divertentes tanto temporis ſpacio, ac tali hoſpitandi debito & congruo modo hoſpitare debeant quanto & quali ipſis Presbyteris & Clericis ſecundum ampliorem gloriam Dei & voluntatis ejus beneplacitum viſum fuerit expedire: ac etiam præcipuè quoſdam Clericos attrahere & allicere & ſecum hoſpitare, qui affectati ad Religionis introitum in Windeshem vel in aliis Monaſteriis ſibi ſubjectis & adunatis in prædicta domo deſiderant hoſpitari, ut probata voluntatis eorum conſtantia, ſi moribus animæ & corporis aptitudine reperti fuerint idonei, ad dicta Monaſteria, in Novitios reciperentur, ne ſubito è ſeculo egreſſi & leviter ad Religionem in Novitios accepti poſtmodum turpius ejiciantur, vel quod pejus eſt, ne in habitu Religionis, animo tamen ſeculares, inquieti & inſtabiles in Religione permanſerint in periculum & in ſcandalum plurimorum. Super quibus omnibus & ſingulis dicti Magiſter Florentius, Dominus Johannes Brinckering Presbyteri, ac Domina Swedera ſibi per me Notarium publicum infraſcriptum fieri petierunt publicum Inſtrumentum. Acta ſunt hæc in Oppido Daventrienſi prædicto, in domo dicta Domus Magiſtri Florentii, ſub Anno, &c. Quibus ſupra præſentibus item diſcretis viris Theodorico Teerode & Giſeberto Utenhove Clericis Traject. Diœceſeos teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego Gerardus Sconover Clericus Traject. Diœceſeos, &c. "

Ejuſque hæc per Priorem de Windeshem *Joannem Vos* ulterior declaratio:

Ulterior declaratio.

" *In nomine Domini*, *Amen.* Anno Nativitatis ejuſdem M. CCC. XCVI. Indict. quarta, menſis Novemb. die XXIV. &c. In præſentia mei Notarii ſubſcripti & teſtium infraſcriptorum perſonaliter conſtituti religioſi ac honeſti viri Frater Johannes Vos Prior Monaſterii in Windeshem, Frater Arnoldus Kalkar Subprior, Frater Goſwinus Tyaſen & Frater Henricus Balverden ejuſdem Monaſterii Canonici Regulares Diœceſeos Traject. volentes pia ac religioſa devotione providaque ſollicitudine Presbyteris & Clericis in Daventria ſimul in ſocietate caritativâ habitantibus, & in quadam domo ad hoc ipſis à Venerabili Domina Swedera quondam Domina de Runen pro alia quadam domo collata commorantibus, & præcipue eorum poſteris ſeu ſucceſſoribus caritative, quantum ipſi poterant, providere, ne videlicet, præmiſſi & Presbyteri & Clerici & præcipue eorum poſteri pro tempore in præmiſſa domo commoraturi facile ea pietatis opera deſererent, & ab his devotionis exercitiis diſcederent, ob quæ, ut in eadem domo fieri & actitari deberent, domus ipſa originaliter fundata & finaliter eſt collata, hactenus quæ in eadem domo fieri ſunt conſueta, quod utique veriſimiliter timetur fieri ſi in futurum in ipſa domo commorantes domus ejuſdem & fundationis ejus originem ignorarent, ac anteceſſorum ſuo-

„ſuorum ſemitas, modum vivendi & conſuetudines de ipſorum memoria oblivio removeret. Ea propter præhabiti viri religioſi Fr. Johannes Prior, Arnoldus, Goſwinus & Henricus domus ejuſdem originis non ignari, ſed cauſam ortus & fundationis ejus, ac modum donationis & proceſſum plenarie ſcientes volenteſque per me Notarium ſuper hoc fieri publicum Inſtrumentum ad memoriam futurorum, affirmabant ac publice proteſtabantur omnia & ſingula ſecundum modum & formam, prout conſequenter annectuntur: videlicet quod temporibus ante lapſis priuſquam Monaſterium ipſorum in Windeshem fundaretur Venerabiles viri Domini Johannes de Gronde piæ memoriæ, Magiſter Florentius Magiſter in Artibus & perpetuus Vicarius Eccleſiæ S. Lebuini Daventrienſis, & Johannes Brinckering Traject. Diœceſeos, videntes in Civitate Daventrienſi numerum devotorum Clericorum, qui vitam à mundo ſegregatam ſeorſum ducere cupiebant, divino munere multiplicatum, ac verentes ne eorum aliqui, ſi diutius in ſeculo remanſerint, periculis in ipſo ſuperabundantibus velut maris ſpacioſi procellis periclitarentur, loca habitationis ipſis, quibus hujus mundi diluvium poſſent evadere, reperire cupiebant ac domos condere atque conſtruere laborabant: ſane ab ipſis cum aliis ſibi in hoc conjunctis conſtructo ac fundato Monaſterio in Windeshem pro manſione illorum, qui de prædictis Clericis vel aliis tunc vel in futurum efficerentur religioſi, nec non pro refugio, utilitate & aditu eorum qui remanſerunt in ſeculo, ac aliquibus Clericorum inibi receptis & conſtitutis, adhuc plurimi in ſeculo remanſerunt, qui quibuſdam corporis vel animæ defectibus præpediti Religionem ingredi non valebant, aut certe alterius propoſiti aut aliter divinitus inſpirati (nam diverſa ſunt dona & modi vocationum) Religionem ingredi non volebant ſeu non intendebant: quapropter iidem Domini Johannes de Gronde, Florentius & Johannes præſcripti in ſeculo remanentibus & remanſuris Clericis, ut ſecurius & fortius cuſtodia mutua muniti ſimul permanerent, domum in Civitate Daventrienſi qua inſimul habitarent conſtruere nitebantur: habentes autem tunc temporis domum quandam parvulam eiſdem pro talium Clericorum manſione collatam, licet propter ſui ſtrictitudinem ad hoc minus congruam vel ineptam, hanc dictæ Dominæ Swederæ relinquentes, ac aliam quandam domum, cujus latitudo amplior & ſitus loci aptior pro manſione talium Clericorum amplius congruebat, non tam cambientes quam in domum ſeu donationem recipientes: cum utique eſſet inæqualitas & ex parte altera exceſſus ſuperabundans, tali animo, intentione ac conditione ipſi acceptabant, & ſimili intentione, animo & conditione ipſa Domina Swedera conferebat, ut ſcilicet ipſi Domini Johannes, Florentius & Johannes prædicti acceptam domum comminuerent & domum aliam ſecundum exigentiam & convenientiam Presbyterorum & Clericorum in locum ejus erigerent aptiorem, in qua videlicet domo conſtructa & parata continue quatuor vel plures Presbyteri cum octo vel pluribus Clericis habitarent, qui ipſius Dominæ Swederæ in orationibus ſuis & devotis Dei famulatibus memores in pace & concordia inſimul extra Religionem Chriſto Domino deſervirent, quique alios Clericos & Laicos admonentes & conſulentes ad mundi contemptum inducerent, fugam ſeculi & Religionis introitum perſuaderent, & præcipue quoſdam ſibi allicerent, & ſecum hoſpitarent, ſi qui affectati deſiderarent, ut probarentur, ut poſtea (ſi eorum probata voluntatis conſtantia moribus animæ & corporis aptitudine reperti fuerint idonei) ad Monaſterium in Windeshem, Fontis B. M. prope Aernhem vel aliud Monaſterio Windeshem regulari viſitatione adunatum in Novitios reciperentur, ut ſic etiam unio & charitas inter ipſam domum Clericorum & ipſa Monaſteria melius conſervetur, & primum propoſitum, quo Monaſteria ſunt fundata, ut ſupra dictum eſt, melius & diutius in integrum permaneat. Acta ſunt hæc in Monaſterio de Windeshem prædicto, præſentibus diſcretis viris Henrico Walvis, Wilhelmo Vornken & Joanne Schutken Clericis Traject. Diœceſeos teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Wilhelmus Henrici Clericus Traject. Diœceſeos publicus Notarius, &c.

Unde has ædes Dominus *Florentius* ex patrimonio *F. Lubberti ten Buſſche*, quod hic patre, Zwollano Scabino, univerſæ carnis viam ingreſſo ad ejus pedes depoſuerat, Fratrum uſibus aptavit, quibus & illi Paulinæ Vicariæ domicilium novæ plateæ oppoſitum multoque ære redemptum deinde conjunxerunt, delectati loco ubi ſanctioris vitæ tyrocinium poſuerant. Habito jam fundo ſatis amplo deſtructis veteribus ædificia nova conſtruxerunt, Anno 1441. domicilium Fratrum. Anno 1487. Aulam, coquinam, domum hoſpitum & utramque portam, ſolidas omnes & egregias ſtructuras quæ etiamnum ſuperſunt & Sanlebuiniano Quæſtori habitaculum præſtant. Eccleſia nunc illuſtris Scholæ eſt Bibliotheca, in qua olim aſſervatum *Brachium S. Odiliæ*, donum *Henrici de Noviomago* Generalis P P. Crucigerorum & à *Godefrido Thoorn* IV. Domus Præfecto ob miraculoſe receptam ſanitatem argento incluſum, cujus etiam meminit *Banelius in Tranſlatione S. Odiliæ* pag. 143. in *Urſulinis Vindiciis* Tom. 2.

Ædes ejus Sacræ, modo illuſtris Scholæ Bibliotheca.

Crombachius, & *Petrus Trajecti* ac *Gerardus de Buſco* Fratres Daventrienſes in Vita *Ven. P. Joannis Hattemii*, qui illud cum *Reliquiis SS. Immæ & Juttæ* ex Huijenſi Protocœnobio Crucigerorum atque *Ven. Bedæ* ex Leodio attulerat: *quas ob id facile impetravit licet extraneus eſſet*, (notant Biographi) *eo quod illos, quos ipſe converterat vel fratres noſtri, atque illuc miſerunt converſionis gratia, Monachos jam factos & in Prælaturis officio conſtitutos plurimos invenerit.*

In hoc religioſo domicilio Patresfamilias egerunt.

Illius Rectores.

S. Florentius Radewijk † Leerdamenſis: is Pragæ Artium magiſterio honoratus & Trajecti id Janpetrino Collegio Canonicus, quo *Ven. Magiſtro Gerardo Magno* eruditionis ac ſanctioris vitæ fama Belgium noſtrum illuſtranti, ſuarumque exhortationum induſtriâ animos ſeculo immerſos ad pietatis cultum & cœleſtia deſideria revocanti familiarius adhæreſceret, relicta Trajectina Canonia factus eſt Sanlebuinianus Vicarius & cum præcit. *Gerardo* Vitæ Communis inſtaurator ac propagator ſtrenuus. Anno 1400. 24. Mart. ad ſuperos tranſlatus à vitæ ſanctimonia celebris.

† Plura de eo in Jac. Revii Hiſt. Dav. l. 1. p. 34. 35. & Bat. Sacr. part. 1. p. 205.

II. Æ-

Digitized by Google

II. ÆMILIUS DE ASSCHEN Geldroburanus ſanguine & (quod eſt potius chariſma) ſanctitudine illuſtris: *Salomoni* pacifico comparatus, quemadmodum *Dominus Florentius Davidi* multis triumphis illuſtri. Phthiſi ſubtractus Anno 1404.

III. JOANNES HARLEMIUS poſt ſextum præfecturæ annum regimini ſororum Swollenſium admotus & apud eas vitâ functus Anno 1435.

IV. GODEFRIDUS THOORN, Meurſienſis, obiit Anno 1450. ſeptuagenarius, cujus hoc metrum:

Tu qui veniſti Domus hujus munere Chriſti
Pondus portare, noli portans replicare.
Ferre ſed ut valeas ſine murmure, ſic tibi dicas:
Huc ancillari veni, minime dominari:
Quod volo non agere veni, ſed linquere velle:
Non ut honorarer, ſed pro nihilo reputarer:
Huc caſtigari veni, non deliciari:
Huc mala patrare non veni, ſed tolerare:
Huc veni ſtultum mundi vitare tumultum,
Faſtum, livorem mentis luxuſque tumorem:
Huc ut prodeſſem deveni, non ut obeſſem:
Non ut clamarem, vel perſequerer, ſed amarem.

V. EGBERTUS TER BEECK, è parentela nobili & Wijenſi Pago oriundus, ſub quo non ædificiis ſolum ſed & privilegiis aucta Domus, è qua tranſiit in domum æternitatis Anno 1483.

VI. THEODORICUS DE MASEICK, Leodienſis, primo Rectoratus ſui anno in Feſto S. Jacobi vitâ ſimul & curâ expeditus: horum omnium uti & Confratrum eorum (quos inter ob vitæ ſanctimoniam quam plures publica Eccleſiæ memoria digniſſimi & *apud homines Margaritæ intra concham*, juxta concinnam *Chryſoſtomi Hom. 7. in Epiſt. ad Coloſſ.* ac *Theodoreti Serm. 9. de Provid.* comparationem) res geſtas accuratiſſime *Fratres* annotarunt, quas qui exſcriberet ei integra volumina conficienda forent.

VII. JASPAR DE MARBURGO, Haſſus, Anno 1501.

VIII. GERARDUS DE HASSELT, Anno 1508.

IX. GERARDUS DE BUSCO.

X. JOANNES CASTER, Anno 1520.

XI. THEODERICUS ZUTPHANIÆ, Anno 1525.

XII. LAURENTIUS HILDESHEIM.

XIII. PETRUS BORCKEN.

XIV. SIMON DRUSIBURGIUS, amotus à gubernaculo Anno 1561. eique ſurrogatus

XV. ARNOLDUS HEUTEMIUS, Fratrum cineribus appoſitus Anno 1569.

XVI. ANDREAS N. officio & familia excluſus ob demerita primo regiminis anno, eique ex Collegio Embricenſi ſubſtitutus

XVII. HENRICUS WACHTENDONCK.

XVIII. ANTHONIUS BENGEVOERT.

XIX. GODEFRIDUS HEUSSEN, ſub quo exſtincta Familia & Fratrum hæreditas ad Civitatis Ærarium devoluta.

Curioſo Lectori non ingratum ſuſpicor, ſi attexuero ſextuplicem hujus Inſtituti propaginem.

I. BELGICA.

Ejuſdem propago per Belgium,

Sub *Annuo Colloquio*, id namque Capitulo ſive Comitiis nomen, Collegium habuit.

DAVENTRIÆ.

S. *Gregorio* inſcriptum Anno 1376. quod fuit primum & origo cæterorum.

HORNÆ.

S. *Hieronymo* ſacrum, obſtetricante Ven. Sacerdote *Wilhelmo de Putten* indigena Anno 1385. enatum, ligneo ſacello auctum Anno 1407. at una cum Domo & reliquis utenſilibus ad contiguum S. Cæciliæ Parthenonem tranſlatum Anno 1429. *Fratribus*, cauſam in *Hornani Chronico* non allegat *Velius*, inde diſcedentibus.

ZWOLLIS.

S. *Gregorio* nuncupatum Anno 1393. de quo infra.

PROPE SCHOONHOVIAM.

Mons S. Michaelis, dictum vulgò *in den Hem*: cui initium dedit Annus 1396. at Anno 1414. Tertiam S. Franciſci Regulam, & ea relicta Anno 1415. Ordinem Canonicorum Regul. ſuſcepit cum excidio Catholiciſmi excidium Anno 1572. 6. Julii.

AMERSFURTII.

S. *Joanni* ſacrum: id primam ſedem habuit ab Anno 1398. retro Hoſpitale novum in ædibus duorum Sacerdotum per *Dominum Florentium* & reliquos *Fratres* ob peſtis rabiem Daventria fugitivos & inibi hoſpitantes delectam, inde ad Capellam S. Joannis ſuper Campum ductu Rectoris ſui *Godefridi de Megen* tranſmigravit: de quo Hulsbergenſium Necrologus: *Anno 1453. 2. poſt Benedicti obiit Godefridus Megen Sacerdos optime ſciens collationari, bonus Clericus, totus charitativus & devotus, qui conſilio Patrum ordinatus eſt Rector Congregationis Domus Clericorum in Amersfurtia: qui longo tempore habitabant retro Hoſpitale novum, tandem tranſtulit eos in loco ubi modo habitant ad Capellam S. Joannis ſuper Campum, ubi ædificavit primo magnam domum pro refectorio Fratrum & alia Commoda ſecundum poſſibilitatem ſuam, ſepultus in Eccleſia S. Joannis:* quam Anno 1456. V. Non. Mart. in Collegiatam erexit *Calixtus* Papa.

DELPHIS.

Vallis S. Hieronymi nominatum: id Fratribus Daventriâ evocatis munificentia Senatus enaſcitur Anno 1403. poſtmodum Tertiam S. Franciſci Regulam admittit, ac tandem Anno 1433. D. Auguſtino ſeſe ſubjugavit: *Regulares iſti audentes fortuna ſunt adjuti* (habent Annotata F.F.) *inque ſpe elati majora ſibi promittentes timebant, ne locus temporis ſucceſſu ipſis fieret anguſtus: conſultius itaque ipſis viſum eſt capere locum aptiorem & latiorem extra Oppidum, ubi ſe poſſent ad libitum perſonis & loco dilatare. Aſſumptis ergo aſſenſu Ordinarii omnibus utenſilibus, Altaribus & Fratrum ſuorum reliquiis profecti ſunt extra Oppidum in locum quem vocavere Montem Sion & ad Fratres noſtros reverſus eſt locus deſertus*, qui eum excoluerunt uſquequo & eos nupera Religionis innovatio oppreſſit.

Ex hoc ſuburbano Collegio (juvat id monere Lectorem, quod à nemine factum invenio) prodiit *Generale Capitulum Can. Reg. S. Auguſtini*, cujus fit mentio in Hollandia magno Chronico Belgico diſtinct. 30. c. 85. ac diſt. 31. c. 57. à natali loco *Sionenſe* dictum qui & ejus caput. Canoni-

nonicarum ei ſubjectarum catalogum mihi ſubminiſtravit *Illuſtriſſimi Sasboldi* Archivium, quem adſcribo.

MONASTERIA

Regularium Capituli in Sion.

DOMUS

S. Mariæ Matris Domini in Sion.

S. Michaelis in den Hem, propè *Schoonhovium*. Cujus originem dedimus ſupra: Priores, quos recenſet Necrologus, numerantur ordine.

I. *Willhelmus Hermanni* cognomento *Clinckert*, vir undecunque perſtrenuus atque egregius, Monaſterii hujus propagator, moritur Anno 1444.

II. *Petrus Simonis.* 1454.

III. *Henricus Adæ.* 1460.

IV. *Nicolaus Wit*, Schoonhovianus, vir ſpectatæ religionis & modeſtiæ: auxit hic & ſtabilivit Monaſterium opibus paternis, harum ſiquidem præſidio Refectorium cum coquina exſtruxit. 1464.

V. *Willhelmus Visſcher* Schoonhovianus, vir ſpectabilis, qui & Monaſterium opibus ditavit. 1465.

VI. *Voppo Pauli*, vir pacificus. 1473.

VII. *Adam Joannis*, Schoonhovianus, vir zeloſus. 1493.

VIII. *Henricus Alberti*, Schoonhovianus, vir ſobrius: hujus tempore An. 1494. Templum fulmine tactum deflagravit. 1495.

IX. *Segerus Joannis*, Schoonhovianus, vir religione & modeſtia inſignis: hic quoque Monaſterium opibus ditavit, atque Ædem deflagratam tum ſcribendo libros, quorum erat peritiſſimus, tum imprimendi eos artificio inſtauravit. 1510.

X. *Theodericus Gysberti*, vir pacificus: hic orientalem Ambitum cum Sacriſtia ædificavit. 1514.

XI. *Adrianus Jacobi Leeuwen*, Gaudanus vir religioſus. 1531.

XII. *Henricus Joannes*, vir honeſtus & excelſi animi, hic meridionalem Ambitum Anno 1534. ædificavit. 1540.

XIII. *Nicolaus Nicolai*, at mox ob ſuſcepti Prioratus pœnitudinem incidit in febrim qua & moritur Amſterodami ad S. Agnetem, ubi Rector erat. 1540.

XIV. *Nicolaus Joannes*, Gaudanus, ſcriptor litterarumque depictor, vir alioqui ingenio ſagax: hujus tempore Anno 1553 Crimpianus Agger Lecchæ inundatione interruptus agros ſubmerſit, atque diſpendiorum incommodique plurimum agriculturæ Monaſterii intulit.

Hactenus ad faſtigium ſui decoris ſuccrevit Monaſterium, ut porro ne in deterius labaſcat, ſed in ſuo vigore magis efflorеſcat vel ſaltem conſiſtat manibus pedibuſque conandum.

XV. *Petrus Petri*, Gaudanus, vir ſacrarum litterarum amator & ampliandæ Religionis rituum diligens invigilator.

XVI. *Cornelius Simonis Tai*, Schoonhovianus, ex Rectore Amſterodami ad S. Magdalenam Prior electus eſt & ultimus qui præfuit ſtante Conventu in valore. 1564.

XVII. *Jodocus Joannis*: ſub quo hoc Aſcceterium, cum floruiſſet 176. annis, flammam excitantibus Militibus fœderatis, Anno 1572. 6. Julii incineratum periit.

S. Gregorii in Emaus Goudæ.

S. Anthonii Harlemii, fundatum Anno 1414. at ſeceſſione facta Anno 1484. Præmonſtratenſium imperio ſeſe ſuccollavit.

S. Mariæ Magdalenæ in Graveſande, olim Xenodochium ab Hollandiæ Comitibus erectum & locupletatum, ſed, cum mala œconomia pauperibus ſolatia perirent, fundum cum appendicibus, ut in eo Collegium conſtruant, Regularibus Delphenſibus Senatus obtulit & à *Jacoba Bavara*, Hollandiæ Comitiſſa Anno 1427. 4. Aug. hujus ſuæ donationis probam efflagitat: eam illa conceſſit Anno 1432. 7. Febr. & Anno 1437. 24. Apr. ratam habuit *Philippus* Dux Burgundiæ, Hollandiæ Ruardus. è loci membranis.

S. Martini ſuper Donckam; locus Profeſſionis *Deſiderii Eraſmi Roterodamenſis.*

MONASTERIA

Monialium incorporata.

DOMUS

S. Mariæ Matris Domini in Poel prope Leidis, nunc eruderata & paſcua ex *Orlers Lugduno* p. 1. deſcript. 7.

S. Margarethæ Goudæ.

S. Dionyſii in Lilio Amſteldami.

S. Mariæ Matris Domini ſupra Goudam Goudæ.

S. Mariæ Matris Domini ſupra *Zyl Harlemi.*

S. Mariæ Magdalenæ op t' ſpoytgen Amſterdami, cui è domeſticis membranis invenio Annum 1432. auſpicia dediſſe: nunc Trapezitæ domicilium.

S. Agnetis ibid. in qua illuſtris Schola ſedem fixit.

MONASTERIA

Monialium ſub Viſitatione Capituli in Sion.

DOMUS

S. Annæ Delphis.

Nazareth in Ryſwijck.

SS. trium Regum in Zierickzee.

S. Eliſabethæ Schoonhoviæ.

MONASTERIA

Converſarum ſub Viſitatione Capituli.

DOMUS

S. Mariæ Magdalenæ Goudæ.

S. Agnetis ibid.

Hæc

Digitized by Google

Hæc per digreſſionem quæ augere poterunt *Gabrielis Pennotti Tripartitam Hiſtoriam Can.Reg. S. Aug.* nunc ad *Fratrum* domicilia perluſtranda regrediamur.

Prope Otmarſiam in Tubantia.

S. Anthonii in Albergen, cujus prima fundamenta poſita Anno 1406. de qua infra.

Prope Hattemium in Velavia.

Mons S. Hieronymi in Hulsbergen nuncupatur, erectus Anno 1407.

G O U D Æ.

S. Paulo Apoſtolo inſcriptum, à quo ibid. *Fratres* dicti *Paulitæ*: è quibus *Joannes Rixtellus* Collegii Præpoſitus & *Adrianus Texterius* ejuſdem Oeconomus, cum jam antiquæ religionis odium & bellicus furor invaleſceret, crudeli à Lumæano milite illata morte perierunt: Tragœdiam deſcripſit *L. 4. Hiſtor. Mart. Gorcom. c* XI. *Guilielmus Eſtius*, è quo eam deſcripſit in *Speculo c. 28. Havenſius*, & ad Annum 1572. *Surius* in Commentario. Quam etiam habet *Dec.* 1. *L 7. Hiſt. Mart. Batavicorum Opmerus* & *Arnoldus Rayſſius in Hierogazophylacio Belgico* & in *Auctario ad Natales Molani* 25. Novembris.

S I L V Æ D U C I S.

D. Gregorio nuncupatum per *Gerardum de Kalkar* primum ejus Rectorem Anno 1423. Zwollis ſubmiſſum Anno 1425. religioſa Senatus munificentia inchoatum, cum hac inſcriptione, quam *in Inſcriptionibus & Monumentis Brabant.* pag. 348. *Swertius* exſcripſit:

Anno M. CCCC. XXV. erigor in
hoc Oppido

Præſide D. Gregorio Pont. Max.
Fratrum Collegium.

Interea gratis docui, quos preſſit egeſtas,
Et mercede, quibus ſors ſatis ampla fuit.

Habuit ædificium (in *Taxandriæ* c. 8. notat *Gramayus*) *amplitudine inſigni & Ludum literarium toto celebrem Belgio cum plurimis Studioſorum ſubſidiis in tres claſſes divitum, mediocrium & pauperum diſtributis.* 150. *circiter annis, pag.* 83. *Athenarum* addit *Swertius*, *ita floruit ut in eo aliquando* 1200. *numerarentur Studioſi: teſtabitur Lovanium cæteris Scholis palmam præripuiſſe.* Hoc ſeculo XVI. Collegium ceſſit Norbertinis Bernenſibus Gymnaſio ad Patres Societatis Jeſu tranſlato, nunc autem utrique ab Anno 1629. quo in manus Ordinum tradita eſt Civitas, hinc exulant.

D R U S I B U R G I.

Nomen habet *Montis S. Mariæ* & initialem Annum 1426.

H A R D E R V I C I.

Titularem & Tutelarem agnoſcit *S. Gregorium.*

G A N D A V I.

Gerardus de Gandavo Sigeri Caſtellani Gandenſis filius Hugonis Caſtellani frater (Rerum Gandavenſium L. 6. c. 3. notat *Sanderus*) *qui Lindano aſſerente L. 3. c. 3. de Teneramunda idem à quibuſdam eſſe creditur qui Maurus appellatus eſt, quique ſe etiam Diabolum inſcripſit, ædes habuit Gandavi ad flumen Scbaldin quæ etiam Meyero ad Annum* 1342. *Petra Gerardi Diaboli vocatæ ſunt: hæ ad Annum* 1429. *mutatæ ſunt in Scholam Fratrum Ordinis S. Hieronymi. Florentiſſimum quondam Gymnaſium. Eam itaque demum per annos amplius centum Hieronymiani Fratres inhabitarunt, & in ea literas humaniores cum magno juventutis Patriæ bono docuerunt. Inter Hieronymianos vero Gandavenſes duo Ægidii memorantur, qui circa Annum* 1480. *Domui Fratrum Gandavenſi præfuerunt, ſepulti etiam in ejuſdem Scholæ Eccleſia cum hac Epigraphe:*

Ægidios lapis iſto duos operit reverendos,
Condignos longa poſteritate coli.
Ut potuit, quiſque domui prodeſſe ſategit,
Et Templum hoc opibus ſtruxit uterque ſuis.
Alter in hac Rector quartus fuit Æde, ſed alter
OEconomus Fratrum tempore quiſque ſuo.

Cæterum Hieronymianis Gandavenſibus alii poſt Scholarum Magiſtri ſucceſſere, ac iis denique ceſſare juſſis Lectio nuper Theologica auctoritate Antiſtitis & Capituli Gandavenſis ſubſtituta eſt, cujus nunc Alumni partim Duacum partim Lovanium non inſalubri conſilio miſſi ſacris illic Literis imbuuntur, & Epiſcopatum hunc, cui obnoxii ſunt, mox ut paſtorali functioni erunt idonei, adjuvabunt. Hæc *Sanderus*. Diplomata, quibus Anno 1444. Eugenius IV. & Anno 1462. Pius II. variis hoc Collegium *Sanctis XII. Apoſtolis* inſcriptum gratiis & privilegiis extulerunt in Regulis & Conſtit. c. 10. refert *Aubertus Miræus.*

A N T W E R P I Æ.

S. Salvatoris à fundatoris agnomine *Domus Pots*: de cujus primo Præfecto Hulsbergenſium Necrologus: *Anno* 1444. *ipſo die S. Lamberti Epiſcopi obiit dilectus Frater noſter Andreas de Elbergh Sacerdos & Rector novæ Congregationis Domus Clericorum in Brabantia Civitate Antwerpienſi, quam Congregationem prædives Vir Petrus Pot* (natus Antwerpiæ nobili Patriciaque ſtirpe, Bouterſemii & Plentigemii aliarumque Ditionum Dominus, & à Philippo Burgundiæ Duce equeſtri dignitate ornatus, de Liberorum aſſenſu, quos ex *D. Maria Terrebroots* ſex habebat ſuperſtites, (quos inter *Joannes Cauwenſlagnii* & *Hoogerheydæ Dynaſta*) *fundavit & dotavit in multis bonis & reditibus in perpetuis eleemoſynis dandis pauperibus, quæ poſt mortem Fratris noſtri Andreæ tranſlata eſt, & erectum eſt Monaſterium duodecim Ciſtercienſium Monachorum*, quos ex Iſelſtadiano evocatos *Brabantiæ Marianæ L. 3. c. 12.* ſcribit *Auguſtinus Wichmans*, qui & è *Scribanii Antwerpia*, de quibus juxta *Gramayum* in eadem variant memoriæ veteres, initia ejus extendit ad Annum 1433. ab *Henriquez* in Faſciculo Ciſtercienſium in Annum 1447. rejecta, nulla, quod miror, facta mentione *Fratrum.*

G R O N I N G Æ.

Sub *D. Gregorii* patrocinio ad angulum areæ Walburgicæ boreum obſtetricante *Theodorico ab*

 Herxen

Herxen Swollani Collegii Præſide primitus enatum: Anno 1464. 1. Mart. additis diverſis Privilegiis fundationem ratam habuit *David de Burgundia* Hierophanta Trajectinus, cum jam Anno 1457. 2. April. ſub *Adolpho de Dockum*, *Henrico Grelle* Presbyteris, *Wilhelmo Baerle*, *Nicolao Heemskerzken* & *Henrico Someren* Clericis, Proviſoribus & incolis præmiſſa bonorum communione in loco *Vitam Communem* perpetuo ſervandam *Fratres* ſtatuiſſent, quod & factum uſque ad Annum 1568. quo, cum in Belgio novi Epiſcopatus paſſim erigerentur & huic quoque Civitati *Joannes Knyſſius* datus eſſet Antiſtes (primus is fuit & ultimus) juſſi ſunt cedere & in hujus Aulam domicilium converſum, quam ſplendidam foris intuſque ornatam regalibuſque manſionibus exſtructam, *Friſiæ ſuæ L.* 2. ſcribit *Kempius:* quod deinde factum eſt Gubernatoris Provinciæ hoſpitium, quem uſum etiam nunc præſtat ex *Ubbone Emmio* de Groninga & Agro Friſiæ Amaſum inter & Lavicam. Litteras quæ fontem dotis propalant, ſub Groninga proprio loco datas, hîc non apponimus.

LOVANII.

S. Martino dedicatum: cujus fundamenta jacta ſunt ab *Henrico Wellens* ad D. Petri Capellano: *is zelo pietatis ductus & fama Scholarium (ſic vocabant Clericos in communi viventes) Daventrienſium advocatis ex illo loco Fratribus ejuſdem Inſtituti Collegium ad honorem divi Martini Anno* 1433. (*Vernulæus Academiæ Lovan. L.* 3. *c.* 8. in Annum 1443. rejicit) *in Februarii inſtituit teſtamento ſuo, ut qui vivens juventutem formando inſumpſerat ætatem, ejus functi vita hæreditas ad ſimiles uſus applicaretur: Fratres enim illi docendo ſcribendoque ſe exercebant.* Hanc pii ſenis extremam voluntatem, qui executioni mandarent, deſignati Priores Viridis & Rubeæ Vallium & Septem Fontium in Zonia: Advocati Daventria Religioſi & inter primos Ægidius Walrami, qui novæ plantationis negotium ſumma diligentia confecit, exſtructis potioribus quæ nunc viſuntur ædificiis, additoque ſacello ipſo D. Martini Feſto dedicato. Interjecto paucorum annorum ſpatio adhibitis in conſilii partem viris doctrina & pietate eximiis viſum magis expediens inſtitutum vitæ mutare: itaque accedente Epiſcopali auctoritate idem Ægidius Walrami cum ſuis ſub Priore Bethlemitico Regulam Can. S. Aug. profitetur ex Rectore Prior electus, poſt cujus obitum Henrico de Ponte Præfecto unitum eſt Cœnobium Capitulo Windeſimenſi, ex Gramaii Lovanio pag. 58. & 59. juxta Cœnobii Epigraphen è Swertii Monumentis pág. 221.

INITIUM

AB

Henrico Wellens ad D. Petri Sacellano
Anno M. CCCC. XXXIII.

GERARDIMONTII.

De quo *Joannes à Waesberghe* ſui *Gerardimontii c.* 2. *pag.* 37. *affines fluvio Tenere ſunt reliquiæ Domus Fratrum S. Hieronymi, quorum hic antiquitus Ludus literarius à Jacobo Marchantio frugifer celeberque dictus, loco ob aëris temperiem & proximum fluminis tranſitum ad inſtruendam juventutem naturâ maxime idoneo, unde viri æternum ſuſpiciendæ eruditionis prodierunt: reditus fuerunt uniti ſeminario Epiſcopali Gandenſi alterius Diœceſis, contra mentem indubie fundatoris & in magnum præjudicium Civitatis.*

BRUXELLIS.

Nazarethanum ſive *Annuntiationis B. V. M.* dictum circa Annum 1460. prope S. Gaugerici Parochiale Templum ad Sennam fluvium à viro nobili *Philippo Hertveldio* plantatum, addita illuſtri Schola quæ titulo *nutricis Religioſorum* celeberrima exſtitit, cujus etiam meminit *Bruxella Gramaii:* modo autem incolitur à Clariſſis Monialibus quas Urbanianas ſeu divites appellant ex Opbruxella auctoritate Joannis Hauchini Mechlinienſis Archiepiſcopi Anno 1515. huc translatis.

MECHLINIÆ.

Situm habuit ad Dilam fluvium & à Fratribus deſiit inhabitari circa Annum 1585.

EMBRICÆ.

Senatorem Embricæ & Daventriæ Conſulem aliquamdiu egerat Vir honorabilis *Theodoricus de Wiel*, ſed cum prolem non ſuſcitaret è conjuge Domicella *Belia de Dorſten*, hujus conſanguineum *Egbertus ter Beeck* quaſi adoptavit in filium, quo poſtmodum inter Fratres Daventrienſes recepto ex eorum commercio didicit mundum contemnere, & defunctâ jam conjuge victurus ſoli Deo in Zybekeloe Ciſtercienſium Cœnobium ſeceſſit, ubi ſuis impenſis Chorum B. M. V. conſtruxit inter benefactores non infimus. Cum autem illi, quibus patrimonii ſui curam commiſerat, ejus ſibi arrogarent dominium, redux Embricam Anno 1467. exſtructo Collegio inquilinis Daventria evocatis, quibus & ipſemet ſeſe adjunxit, illud opulenti peculii ſui hæredem reliquit vitâ functus Anno 1473. pridie Kal. Aprilis, & ante principem Aram in Eccleſia à ſe condita tumulatus: ejus ad Crucifixi pedes abjecti effigies hanc habet Epigraphen, olim, credo, Epitaphii loco in Eccleſia ſuſpenſa:

En habitum Theodorici habes, Inſignia, vultum:
Talis erat ſimplex, nobilis atque pius.

Honorabilis Theodoricus de Wiel Fundator hujus Domus obiit Anno
M. CCCC. LXXIII.
Ejus anima requieſcat in pace.

Domum Embricenſem, habet Biographus Ven. P. *Egberti ter Beeck* V.° Daventrienſis Rectoris, *fundavit magnis laboribus & anguſtiis ſuis per conſanguineum ſuum Theodoricum ten Wiel, ad quam ſæpe hiemali tempore cum vecturam habere non poſſet pedeſter ibat: quadam vice fatigatus ex itinere, cum ſepem tranſire cogebatur, ceſpitantibus pedibus ejus in gravem incidit rupturam, qua uſque ad finem vitæ ſuæ multum gravatus fuit, unde poſtea frequenter appropriare ſibi ſolebat illud ex Gen.* 35. *quia Rachel pariens filium ejus partu periclitata eſt & vocavit nomen ejus Bennoni, id eſt, Filius doloris, cui tamen pater nomen indidit ut magis vocaretur Benjamin, id eſt, filius dextræ.*

Exſtat etiamnum ſub Patrocinio S. *Gregorii* & unicum ſupereſt quod Fratribus remanſit:

Ec-

Digitized by Google

Eccleſia ex conceſſione Brandenburgii ſervit Lutheranis.

C U L M I S

Pruſſiæ Regalis Epiſcopali Civitate.

De quo Annotata Fratrum: convocaverat aliquando Dominus Egbertus ter Beeck Rector Daventrienſis P. Albertum Rectorem Zwollanum cum ſuis omnibus Fratribus ad amicabile colloquium & charitativum convivium in prædium ſuum *Middelen* intra Daventriam & Zwollas medium ad confirmandam charitatem antiquam quinta feria infra Octavam Pentecoſtes, habueruntque utriuſque Domus Fratres lætum diem pariter. Prandio vero facto conſidentes ſub dio advenit quidam de Pruiſſia *Balthaſar* nomine qui aliquando Scholas viſitaverat Zwollis ſub Fratrum cuſtodia, & genua flectens coram omnibus rogabat cordialiter Patres ut tractarent & convenirent in unum, quatenus Fratres aliqui ſecum pergerent in Pruiſſiam Congregationis novæ fundandæ gratia in Oppido Culmenſi, promittens fidelem aſſiſtentiam & allegans qualis fructus animarum ipſos maneret, cum eſſet meſſis multa, Operarii pauci & pauciſſimi. Ad hoc opus Dominus Albertus ex charitatis latitudine ſe extendit ex rogatu Domini Egberti cæteriſque annuentibus, quia ſignificaverat frequenter non ſe affici ad plures Congregationes erigendas in regione hac ſua ubi Monaſteria erant multiplicata, ſed magis in terra aliena & deſerta ubi eo major eſſet neceſſitas quo rarior devotio & per hoc carior & uberior fructificatio. Miſit ergo opportuno tempore illuc cum *Balthaſaro* præfato *F. Joannem Weſterwoldt* cum duobus Fratribus Clericis cum aliquantis pecuniis & requiſitis aliis: quo cum perveniſſent invenerunt pauperem vulgum deſpoliatum, civitatem deſolatam: obtento autem habitaculo licet exiguo à quibuſdam gratioſe recepti ſunt, murmurantibus aliis atque dicentibus: qui ſunt iſti? quibuſdam dicentibus, quia boni ſunt, aliis, quia mali: at ipſi reſpondebant: venimus ad profectum filiorum veſtrorum ad informandos illos in virtutibus & ſcientiis prout in occidentibus terris fit. In magna itaque paupertate multa ſuſtinuerunt opprobria præſertim à Monachis vagis & irreformatis; terra enim virtute vacua verſa erat in vitiorum ſalluginem è malitia inhabitantium in ea, ita ut pauci invenirentur qui veritatem agnoſcerent vel rectam viam docerent. Quidam igitur puſillanimitate tacti deſperantes de profectu conſummatis annis duobus aſſumpto ſecum Rectore Scholarium Zwollas redierunt, Dominus vero *Joannes Weſterwoldt*, licet anguſtiaretur undique, permanſit tamen ſtabilis, habitans in adjutorio Altiſſimi, laborans corpore & animo ultra vires. Qui poſt aliquot annos Zwollis annuntiavit profectum proſperum & fructum multum proventurum ſi ſaltem adjutorium aliquod impenderetur: dederunt igitur Fratres Zwollenſes & aliæ quædam Congregationes pecunias quaſdam, & miſſi ſunt à Zwollis Fratres plures cum juvenibus quibuſdam bonæ voluntatis, ſicque crevit Domus illa & fructum facit in hodiernam diem. Hæc è M. S. cui adjungo Epiſtolam in Zwollani Collegii chartophylacio inventam & ſuperioris ſeculi anno 39. Zwollis ad Culmenſium FF. Præpoſitum exaratam.

Salutem in eo cujus nutu omnia ſubſiſtunt. Si omnia recte beneque Deo aſpirante apud vos aguntur ex ſententia nobis eſt Honorande Domine Joannes, quod Confrater veſter Hermannus nondum ad vos rediit cauſa hæc eſt: venit ad nos anno 37. circiter Feſtum S. Michaëlis deferens ad nos litteras tum veſtras tum etiam Reverendiſſimi Epiſcopi veſtri, quibus lectis intellectiſque noluimus eum propter inſtantem hiemem mox remittere, ſed deſideravimus ab eo ut ad proximum futurum noſtrum Capitulum ſive Colloquium differret profectionem, volentes interim conſulere Patres Colloquii noſtri: verum ab his eodem tempore conſultis nihil aut parum ſpei recepimus; conqueſti enim ſunt omnes & accuſaverunt tempora iſta, in quibus fere apud omnes Religio valde periclitatur & difficulter jam non ſolum noſter Ordo aut Vita, ſed fere omnes Religioſi in his terris inveniunt, qui velint ſeculum relinquere & adjungere ſe eorum ſocietati vel vitæ, & nos pauciſſimi ſumus, vix enim ſextum numerum implemus. Valde ergo perplexi ſumus & quid conſilii hac in re accepturi ſimus ignoramus. Auxit præterea timorem Reverendiſſimus Epiſcopus Culmenſis Literis ſuis, quibus jubet ut tranſmittamus quinque aut ſex viros bonos, eruditos, doctos, qui apti ſint & Domui veſtræ & Gymnaſio præeſſe & ad quodlibet opus bonum utiles, ſin minus hoc fiat forſitan cogatur idem Venerabilis Pater de Domo noſtra Culmenſi aliud facere quam nos velimus. Quid aliud per hanc ſententiam conjiciemus, quam niſi miſerimus, ſit omnium Patrum noſtrorum labores ſudoreſque & impenſas in ſuam forſitan redacturus poteſtatem aut in alios uſus converſurus, quod oramus Deum ac ſperamus nunquam ab Reverendiſſimo Epiſcopo aut ab alio quopiam opere complendum. Verum hoc ſciat veſtra Charitas, ſi forte, quod abſit, res & bona Domus iſtius diſtrahenda & alienis dividenda fuerint, neminem plus juris quam nos ad iſtam Domum habere; non enim facile dicendum eſt quanti conſtet nobis iſta Domus. Invenimus in Regiſtris noſtris quod multo ultra mille aureos in numerata pecunia nobis conſtet Domus veſtra, exceptis multis dilectiſſimis Fratribus noſtris, quos iſtuc onuſtos diverſa ſupellectili diverſis temporibus Patres noſtri miſerunt, adeo Domum noſtram exſpoliaverunt ut veſtram divitem aut ſaltem mediocrem efficerent. Si ergo forſitan res Domus veſtræ diſtrahendæ ſint (quod tamen omen Deus avertat) petimus humiliter, ut nobis non minima portio aſſignetur, quippe qui hic ſumus propter ſæviſſima bella & alia infortunia ad magnam redacti paupertatem, id quod optime indicabit vobis Hermannus confrater veſter imo & noſter, cum Deo favente & adjuvante ad vos futura æſtate ſanus redierit, &c.

Quæ autem hujus *Collegii D. Gregorio* oblati ſuprema funera fuerint, obſervatum & annotatum non invenimus.

U L T R A J E C T I.

Domum cum domiſtadio piæ recordationis quondam Domicella Katharina relicta Joannis de Sevenair Presbyteris & Clericis Domus Clericorum Vallis S. Hieronymi in Delff legavit ad novam Congregationem Presbyterorum & Clericorum inibi faciendam ſecundum modum & ſtatum vitæ ipſorum Deo ſervientium, inquiunt primæ fundationis Literæ quæ facta eſt Anno 1474. quo ex Hieronymiana

na Valle cum uno Subdiacono ſubmiſſus eſt *Petrus de Gravezande* novellæ plantationis primus excultor: quæ ob inopiam alimoniæ (quam Anno 1471. 9. Maji debitum naturæ ſolvens erigendo Collegio aſſignarat *Joannes Reiuerius* in S. Pagina Licentiatus, in Arte Medica Doctor promotus & Sanſalvatorianus Canonicus) de vita periclitabatur, niſi ſolerti induſtria *Cornelii de Brielis* Rectoris ſecundi ſervata fuiſſet, ſub quo & deinceps Eccleſiâ, Gymnaſio, Annonâ & ædificiis adeo accrevit, ut cum reliquis de palma certare potuerit: integrum etiamnum perſeverat à Gymnaſii, quod priſtinis uſibus reſervatur, Moderatore inhabitatum: Eccleſia verò Dei, Matris ſupellectilia aſſervat. Loco *Fratrum* devotio *S. Hieronymum* in Patronum delegerat, à quo hodiedum agnomen habet.

NEOMAGI.

Sub D. Gregorii titulo fœtus Collegii Silvæducenſis defecerat ad partes Caroli Burgundi, cum is Oppidum premeret obſidione. *Reinaldus* Eques Auratus Toparcha in Oy, ejuſque ædes excuſſis feneſtris ſpoliaverant exacerbati cives, quas cum ille nollet reparare, Anno 1475. in Novemb. pro *Fratrum* domicilio emit ab eo *Reinerus de Os* ad D. Stephani Canonicus primus hujus Collegii fundator & dotator Anno 1500. in Epiphania Domini vitâ defunctus. Habuit annexum Ludum litterarium, inter cujus Rectores celebratur *Bartholomæus Eck de Heuſden*, de quo in hujus domus *Annali* ad Annum 1498. *Bartholomæus Eck vir militaris ſeptennio apud Francos & Britannos & alia loca militiam ſecutus devotis precibus Fratres permollivit & in Fratrem ſuſceptus eſt, qui tanto rigore ſeipſum caſtigavit & omnibus ſubdidit, ut eſſet Fratribus ſtupori & miraculo: deinde Scholaribus præficitur Anno* 1507. *quos cum multa laude & diligentia devotiſſime rexit, & obiit vir ſanctus Anno* 1516. *ſepultus in Oratorio:* is cum *Joanne* germano ſuo hic in *Fratrem* aſſumpto Anno 1499. magnus Benefactor Domus ibid. recenſetur, cui e Silvæducenſi Collegio primus præfuit *Petrus de Os*.

KEMPIS.

E Neomagenſi Collegio tradux: cujus Fundator *Martinus Hertoighs* Kempenſis; ſed cum eum ſeptennio à fundatione Anno ſcilicet 1509. & plures cum eo peſtis abſumpſiſſet, unicus qui ſupererat Novitius tradita Senatui clave diſceſſit & Collegium evanuit.

LEODII.

Dictum *Fratrum de Penna* & amœniſſimo loco Moſæ aſſitum originem ducit à Fratribus Silvæducenſibus ſub Joanne Comite Hornenſi Leodienſium Antiſtite LIII. qui uſque ad Annum 1505. quo è vivis exceſſit, Epiſcopatum adminiſtravit: *ejus temporibus*, notat in Annalibus Leodienſium Epiſcoporum pag. 348. *Merſſæus Cratepolius*, *Franciſcani de Obſervantia locum Leodii habere cœperunt, & Contubernium Adelphorum, qui Fratres D. Hieronymi nominantur, qui juventutem inſtituunt, admiſſum:* At Novembris die 10. Anno 1581. ſcribit ad eum annum Tom. 3. c. 2. de Erneſto Bavaro *Chapeavillus* in Leodienſium Hiſt. *Patres Societate Jeſu, qui ab Anno* 1566. *ſub Præſule Gerardo Groesbecano Leodii reſederant, multis pietatis Chriſtianæ laudabiliter functi muneribus, auctoritate Erneſti Præſulis in locum Fratrum S. Hieronymi introducuntur:* de cujus auſpiciis nullibi apud eum memoriæ.

CAMERACI.

Agente *Joanne Standonck* Theologo Sorbonio fundari cœptum & dotatum à *Jacobo de Croy* Cameracenſi Antiſtite Anno 1505. quem Maximilianus I. Imperator Ducem primum Cameracenſium creavit Anno 1509. quo ab eodem è Gandavenſi Collegio ad Gymnaſii præfecturam evocatus *Chriſtianus Maſſæus* celebris apud *Trithemium* in Catalogo & in *Deſſelii Bibliotheca Belgica*. Ultima hæc fuit Fratrum Colonia omnino contra augurium *Jodoci Badii* c. 9. de Vita Thomæ à Kempis, ſimul cum hujus Operibus impreſſa, quo ſuo tempore ſcribit emiſiſſe *Fratres* Colonias ſuas Cameracum uſquè, *ubi* (verba ſunt Auctoris) *opera & accuratione eximiæ doctrinæ & laudatæ vitæ Pariſienſis Scholæ Theologi Magiſtri Joannis Standonici honorabilem inceperunt Academiam, miſſuri (ſi vero ducor augurio) propediem per omnem Galliam ſtrenuos Vineæ dominicæ Colonos.* Ejus nunc inquilinæ ſunt Moniales Premiacenſes Ord. S. Aug.

In Fratrum Daventrienſium membranis invenio huic membro Belgico aliquando colligata fuiſſe domicilia in *Maddenbergh*, *Knechtſteden* & *Sygerſwolde*, ſed quæ aut in cunis exſtincta, aut adoleſcentia aliorum imperio ſubjecta videntur, cum eorum memoria apud Fratres non perennaverit.

Deſcripſeram Vitam *Venerabilis Magiſtri Gerardi Magni*, à quo hæc Reſp. primitus inſtituta: *Regulas* & *Statuta*, quibus ea gubernata: *Apologias*, quibus adverſus oppugnatores defenſa: ſummorum Eccleſiæ Præſidum, Conſtantienſis Concilii & Traject. Epiſcoporum *Approbationes*, quibus olim munita: *Privilegia & Immunitates*, quibus honorata: *Fratrum* Scripta & res præclare geſtas: triplicis generis *Parthenæa* ejus imperio ſubdita, ac demum ejuſdem occaſum & ruinas: ſed, cum hæc per ſe juſtum Volumen conficerent, noluimus tanta appendice noſtram Synopſin aggravare.

II. GERMANICA.

Sub annuo Colloquio in Monaſterienſi Civitate quotannis tertia poſt Chriſti Anaſtaſin Dominica celebrato Collegium habuit. per Germaniam,

MONASTERII WESTPHALIA.

Titulo *Fontis Salientis* vulgò *Springborn* infra Marianæ Parœciæ limites ab *Henrico Ahuyſio* Anno 1401. inchoatum: is è Cathedralis Eccleſiæ Vicario *Æmilii* 11. Daventrienſis Fratrum Rectoris Anno 1400. factus diſcipulus, ab eoque Anno ſequenti Monaſterium remiſſus, hujus Canoniæ, quam & pingui cenſu locupletabat, prima fundamenta in patrio fundo poſuit, cui uſque ad Annum 1439. quo obiit ſeptuagenarius, Rector præfuit, inde hujus Inſtituti ſtrenuus propagator atque in *Conſtantienſi Concilio* ejuſdem contra antagoniſtas glorioſus propugnator. Fundationem & dotem Anno 1424. Nonis Januariis ratam habuit Martinus V. licentiam pro Eccleſiæ Fabrica Anno 1431. 8. Kal. Novemb. indulſit Eugenius IV. quæ Anno 1439. 14. Kal. Maji in Collegiatam evecta hodiédum eſt penes *Fratres*.

In

IN TECKLENBURGENSI COMITATU.

Mons Oriens ſive *Ooſterbergh* loco nomen: quem è *Chronico Nemoris B. M. V. in Vrendeſwegen*, p. 1. c. 52. *de Congregatione Clericorum in Monaſterium Cruciferorum promovit* antememoratus *Abuyſius*: id factum juxta calculum *Ruſſelii*, in *Chronico Ord. S. Crucis*, Anno 1422.

OSNABRUGIS.

De quo ſupra citatum *Chronicon Vrendeſwegianum* p. 1. c. 52. *ipſe*, ſcilicet *Abuyſius*, *in Oſnabrugis Domum Clericorum diu tenuit*, ſed ad quos demum tranſierit, notatum non invenio.

COLONIÆ UBIORUM.

S. *Michaelis* ad latum rivum inde dictum *zu Widenbach* Pantaleoniticæ Abbatiæ oppoſitum, quod eſt præfati *Abuyſii* Colonia è Monaſterienſi Collegio tempore Concilii Conſtant. Anno 1417. huc deducta: *cui* (ex ejus Biographo) *præfecit Venerabilem Virum Nicolaum Deus diſcipulum ſuum, quem à puero in diſciplina Dei educaverat: qui ſanctitate converſationis & morum honeſtate & tranquillitate plurimum profuit Domui in rebus & perſonis pro incremento cultus Dei.* Locum (ſcribit *Gelenius Sacrarii Coloniæ L.* 3. *Syntag.* 39.) Canonicæ ſuæ Domus impetrarunt ab Hermanno & Joanne de Cuſino & Ludovico de Olmesheim S. Pantaleonis Abbatibus cum conſenſu Eugenii IV. cujus Bullas Anno 1440. executioni dedit ſpecialiter deputatus Commiſſarius Doctor Chriſtianus de Erpel, Præpoſitus B. M. V. in Gradibus, Anno 1449. 14. Martii Joannes Diaconus Cardinalis S. Angeli per Germaniam Apoſtolicæ Sedis de latere Legatus confirmavit Canonicæ huic Domui conceſſas à Theodorico de Meurſa Archiepiſcopo Coloniæ gratias aliaque indulta. Anno 1475. ſoluta Novesienſi obſidione paceque cum *Carolo Audace* concluſâ divertit *Fridericus* Cæſar Coloniæ in ædes ex oppoſito S. Pantaleonis juxta Patres in *Widenbach*, qui perſpiciens vicinorum ſibi *Fratrum Clericorum* pietatem & morum ornatum, eos declaravit *perpetuos Cæſarum Capellanos.* Cumque haud ita pridem nonnulli inſidiarentur huic Collegio, forte ut in eo Diœceſanum Seminarium conſtituerent, ab *Alexandro* VII. quo eos abarcerent, loci & Inſtituti ſui confirmatorium Diploma 9. Feb. Anno 1657. obtinuerunt.

WESALIÆ CLIVORUM.

D. *Martino* nuncupatum, in quo Fratres Anno 1435. *Joannis de Collick* Clivenſis, domo, quam à ſorore defuncta ejus ex aſſe hæres Veſaliæ acceperat, in Cœnobium converſâ, collocavit, ipſe prius Monaſterii Weſtphalorum in Cœnobio ad Rivum Salientem Anno 1400. inſtituto Canonicus factus, in Annalibus Cliviæ, p. 2. pag. 180. ait *Teſſemakerus.* Eſt Collegium hoc etiamnum ſuperſtes & Fratrum quietum domicilium, cujus Præpoſitus ibidem Paſtorem agit.

HERVORDIÆ.

Paderbornenſis Diœceſeos Oppido, quod L. 1. *Reform.* c. 55. ab exacto religioſæ vitæ cultu celebre eſt apud *Buſſchium.*

ROSTOCHII.

Swerinenſis Diœceſeos.

CASSELÆ.

Sub Moguntinæ Diœceſi inferioris Haſſiæ Metropoli.

WOLFÆ.

In Trevirenſi Epiſcopatu Moſellæ incubum: cujus quidem ædificia etiamnum ſuperſunt, ſed non inquilini.

KONINCKSTEYNII.

Moguntini Epiſcopatus Oppidulo, quod nunc eſt P. P. Capucinorum domicilium.

BOITZBACHII.

Diœceſeos Moguntinenſis.

MARBURGI.

Sub Moguntina Diœceſi ſuperioris Haſſiæ Metropoli, quam à ſe illuſtratam typis Marburgenſibus Anno 1654. evulgavit *Godmeyerus*, & in ea forte hujus noſtri Collegii cunas & funus.

OURAEDII.

Diœceſeos Conſtantienſis.

CORTINGÆ.

Diœceſeos ejuſdem.

WOLVARIÆ.

Diœceſeos Trevirenſis.

GRITINGÆ.

Diœceſeos Conſtantienſis.

MERSBURGI.

Diœceſeos Mersburgenſis.

HEERNENGÆ.

Diœceſeos Conſtantienſis.

HILDESHEMII.

Quod cum aliquamdiu incertis ſedibus per Civitatem eſſet divagatum, demum eo in loco conſedit, quem *Hortum Luminum* appellaverunt: originem, oberrationes & ædificia L. 1. *Reform.* c. 54. fuſe deſcribit *Buſſchius*: in qua ſede *Fratribus* deficientibus poſtmodum collocati ſunt Patres Capucini, à quibus intelligo plurima ibidem MSS. aſſervari, quæ *Fratrum* inſtitutum & incrementa concernunt.

IN VALLE B. M. V.

Diœceſeos Moguntinenſis.

Et noſtro & curioſi Lectoris deſiderio abundantior inſtructio ſatisfeciſſet, ni *Fratrum* Annotata Monaſterii Weſtphaliæ in Anabaptiſtarum eluvione periiſſent, & ſi Colonienſes (quod præſentes inſtantiſſime petivimuſ) in ſua nos Chartophylacia admittere voluiſſent.

Digitized by Google

Regulas, Diplomata & Parthenones nec hic adſcribimus, memores promiſſæ brevitatis.

Laboratum ſubinde pro horum unione cum Belgis. *Interfuerunt Colloquio* (habet ejuſdem Codex ad Annum 1511.) *Patres Monaſterienſes, Weſalienſes & Marburgenſes, & tractatum eſt de unione Patrum noſtrorum cum illis ineunda, ut ſaltem in ſubſtantialibus conveniremus, & mutuum invicem ſubſidium præſtaremus:* at me latet, quæ cauſa irritum conatum effecerit: invenio tamen Weſalienſem Rectorem eorum Comitiis, Anno 1561. Embricæ celebratis, interfuiſſe, & Præfecti Monaſterienſis Daventrienſem quandoque in Collegiorum ſcrutinio ſocium extitiſſe. Modo autem non niſi tria domicilia, nempe Colonienſe, Veſalienſe & Monaſterienſe, ſuperſunt, reliqua aut ad alienos Dominos tranſiere, aut nupera Religionis innovatione excidium paſſa infelici fato interiere.

III. PROPAGO ITALA.

Per Italiam, Cujus Anno 1400. primi cultores *Anthonius Corrarius* Patritius Venetus ac Gabriel Condulmerius è primis apud Venetos cives ſpectabilis, ambo Gregorii XII. ille ex fratre, hic è ſorore nepotes, & ab eodem Cardinalitia Purpura honorati; è quibus hic etiam ad ſummum S. Sedis apicem evectus & Eugenii IV. nomine inſignitus. Agnomen hæc Congregatio mutuata eſt à loco primo in quo fixam ſedem poſuit.

VENETIIS.

Is ab Algæ frequenti alluvie dictus *S. Georgii in Alga*, olim Benedictinorum, poſtea Auguſtinianorum domicilium, at cum probâ Bonifacii IX. per Ludovicum Barbum ultimum Commendatarium Priorem Anno 1404. Fratribus collatum & exinde univerſæ Congregationis caput: cujus membra:

PATAVII.

Vocabulo S. *Joannis Decollati*, quod antea S. *Joannis Euangeliſtæ* titulo Ordinis S. Benedicti Cœnobium fuerat in Oppidi pomœriis ſitum, at civium benevolentia novos hoſce inquilinos excepit Anno 1406. quibus tertio Pontificatus ſui Anno loci poſſeſſionem firmavit Gregorius XII. verùm Anno 1509. in urbis tutelam adverſus hoſtem imminentem publica auctoritate deſtructum & intra mœnia recepta Familia cum Fratribus Merianis, de quibus infra, unita: illud Prioratu S. Margarithæ de Pulveraria, quem Auguſtiniani Canonici hucuſque poſſederant, Anno 1438. locupletavit Eugenius IV.

VICENTIÆ.

D. *Auguſtino* nuncupatum & duobus paſſuum millibus ab Urbe diſſitum: locus eſt ab hominum frequentia longe remotus, quem aquæ ex vicinis collibus adfluentes undique cingunt, agris & vitibus fœcundus ac aeris ſalubritate gratus: ab initio ſeculi XIII. colonos habuit Auguſtinianos Canonicos uſque ad Annum 1407. quo Gabrielis Condulmerii Prioris Commendatarii dono Fratres excepit.

AD MUNICIPIUM LEONICUM.

S. S. *Firmo* ac *Ruſtico* ſacrum, in agro Vicentino ſitum habet atque in vertice collis poſitum præfato Caſtello imminet, cœli clementia gratum totiuſque planitiei ſitu conſpicuum, olim Benedictinæ Familiæ domicilium & ſimul cum præcedaneo ab eodem Condulmerio & eodem anno ſuis Fratribus donatum: anno Pontificatus ſui primo donationem ratam habuit Greg. XII.

VERONÆ.

S. *Angelo* inſcriptum & collis vertici inter arces S. Felicis & S. Petri imminens: hoc Cœnobium XV. Kal. Decembris Anno 1418. Martinus V. dederat Cardinali Anthonio Corrario, qui illud XIIX. Kal. Febr. Anno 1419. ſuis Fratribus conceſſit: quos Anno 1441. Veronenſi Archipresbyteratu S. Petri Eugenius IV. & Anno 1501. Archipresbyteratu S. Joannis Bonamici in Territorio Veronenſi, ubi unus ex Fratribus animarum Præſulem agit, locupletavit Alexander VI.

BONONIÆ.

S. *Gregorio* dedicatum: quod Collegium extra portam S. Vitalis ſitum in agro Bononienſi olim Canonici Ord. S. Aug. inhabitavere: at novos hoſce poſſeſſores excepit Anno 1419. juſſu Martini V. à Nicolao Bononienſium Antiſtite introductos: qui relicto ſuburbano domicilio Anno 1523. novum cum Templo ſplendido in civitatis umbilico conſtruxere, eos Anno 1437. Prioratu S. Cyri Ord. S. Bened. cum annexa animarum cura ditat Eugenius IV. additque Eccleſias S. Marie de Arzela, S. Mariæ de Granarolô, S. Marci de Turrefellis & S. Blaſii in Saliceto.

PROPE MUNICIPIUM MONTISILICIS.

Titulo S *Jacobi* Anno 1332. 6. Julii honoratum, quo & ipſius digitus huc tranſlatus. Sacrarum quondam Virginum ſedes erat, cui Xenodochium adjacebat, quod Anno 1170. D. Fuſca Antiſtes D. Guidani Ferrarienſi conceſſit. Cœnobium vero tenuere Virgines uſque ad Annum 1420. quo mutatis Patavinorum rebus, quum nihil in agris à militum licentia tutum eſſet, poſtquam Urbs Venetis ceſſiſſet, Petrus Marcellus Præſul Patavinus recepta in ſuam tutelam Maphæo Antiſtite, locum hunc cum ſuis proventibus Fratrum Congregationi aſſignavit: quem Anno 1438. Cœnobio S. Mariæ Hiſpidæ olim Virginum Benedictinarum auxit Eugenius IV.

BRIXIÆ.

Collegium hoc D. *Petri* inſcriptione decoratum in colle cygnæo non longe à celeberrimo Caſtro Brixienſi ab Olivetis, quorum olim erat feraciſſimus, nomen ducens, ab hominum quidem frequentia abditum uno tamen intuitu univerſam urbem proſpicit. D. Barnabam hic prima peregiſſe Sacra fama eſt. Benedictini illud primi incoluerunt, quos Oldaricus Epiſcopus Brixienſis ſumma liberalitate dotaverat, quam Anno 1053. Henricus Imperator ſuis litteris confirmavit: ſed rerum viciſſitudine & teterrimis Italiæ bellis ad extremum proventus & ædificiorum jactura redactum Fratres (quibus illud Anno 1437. donarat Eugenius IV.) ad ſplendidam faciem reduxere:ei ejuſdem Pontificis dono

Anno

Anno 1446. acceſſit Benedictinorum Abbatia S. Petri in Monte: Anno 1468. ſuburbanum S. Euſebii Monaſterium, & Anno 1532. ex dono Comitis ac Domini Anguillariæ ex Dominis Urſinis Abbatia S. Brigidæ.

V E R O N Æ.

Locus hic S. *Georgii* in *Braida* ad ripam fluvii Atheſis à D. Valterio Veronæ Præſule conceſſus fuit Anno 1045. D. Cadalo Parmenſi Epiſcopo Eccleſiæ Pontifici à Lombardiæ Prælatis Henrico Cæſare procurante electo, ubi is à Pontificia dignitate abdicatus Cœnobium exſtruxit, & ædem de ſuo ampliſſimo patrimonio ditatam Monachis Benedictinis reliquit, à quibus ad Veſtales Virgines tranſiit: hujus vero poſſeſſio poſt variam fortunam cum Dominis mutatam tandem beneficio Eugenii IV. Anno 1442. ad hanc ſocietatem pervenit: quam Æde S. Joannis de Sablono ampliſſimis vectigalibus celebri Anno 1505. locupletavit Julius II.

P A T A V I I.

Olim Benedictinorum Aſceterium: id in amœniori Urbis parte ſitum veteris quondam Civitatis mœnibus proximum, extenſo poſtea munimento uberioris præſidii cauſâ, Avantio hodie adjacet, inde dictum D. *Mariæ* in Vantio: qui locus omnes ruris delicias eaque ſolitudinis oblectamenta præbet, quæ amœnitatis ac dulcedinis plena Muſas ipſas & Minervam invitare videntur, ut advenæ Litterarum cultores hunc Urbis ſeceſſum jam olim Philoſophiæ cognomine inſignierint: cum Anno 1445. Fratribus aſſignaverat Eugenius IV. ſed turbata rerum viciſſitudine non niſi ſub Pontificatu Pii. II. 19. Novemb. Anno 1458. ad eos tranſiit.

V E N E T I I S.

Dedicatum honoribus S. *Chriſtophori*, cujus ibidem Crus aſſervatur vulgò S. *Maria Dall' Horto*: hoc Monaſterium Humiliatorum Ordo poſſederat, at derelictum ab eis beneficio Sereniſſimi Senatus occuparunt Fratres Canonici Anno 1462. qui locum prope deſolatum nova ſubſtructione in eam plane faciem reduxerunt, quæ hodie ſua elegantia quoſvis invitat: quem Anno 1477. ditavit Sixtus IV Prioratu S. Michaelis de Mirano Ordinis S. Auguſtini in agro Patavino, ubi Fratrum reſidentia.

R O M Æ.

S. *Salvatoris in Lauro* indigitatum, quod erexit, dotavit ac Fratribus noſtris Anno 1468. tradidit Cardinalis Latinus Urſinus, eique adjunxit opulentiſſimam S. Pauli in valle Pontis ſeptimo ab Urbe Peruſina lapide inter amœnos illius Territorii montes in colle eminentem Abbatiam, quæ Anno 1100. 18. Maji conſecrata à Benedictinis Caſſinenſibus habitata fuit, & ſubjectam habet in Oppido Moreſcho Parochialem Eccleſiam. Eidem à Baptiſta Urſino S. Petri Romæ Canonico poſtea ſacra Purpura illuſtri acceſſit Anno 1477. prope Oppidum Montis Rotundi in Diœceſi Sabinenſi S. Reſtitutæ Eccleſia: nec inferiori liberalitate Coſmus de Urſinis de Baſſanello eodem hoc tempore donat Abbatiam S. Benedicti de Aſſiſio. Largitione Neapolionis Orſini Anno 1480. ei unita eſt Eccleſia Montis Dominici S. Mariæ & ab Alexandro VI. Anno 1501. Ædes S. Anthonii in Parigano extra mœnia Urbis Aſcoli, qui Anno 1502. hoc donum auxit S. Pauli Aſſiſienſi Abbatia, quam antea Benedictini Monachi poſſederant: cui poſt triennium Eccleſiam B. V. ad montem Gentilium in Territorio Caſtri Numentani aſſociat affectus Joannis Jacobi Orſini.

V I C E N T I Æ.

Cujus hæc origo: cùm Anno 1485. ſæviret undique per Italiam peſtifera lues, Civitas Vicentina placandæ divini Numinis iræ D. *Rocho*, die 21. menſis Maji, Ædem vovit. Splendidum hoc opus exſtructum cum pii Cives alicui Religioſorum cœtui conſignandum conſulerent, ea invaluit de Canonicis opinio, ut poſthabitis antiquioribus aliorum Ordinibus Cives Vicentini & Decuriones annuente Anthonio Bernardo Urbis Prætore id eis Anno 1486. omnium ſuffragio tribuerint.

A R I M I N I.

S. *Juliano* ſacrum: locus hic ſedes olim Caſſinenſium Monachorum, proventibus amplis & tricenis Beneficiis Eccleſiaſticis locuples Abbatiæ titulo longo tempore claruit: templi magnificentiam auget marmoreus D. Juliani tumulus, quem Anno 1161. ad haſce oras maris undis divinitus delatum ferunt. Cœnobium ad ſeculi ejus morem & Monachorum commoda exſtructum publicis Italiæ calamitatibus corruit, & ad commendatarios Prælatos tranſlatum, tandem beneficio Alexandri VI. Anno 1496. ad Fratres pervenit, qui magnâ curâ omnia ad nitorem reduxere, eorumque auſpiciis depreſſa hactenus Cœnobii fortuna paulatim attolli cœpit, cui Anno 1507. Prioratum S. Mariæ Cellarum adjunxit Julius II.

Fuit hæc Congregatio Votis obnoxia, quorum uſum Anno 1569. Pius V. induxit ſeu potius invitis impoſuit: nam dum ea 29. Octobr. Præſides Romæ congregati emitterent, una voce aperte confeſſi ſunt verbis tantum & invitos non animo nec libera voluntate ſe id facere, teſte *Thomaſino* Ordinis Hiſtoriographo, qui gravi in eos utitur invectiva, quod ob animorum diſſidia in diverſa abeuntes, ſui officii parum memores, communem ſua facilitate libertatem præcipitarint: pro cujus recuperatione ſub Gregorio XIII. laboratum; ſed cum ſegnius premeretur negotium, nihil innovatum, quin imo torpentibus ingeniis Anno 1581. ſerio Pontificis mandato denuo Profeſſio præcepta fuit.

Doctrinæ ac ſanctimoniæ ſplendore hanc Familiam plurimum illuſtravit *Laurentius Juſtinianus* Anno 1433. ab Eugenio IV. Caſtellanenſis Epiſcopus, Anno 1451. à Nicolao V. renuntiatus Protopatriarcha Venetus, & à Clemente VII. Anno 1524. Sanctorum Catalogo adſcriptus.

Plurimos denique numerat hæc Reſpublica, quos vel ſacris Infulis Eccleſia, vel ſummis doctrinæ honoribus Bononienſis & Patavina Univerſitas condecoravit. Eam cum Jeſuatis & Crucigeris Italis Anno 1668. diſſolvit & exſtinxit Clemens Papa nonus, quo horum peculio Venetis Cretenſi bello laſſis & exhauſtis ſolatium ac ſuppetias afferret.

Digitized by Google

IV. PROPAGO LUSITANA.

Per Luſitaniam.

Quæ initiatores habet Joannem Vincentium Ulyſiponenſem Medicinæ Doctorem & politioris litteraturæ Profeſſorem, ac Alphonſum Nogueyra virum generis nobilitate clarum, quorum ille poſtmodum fuit primo Lamacenſis ac deinde Viſenſis Epiſcopus, hic autem ex Conymbricenſi Archiepiſcopus Ulyſiponenſis: Anno 1425. inchoata primam ſedem accepit in Provincia Interamni Territorii Barcellenſis

IN MONASTERIO S. SALVATORIS DE VILLAR DE FRADES.

Quod uſque ad Annum 1425. obtinuerant Monachi Benedictini, quo tempore dono Ferdinandi Archiepiſcopi Braccarenſis Fratribus acceſſit, imo Eugenii IV. ſummi Pontificis auctoritate caput totius Congregationis & ſedes Rectoris Generalis declarata fuit. Templum hic mira arte variiſque ornamentis conſtructum Parochiale eſt, ubi Sacrarii Præfectus animarum curam gerit: Cœnobium imprimis ampliſſimum, ubi quinquaginta Fratres commorantur, quorum auſpiciis ſtudium Philoſophiæ potiſſimum floret: ei colligata Collegia

U L Y S I P O N Æ.

Primum extra mœnia juſſu & expenſis Reginæ Iſabellæ Alphonſi V. conjugis *S. Joanni Evangeliſtæ* exſtructum, à quo nunc Congregatio nomen ducit, quodque ab Anno 1461. ad piæ Heroinæ inſtantiam Rectoris Generalis ſedes eſt.

Secundum S. Eligio inſcriptum olim Oratorium & Hoſpitale SS. Pauli Apoſtoli, Clementis Martyris atque Eligii Confeſſoris à Domino Iſardo Ulyſiponenſi Epiſcopo variis proventibus dotatum, cui ſuorum bonorum hæreditatem ex fideicommiſſo ad aſſem addidit hac conditione: cum autem venerint & apparuerint aliqui viri boni, quorum exemplum & Inſtitutum ſit laudabile & Reipublicæ gratum & utile, vivantque in communi, hi totam hanc hæreditatem poſſideant. Qdo mortuo Petrus Portugalliæ Infans Conymbricenſis Dux & Regni Gubernator ſancta Fratrum vita motus ſua auctoritate procuravit, ut hæreditas vigore teſtamenti ad eos devolveretur, cui ad majorem ſecuritatem ab Eugenio IV. Anno 1445. confirmationem impetravit. Situm hoc eſt in eminentiore Urbis parte prope Caſtrum, eique ampliſſimum Templum adjacet, quo frequenter viri principes accedunt: locus enim amœniſſimus eſt, unde apertus in Urbem omnemque Regionem ac mare proſpectus: inter cætera vero oculos animoſque mire reficit portus ingens, numeroſa navium undique appellentium ſtatione celebris. Fratres hic quinquaginta, quorum pars Philoſophiæ, pars Theologiæ incumbit, imo ea prudentiæ valent opinione ut ſæpe privatis Regis conſultationibus, Sacræ Inquiſitionis & Archiepiſcopi Rector aliuſve Fratrum non rarò adhibeatur.

Tertium D. Benedicti de Xobregas mille fere paſſibus ab Urbe ad littus ſitum eſt, adeo ut ejus portas fluxus & refluxus maris concutiat: magna id veneratione colitur, quo ſextis feriis maximus eſt concurſus præſertim nobilium Virorum qui vicinas Villas incolunt. Principum olim Luſitanorum & Ducum de Bragantia, Ducum de Aveyro aliorumque hic deliciæ: quadraginta modo habitatur Fratribus, & proſpectus in mare è ſpeculis hinc amœnus. Huic Cœnobio Eccleſia eſt colligata Oppidi de Atonguia cum juriſdictione Vicariatus: Eccleſia quoque de Rio major ei paret.

L A M E C Æ.

S. Georgii de Reciam duabus ab Urbe leucis diſſitum: id primo tenuere Moniales; at quum regulari obſervantia deſtitutum inveniſſet Joannes Vincentius tum Lamecenſis Antiſtes in ſuos Fratres tranſtulit. Initio Fratres 20. habuit, quorum pars major Philoſophiæ operam dabat, quæ ibi magno Clericorum ac Laicorum concurſu publice tradebatur uſque ad Annum 1596. quo felici hac Fratrum ſede in Oratorium tranſmutata Inquilini ad novum *S. Crucis* Collegium auctoritate Clementis VIII. tranſierunt: quod hoc ipſo Anno extra Urbis mœnia Laurentius Mourao J. U. D. Palatii regii Senator & Conſiliarius Philippi I. Luſitanorum Regis, editiori loco mira architectura & pompa à fundamentis exſtruxerat. Intra hujus ſepta ampliſſima vineta, pomaria, ſtagna & fontes uberrimi ſpectantur. Fratres utplurimum Concionibus & Confeſſionibus incumbunt.

E B O R Æ.

Ei à *S. Joanne* agnomen, quod in medio urbis à Familia de Fereyra erectum xxx. Fratribus hoſpitium & alimoniam præbet.

PROPE CASTRUM DE ARRAYOLOS.

S. Mariæ de Aſſumptione à Joanne Garces inſtitutum, in quo Fratres viginti: cum Luſitani Caſtellæ Regi parerent, principes viros quotidie Madritum commeantes excipiebat: qui hic munus Rectoris gerit Ducis Bragantiæ auctoritate Oppidi de Arrayolos Hoſpitali ſimul præeſt.

P O R T U C A L Æ.

S. Elegii communi appellatione *Santo Eloy B. Mariæ de Conſolatione* dicatum, in quo Fratres xxxv. quorum pars Concionibus, altera Confeſſionibus & Muſicis perpetuo inſervit, frequenti Principum & Optimatum præſentia, apud quos inquilini, ob exactum religioſi cultus ordinem, ſemper magno fuere loco.

F E Y R Æ.

S. Crucis, Societatis expenſis fabricatum loco pomariis, fontibus & ſtagnis commodo: Eccleſia Parochialis eſt & octo Canonicos ſeu Fratres alit.

C O N Y M B R I C Æ.

S. Joannis Evangeliſtæ, quod Venerabilis Dominus Anthonius de Conceyzam ex ampliſſimo patrimonio Urbis commodiſſimo loco raro operis ſplendore & artificio erexit: Fratres hic literis operantes Domuum è quibus prodierunt impenſis aluntur, quorum ſtudiis inſtituti Profeſſores humaniorum literarum maximeque Linguarum peritiſſimi, Philoſophiæ, utriuſque Juris ac Theologiæ, è quibus viri eruditionis titulis illuſtres magno Regni Luſitaniæ ornamento prodierunt, quas

Digitized by Google

quos inter toto orbe clarus Doctor Vincentius à Reſurrectione Salomon Luſitanus vulgo nuncupatus.

Varia ſunt horum Canonicorum decora: Primo enim omnibus ferme Luſitaniæ Valetudinariis maxima olim integritatis fama præfuerunt, ſed literarum amore gravem hujuſmodi curam aliis ſtudio remiſerunt, quam viri principes ambitioſe deſiderarunt. Animus quoque fuit relinquere cœtéra, verum ea Dominorum de Bragantia ſemper fuit in ſocietatem benignitas, ut in ipſorum gratiam Oppidorum de Arrayolos & de Portel Hoſpitalia tenuerit: ea quoque apud Luſitaniæ Reges de eorum charitate ac modeſtia invaluit opinio, ut communi bono conſulentes omnino adminiſtrationem Valetudinarii *das Caldas* & Conymbricenſis penes eos eſſe voluerint, in quorum ſingulis bini Fratres reſident, quique ex iis Proviſoris officio fungitur regiam exercet juriſdictionem.

Secundo nullus hic Votorum uſus, ſed juxta primævam inſtitutionem Gregorii XIII. 1. Jun. Anno 1573. & Clementis VIII. 16. Decembris Anno 1596. auctoritate confirmatam ſolo ingenuæ charitatis coagulo etiamnum coadunatur, raroſque patitur ſegreges, teſte Thomaſino ad Annum 1433. & Suareſio Tom. IV. de Relig. Tract. 9. L. 1. c. 9. n. 4.

Tertio quamplurimos numerant inſignes pietate viros, qui præclaro ſanctitatis & miraculorum ſplendore univerſam Luſitaniam illuſtrarunt, Indiamque Orientalem, Regionem Braſilienſem, Congum & alias remotiſſimas Æthiopiæ plagas, omnium Eccleſiaſticorum primi maximo decoro & gloria hujus Familiæ penetrarunt, & Chriſti Euangelio Barbarorum tenebras irradiarunt.

V. PROPAGO SICULA.

Per Siciliam.

Quæ Anno 1433. ab Henrico de Simeone Panormitano Sacerdote Theologo inchoata Collegium poſſidet

PANORMI.

Quod omnium elegantiſſimum eſt cœteriſque opulentius ſub titulo *S. Jacobi Mazzarenſis*, regium olim Sacellum præfato Henrico à Rege Alphonſo Anno 1436. 21. Octobris liberaliter traditum: cui jungitur Ædes D. M. V. icone à B. Luca depicta celebris.

EXTRA URBEM NARI.

S. Calogeri honoribus conſtructum, ubi ſepulchrum ejuſdem Beati Urbis Patroni adhuc in pavimento Eccleſiæ magna populi frequentia colitur. Tertium hinc denis paſſuum millibus

IN TERRITORIO RAVANOSÆ

Diſſitum, B. M. V. ſacrum in fundo Comitis Montisalbani, cui adeſt fons uberrimus precibus Comitis Rugieri divinitus ortus, cum triginta militum millia duceret, qui gravi admodum ſiti languebant.

IN URBE GORGENSI.

D. Mariæ Monſerati magno populi concurſu celebre: duo hæc poſteriora magna ex parte piis largitionibus ſuſtentantur, & Anno 1626. univerſa hæc Congregatio circiter xxx. Fratres numerabat: quos dum Anno 1437. approbaret Eugenius IV. eos juxta ritum & obſervantiam B. Petri Apoſtolorum Principis vitam in communi ducere atteſtabatur: habent hi communionem & colligationem cum Venetis.

VI. PROPAGO GENUENSIS.

Qui tria Collegia complexa Anno 1435. ab Eugenio IV. confirmata & ab eodem Venetis Anno 1444. concatenata fuit: quibus ſingulari concordia adhæſit uſque ad Annum 1451. quo Nicolai V. arbitrio ob diſſenſionem Venetorum cum Genuenſibus aliiſque de cauſis ſeparata fuit, & uſque nunc in primævo flore perſeverat: ejus primarium Domicilium

Per Genueſem Ditionem.

PROPE GENUAM

Titulo *S. Mariæ Annuntiatæ*, cujus hæc origo: Anno 1434. Dominicus Verruca & Petrus Hicherius Presbyteri relictis beneficiis Eccleſiaſticis, ut liberius Deo ſervirent, impetrata ſummi Pontificis & Archiepiſcopi Genuenſis licentia paupertatem communemque vivendi normam profeſſi Domicilium ſibi delegerunt in loco prope Genuam, qui à flumine vicino nomen *Sturiæ* accepit. Acceſſerunt poſtea alii pii viri, qui ſuis facultatibus ac diverſorum liberalitate Ædem D. Virgini Annuntiatæ ſacram brevi tempore exſtruxerunt.

Alterum eidem huic Urbi vicinum nomen habet *S. Joannis* de *Pavarano*.

Ultimum, cujus nobis vocabulum non innotuit, fundum Parmenſis Diœceſeos obtinet.

Sed de his ſatis, ſpero tamen abſque Lectoris faſtidio, quod ne proliciamus, redit calamus ad deſcribenda *Daventrienſis Civitatis*

ASCETERIA FOEMININA.

Aſceteria Fœminina; I. Virginum Ciſtercienſium.

Primum media circiter hora à Civitate diſſitum *Virginum Ciſtercienſium* illuſtris eſt Abbatia ſub titulo Vallis B. M. V. pro Virginibus nobili ſtemmate &, ut ſcribit *Slichtenhorſtius*, è ſola Clivia ac Geldria exortis Anno 1267. in Zutphanienſis Comitatus confiniis exſtructa & decem Villis in Parœcia Nedana Borkeloanæ Dynaſtiæ, quas hodiedum poſſidet, dotata per *Ermgardem* Ottonis Geldri filiam & Theodorici Clivenſium VIII. Comitis uxorem: non autem per *Henricum* primum Trajecti XXXVIII. Antiſtitem, (ut ſcribit *Miræus*) licet is ex *Heda* inſignis earum fuerit benefactor, qui præterquam quod Eccleſiam conſecrarit, plurima etiam contulit privilegia & prædia. Exſtant adhuc fere parietes omnes etiam Templi, qui poſt conflagrationem immediate ante urbis oppugnationem à cœco per duos milites fatali igne inſtructo excitatam hodiedum priſtinam ejus magnificentiam & amplitudinem oſtentant. Bona & reditus necdum fiſco ceſſere, at iis, licet non ſine vexâ, novem prænobiles Virgines Reformatæ Religionis Monialium ſuccedaneæ uſque hodie fruuntur. Locus ſane juxta aquarum decurſum & inter quercuum umbracula perquam amœnus & ad pietatis cultum quam maxime idoneus: è quo traduces ſcribit Sanctimoniales Furſtenbergenſes olim, prope nunc intra Xanthos in *Hiſt. Cliviaca* c. 19. è *Cratepolii* Epiſcoporum Catalogo *Heppius*: cùm enim incendio noſtrum periiſſet ad aſſenſum Theodorici (fortè IX. agnomine Pii &

Digitized by Google

Anno 1347. defuncti) cedentibus Monachis Benedictinis ab Anno 1119. poſſeſſoribus, aliquæ hoc Furſtenbergenſe Monaſterium occuparunt. Noſtro autem Honnepiano præfuerunt addito anno mortuario

Reſtrices.

Eliſabetha de Brونckhorſt.	1340
Hermanna de Wbye.	1375
Mechtilda de Bylandt.	1390
Eliſabetha de Wbye.	1421
Henrica de Oenden.	1426
Agnes de Doorninck.	14..
Beatrix de Doorninck.	1437
Beata de Dorth	1449
Clara de Arckmaven.	1454
Beerna de Hackfort.	1460
Margaretha de Keppel.	14..
Berta de Keppel.	1494
Margaretha Praeſtinck dicta Ghemen.	1503
Joanna de Rheede.	1516
Chriſtina Praeſtinck dicta de Ghemen.	1520
Agnes de Keppel.	1549
Joanna de Voorſt.	1564
Franciſca de Roſſum.	1566
Anna de Linteloo.	1608
Joanna de Keppel.	1617
Maria de Voorſt.	1650
Agnes Margaretha de Heeckeren.	1658
Mechtildis de Marck.	

Vicina S. Antonii Capella,

Ad eundem fluviolum, (*de Schipbeecke* nunc vocant) cui incubat Abbatia Honnepiana, in campo quercubus conſito CAPELLAM habuit S. *Anthonius* multorum olim peregrinationibus tritam, ſed cujus propemodum memoria cum fundamentis eruta. Eam erexerat Dux Geldriæ *Eduardus* cum Sanlebuiniani Capituli & Montani Prioris aſſenſu, quibus annue XXIV. ſolidi ſolvendi & à Duce Capitulo præſentandus Sacerdos, cui demandabatur cura Sacelli. Exſtat Diploma ſignatum Anno 1366. in Octava Nativit. B. M. V.

* Olde. II. Sororum tert. Regulæ S. Franciſci.

Secundum, vulgò *'t * Convent* inhabitarunt Sorores *Tertiæ Regulæ S. Franciſci* à peplo quo velabantur *Falſuſteren* nuncupatæ: eæ F. F. Minorum Conventualium regimini ſuberant, & ſub *Guidone* XLII. Trajectenſium Epiſcopo in infantia ſeculi XIII. primam hic anchoram fixerant. Cum autem originarias fundationis litteras vidére non licuerit, earum loco quaſdam (ut vocant) Obſervantias appendo, è quibus integra loci notitia hauriri poterit.

Leges eis præſcriptæ.

ALſoe die Eerwerdige in Gode Vader ende Here, Heer GUIDO bi der genaden Godes Biſchop t'Utrecht zeliger gedechten die ſtichtinge en fundatie der Suſteren ofte Baghinen (*unde & plateæ nomen*) des Convents in Deventer confirmiert ende beſegelt heft, ſo die ſtichtinge ende fundatie dat begreepen heft: ende want wi Suſteren ofte Baghinen des Convents voirſchreven eendrechtelick overdencken nuttigheit onſer alre weſende, ende nakomende te verhuden gebreke ende ſuſpicien, ſo hebben wi totter ſtichtinge ende fundatien voirſchreven mede ingeſet. Dat gene Suſter der ander laſterlicke woorde noch ſcheltwoorde geven ſal. Oeck en ſal geen Suſter bi nachte wt den Convente ſlapen, ten weer in nootſaken der Vrende in kranckheden, en dan ſal ſi verlof bidden der Meiſterſchen. Oeck des Sonnedaghes, des Manendaghes en des Dinxedaghes tot Vaſt-avont ſo en ſal niemant uyt den Convente eten, noch op ter ſtraeten weſen, dan ſi ſullen te Kercken gaen en weder in 't Convent. Oeck en ſal niemant in den Convente onnutte matſcap of keylinge maken mit mans-perſoenen van binnen Deventer ofte van buyten, geſtelick of werlic. Oeck ſullen ſi geen mans-perſoenen bi nacht in den Convente blijven laten. *Item* niemandt en ſal in den Convente iemant om geldt holden of om vrentſchap, ten weer dat die ſcepen ennicher perſoen een ſtede gegeven hadden: mer ſi mogen oere vrende Kinder wal leren in den Convente uyt en in te gane ſonder oere koſt. Oeck en ſal niemant meer kopen ofte burghen dan hi betalen kan, op dattet Convente daer geen laſt of ſchande en krighe. *Item*, als de Getide in der Kercken uyt zijn, of alſe die Suſteren uyter Kercken willen gaen, ſo en ſal niemant van den Suſteren heimelijcke ſpracke hebben in der Kercken noch nergent met mannen geeſtlick of werlic, om quade ſuſpitien te verhueden. *Item*, niemant ſal des avonts langher uit den Convente weſen ſonder oorlof dan die *Ave Maria* Klocke geluyt is in onſer Vrouwen Kercke. *Item*, weert ſake dat enige Suſter in ennichen puncten voirſchreven ongehoirſaem weer ende ſich daer inne ontgenghe, dat ſal die Meiſterſche mit ten anderen Suſteren des Convens, die ſi daer to nimt, corrigeren nae inholt der broecke in Biſſchops *Guido* voirſchreven confirmatien begreepen. *Item*, weert ſake dat die Meiſterſche die bruecke niet en corrigierde ende ſi daer toe vermaent worde van eniger Suſter, ſo ſolden die ander Suſteren der Meiſterſchen corrigeren. *Item*, alle bewechlic goet, alſo die Suſteren in den huiſe hebben, als ſie ſterven, dat ſal in den huiſe bliven tot den gemeinen orber, ende al ander goet, rente of erve dat mogen erven op oer erfgenamen of latent daer ſy willen. *Item*, worde jemant in der correxien wederſpennich, dat ſal die Meiſterſche of Suſteren voirſ. brengen an oeren Proviſoren, die ſullen hen dat dan helpen uytrichten. *Item*, ſo ſullen de Proviſoren des huis voirſchreven enen eerberen Bruder kieſen ende nemen uyt der Minrebrueder Orden van Deventer, of ander waer hen dat believet, die ſy kleden ſal, ende des jaerſs eens geeſtelike viſitieren, na inholt der Regulen en eerlicker gewoenten des huyſes: ſonder argeliſt. Ende op dat deſſe voirſchreven puncten mede ſtede en vaſt bliven, hebben wi gebeden die weerden geveſtiget mit Segele eerſaems in Gode Vader ende Here, Here Rodolfs van Diepholt bi der genaden Godes Biſſchops t'Utrecht. En wy Rodolf by der genaden Godes Biſſchop t'Utrecht hebben onſen ſegel hier an doen hangen in tuychniſſe der voirſchreven dingen. Gegeven in 't jaer 1442. des Maendaghes na den Sonnendach als men ſingt inder Hiliger Kerken *Miſericordia Domini*.

[Guidonis Ultraj. Epiſcopi Diplomati annectere juvat, Decretum quo pacto Virgines hæ à Senatu Daventrienſi intra oppidum ſunt admiſſæ, vivendi modo etiam definito.

WY Borgemeyſteren, Schepenen, ende Raedt der Stadt van Deventer bekennen mit deſen opene brieve voir ons ende voir onſe nacomelingen. Alſo in voortiden die Eerweerdige in Gode vader ende Heere, Her *Guido* Biſſchop t'Utrecht ſeliger gedachten mit ſynen beſegelden brieve geconfirmeert heeft dat Huys in onſer Stadt van Deventer, geheten dat olde Convent,

mit

Digitized by Google

mit een deel perſonen Gaede daer in te dienen, mit ſommige punčten ende regimente, alſo die voorſz brief dat innehoɩt, van welcken huyſe voirſz wy bevelinge hebben. Ende want wy dit ſelve huys oock geerne in eren ſolden holden, ſo confirmeren wy oick dit ſelve huys mit deſen onſen brieve, mit Biſſchop *Guiden* voirſz brieve, ende mit allen den punčten, alſe die ſelve brief innehoɩt, ende oock mit den *Regulen*, die ſy ſculdich ſyn te holden, ende om orber ende nutticheit des huyſes voorſz, ende om vrede ende eendrachticheyt der Suſteren des huyſes te beholden, ſo ordineren wy daer to, dat ghene Suſter den ander laſterlicke of ſcheltwoorden geven en ſal, of liegen heten. Wie dat dede, die ſal die Meeſterſche mit den anderen Suſteren corrigeren naer inhoɩt Biſſcop *Guiden* brief voorſz. Oock ſo ordineren wy dat niemant van den Suſteren en ſal gaen keylen voor kramen of to bruyloſten, of to kermiſſe. Oock en ſal geen Suſter by nacht uyt den Convente ſlapen, ten waer in nootſaken der vrende in kranckheden, ende dan ſal ſy oorlof hebben van der Meyſterſche.

Item des Sonnendages, des Maendages, ende des Dinxendages to Vaſtelavont, ſo en ſal niemant uit den Convente eten, noch opter ſtraten weſen, dan ſy ſullen te kerke gaen ende weder in. Oock en ſal niemant van den Suſteren ter vunten ſtaen.

Item bidden die vrende ymant van den Suſteren, te gaſte van den Suſteren, die ſullen ſy halen laten, ende brengen ſy na der maeltyt weder in.

Item niemant en ſal in den Convente onnutte maetſchap of keylinge maken, mit mans-perſonen van binnen of van buyten, geeſtlic of weerlic, noch geen mans-perſoon en ſal in den Convente by nachte bliven.

Item niemant ſal in den Convente ymant om gelt holden, ofte om vrentſchap, ten waer dat die Scepenen enigen perſoon een ſtede gegeven hadden, mer ſy mogen oere vrende kinder wal leren in den Convente uyt ende in te gaen ſonder argeliſt.

Item niemant en ſal meer copen ende borgen, dan hy betalen mach, op dattet huys daer van geen laſt oft ſchande en lide.

Item als die getiden in der kercken uyt ſyn, ofte alſe die Suſteren uyt der kercke willen gaen, ſoo en ſal niemant van den Suſteren heymelic ſprake hebben in der kercken ofte in den ommegange mit mannen geeſtelic oft weerlick, om quade ſuſpicie te verhueden.

Item ofte die Meyſterſche die broecke niet en corrigeerde alſet behoorde, ende haer daer op eenige Suſter vermaninge dede, ende ſy dan niet en corrigeerde, ſo ſolden die Suſteren ſie corrigeren, gelyck die Meyſterſche dat behoort hadde te doene mit den anderen Suſteren den genen, die gebroket hadde.

Item al beweechlic goet, alſe die Suſteren in den huyſe hebben, als ſie ſterven, dat ſal in den huyſe bliven tot den gemenen orber, ende al ander goet, rente, of erve, dat mogen ſi erven op oer erfgenamen, of latent daer ſie willen.

Item niemant en ſal des avonts langer uyt den huyſe weſen ſonder oorlof, dan die *Ave Maria* klocke geluydet is in onſer Vrouwen kercke. Ende waert ſake dat ymant in deſſer ordinantie vellich worde, of hem ontginge, die ſalmen corrigeren, gelyck voorſz is. Ende worde ymant in der correčtie wederſpannich, dat ſal die Meyſterſche ſelfs brengen an oer Proviſoren, die ſullen hem dat dan helpen uytrichten.

Item ſo wat perſonen die Scepenen een ſtede gaven, die ſullen mede brengen hondert ſwair ponde, of vyf ſwair ponde des jaers, binnen eenre maent in der Scepen hant, die ſullen daer mede copen renten tot des huyſes behoeff gemeyne, ſonder argeliſt. Ende want wy Burgemeiſteren, Scepenen, ende Rait der Stadt van Deventer, ende deſe voorſz punten om nutticheit der voirſz Suſteren weſende ende nacomende, ende des voorſz huyſes, confirmeert hebben ende confirmeren als voorſz is, ſo hebben wy onſer Stadts ſecreet voor ons ende voor onſe nacomelingen aen deſen brief doen hangen. Gegheven int jaer ons Heeren CIↃ. CCCC. XLII. des Dinxdages na dertienden dach.]

Tertium in ipſo S. Spiritus Hoſpitali enatum, etiam ſub nomine & inſigniis S. *Franciſci*, XII. Virgines aluit Xenodochii miniſteriis Chriſtiana charitate mancipatas: earum prima mentio prodiit ad Annum 1346. quo eis vivere deſinens, ſe beneficum oſtendit *Gelmerus Stocke*, Sanlebuinianus Vicarius. III. Sororum itidem XII. S. Franciſci.

Quartum S. S. Joanni Evangeliſtæ & *Ceciliæ* nuncupatum pro Virginibus ſub regimine Fratrum ſola charitate ſine votorum ligulis in communi Conviventibus in natali domo Anno 1377. inſtituit *Ven. Gerardus Magnus*, à quo ei nomen Mr. *Geerts Klooſter*, qui & ipſemet eis uſque ad ultimum halitum convixit: de quibus *Chron. Windeſ. L. 1. c. 2. Joannes Buſchius*: hanc devotorum exercitiorum in communi viventium (ſcil. Fratrum) formam devotam Apoſtolicæ vitæ conſentaneam, primumque hunc modernæ devotionis fervorem devotæ Sorores in Domo Magiſtri Gerardi in Daventria juxta modum ſibi poſſibilem perfečte imitantes, etiam ipſæ de manuum ſuarum laboribus nendo, filando & texendo vitæ neceſſaria & victus ſibi & aliis non ceſſant procurare, profundæ enim humilitatis, propriæ mortificationis, internæ devotionis & veræ ſančtitatis vivendi exemplar cunčtis ſe præbent per orbem Beghinis & Sororibus devotis, unde omnes per iſtam Provinciam devotarum Sororum Congregationes & in Depenvene, Bronopia, Jeruſalem & Bethania Sanctimoniales cœteraque Regulariſſarum Monaſteria Sančtæ obſervationis, diſciplinæ & fervoris originale ſumpſerunt exordium. Non enim à fervore Spiritus & bonis exercitiis inter operandum ceſſare conſueverunt, ſed Horas B. V. de S. Spiritu, de æterna Sapientia, VII. Pſalmos & Vigilias cœteraque ſimilia materna lingua juxta Magiſtri Gerardi tranſlationem Sorores ſimul collaborantes, pariter devote legere & ſine ſuperfluis confabulationibus devotius orare uſque hodie in uſum duxerunt. Hačtenus Buſchius teſtis oculatus. Nunc autem, poſtquam aliquot annis rei monetariæ locus ſervierat, deſtručto S. Spiritus Xenodochio, hujus alumnos fovet & in domo olim laboratoria recreationem præbet tribuum Conventibus: præerat ei IV. S.S. Joan. Evang. & Cæciliæ, Mr. Geerts-klooſter, ab inſtitutore Gerardo M. appellatum.

Agnes Paux uſque ad Annum. 1389 Rečtrices.
Salome Sticken 1407
Berta ter Klocken. 1434
Berta Hermens. 1449
Mechtildis Haveroort. 1452
Eliſabetha Goſens. 1466
Berta ten Zande. 1506
Gertrudis de Mekeren.
Wendelina Sgreven.

Quin-

Digitized by Google

V. S. Cæciliæ, vulgò *Lammen-Klooſter.*

Quintum S. Cæciliæ inſcriptum etiam Sororum in communi viventium ſub diſciplina Fratrum, quorum orientali lateri adhæret, pietatis officina fuit, nomine derivato à *Lamberta de Dieſe*, *Lammen-Klooſter* nuncupatur; erat ea in ſenio ſeculi XIII. primi fundi collatrix, quem pretio comparatis ædibus contiguis dilatavit: etenim unam emit à Theodoro Brandt & à Gerardo Schedemaecker alteram: Annum 1390. & Vigilias Aſſumpt. B. M. V. Litteræ præferunt: cumque auxit ædibus paternis in patrimonii diviſione ſibi à fratre ceſſis *Agneta Henrici Swaeſkens* filia, & hujus Parthenonis Conventualis Anno 1495. feria III. poſt Invocavit. Ejus Præſides fuere

Reſtrices.

Lutgardis.
Gertrudis ten Veen per annos 47. *uſque ad* 1469
Euphemia Zeewinge.
Andrea Iſeren uſque ad Annum 1502
Maria de Beſſen. 1567
Sibilla Everwyns. 1584.

Reliquæ ſeſe noſtræ notitiæ ſubduxerunt. In hoc Parthenæo ſedem fixit Schola Illuſtris Magiſtratus auſpiciis Anno 1630. 16. Feb. aperta.

VI. S. Urſulæ, ex *Kerſtkens* & *Brandes Klooſter* enatum.

Sextum ſub patrocinio, S. *Urſulæ* Virgines ejuſdem cum præcedentibus Inſtituti cultrices habuit, quod è duobus ſibi contiguis & ſub finem ſeculi XIII. enatis *Kerſtkens* ſcil. & *Brandes Klooſter* opera v. Fratrum Rectoris Ven. P. Egberti ter Beeck utriuſque tum Præfecti Anno 1470. excuſſo muro, quo ſolo ſeparabantur, in unum coaluit: „qui & diſpoſuit (ait ejus Biographus) ne Sorores Domus illius & aliarum „Domorum ultra Eccleſiam viſitarent: quod „quædam ex diſſolutioribus etiam alias nequiter inſtigantes graviter tulerunt, quia privabantur libertate evagandi, circumſpiciendi & „alloquendi amicos in Oppido, exeuntes aliquando Eccleſia quaſi ſub prætextu neceſſitatis & amicorum domos viſitantes: quæ per „ſuos concitaverunt Conſulatum contra Dominum Egbertum, ita ut Conſules juberent prædictas Domos iterum ſeparari ſub certa pœna, „ac Sorores iterum viſitare Eccleſias more conſueto, & quod Dominus Egbertus eas ad hoc „non compelleret niſi per efficaces rationes Conſulatum, quare aliter fieri oporteret, informaſſet. Dominus igitur Egbertus invocato S. „Spiritu cum Domino Otgero Procuratore Novæ Domus acceſſit ad Conſulatum & ait: Honorabiles Domini conſtat honorabilitati veſtræ „Sorores hujus oppidi, inter quas ſunt filiæ veſtræ ſorores & neptes, uſque ad hæc tempora „à prædeceſſoribus noſtris & nobis in caſtimonia & bona diſciplina cæteriſque virtutum exercitiis in decus oppidi omnes diligenti cura „& ſolicitudine eſſe ſervatas, ſed jam refrigeſcente charitate prima & abundante iniquitate „per viſitationes Eccleſiæ & vagationes forinſecus, & ex his procedentia compertum habemus ſcandala magna exorta, & inſuper majora videmus præ foribus, niſi ſubtrahatur occaſio: quapropter viſum eſt patribus noſtris & „nobis neceſſarium eas conſervari in Domibus „ſuis, & providere eis de Miſſis & Sermonibus „& cæteris ſub bona & fideli cuſtodia, præſtita nobis ſuper hoc Majorum noſtrorum commiſſione: penſatis igitur iſtis à vobis cum debita diligentia, ſi Honorabilitas veſtra in ſua „priori denuntiata decrevit manere ſententia, „ecce de facto exoneramus conſcientias noſtras, „& curam earum committimus conſcientiis veſtris, quia aliud agere non poſſumus: rogatis „ergo illas aut regi faciatis ſecundùm diſcretionem beneplaciti veſtri. Quibus auditis Conſulatus juſſit foras eos ad breve ire, & maturius „ſuper hoc negotio & profundius ipſis deliberatis revocantes eos dixerunt: eatis in pace, & „quod vobis utile & neceſſarium ad ſalutem Sororum viſum fuit, ſecundùm quod Deus inſpiraverit, quantum ad nos libere perficiatis. „Hactenus MS. iſque (ex eodem) undecim annis ante mortem Aſceterii hujus curam Con„fratri ſuo Lamberto Rees commiſit, qui iſtud „annis 44. laudabiliter cum multis anguſtiis rexit & promovit in ſtructuris, reditibus & agris, „præcipue in erectione nobilis & pulchræ Eccleſiæ." Ex iis quæ regimen obtinuere ad noſtram notitiam devenere Anno

1484. *Aleidis de Aken.* Reſtrices.
1493. *Emerentiana ter Welburgh.*
1501. *Rijckmodis Konincks.*
1521. *Aſella Schroeders.*

Canoniſſæ è Diepenveeniana Canonica exules poſt nuperas Religionis turbas hîc erant hoſpitatæ, ubi & vitæ terminum habuerunt: nunc autem integrum etiamnum ſuperſtes Diepenveenenſium bonorum Receptori & diverſis aliis familiis beneficio ſenatus gratuitum exhibet domicilium.

VII. S. Agnetis, vulgò *Buyskens Klooſter.*

Septimum S. *Agneti* ſacrum & à Virginibus ejuſdem cum præcedaneis Inſtituti excultum Anno 1405. initium habuit hac occaſione: morabatur in Gerardina Domo Soror quædam Weſtphala nomine *Elizabetha Voſſes*, quam ſecuta ejus egena mater in platea ſacerdotali à quodam *Reinero Buyskens* gratis obtinuit domicilium, ſed quia vetula ad ejus ſervitium cum Sororum & Venerabilis *P. Joannis Brinckerinck* earumdem tum Rectoris aſſenſu filia tranſiit, quæ coadunatis ſibi quibuſdam Virginibus & à præfato *Gerardo* ædibus donata, novæ hujus Familiæ fundamenta poſuit.

[En Syngraphas binas Anni 1408. v. Junii in gratiam hujus Aſceterii:

Copia literæ de Domo Patris & Conventu Sororum Bueskens in Daventria.

WY frater Andreas van Diepenhem Prior, Egbertus Zwollis Supprior, Zuederus Burbanck Procurator, Henricus Puſe, Hermannus Coesfeldiæ, ende Johannes Trajecti, Seniores, ende voert gemeene Conventualen, des Conventes van Albergen; bekennen ende betugen mitter waerheit openbaer, voir ons ende voir al onſe nakomelingen, in, ende voermits deſſen onſen apenen bezegelden breve, dat wy mit gueden rijpen berade, ende eendrachtigen willen, avergelaten, verpacht, ende avergeven, in eynen ſtedigen vaſten, ewigen erfpacht, nae erfpachtes rechte, onſe alynge huys, mit alle ſynen toebehoer, ghelegen binnen Deventer in die Papen-ſtrate, tuſſchen huyſinghe, der Vicarien *omnium Sanctorum* in Sanct Lebuinus Karke, an die eyne zijdt, ende Asken Rietmakers an die ander zijdt, den werdigen Pater, ende Mater, ende anderen ghemenen Convents Suſteren van Buyskens Huys binnen Deventer, ende oeren nacomelinghen, om ſunderlinghe waldaet ende doegde die ſye ons ende onſe Conventualen van Albergen altoes ghedaen hebben, ende noch dagelijcx doen, ende in anſtaenden tijden wall doen ſullen: Alſoe dat wy dit ſulve huys voerſz. dair Heer Jacob van Gelre, Pater van Buysken Huys voerſz. nu ter tijdt inwoynt, niet

niet aff te ſtaen oſte verkopen willen en ſullen, ſonder believen, weten, ende willc des opghemelden Conventes van Buyskens Huys voerſz. ſonder alle argeliſt. In oerkunde der waerheit, hebben wy Prior, Supprior, Procurator, ende Senioren voerſz. van weghen des ghemeinen Conventes van Albergen, voer ons ende onſen nacomelingen, deſen brief mit onſen Conventes zegel bezeghelt; in 't Jaer ons Heeren, duſent vijf hondert acht ende viertich, op den vijfften dach Junio.

Copia litteræ Conventus Sororum Bueskens in Daventria.

WY Jocob van Gelre Pater, Suſter Alijdt Lambertz Moeder, ende Suſter Neſe Janſs Procuraterſche, ende voert ghemeene Conventualen des Conventes van Buyskens Huys, binnen Deventer, bekennen ende beleijen, voer ons ende onſe nacomelingen, in ende uyth deſen onſen openen breve, Alſo die weerdighen ende Geyſtlijcken Heeren, Andreas van Diepenhem, Prior; Egbertus Zwollis Supprior; Swederus Burbanck Procurator, ende voert ghemeene Convėntualen des Conventz van Albergen, oir alynge huys mit ſyn toebehoer, ghelegen binnen Deventer, in die Papen-ſtrate, tuſſchen huyſinge der Vicarien *omnium Sanctorum*, in Sanct Lebuinus Karke, an die eyne zijdt, ende Esken Reytmakers an die ander zijdt, daer nu ter tijdt onſe Pater voerſz. in woont, ons ende onſen nakomelinghen, in ewighen, vaſten erfpacht, avergheguven, verpacht, ende averghelatne hebben, ende oick omme andere gude frundtſcap, ende doegeden, onſen Convente voerſz. durch den Heeren van Albergen beweſen ende angekiert, dat die Prior in der tijdt, ende Conventualen Heeren van Albergen voerſz. mit oir Conventens wagen, ende peerden, einen vryen intoch ende wttoch tot dat voerſz. Huys beholden zullen; ock in den ſulven huyſe eine kamer mit twee bedden, ende oir toebehőer, ghelijk Prior voerſz. ſus langhe die ſelve gehadt, ende ghebruckt hefft, ende dair toe ſullen die voerſz. Prior ende Conventuael Heeren mede ghebrucken ons Paters taffel, ſoe goet ende quact hye ſelves heft, ſoe ducke ende mannichwerf ſye toe Deventer kommen, ſonder alle arghcliſt. Oirkonde der waerheit, hebben wy Pater, Moeder, ende Procuraterſche voerſz. onſe Conventz zeghel van Buyskens Huys voerſz. beneden an deſſen brieff wittlijck ghehangen. In 't Jaer ons Heeren, duſent vijf hondert acht ende viertich, op den vijfden dach in Junio.]

Variam Collegii fortunam, ſolatia à benefactoribus recepta (quos inter celeberrimus *Gerardus à Rijſſen vir pius & dives* tum moram trahens in *Borgel*) Sororumque res præclarè geſtas domeſticus calamus integro Volumine conſcripto poſterorum memoriæ conſecravit: modò autem pro parte dirutum eſt apertâ per illud plateâ publicâ, ceſpites aſſervat Eccleſia hiemali tempore pauperibus diſtribuendos, & præcipua ædificia inhabitat Trapezita, quem Lombardum vocant: ejus Rectrices nominantur *Elizabetha*

Rectrices. *Voſſes. Aleidis van Rhijn. Gertrudis Brandes. Machtildis van Coln*, ſub qua deducta colonia in *Waemel* pagum Thilæ vicinum ad inſtantiam *Lamberti de Haeſe* domum, fundum & dotem offerentis Monaſterium ibidem conſtruxerunt. *Margaretha ter Welbergh*, ſub qua Eccleſia aſſurrexit. *Mechtildis Hermz. Gerbirgis. Gruyters. Aleidis Lambertz.*

VIII. Canoniſſarum Regularium S.S. Agnetis & Auguſtini.

Octavum horæ ſpatio à civitate abjunctum ſub titulo B. M. V. & S. *Agnetis* atque inſigniis S. *Auguſtini* fuit *Canoniſſarum Regularium* Windeſim. Capituli florentiſſimum olim Collegium & fæcundiſſimum ſeminarium, è quo in plurima paſſim oppida ac loca Coloniæ deductæ: initiatorem habuit Venerabilem P. Joannem Brinckerinck Zutphanienſem & è Domo Florentiana ſecundum Virginum Gerardinarum Rectorem, de quo ejus Biographus: *Domina Suedera de Runen* (*Frederico de Rechteren* & *Margarethâ de Culenburg* parentibus prognata ac *Joanni Runano* apud Tencteros *Toparchæ* nupta, eoque cum filio, quem unicum ſuſcitaverat, defuncto Vidua) *diu multumque deſideraverat adjungi & cohabitare Sororibus Gerardinis, quod tamen obtinere non potuit, quoniam Magiſter Gerardus ſuis commiſerat, (etſi in Litteris Fundationis Domus non inveniatur inſertum) ne Viduas aut Canonicorum famulas aut filias in ſua domo reciperent: quoniam frequenter id hominum genus bonis Congregationibus obſit, niſi ex intimis in timore Dei fervens ſe mortificationi & propriæ voluntatis fractioni tradiderit, quod rariſſime in hujuſmodi reperitur: propter hanc ergo Suederam & alias ejuſdem fervoris Viduas propoſuit Dominus Brinckerinck conſtruere Monaſterium in Diepenveen.*

Ejus Propages

Ex florentiſſimo hoc Parthenæo & ab ejus alumnis religioſæ vitæ cultus aut primò traditus eſt, aut expolitus, aut etiam poſtliminio reſtitutus juſſu Reverendiſſimi Archiprioris Windeſimenſis in S. *Luciâ* Santrudonianâ, in S. *Agnete & Valle* S. *Barbaræ* Thienenſi, in *Jeruſalem* Trajectenſi, in Collegiis *Silvæducenſi*, *Sanctenſi*, *Weſalienſi* & *Bommelienſi*, in *Mariæ-campo* Amſteldamenſi, in *Bethania* Machlinienſi & Arnhemienſi, in *Nazaretho* Colonienſi, in *Galilæa* Gandavenſi, in *Annæbergâ* apud Haſſos, in *Wilfertshuiſen* ad Viſurgin, & alibi: de quibus Diepenveenianarum Veſtalium Biographia, è quarum Necrologo adſcribo earumdem Rectores.

Rectores.

I. *D. Joannes Brinckerinck Fundator & Rector hujus Domus obiit Anno* 1419
II. *F. Egbertus Linghe Monſagnetanus.* 1427
III. *F. Judocus de Rugghe.* 1444
IV. *F. Godſcalcus de Hoorn.* 1446
V. *F. Henricus Harderwijck.* } *Windeſimenſis.* 1447
VI. *F. Ludolphus de Wilſem.* } 1468
VII. *F. Walramus de Noorthoorn.* 1474
VIII. *F. Henricus Hagen Nazarethanus.* 1484
IX. *F. Theodoricus Waninck Monſagnetanus.* 1490
X. *F. Henricus ten Noerthaeve Bethlemita Swollanus.* 1502
XI. *F. Otto de Noorthoorn.* 1521
XII. *F. Hermannus Roede Windeſimenſis.* 1551
XIII. *F. Joannes Zutphaniæ Mariæ Vallenſis.* 1557

Reliqui oblivione ſepulti jacent.

Itaque cum Sororibus Gerardinis, quarum erat fundus, ipſis Venerabilis Sacramenti ſolemniis Anno 1401. communicato intento, habitoque earum aſſenſu, altero ſtatim die non niſi 4. vel 5. Florenis inſtructus Monaſterii initium eſt auſpicatus, loco quidem ſilveſtri & paludinoſo, ſed Sororum induſtria hinc inde etiam ultra viri ſtaturam ingeſta terra elevato. Prima ædificia fuere è vimine & argilla, primumque Ora-

Oratorium cum Ara S. Agnetis ac Cœmiterio Anno 1403. in Vig. S. Matthæi conſecratum: cui deinde à *Friderico de Blanckenheim* Trajectenſi Antiſtite, Parocho S. Mariæ, præpoſito & Senatu Daventrienſi Anno 1407. pro erectione Monaſterii Canoniſſarum Regularium S. Aug. obtentâ licentiâ ſuffecerunt Eccleſiam (Anno 1411. in Feſto S. Matthæi conſecratam, cujus parietes etiamnum ſuperſunt) è lapidibus quos ibidem coxerant, quibus & dormitorium atque ædificia reliqua conſtructa, modo autem deſtructa & cum fundamentis eviſcerata præter latrinas & unum alterumve domicilium, in quo ab Anno 1661. per Prædicantem habitæ Conciones. Nummos ſuppeditabant Sorores Gerardinæ (quibus tamen facta reſtitutio omnium & pro fundo Villa in Noſeldem) *Suedera de Runen*, *Eliſabetha Haeſenbroeckx* & ipſe Dominus *Brinckerinck*, cui remiſerant Fratres Florentiani dives patrimonium, quod in communes uſus nuper attulerat hiſce impendendum: quem cum fabricæ intentum forte quid moliretur quiſpiam rogaſſet: *arcem*, reſpondit, *deprædatoriam conſtruo Deo, ut exinde è faucibus Dæmonum animas eruere valeam, & Dominum Chriſtum imitans pro poſſe ad propriam domum à Dæmone & mundo erutam captivam ducere valeam captivitatem.* Clauſura cœpit Anno 1408. in feſto S. Agnetis, quo & primæ XII. Sorores per Joannem Vos Windeſimenſem Priorem præſentibus de Fonte & Monte Prioribus ac multa populi frequentia ſecundùm Windeſimenſium Statutorum formam habitu indutæ ſunt, cæteris Novitiis per annum permanentibus tres eodem die vota fecerunt, è quibus Hillegundis Sunderlantſs prima conſtituta Prioriſſa. Familiæ amplitudinem indicat Buſchius, hic quandóque Rector 1. Chron. Windeſimenſium c.43. „Has in bona diſciplina, vera obedientia, mortificatione propria & cælica vita ita inſtituit, (nempe *Dominus Brinckerinck*) ut jam ſint forma & exemplar, flos & decus & gloria, omnium Sororum & Sanctimonialium Deo ſervire cupientium: circa XC. habens Sanctimoniales, XXVII. Converſas & XXV. alias puellas nondum inveſtitas intra clauſuram, X. Sorores pro externis laboribus extra clauſuram ſeorſum à viris ſeparatas, & XX. Laicos familiares foris in curia pro agricultura: ſeparatum Rectorem cum duobus Presbyteris & duobus Laicis eis ſervientibus, quibus omnibus victus, veſtitus & cætera neceſſaria per Sanctimoniales ab intra miniſtrantur, quæ intus coquunt, pinſunt, braxant, molunt, ſuunt & cætera exercent officia, non vacantes otio, ſed magnis ſuis laboribus & ſpiritualibus exercitiis Regnum Cœlorum promerentes."

L.4.reform. c.33. Ann. 1456.

Deſiit Fundator vivere in die S. Ludgeri Anno 1419. ſexagenarius tumulum nactus ante principem Aram. Illuſtriſſimæ hujus Canonicæ præfecturam geſſere addito Anno mortuario

Rectrices,

Hillegundis Sunderlantſ.	1445
Salome Sticken.	1449
Eliſabetha de Tyel.	1452
Ermgardis de Straelen Vollenhoviana.	1470
Gerarda Urdemans Boeckholtana.	1472
Salome van den Wijel Weringana.	1490
Daija Dierkens.	1491
Sapientia de Renſen.	1500
Catharina Lauwers.	1504
Bernarda Bitters.	1508
Aledis Hudekes.	1513
Mechtildis vander Geeſt.	1546
Wijchmodis de Keppel.	1558
Anna de Windeſem.	1565
Anna Stuyrmans.	1587
Helena de Boſelaer.	1594

SCHOLA.

Schola, Athenæum dicta.

Ea hic quondam celeberrima, (ubi *Alexander Hegius* XXX. annis ejuſdem Rector primus Græcas in Belgio litteras excitavit exemplo Rod. Agricolæ præceptoris ſui, qui Germaniæ eaſdem reſtituerat) in Vita *Thomæ de Kempis* à Roſweido *Belgicæ Athenæum* dicta, ob illuſtrium virorum quos protulit ac Studioſorum frequentiam, qui ad aliquot millia cenſebantur, paterna potiſſimum ſolicitudine & *Fratrum* noſtrorum provida cura invitati, quæ neceſſaria indigentibus & gratuita etiam hoſpitia procurabat: ut enim in Vita Domini Florentii ſcribit *Rudolphus de Muyden*, Anno 1458. „penè omnes cives adhærentes Domino Florentio & Fratribus ſuis habebant in domo ſua unum pauperem Scholarem devotum, cui dabant lectiſternium & potagium & tyſanam propter Deum. *Lambertus de Gaelen* continue habuit in domo ſua ad minus octo pauperes Scholares, qui ordinabantur ſive mittebantur ibidem à Fratribus Domus Domini Florentii, ſicut etiam in aliis domibus civium. Fratres Presbyteri Domus Domini Florentii ſolebant quandoque comedere cum iſtis pauperibus. *Dye van Dunen* habuit continue octo pauperes Scholares devotos ſibi miſſos à Domo Domini Florentii, quibus miniſtravit lectiſternia, tyſanam & potagium, inſuper quolibet die uni de illis octo dedit prandium. Dominus Rembertus Decanus Eccleſiæ S. Lebuini veniens Daventriam propoſuit equitare cum tribus equis, ſed Dominus mutavit propoſitum iſtud, nam pro tribus equis recepit ad domum ſuam ſex devotos pauperes Scholares ſibi miſſos à Fratribus Domus Domini Florentii, quibus dedit integras expenſas, inſuper dedit togas ſuperiores, tunicas & caputia de novo panno formata juxta modum devotorum in Daventria (qualibus hodiédum utuntur apud Lovanienſes alumni Collegii Standonkici) &c. *Thomas de Kempis*, cui ſimilis impenſa cura grato eam calamo agnovit, c. 1. de Diſcipulis Domini Florentii, venientem, ſcribit, ad præſentiam Patris Reverendi nempe Florentii, mox pietate motus aliquantiſper me ſecum in Domo tenuit & ad Scholas inſtituit, datis inſuper libris quibus me egere putavit. Demum hoſpitium cum quadam honeſta & devota gratis impetravit, quæ mihi & multis aliis Clericis ſæpius benefecit. Hæc hoſpitia privata, publica plura, inter quæ."

Domus S. Hieronymi;

Domus S. Hieronymi, cui è Fratribus Procurator, qui & Pædagogus, præerat, inter quos Anno 1504. excelluit *Joannes Synthemius* auctor Grammaticorum Commentariorum in Doctrinale Alexandri, inde magnum nomen, ut *in Vita Eraſmi* ait *Rhenanus*, ea tempeſtate in Germaniæ Scholis conſecutus: quæ ſequuntur ex ipſo autographo deſcripſi olim in Seminarii Oratorio pendulo.

Hæc *Tabula* debet dici *Liber Vitæ*, quoniam in ea nomina piorum, qui Domum iſtam fundaverunt, dotaverunt, promoverunt & dilexerunt, conſcripta habentur, de quibus etiam pie præſumendum eſt quod eorum nomina ſcripta ſunt in

Inſtitutores, in Cœlis, cum Mammonam iniquitatis tanquam fideles diſpenſatores in pauperes Chriſti imo in ipſum Chriſtum large diſperſerint, juxta illud: quamdiu uni ex minimis iſtis feciſtis mihi feciſtis: ac taliter de eadem Mammona fecerint ſibi amicos, qui cum defecerint, recipiant eos in æterna Tabernacula. Merito ergo dives ſubveniat pauperi hilariter, qui eum ſublevet in Cœlum: unde Gregorius ait: ſi cæleſte patrimonium eleemoſynis comparatur, ergo pauperes non ut egeni audiendi ſunt, ſed ut patroni obſecrandi ſunt: ex qua auctoritate patet, quantum pauperes apud Deum valeant, cum divites ab eis tanquam à patronis cæleſte regnum comparare poſſint. Unde ſi iidem pauperes, qui tanta apud Omnipotentem prævalent, ut regnum quodammodo ſibi rapiant, & ſuis benefactoribus illud vendant, ingrati fuerint, nec apud Deum pro benefactoribus ſuis tam vivis quam mortuis intercesſerint, vere meo judicio eorum ſcelus grave omnino & damnoſum cenſendum eſſet. Ne igitur peccata populi comedant, & iracundiam Dei ſuper ſe inducant, memoriam ſuorum benefactorum ſedulo in devotis orationibus ad Dotatores, Deum ſuppliciter faciant, ut in illa die pium inveniant Judicem, quem in terris habuerunt proviſorem.

Ten eerſten S. Borchardt *een ſtichter en gever onſes principaelen buſes, daer onſe Sael in is met den hove, ende* Cunere *ſijn Suſter.*

Voort Alijdt Borren *met oer S. man* Johan Borre *ende* Meriſſe *hoer Suſter, dewelke* Alijt *gegeven heft onſen buſe dat huys daer onſe nieuwe Kocken in is.* Quæ obiit poſt Matthæi, pro cujus anima quilibet leget in Anniverſario ejus ſeptem Pſalmos & Vigilias IX. Lect. inſuper audiet Miſſam aut celebrabit ſi Sacerdos fuerit: & iſtud faciet quilibet quoad vixerit, ſi omiſerit in Anniverſario, repetet alio tempore.

Mr. Richart de Printer *en ſijn Huysvrouw, die op ſijn koſt by nae den Kelder, den Saedel en kocken, en ſieckenhuysken heeft laeten verbeteren in voertijden.*

Gerardus van Texels *den de inwoonderen veel genoten hebben ende meer genoten moghen, ſo ver als dat goet dunkt den genen die* S. Gerardus *goet hebben te vergeven.* Qui obiit Pontiani.

S. Geertruidt Suſelerſi, *die een deel van den hof betaelt heft.*

Herman Zwitze *en* Emme *ſijn huysvrou, die noch alle daghe bynae de geſellen in deſen huys verſiet met botteren en broot en andere nootdrufte, en wel een* Vaeder *deſes huis genoemt werden & heiten mach.* Obiit Pancratii.

Johan van Ruitenbergh *van welcken teſtament wy ſeer genoten hebben.*

N. Cremer *ende* Griete *ſijn vrou en ſijn andere Vrinden daer by voier begeert heft.* Iſte obiit poſt Nativ. Mariæ & legavit adhuc ſanus cum uxore domui iſti v. Flor. annue.

Jacobi Treveris clavigeri Scholæ, qui multa procuravit & dedit Domui Hieronymi. Obiit Anno 1516. cujus nomine circa Feſtum Nativ. legent Socii Vigilias pro eo.

Trude Heſſels cum marito & fratre *Borchardo Camerick, die beſonder ons goedertieren is geweeſt met haer broeder, ende daerom onſe* Moeder *is geheten.*

Lambert van Hees cum ſorore ſua.

NOTANDUM.

Item Socii noſtri recipient ex legatione *Magiſtri Everardi Brunonis* p. m.

Primo ex Contubernio S. Auguſtini ſupra Montem octo portiones quatuor diebus feſtis in anno ſcilicet Converſionis S. Pauli, S. Georgii Martyris, S. Jacobi Apoſtoli & S. Remigii, in quibus diebus Contubernium præfatum dabit pauperibus quatuor modios ſiliginis & quartale vaſis butyri.

Item ex Contubernio S. Auguſtini recipient Socii noſtri quatuor diebus in anno octo portiones, ſcilicet in Feſto S. Hieronymi, Lebuini, præſent. B. V. Barbaræ.

Item ex Contubernio Ven. Sacramenti recipient Socii noſtri ſex diebus in anno octo portiones, ſcilicet in omnibus quatuor Temporibus, primo poſt caput jejunii & in Feſto S. Gertrud. Magdal. his diebus orabunt Socii noſtri fideliter pro anima *Magiſtri Brunonis* & amicorum.

„ *Nova domus*, aliàs *'t Erme Fraterhuys* à numero potiori ſumpta denominatione: nam invenio ſeptuaginta ut minus propriis ſuis ſumptibus hic commenſales fuiſſe: de ea ſup. citatus Rudolphus Dier de Muyden in Vita Domini Florentii. Circa idem id tempus (ad Annum ſcilicet 1398.) ædificabatur Nova Domus, ſic dicta ad diſtinctionem Domus Vicariæ S. Pauli, in qua devoti Fratres habitaverunt etiam per duos annos poſt obitum Domini Florentii, quæ dicebatur Antiqua Domus: intentio autem quare ædificabatur hæc Domus fuit, ut devoti Clerici poſtponentes Scholas poſſent ibidem ſedere ſub regimine Domus Domini Florentii promerentes panem ſuum cum opere Sacræ Scripturæ, eo quod per id tempus pauca eſſent loca religioſorum vel devotorum ad quæ potuiſſent divertere. Erat tunc temporis quidam mercator converſus ad Dominum nomine Henricus de Creveldia, hujus mercimonia valebant ducentos florenos quos dedit ad ædificandam præfatam domum: iſte per tempus fuit coquus in Antiqua domo, poſtea vero fuit coquus in Nova domo ubi & obiit. Fuit etiam alius Henricus oriundus de Gorichem oppido Hollandiæ, qui vendito patrimonio ſuo dedit pecunias pro conſtructione iſtius domus, hic fuit coquus in prædicta Nova domo uſque ad mortem ſuam, & obiit in eadem tactus à peſtilentia. Inſuper Gerardus Schedemaker qui erat aliqualis carpentator juvit propter Deum ad ædificandam iſtam domum laboribus ſuis, prout conſueverat omnes devotas adjuvare laboribus ſuis: iſte cum eſſet occupatus in ſtructura domus jam dictæ cecidit de alto & confractum fuit ſuum brachium, & ſic confractum arripuit eum febris peſtilentialis ac eum de medio tulit. Quartus qui juvit ad conſummationem prædictæ domus fuit Wilhelmus de Vianen germanus Domini Jacobi de Vianen Fratris noſtri, qui perfecit ipſam domum manibus ſuis opere lignario: iſte perrexerat ad partes nativitatis ſuæ, ubi fuerat apud germanam ſuam infirmatam à peſtilentia inguinaria, qui reverſus Daventriam cœpit & ipſe infirmari ex eadem peſte, tantos autem calores habuit in ipſa infirmitate, quod maluiſſet, ut dixit, in furno ardente cadere quam illum calorem tolerare quem ſuſtinuit: ex ipſa infirmitate obiit

Nova domus, ab antiqua domo diſtincta.

„in ipſa Domo: poſt quem obierunt ex ipſa domo decem Fratres forte infecti ab eo, nam in oppido Daventrienſi non erat pro tunc peſtilentia: aliqui qui tunc obierunt plene mortificati vitiis & dediti Deo videbantur. Illi qui ædificaverant domum prædictam dederunt ſibi mutuo coram Scabinis jus ſuum in domo prædicta. Erant vero alii tres, ſcilicet Nicolaus Lathomus, Gisbertus Lathomus & Wilhelmus Anſen habentes communiter quandam aliam domum, & illi de Nova domo concordaverunt cum illis tribus prædictis de alia domo ſic quod mutuo tradiderunt ſibi invicem coram Scabinis domicilia & areas quæ habebant intra Daventriam. Tandem omnibus defunctis habentibus jus ad prædictas domos Gisbertus Lathomus prædictus, qui poſtea fuit & obiit commenſalis noſter, dedit cum conſenſu executorum teſtamenti ſui Fratribus domus Domini Florentii ipſam Novam domum, ſperans quod ipſi Fratres non uterentur ipſa domo niſi ad honorem Dei. Sed ſciendum, quod hortus poſitus à latere verſus murum oppidi Daventrienſis pertinet Fratribus domus Domini Florentii, quem emerunt à Gisberto prædicto pro quinquaginta florenis, quorum xxv. erant floreni blavii monetæ Gelriæ, & xxv. erant argentei, computatis pro quolibet floreno XIII. groſſis Flandriæ & tribus divitmaris: hactenus MS. qui poſtmodum venditus ipſi Novæ domui, quam plurium liberalitas large dotavit. Qui è fratribus præerat, hi namque ejus curam habebant, Procurator dicebatur, qui & è ſuis laicos culinæ & aliis miniſteriis præficiebant. *Reverendiſſimus* noſter *de Monte egregius* (ex *Middendorpio de Academ. L. 2. pag.* 313.) *Scholæ reſtaurator*, hic juxta præſcriptum Trid. *Diœceſanum Seminarium* conſtituerat: ſed mutata religio in eorum puerorum & puellarum, qui lanea fila ducendo ſtipendia lucrantur, officinam, ſcholam alioſque uſus convertit, ſalubri conſilio ut ab otio & mendicitate arceantur.

Diœceſanum Seminarium, ibi erectum, in puerorum & puellarum officinam verſum.

Burſa Cuſana.

Burſa Cuſana, nomen mutuata à ſuo Fundatore *Nicolao de Cuſa*, ad Moſellam oriundo: is è Tartobergenſi Can. Reg. S. Auguſt. in Tirolenſi Comitatu, cui præerat, Præpoſitus, Monaſterio aſſumptus in Epiſcopum Brixienſem, Tit. S. Petri ad vincula Cardinalem ac per utramque Germaniam Legatum, Anno 1469. hîc, ubi primam ætatem Muſis conſecrarat, Collegium iſtud pro xx. Studioſis à Rectore pro tempore Xenodochii S. Nicolai prope Cuſam ſubmittendis, erexit dote apud Daventrienſem Magiſtratum depoſita, cui eiſdem ternos ex civium liberis licitum inſerere.

[Deſtinavit huic rei 4800. florenos aureos Rhenanos, quos Mag. Theodorus à Santen Juris Utr. Lic. Canonicus Eccleſiarum Leod. & Aquiſgranenſis Rector tum temporis dicti Xenodochii apud Magiſtratum ac Communitatem (ut vocabant) Daventrienſem depoſuit, pro annuo 2410. ſimilium florenorum reditu, qui dictis xx. Studioſis ſuppeditarentur.]

Sed excluſis & eorum loco ſubſtitutis Prædicantium & aliorum filiis, quibus præeſt Gymnaſii Conrector, præfatus Rector non agnoſcitur amplius; cumque de eo per literas Anno 1624 conquereretur, ſibique reſtitui reditus cum ſorte poſtularet, negativum reſponſum obtinuit; ac ſtatim decretum ne Catholicorum civium liberi beneficiis vel ſubſidiis fruerentur, quique ea haberent, iiſdem privarentur, quod etiamnum obtinet.

[Rem ſic plenius habe: Anno 1624 XXII. Martii Confluentiâ è Monaſterio S. Nicolai miſſæ fuerunt literæ ad Magiſtratum Daventrienſem, quibus petebatur, ut reditus Burſæ Cuſanæ una cum ſorte ipſis reſtituantur, propterea quod de voluntate teſtatoris ad alendos in ſtudiis adoleſcentes non amplius impendantur. Communicatæ fuerunt hæ literæ Senatui Scholaſtico, a quo Confluentinis reſponſum, perperam ea de re ad eos relatûm fuiſſe, cum non modò media ad eum uſum à Cardinale Cuſano legata, ſed & plura è facultatibus civitatis ſtudiorum provectioni inſumantur, quæ ſi illi Magiſtratui refundere velint, ex æquo & bono facturos.

Eodem die decretum, ne liberi Pontificiorum beneficiis vel ſubſidiis ſtudiorum fruantur, quique ea habeant, iis priventur.]

Peruſina;

Quam exteris hoſpitalitatem exhibuêre noſtri, apud ipſos & ii eandem fuerunt experti, in *Peruſinæ* namque Univerſitatis Scholarium S. Gregorii Collegio ex fundatione *Nicolai de Caputiis* Cardinalis & Daventrienſis Præpoſiti ab Anno 1362. unum habuerant locum, quem uti & alterum pro Trajectenſibus à multis annis neglectum, Anno 1655. Illuſtriſſimus *Jacobus de la Torre* per Unitum Belgium III. Vicarius Apoſtolicus, præſens ſuis reſtituit, jure patronatus ad ſe ſuoſque ſucceſſores tranſlato, quod olim erat penes Trajectenſem Antiſtitem & Daventrienſe Capitulum. Ex fundatione *Hermanni* Hervordienſis in Hervordienſi Gymnaſio duo, totidem ex ejuſdem liberalitate *Coloniæ* in trium *Coronarum* Collegio: totidem etiam in florentiſſimo S. Laurentii Palladio, & alia alibi. Sed omnium opulentior & major eſt fundatio quam noſtro tempore fecit *Balthaſar à Bodeker* Veenhuyſius, qui condito cum matre ſua Anno 1584. 24. Mart. Teſtamento bonorum ſuorum majorem partem ad fundationem erectionemque Univerſitatis ſive illuſtris Scholæ legavit: quod ejus votum implevit Senatus Anno 1630. quo & obiit vidua Bodekeri & bonorum uſufructuaria Joanna de Grotenhuys, ipſe mortuus eſt Anno 1617.

aliæque Coloniæ & Lovanii inſtitutæ.

[De Burſa Peruſina vide fuſius J. Revii *Dav. Illuſt.* l. 1. p. 73. &c. Scholis & Burſis viros eruditos quos Daventria dedit, juvat ſubnectere. Hi inter ceteros fuere.

EVERARDUS BALCK, J. C. Daventrienſis, & Profeſſor publicus in Gymnaſio Harderviceno apud Geldros, jura in Biturigenſi Galliarum Academia atque alibi didicit, & ſcripſit quædam juridica.

EVERARDUS BRONCKHORSTIUS, *Joannis* filius Daventrienſis, Coloniæ, Marpurgi, Erphordiæ, & Witebergæ, decurſo juris ſtadio, ſtudii fructum Baſileæ tulit, & Doctoris titulo atque inſignibus donatus eſt Anno D. 1579. decimo ſexto Kal. Septemb. Witebergam reverſus anno uno jura privatim docuit; eademque biennio integro Erphordiæ publicè explanavit. Patriæ redditus, conſulari munere functus eſt, atque Anno 1586. Profeſſorum numero Lugduni Batavorum adſcriptus. Jus variis ſcriptis elucidavit.

Val. Andr. in Bibl. Belg. & alii.

Mr. JOANNES OOSTENDORPIUS, Gerardi Geldenhaurii Noviomagi præceptor, Canonicus ad S. Lebuinum Daventriæ, vir multo „ſtudio multaque experientia doctiſſimus, adoleſcens admodùm Weſſelium Phriſium Groningenſem, qui *Lux Mundi* vulgò dicebatur, ſenem adiit, & inter cetera ab eo audivit, quaſi

„ quaſi jam quod futurum erat prævidente; *Studioſe adoleſcens, ad eum vives diem, quo doctrina Thomæ, & Bonaventuræ, & aliorum ejuſmodi farinæ recentiorum & contentioſorum Theologorum ab omnibus verè Chriſtianis Theologis explodetur.* Id ego, inquit, Noviomagus a canescente Ooſtendorpio in templo D. Lebuini audivi Anno 1528. x. Cal. Martias.

GERARDUS BRUNUS, ſive *Bruneſius*, Daventrienſis, conſularis ibidem viri filius, & Canonicus in patriâ, magni vir judicii, indefeſſæ lectionis & ſingularis humilitatis, Latinitate donavit,

Praxin vitæ ſpiritualis juſſu Nic. Sfondrati, Card. & Epiſc. Cremonenſis, poſt Pont. Max. Gregorii XIV. editam Coloniæ typis Birckmannicis 1586.

Item è Flandrico libellum *Adriani Adrianii*, è Societ. Jeſu, *de confeſſione* ibid. 1587.

Obiit patrio in ſolo, Anno 1630. ferè ſeptuagenarius.

GUILJELMUS HACKUSANUS, Daventrienſis, poſt Gysbertum Longolium ſcholiis illuſtravit *Deſ. Eraſmi de Civilitate morum* inſignem libellum Montibus Hannoniæ 1607. 8. apud Lucam Rivium.

JACOBUS DAVENTRIENSIS, Transiſalanus, Geographus fuit non incelebris, cujus laboribus ex multis Ortelius uſum ſe fatetur, & Munſtero *Friſiæ deſcriptionem*, auctore Daventrienſi, operi ſuo coſmographico inſeruit: exſtant & *Brabantiæ*, *Geldriæ*, *Hollandiæ ac Zelandiæ tabulæ*.

JOANNES A DAVENTRIA, Tranſiſalanus, Ord. Minorum Magiſter, Provinciæ Colonienſis, Hæret. præſertim Anabaptiſtarum ac Lutheranorum, iſtis in locis graſſantium, ſtrenuus impugnator, edidit,

Exegeſin Euangelicæ veritatis, contra errores confeſſionis Lutheranæ, Cæſari in Comitiis Auguſtanis exhibitam, Coloniæ 1535. 8. Typis Melch. Noveſiani.

Scripſit item contra Anabaptiſtas librum, cui titulus *Catapulta*, aliaque.

JOANNES DORRIUS, Daventrienſis, ſcripſit carmine elegiaco, *Encomium Ducatus Geldrici*, Coloniæ 1567. 8. annexum compendio Chronici Geldrici Henrici Aquilii.

JOANNES SINTHEMIUS, Congregationis S. Hieronymi Daventriæ, Deſ. Eraſmi præceptor, edidit,

Commentarios Grammaticos in Doctrinale Alexandri, Pariſ. Typis Badii 1504.

LAMBERTUS LUDOLPHUS, *Pythopheus* Daventrienſis, *Orationes* vulgavit *de Philoſophiæ laudibus & utilitate*, *de ſtudio & cauſis eloquentiæ*, *de ſtudio poëtices*, *de Aſtronomia*, præterea *Tobiam* carmine elegiaco reddidit, ac denique vario & eleganti carmine *Nihil* deſcripſit.

Moritur Anno 1596. ætatis 63. IV. Kal. Februarii.

ORTWINUS GRATIUS, Daventrienſis cognominatus, quod Daventriæ ſub Alexandro Hegio, Gymnaſiarcha doctiſſimo & celeberrimi nominis, enutritus ſit, altus, & bonis auctus litteris, natus tamen in Diœceſi Monaſterienſi in Weſtphalia, ut ipſe teſtatur præfatione, quam præfixit libello Werneri Rolevinck de ſitu Weſtphalorum. Docuit bonas litteras Coloniæ Agrippinæ in Burſa, ut vocant, Cuyckiana, edidit,

† *Faſciculum rerum expetendarum & fugiendarum*, qui notatus ac prohibitus eſt in *Indice* a Patribus Trident. confecto, *triumphum Beati Job Prophetæ* verſu elegiaco lib. 3. *Apologiam adverſus Joannem Reuchlinum*, *Lamentationes obſcurorum virorum*. Obiit Coloniæ Anno D. 1542. 11. Kal. Junii.

PETRUS HOLTZEMIUS, Daventrienſis, M. D. & Profeſſor Colon. varia ſcripſit ex principiis chymicis, quæ vide apud Valerium.

PETRUS REDANUS, Daventrienſis, Doctor Medicus, edidit *querelam Medicinæ dogmaticæ*, Baſil. apud Pet. Pernam 1570. 4. cum *Jacobi Curionis* Dialogo, *Hermetimi* nomine inſcripto.]

BATHMEN

Sallandiæ Pagus, cujus Eccleſia ſub tutela conſiſtit B. M. V. & Sanlebuiniani Capituli patronatu, in qua *Bathmen, Divus Tut. Collator.*

VICARIÆ.

Vicariæ.

1. *S. Catharinæ.*
2. *S. Anthonii*, cujus Miniſter, quem legit Parochus cum Toparcha in *Dorth*, ſemel in ſeptimana ſacerdotio fungitur.

OLST.

Sallandicæ ditionis membrum, in cujus Eccleſia rei ſacræ archiſtrategus eſt *S. Willibrordus*, ſub patronatu Daventrienſis Capituli: in ea *Vicaria* unica B. M. V. & *S. Joannis Euangeliſtæ*, quæ pro patrono veneratur Parochum, & binum Sacerdotii exercitium ſuo poſſeſſori demandat. *Olſt, Divus Tut. Vicaria, Paſtor ejus coll.*

[Paſtor in Olſt Anno 1571. Dominus *Joannes Cloet*.]

CAPELLÆ II.

Una in *Hengverden*, quæ matrici Eccleſiæ nec amplitudine, nec turris proceritate cedit. Altera cis Iſalam in *Welſum*. *Capellæ binæ.*

WEESEP

Sallandiæ regioni annexus Pagus. Eccleſia *D. Nicolao* inſcripta eſt, & ad functiones paſtorales Daventrienſe Capitulum jus habet denominandi atque inveſtiendi. *Weeſep, Eccleſia Paroch. altaria, Divus Tut. Collator, Paſtor.*

[Paſtor Anno 1571. D. *Hermannus Lyſſinck*. Altaria ibi S. Annæ & S. M. Virginis ſine beneficiis.]

HOLTEN.

Pagus Sallandicæ Satrapiæ ſubditus, cujus Eccleſiæ *Holten,*

[quæ filia eſt Eccleſiæ in *Ryſſen*.]

præfecturam poſſidet Scholaſticus B. M. Traject. in qua unica *S. Anthonii Vicaria* cum onere duplici Sacrificii & adjutorii Paſtoris in cura & choro: ejus patronatu gaudent Villarum Domini, quas hæc Parœcia complectitur. *collator, Vicaria, Paſtor.*

[Paſtor Anno 1571. *Henricus de Kervenhem*.]

† *Faſciculus* hic dein auctus, prodiit in Anglia.

Digitized by Google

RAELTE.

Raelte. Eccleſiæ Paroch. Collator, ex Henrici Imp. dono:

Sallandiæ annumeratus Pagus, cujus Eccleſia titulo *S. Crucis* inſignita ſuberat olim Daventrienſi Capitulo: quo autem jure docet ſequens *Henrici* IV. Imperatoris Diploma, ex ipſo autographo deſcriptum.

Notum habeant omnes tam præſentes quam futuri, quod Daventrienſibus pro devotiſſima fidelitate ſua quam nobis exhibuerunt, emptionem Baptiſmatis & ſepulturarum, quam hactenus contra leges divinas & humanas exhibuerunt, conſilio & judicio Epiſcoporum & Principum Catholicam fidem tenentium prorſus remiſimus: ac ne ulterius apud illos puerorum baptiſma mortuorumque ſepultura conducatur, conſenſu *Godebaldi* Trajectenſis Eccleſiæ Epiſcopi diſtrictione imperiali interdiximus. Præterea, ut ipſos eorumque poſteros ad exequendam fidelitatem amplius animatos corroboremus, Denarios Domorum eiſdem Daventrienſibus remiſimus, Eccleſiamque nomine *Raalt*, quæ *Liſgero* abjudicata fuit, loco eorundem denariorum Præpoſito & Confratribus ſubſtituimus. Ut autem hujus noſtræ conceſſionis decretum ratum & inconvulſum remaneat hanc inde chartam conſcribi juſſimus noſtri ſigilli auctoritate inſignitum. Hujus rei teſtes ſunt Fredericus Colonienſis Archiepiſcopus, Bruno Trevirenſis Archiepiſcopus, Albero Leodienſis Epiſcopus, Comes Gerardus de Gelra, Comes Arnulfus de Cliva, Arnulfus de Rotha, Stephanus Oyenſis. Data Trajecti Anno Incarnationis Dominicæ M. C. XXIII. Indict. XIII. IV. Non. Aug.

Ea poſtmodum tranſlata eſt ad Præpoſitum Nigraquenſem.

Altaria,

[Altaria in ea Eccleſiâ, ex eod. MS. ſed abſque beneficiis & officiis,
S. Cornelii,
S. Nicolai, &
S. Catharinæ.

Paſtor.

Paſtor Anno 1571. D. Joannes . . . .]

Invenio in Tabulis Teſtamentum *Petri de Noortmerſſche* Lebuini Vicarii mentionem Monialium in *Raelte*, quibus, quot etiam Nigraquenſibus, ad earum pitantiam annuè legat tres Libras Anno 1380. 22. Aug. at earum hic aut alibi nulla memoria.

WILPE †

Wilpe, Eccleſiæ Divus Tut. Collatores, Paſtores,

Officii in Velavici Territorii Pagus, cujus Eccleſia ei poſtmodum ſacra à *D. Lebuino* eſt conſtructa, cum labore ejus & vigilantia relicto Idolorum cultu ad Euangelii lucem oculos aperiret & Chriſtiana Sacra Velavii ſuſciperet. Ad parochiale munus juxta notas *Reverendiſſimi de Monte* jus habet denominandi Dux Geldriæ, quod Daventrienſi Capitulo in ſuis Excerptis *Gramaius* adſcribit. Inibi

[*Theodoricus Cock* Curatus in Wilpe Anno 1431.
Paſtor Anno 1571. *Ludolphus Pieck.*]

VICARIÆ.

Vicariæ.

1. B. M. V. cujus Anno 1571. patronatum gerebat Fromo de Meeckeren.
2. *S. Anthonii* ſub Honnepianæ Antiſtitæ patronatu: utraque binam ſacrificationem requirit & *Officium* unicum, cujus miniſter incruento paratu Sacrificium offert feria II.

† Alfrido in Vita S. Ludgeri l. 3. c. 2. *Huilpa.*

TWELLE

Twelle, Div. Tut. Collatores, Paſtor,

Velaviæ Tetrarchiæ connexus Pagus ſeculo XIII. dictus *'t Veenlo*, Eccleſiæ B. V. M. nuncupatæ patronatu potiuntur Sanlebuinianum Daventrienſe Capitulum & Dux Geldriæ, in qua,

VICARIÆ.

Vicariæ. Conditores, & Collatores.

1. *S. Sebaſtiani* ſub Paſtoris Patronatu.
2. *S. Anthonii*, quam ipſo *S. Lebuini*, Anno 1431. reſervata ſibi & poſteris ſuis collatione & Suedero Præſule Trajectenſi Anno ſeq. 28. Mart. approbante cum conjuge ſua *Lubbert de Heiden* fundavit atque dotavit.

[Paſtor Anno 1571. Dominus *Joannes Weyer.*]

TERWOELDE

Terwoelde, Divi Tut. Collator, Paſtor,

In agro Velavico ſitum habet & Eccleſiam *S. S. Coſmæ* & *Damiano* conſecratam, cujus patronatum obtinet Sanlebuinianum Daventrienſe Collegium, in qua

VICARIÆ.

Vicariæ; Conditores, Collatores.

1. *S. Anthonii*, cui Anno 1571. patrocinabatur *Joannes Troeſt.*
2. *S. Catharinæ* quæ eodem Anno ſuberat patronatui *Rodolphi de Twickelo.*

Et *Officium* unicum *S. Catharinæ*, quod deſignato perpetuo ejus poſſeſſore Vicario Catharíniano cum onere Sacri funeralis feria VI. Anno 1479. 7. Jul. approbante 9. ejuſdem Davide Burgundo inſtituit *Joannes Stuerman.*

[Paſtor Anno 1571. D. *Joannes Verheyden.*]

NIEUBROUK

Nieubrouk Divus Tut. Collator, Paſtor,

Sub Velavicâ Satrapia Pagus Geldrus, cujus Eccleſia *D. Georgio* ſacra, quæ *Terwoeldenſi* ſubfuerat hactenus, Anno 1339. 2. Jul. in matricem erecta à Geldriæ Duce Rectorem nanciſcitur,

[Paſtor ibi Anno 1571. *D. Reinerus van Keppel.*] In qua

VICARIÆ.

binæ Vicariæ,

1. *S. Agathæ* quæ ſuum miniſtrum à Parocho aſſumptum advocat ad Aram feria III. V. & VI.
2. *S. Catharinæ*, ea Sacrificium requirit feria II. IV. & Sabbatho ac deſervitorem adipiſcitur à Parocho & Monickhuſano Carthuſianorum Priore: qui cum ex hac Parœcia totam prope alimoniam habeant, ejus titulum attexere non ſuperfluum arbitror.

Poſterioris titulus.

IN Godes namen Amen. Allen den genen die deſen Brief ſoellen ſien ofte hoeren leſen *Reinout* bider genaden Goeds Hertoghe van Ghelre, Greve van Zutphen ſaluyt en kenniſſe der waerheit: want wy onſen Heeren Goede te eeren, onſer Liever Vrouw en *Sinte Marien* ſinne Moeder en *Sinte Johannes Baptiſten*, alte ſunderlingen Patronen diens Ordens hier nae benoempt, ende anders allen Goedes Helligen omme trooſt, zaligheyt en ewelijcke memórie dier zielen, en ſunderlingen onſer Liever Moeder, die Godt hebben moete, ons ſelves en onſer liver Geſelinne

Alia-

Alianoren van Engelant begunt hebben t'tymmeren en kortelicke volmaken en voltimmeren ſullen, of Godt wille, ein Cloeſter en een Goedshuys des Ordens van Carthuſen binnen onſen Hertochricke opper Veluen, op onſen erve en gronde ghelegen, alſo als ons die Marckgenoten en Moelen hebben daer toe gegeven, in eenre ſtede geheten *Monichuiſen* by Arnhem en binnen dien ſelven Kerſpel van Arnhem inden geſtichte van Utrecht: alſo dat een Prior ende die Monicke of Broders des ſelven Ordens, die ons Heere Godt daer toe verſien heft ende verkoren, daer inne ſtaen moegen en woenen tot ewelicken daegen onſen Heère Goede aldaer te dinnen, ende te biddenen voer ons ende die genen die voergenumpt ſijn en ander alle die genen daer voor wijs begeeren. Ende op dat daer toe deſe voergenumpte Prior en Moenicke oft Broederen diens Ordens voirſs. hoer behoeft ter koſt en clederen, ende anders tot hoeren nooth los en ledigh, ende ſonder commer en ſorge hebben moegen, ſoe hebben wy mit volkommene conſent ende volborde onſer liever Geſellinnen voergeſcreven van onſen gerechte goede en renten, die ons Godt verleent heft, dit voirſs. Cloeſter en Godeshuis mede te wedemen, en te gueden, ende tot ewelicke daegen tot erven, daer toe bewieſt ende gegeeven, bewieſt ende geven tot behoef des Priors en der Monicke als voirſs. is vyff hondert pont t's jaer cleynere penninge enen gueden Andries groete Coninx Tornoiſche van Vranckricke voer ſeſtien penningen gerekent, of die werde daer voer van andere gelijcken gueden payement, dat ter tijdt gange en geve is alle jaer, die eene helft op Sinte Martijns dach inde Winter, ende d'ander helft op Sinte Peters dach *ad Cathedram* by den Prior des Cloeſters voirſs. of ſine gewate Bade te heffene en te boeren ſunder jemans weder ſeggen en ſonder enigherhande hinder ofte crot van yeman uyt onſen nyen tinſen, die wy jaerlix hebben inden Nienbroecke opper Veluen tegen Deventer over de Iſele binnen den Nienkerſpele van dien ſelven Broecke gelegen aen vieff en t'ſeventich Hoeven ende dartien mergen landes, die gelegen ſijn tuſſen die vier hoeven van Schonenberch ende tuſſen dien Vloyt dicke die beneden anden Broecke gelegen is, alſo van elker hoeven ſes pont t's jaers payement t's jaers. Voert aen drie hoeven lands van onſen vier hoeven die inden Ghier gelegen zijn, van elker hoeven vieftien pont t's jaers des ſelvens payements voirſs. Vort an vief en t'ſeventich roeden lants, die Dederic van Cranenborch van ons hadde, acht en twentich penningen payements voirſs. welke hoeven lants en guet wy gegeven hebben en geven die Prior ende Moenicken voirgeſchreven, ende hebben ſy daer in geſet ende ſetten mitz deſen openen brieven erffelick ende ommermeer, dats ſe verſtaen inden tinſche voirſs. beholtelijck ons en onſe erfgenaemen ghewins en ghewieſs onder der tinden van deſe voirſs. hoeve ende lande. Voert ſo hebben wy geloeft en geloeven in gueden trouwen voer ons ende onſe erfgenaemen, overmits conſente ende toedoen onſer lieve Geſellinne voirſs. die voirſs. Cloeſter, Priore en Monicken deſe voirſs. vief hondert pont t's jaers wittelicke en wal te waeren, en ſi daer in vaſtelick en vredelick te handene en te doen handen ſunder argeliſt. Ende wy Alianora van Engelandt Hartoghinne van Gelre, Grevinne van Zutphen, bekennen dat wy puerlick omme ons Heren Goedes wille ende volkomme conſent gegeven hebben en geven mits deſen openen brieve tot alle deſe voirſs. ſtucken, ende hebben vertegen en vertijen openbaerlick op alle recht, dat wy hebben of hadden aen dien voirſs. viff hondert pont t's jaers, alſe van onſer Lijftocht en duarijen wegen daer ſi in plaghen t'hoeren, want onſe live Heer ende ons Geſelle die Hertoghe voirſs. ons in dier ſtadt ende daer voer anders waer bewiſet heft en gegeven tot onſer Lijftocht, alſoe verre en alſoe vele dats ons wael ghenueghe en billix wal genuegen ſall; welcke viff hondert pont t's jaers wy oeck opdraeghen in deſen openen brieve dien Here daer ſi af rueren t'lene in alle dier beſter maenieren en voegen dat wy dat na rechte of gewonte des landes ſchuldigh ſin t'doen en alre beſte doen moegen tot behoeft ende orbaer der voirſs. Cloeſters Priors en Monicken alſe voirſs. is, en geloven by onſe Kerſtelijcke trouwe, dat wy nummermeer hier en tegen en ſullen doen, noch geſtaden ymmanne t'doen alſoe verne wyet keren moegen in enigerhande manieren, waer by deſe voirſz. ſtucken belet ende die guede luieden gehindert muchte worden aen hoeren renten voirſz. Ende want wy Reynoudt ende Alianora Hartoghe en Hartoginne vorgenumpt begeren ende willen dat deſe voirſs. ſtucken om die meere ſtedicheyt en veſteniſſe daer toe te doen, allen gueden luieden kont ſijn en openbaere, ende ſunderlinge den genen dier handt ende macht hier toe gaen ſalt, als namelick eens Erachtigen Vaders in Gode dies Biſcops van Utrecht, of noch enich Biſcop is, of des ierſten die daer commen ſal: ſoo bidden wy hem oetmoedelicke dat hy ſijn conſent hier toe geven wil als een Leenheere dat wy dit voirſs. guet af houden t'lene. Ende dat hi oeck om Godes wille t'voeren ende onſe oetmoediger beden wille ſine giſtelicke handt ende macht hier toe keren wille, als deſe voirſs. vieff hondert pont t's jaers dien voirſs. Cloeſter, Prior ende Monicken t'confirmiren, ende anden alle andere dingen t'doen daer toe die van giſtelijcke macht behoeren en gewoenlick ſijn t'doen. al argeliſt, werwoerde, verpel en aentacll uitgeſat in alle deſe ſtucken voirſs. In oreonde en veſteniſſe deſe voirſs. dingen ſoe hebben wy Reynoudt Hartogh en Alianora Hartoghinne voirſs. onſe zeghele aen de openen brief gehangen, gegeve in 't Jaer ons Heeren duiſent drie hondert tue en veertich op S. Jacobs Avont des Apoſtels.

Situm habuit in Valle loco amœniſſimo inter medios montes, ſed nunc fundo divendito vix rudera oſtentat, ne quidem Eccleſiæ, quæ Geldriæ Ducum ſepulturis quondam illuſtris: plura de hoc Aſceterio deſideranti ſatisfacient de Originibus Carthuſiarum Belgii pag. 58. Rayſſius & L. 4. c. 22. Dorlandus.

DECA-

DECANATUS OLDENSALIENSIS,

Sub quo numeratur

OLDENSALIA.	BORNE.
DELDEN.	LOSSER.
ENSCHEDE.	HENGELOE.
GORA.	MARKELOE.
DIEPENHEIMIUM.	HAECKXBERGEN.
RYSSEN.	

OLDENSALIA

Aldenſaliæ antiquitas, etymon,

VEterum *Saliorum*, [ab antiquis *Saliis* haud dubiè denominata] Sedes & Tubantiæ Metropolis : eam olim ex dono Imperatoris *Ludovici Pii* Cliviæ Comites tenuere, quos inter primus Toparcha *Balduinus* I. vitâ functus Anno 821. cum ante quadriennium Anno ſcilicet 87. mœniis Oppidum cinxiſſet, & ultimus *Baldericus* cognomento *Pius* XV. Trajectenſium Antiſtes, qui eam Anno 970. obtulit D. Martino, à quo tempore Dynaſtas agnovit Hierarchas Trajectinos, de quo hoc Metrum, cum nulla, *Slichtenhorſtio* teſte, aut alia hujus doni non exſtet memoria:

Dynaſtæ,

Cæſaris Arnulphi Gnatâ genitore Luthardo
Ricfridus rexi rura Tubanta ſatus:
Degener haud genitus mihi Baldus Twentius hæres,
Qui Sanctus Wildi Præſul in Urbe fuit.
Sed, ſicut Genitor mihi jura Tubanta reſignat,
Sic Trajecto eadem Filius arva dedit.

Exſtant Litteræ de Anno 1049. v. Id. Jul. quibus Aquiſgrani *Henricus* III. Imperator ad inſtantiam Contectoralis ſuæ *Agnetis* & ob devotum famulatum *Bernoldi* concedit eidem & Succeſſoribus jus & poteſtatem habendi mercatum rerum venalium per totum annum omni hebdomada in v. Feria in loco *Aldenſele* vocato in Pago *Twenthe* ſito : item quotannis xi. Kal. Novembres in eodem loco Nundinas in Dedicatione Eccleſiæ cum præcepto ut duobus diebus eam præcedant & totidem ſubſequantur.

Nundinæ,

Fuit autem munitiſſimum Oppidum & ab Anno 1597. Ordinum habuit Præſidium, quo per Marchionem Spinolam exacto Anno 1605. illud iterum excepit Anno 1626. quo & omnibus ſuis munitionibus nudatum : in eo

ECCLESIA

Eccleſia,

Unica, olim Parochialis tantùm, D. *Silveſtro* ſacra, poſtmodum S. *Plechelmo*, & Collegiata, cujus in hæreditario fundo Inſtitutor præcitatus *Baldericus*, de quo hujus ſacræ Ædis Necrologus : *Anno Domini 977. obiit D. Baldericus de Clivis xv. Epiſcopus Trajectenſis, Fundator hujus Collegii Aldenſalienſis, qui fundavit illud Anno 954. Præfuit Epiſcopatui 59. annis :* cui propè coincidunt antiqui verſus in Aula Capitulari quondam ſuſpenſi:

Divi Tutelares, Reliquiæ, Canonicorum Collegium, Inſtitutor,

Scriptis bis quinis, nongentis, x. quoque quinis.
Præſens Collegium condidit ecce pium
Præſul Baldricus, *vir optimus, Legis amicus*
Ex Clivis natus magnus honore ſtatus.
Quo Præſul gratus Plechelmus *valde beatus*
Aldenzal latus noſcitur atque datus:
Paſtor devotus, virtutum ſchemate notus
Hac Patria, natus cum foret ipſe Scotus.
Cæſaris Ottonis Sancti ſub tempore Primi
Regno ſublimi qui datur atque thronis,
Sit Aldenzalis vetus Aula Dei ſub & alis
Tecta Patris talis ac aliena malis.

De his omnibus accurato calamo *Rovenius*, quo tempore hic Decani Officio fungebatur; ejus notas exſcribo : Anno Domini 954. Dominus *Baldericus de Clivis* Epiſcopus Ultrajectenſis Aldenzaliæ Collegium Canonicorum fundavit in honorem Dei & S. *Plechelmi*, qui circa Annum Domini 753. ex Scotia, unde erat oriundus, relicto Epiſcopatu Caſæ Candidæ & Capellæ Regiæ amore prædicandi Euangelium Chriſti Infidelibus & Barbaris ad Pipinum Franciæ Regem ſe contulit, à quo in Friſiam & partes Tranſiſulaniæ miſſus Tubantos ſeu Twentiæ populos (qui relicta Chriſti fide, quam *S. Marcellinus* ibidem per annos 65. prædicavit teſte S. *Ludgero in Vita S. Swiberti*, deficere cœperunt ad Paganiſmum) convertit : ac tandem laboribus feſſus provectæ ætatis locum, qui dicitur Mons S. Petri prope Ruræmundam, quem à Rege Pipino ad ibidem

ibidem cum Fratribus *Odgero*, *Wirone* & aliis Deo ſerviendum obtinuerat, elegit, in quo etiam ſanctam Deo animam tradidit. Hujus itaque S. *Plechelmi* corpus præfatus Dominus *Baldericus* inde Oldenzaliam tranſtulit, & Collegio Canonicorum, qui ibidem Deo deſervirent, erecto Eccleſiam, quæ ibi primitus in honorem Dei & ad memoriam S. *Silveſtri* Papæ erat extructa, amplificavit, dotavit, ac deinceps Eccleſiam S. *Plechelmi* vocari voluit: in qua eadem Eccleſia etiam ipſius Domini *Balderici* Fundatoris corpus pro parte requieſcit ſub exiguo Sarcophago. Præfuit *Baldericus* de Clivis ſedi Ultrajectinæ annis 59. memoria ipſius hic & apud Ultrajectinos eſt. Quod ad *Sanctas Reliquias* Patroni noſtri attinet, conſervatum eſt hactenus pœne integrum corpus S. *Plechelmi* in Capſa quadam ad hoc comparata, quæ etiam in die Patroni & in Dedicationis Templi Anniverſario circumgeſtatur. Habemus item integrum caput S. *Plechelmi* incluſum argento cum aliis nonnullis *Reliquiis* in Cruce quadam argentea, in qua etiam portio quædam *Ligni S. Crucis* continetur.

Habet *Collegium* noſtrum præter *Præpoſituram* xv. *Præbendas* plenas & unam *Semipræbendam*: *Vicarias* olim novem, nunc octo, quia *Vicaria B. M. V.* cum *Vicaria B. Joannis Baptiſtæ* propter tenuitatem proventuum utriuſque auctoritate Illuſtriſſimi Domini *Sasboldi* Archiepiſcopi Philippenſis & Vicarii Apoſtolici in unam ſunt redactæ Anno Domini 1607. earum vocabula, onera & initia hic interſero, eſt autem:

V I C A R I Æ.

Vicariæ, I. S. *Crucis* cum penſo II. Sacrorum & tertii ſolennis feria VI. ex fundatione & dote *Henrici Fobick* & *Henricæ*, aſſignatis undecim maldris ſiliginis: *Litteræ* præferunt Annum 1499.

II. S. *M. V.* & S.S. *Joannis Baptiſtæ & Euangeliſtæ*, cui incumbit Sacrum matutinum feria III. V. & Sabbatho cum Cereo III. ponderum, qui à Vigilia S. Martini uſque ad dominica Natalitia in Veſperis & Matutinis ardeat.

Præbendæ, III. S.S. *Joannis Baptiſtæ*, *Criſpini* & *Criſpiniani* atque Ewaldorum cum debito Sacri matutini feria IV.

IV. S. S. III. *Regum*, *Michaelis* & omnium *B. B. Spirituum*, cui demandatum Sacrificium matutinum Dominicale. Prædio dotem auxit cum onere unius Sacri & quotidiani cantus in Quadrageſima uſque ad Offertorium *Jutta de Bevervoerde* Anno 1452. defuncta: quod onus ut alleviaret *Wernerus de Beveren* hic Canonicus data dote Anno 1467. adjunxit ei ſocium Vicarium S. Joannis Baptiſtæ.

V. S.S. *Mariæ Magdalenæ*, *Barbaræ* & *Margarethæ*, quæ cum proba *Friderici* Trajectenſis Hierarchæ Anno 1406. in Nativitate B. M. V. inſtituta miniſtrum ſuum obligat ut tribus diebus, quos interior devotio ſeligit, Sacris operetur.

VI. S. S. *Stephani*, *Laurentii*, *Bonifacii* & *Catharinæ*, cujus poſſeſſor primus feria II. & per arbitrale biduum Sacerdotio fungitur.

VII. S. S. *Anthonii*, *Eligii*, *Rochi* & *Jacobi*, cujus deſervitor operatur ad Aram ſecundus in dominicis, feſtis & feria III.

VIII. S. S. *Lamberti*, *Agathii*, 10000. *Martyrum* & *Catharinæ*, cujus miniſter in aurora Sacra Hoſtia litat feria IV. & VI. cam Semipræbendæ Anno 1626. 19. Julii indiſſolubili nexu connexuit *Illuſtriſſimus Rovenius*.

IX. S. S. *Annæ*, *Agnetis*, *Dorotheæ & Apolloniæ* cum debito Sacri feria III. de S. Anna, feria IV. pro defunctis, Sabbatho de B. V. M. & in Feſtis S. S. Trinitatis & glorioſiſſimæ V. M. notat ad Annum 1571. *Reverendiſſimus de Monte* hujus poſſeſſorem decem Feſtis deputatis dividere pauperibus Scholaſticis per anni curſum 5. florenos aureos & ſolemnibus Feſtis habere Concionem pomeridianam. Eam Anno 1495. in profeſto S. Plechelmi fundavit *Simon de Thije* pro Sacerdote Focarias ſecum non habente (ut loquuntur *Litt. fund.*) qui procedat in habitu ſacerdotali, unicus ſit in Beneficiis & deſervitor Vicecurati ſive unus ex Capellanis. 9. Julii ejuſdem anni approbante Burgundo Trajectenſi Epiſcopo.

Nunc ad Rovenii notas regrediamur: has *Præbendas* & *Vicarias* cum vacaverint alternis menſibus conferunt Dominus Papa & Capitulum, ita ut Papa conferat vacantes Menſe Januario, Capitulum ſeu Turnarius Capituli Menſe Februario & ſic deinceps, excepta *Vicaria S. Annæ*, cujus Patroni ſunt Æ diles Templi, quorum eſt cum conſilio Capituli aliquem præſentare. Collatores,

Poſſunt omnes Vicarii participare de præſentiis ſeu diſtributionibus Chori, ita ut duo Vicarii tantum ex iis accipiant quantum unus Canonicus plenus. Semipræbendatus tenetur perſonaliter reſidere & eſſe Subdiaconus, participat de præſentiis tanquam Vicarius & in diviſione corporis Præbendarum par eſt aliis, niſi quod poſtremo loco eligat, nec quicquam accipiat ex adminiſtratione quam dat Præpoſitus: habet tamen certos aliquot florenos annuè: debet tertia quaque ſeptima cantare Epiſtolam in Choro.

Decem primæ Præbendæ ſunt Presbyterales ſic ut decem ſeniores Canonici teneantur eſſe Presbyteri, ac vocantur Hebdomadarii eo quod ſinguli ſuam hebdomadam habeant in deſerviendo ſummo Altari & præcinendo in Choro, Decano non excepto. Tres deinde ſequentes Canonici tenentur eſſe Diaconi, duo poſtremi & Semipræbendatus Subdiaconi.

Altari majori in ſummis & duplicibus Feſtis ac dominicis inter Paſcha & Pentecoſten Canonici & non Vicarii præeſſe debent, ut latius in *Statutis* declaratur c. 3. quæ quidem *Statuta* Anno Domini 1514. ſunt renovata & approbata ab Epiſcopo Ultrajectenſi Domino Frederico de Baden: nam antiqua Statuta in conflagratione Oppidi ac direptione per Carolum Geldriæ Ducum facta Anno 1510. perierunt, & inſuper alia multa monumenta ac Litteræ ſigillatæ Capituli. Supervenit Anno 1507. alia direptio à Mindenſibus in urbem receptis, ac in ſequentibus annis variæ obſidiones. Conflagraverat etiam antea Oppidum Oldenzalienſe Anno 1492. cum bona parte Templi & organo per ignem proprium, vulgo *Helmichbrant*.

Fuit aliquoties interea deliberatum de transferendo Collegio Swollam, quod etiam Swollenſes propemodum impetraſſent, niſi quidam ex Canonicis præſertim duo Fratres Oldenzali-

enſes amore patriæ ducti acrius obſtitiſſent. Quid deinceps ab Anno 1566. durantibus turbis hiſce Belgicis in hunc uſque Annum 1613. quo hæc ſcribimus, ſubſtinuerit Oldenzalia, aliquoties capta & recuperata, ſemper vel unius vel alterius partis frequenti præſidio gravata, notum eſt omnibus. *Hæc Rovenius.*

Parochus a Capitulo ſumptus, Parochum Eccleſiæ egit Capitulum, ſeu potius hujus nomine Viceccuratus à Capitulo aſſumptus: ne autem is ſqualllidâ paupertate premeretur, aut aliorum patrimoniis duce cupiditate inhiaret, Paſtoratui Anno 1570. 21. Maji Canonicatum uniit *Georgius Schenck* Archiepiſcopus Traject.

noviſſ. temp. Paſtores. [Paſtores Oldenzalienſes a proſcripto ibi Catholico cultu fuere,

HENRICUS HEMSINCH, Weſtphalus, Sac. Theol. Bacc. format. corpore puſillus ac gibboſus, animo fortis ac ſtrenuus, qui non tantum domi rem Catholicam egregiè tutatus eſt ac promovit, ſed inſuper ad vicina loca munificentiam extendit; fundator vicini loci qui *Glania* dicitur, extructo in rure, a Principe & Epiſcopo Monaſterienſi benignè conceſſo, Oratorio ad commoditatem Catholicorum incolarum, quibus exercitium fidei ſuæ domi erat interdictum.

Ipſius Vicarii & de Capitulo quoque aliqui ei in muniis Paſtoralibus ſuccurrebant; uti Engelbertus Eyſinch, Bruno ab Ommem, ac Bruno Bruyns, Sacræ Theol. Bacc. formatus, omnes Tubantini.

Cum Henricus Hemſinch poſt aliquot annos creatus Rector nobilis, non procul Coesfeldiâ, Abbatiæ, *uytmarſſe* dictæ, inde diſcederet, ſucceſſores ejus ſucceſſivè fuere

THEODORUS MENSINCH, Daventrienſis, poſtmodum Paſtor in *Jutphaes* ac vicis non procul Ultrajecto diſſitis, celebris editis nonnullis libellis vernaculo ſermone; quales ſunt *Linguarium Catholicum*, XII. *Linguæ prophetantes*, &c. Ac Latinâ Linguâ, *Lingua Seraphica*, id eſt, D. Bonaventuræ Concionum compendium.

HERMANNUS TER HOENTE, Oldenzalienſis, Franciſci ter Hoente frater germanus, cui in directione Monialium, ex *Almeloa*, Catholico tum Tubantiæ oppidulo, in *Glaniam* agri Monaſterienſis tranſlatarum, ſuffectus eſt, Patris Bonaventuræ Capucini ex patruo nepos, de quo ſub *Almelos*.

JACOBUS VAN DOORNE, Ultrajectinus, Terhoentii Oldenzaliæ anteà adjutor, Arnhemienſis dein Paſtor ac totius Tractus illius Archipresbyter, defunctus Anno 1678. menſe Junio, in Huſſienſi Cliviæ Parochia terræ mandatus, J. Neercaſſelio, Caſt. Epiſcopo, ſermonem funebrem habente ad populum.

HERMANNUS VAN LEYEN, Ultrajectinus, Theologus Colon. ab annis circiter XL. curam Oldenzalienſem ſuſcepit: obiit autem Paſtor Oldenzaliæ 17. Maji, Anno D. 1696.

Succeſſores ejus,

BURCHARDUS HESTERMAN, Monaſterio-Metelenſis, Theologus Monaſt. antè Paſtor in Denekamp: Paſtor Oldenzaliæ 13. Februarii, Anno D. 1701. defunctus.

GERARDUS MEYERS, ex Ryeſſen pago agri Tubantini, Theologus Lovanienſis.

Secundarii Paſtores, qui Viciniarum Parochiæ Oldenzalienſi ſubjectarum maximæ parti ab annis triginta quatuor aut quinque inſerviernunt,

WIBRANDUS KEUTENBROUWER, Oldenzalienſis, Theologus Monaſt. & cum hic Oldenzaliæ Anno 1668. 17. Sept. vivere deſiiſſet,

JOANNES VISSINCK, Oldenzalienſis, Theologus Monaſt. & illo fatis functo 10. Nov. Anno 1700.

CHRISTOPHORUS BLOEMEN, Oldenzalienſis, Theologus Lovanienſis. Minori autem Viciniarum iſtarum parti deſervit,

ANTONIUS EGBERTS, Otmarienſis, Theol. Lovanienſis.

Oldenzaliam natalibus illuſtravit,

JACOBUS MIDDENDORPIUS, Oldenzalienſis, adoleſcens *Boetio Eponi* Friſio, cum Swollæ Gymnaſiarchæ, in diſciplinam traditus, magnum operæ pretium utraque in Lingua fecit. Hinc Coloniæ decurſo Philoſophiæ ac Juriſprudentiæ ſpatio, Doctor J. U. ac S. Theol. Licentiatus, Philoſophiam Peripateticam ibidem Montano in Gymnaſio explanavit, atque alibi diverſis in Academiis Profeſſor publicus fuit, poſtque multos magno ſemper animo exantlatos labores, varioſque ſcriptos libros, Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis Presbyter Canonicus, ad D. Andream Decanus, atque Univerſitatis Pro-cancellarius, iterumque Rector, ac magnorum Principum Conſiliarius, pietate, doctrina, & rerum uſu clariſſimus, tandem obdormivit in Domino Anno 1611. ætatis 73. die 13. Januarii, conditus in D. Andreæ, ubi illuſtre ac magnificum ei poſitum eſt Epitaphium, in F. Sweertii *Ath. Belg.* relatum. Scripſit — Viri eruditi, Val. Andr. in Bibl. Belg. & alii.

De Academiis Orbis univerſi 682. Col. 1572. 8. *de officiis Scholaſticis* lib. 2. ibid. *Originum Anachoreticarum Sylvam*, ibid. *Hiſtoriam Ariſteæ de Scripturæ Sacræ per* LXX. *Interpretes tranſlatione.* Prodiêre inſuper ab ejuſdem manu *Quæſtiones Juridicæ, Theologicæ & Politicæ Impp. Regum & Principum cum eorum reſponſis.* ibid.]

Fraternitas Calendarum. Celebris hic fuit *Fraternitas Calendarum* circa Annum 1400. inſtituta: & altera *B. M. V.* exorta ante Annos circiter 150. potiſſimum in ſubſidium pauperum, (ad Annum 1613. ſcribit *Rovenius*) ad quorum ſuſtentationem diverſa bona à piis hominibus ſunt fundata, quibus diſtribuunt ſiliginem, butyrum ac laridum cum cura pauperum domi deſidentium, qui vel propter honeſtatem vel ægritudinem oſtiatim mendicare non poſſunt vel erubeſcunt: ei ad Annum 1571. centum modios ſiliginis & 200. daleros in annuum proventum attribuit *Reverendiſſimus de Monte.*

Antequam ab hac Baſilica digrediamur, eorum vocabula, qui Præpoſituræ honore illuſtres nobis innotuerunt, recenſebimus: ſunt autem

Præpoſiti,

Rudolfus.	Anno 1008
Lubbertus.	1085
Radulfus.	1119
Alardus.	1139
Balduinus ex Hollandiæ Comitibus.	

Oldenzal & B. M. V. Traject. Præpoſitus & hinc Epiſcopus Traject.

Bartholdus.	1180
Gaſelbertus.	1206
Gerardus.	1294
Florentius de Jutfaes, qui & Elſtenſis Præpoſitus inſcribitur.	1350
Gerardus de Rande, etiam Canonicus & Scholaſticus Daventrienſis.	1472
Vincentius de Eyll.	1492
Andreas de Venraet.	1500
Hupertus de Laer.	

Theo-

Theodoricus de Rechteren.
Zibertus de Rijswyck. 1524
Fredericus Schenck de Toutenburgh, Archiepiſcopus Traject.

Quem ſecuti ſunt Epiſcopi Daventrienſes, cum in dotem ſedis Epiſcopalis hæc *Præpoſitura* acceſſerit. Gerebat autem una cum Domino Drenthiæ Oldenſalienſis Præpoſitus patronatum Eccleſiæ in *Dieveren* apud Drenthanos, & denominatus ab eis Paſtor viciſſim gaudebat jure collationis Eccleſiarum in *Wapſterveen* & *Dwingeloe*.

Præpoſitis adjungo Decanos, quos inter ſeſe prodiderunt.

Decani. *Hubertus*, qui & Præpoſitus B. M. Traject. atque inveſtitus 1. Paſtor in Steenwijck. 1290
Joannes de Thya. 1338
Henricus de Karſen ex Necrologo Sanſalvatoriano Traject. ubi etiam Canonia potiebatur, vitâ functus 4. Cal. Aug. 1350
Wernerus Sley, qui officium cum vita poſuit. 1409
Henricus de Houdt, à Arnhem. 1416
Ludolphus Wimder, immortuus. 1448
Joannes de Touſleger, Decretorum Doctor. 1477
Gerardus de Duire.
Henricus de Vollenboe.
Joannes Menſo.
Gerardus de Toppinck: is ſolenne Sacrum additâ dote pro miniſtro inſtituit feria II. in Defunctorum refrigerium: quam Anno 1546. altera S. Joannis Baptiſtæ cum marito ſuo *Joanne Dorhoff* auxit ejus relicta *Anna ten Thoorne.* 1575
Walterus à Kerkhoeven, qui & in Trajectina D. Petri Eccleſia Præpoſitus, & S. Remigii Borkenſis Decanus. 1575
Joannes ab Oelen, cui ſucceſſit 1605
Philippus Rovenius, S. TH. L. & Daventrienſis Diœceſis Generalis Vicarius, qui cum Anno 1614. in locum Illuſtriſſimi Sasboldi primi per Unitum Belgium Vicarii Apoſtolici ſuffectus eſſet, curam noſtri Collegii in ſe recepit.
Henricus Vordenus, S. TH. L. & ſub Illuſtriſſimo Rovenio Daventrienſis Diœceſeos Vicarius Generalis, quam iterum depoſuit ultimo die Anni, [de quo ſuprà fuſius.] 1628
Joannes Truitius, S. TH. L. agmen clauſit. Viget adhuc hoc Collegium, ſed in iis, qui Religionis reformatæ dogmata ſectantur & equeſtris Ordinis beneficio adoptantur.

XENODOCHIA II.

Xenodochia. Præ reliquis digna ſunt quæ memorentur: primum *Leproſorum* in Oppidi Pomœriis, ſed quod emptionis titulo alios Dominos quam pauperes aut leprâ infectos modo agnoſcit.

Secundum *Spiritui Sancto* ſacrum in ſua Capella poſſidet unam *Vicariam*, cujus patronatum obtinet Senatus & trina vice incruenta Victima litat ejuſdem Poſſeſſor: ſed ejus fructus poſtmodum ceſſere Gymnaſiarchæ, ea tamen lege ut duo ibidem Sacra procuret.

Tertium *S. Eliſabethæ* inſcriptum.

Quartum forte à fundatoribus *Hollender* nuncupatur, in quo 4. fœminæ hoſpitantur.

MONASTERIUM.

Aſceterium. Quod hic ſolitarium eſt ſub *D. Agnetis* patrocinio cultrices aluit Flamines Franciſcanas, quæ ſub Trajectenſi Capitulo (de quo infra c. 5. §. 1.) Tertiariæ nuncupantur. Primæ, quas vidimus de hoc Parthenone, Literæ Annum 1465. & 12. Maji oſtentant, quibus ei Campana, Eccleſiæ conſecratio, Cœmeterium & ad ſacrum miniſterium Præfectus à Capitulo permittitur, ſub certis tamen reſtrictionibus eaque conditione, ut ſolvat annis ſingulis in unoquoque Feſtorum principalium vid. Paſchæ, Pentecoſtes, Aſſumptionis Glorioſæ Virginis Mariæ & Nativitatis Domini, unum Florenum Rhenenſem monetæ ſuperioris: & ad ædificanda Stalla in Choro darent ſemel in prompta & numerata pecunia decem & octo Florenos Rhenenſes.

Exſtincta *Regula Tertia* juſſu *Rovenii Primam* ſubſtituit *Vordenus* Anno 1620. & Moniales tunc S. Claræ filias regimini Fratrum Minorum de Obſervantia ſubdidit: quæ paucis ab hinc annis divendito Ordinibus Monaſterio diſceſſerunt in Weſtphaliam Vredenæ & Haſelunnæ, jam bipartitæ, nova domicilia adeptæ: noſtrum autem hoſpitium præbet Hypodidaſcalis & Quæſtori, in quo 60. & numeroſiores Veſtales quandoque commoratas fuiſſe teſtantur Annotata *Rovenii.*

DELDEN.

Parœcia, Divus Tutel. Collator. Sub Tubantica Præfectura oppidum Tranſiſulaniæ, cujus Parœcialis Eccleſia titulum habet *S. Blaſii*, cum onere Sacri ſolemnis feria V. ſub patronatu Capituli S. Petri Traject. quod Anno 1294. in craſtino Calixti Papæ jus illud tranſtulit in Sanlebuinianum Daventrienſe Collegium una cum decimis minutis & majoribus, aliiſque juribus, pertinentiis atque appendicibus, quibus prædictæ Eccleſiæ curatores gaudere conſueverant, approbante & confirmante *Joanne* II. Traject. Antiſtite anno eodem Sabbatho poſt S. Servatii. Enata eſt in hac ſacra Æde

VICARIA.

Vicariæ.
1. *S. Crucis*, cujus miniſter gemina vice Sacrificium Crucis repræſentat ad Altare.
2. *B. M. V.* ea poſſeſſori feria IV. & VI. demandat Sacerdotii uſum.
3. *S. Joannis Evangeliſtæ*
4. *S. Matthiæ Apoſtoli*
5. *S. Nicolai Epiſcopi* } cum IV. Sacrorum penſo.
6. *S. Catharinæ*, quarum omnium patronatu gaudet Toparcha in contiguo *Twickeloe.*
7. *SS. III. Regum* ſub *Bruggemanniorum* patronatu.
8. *S. Annæ*, cujus miniſtro per biduum fungendum eſt Sacerdotio: *Reverendiſſimus de Monte* ad Annum 1571. hujus patronatum adſcribit Domicellæ *de Averhagen.*

Paſtores. [Paſtor Deldenſis Eccleſiæ Anno 1571.
D. JOANNES LAERHUYSEN. A proſcripto autem Cath. cultu, Paſtores Deldenſes,
GERARDUS EYLAERTS, Oldenſalienſis Colon. Theologus, poſt graves ibi exantla-

tos labores Paſtor in *Nierop*, viciniſque Schagæ Holl. Borealis vicis, Embricæ mortuus 11. Aug. 1689.

Hujus illic ab Anno 1680. ſucceſſor,

JOANNES SWERINCK, Coesfeldienſis (adjutore uſus, Joanne Hartman) ortu & ſtudio Monaſterienſis, defunctus Paſtor ibidem Anno 1712. menſe Decembri; ſucceſſorem nactus

BERNARDUM FOCK, Tubantinum ex Ryſſe, cum proximè in Friſiæ vico *Irnſum* Paſtorem egiſſet. Modò & *Hengeloenſibus* per Deldenſem Paſtorem ſuccurritur.]

ENSCHEDE

Enſchede, etymon, In ultimis Tranſiſulaniæ finibus Oppidulum Tubantiæ, quaſi *Eyndtſcheidinge*, quod illam à Monaſterienſi Epiſcopatu dividat. In membrana Traj. etiam *Anze* vocatur. *Eccleſia,* Parœciaſis Eccleſia ex dono *Godebaldi* Traject. Hierarchæ *Collator,* Rectorem adipiſcitur à Capitulo Apoſtolorum Principis apud Trajectinos: Tabulas donationis affigo:

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen. Notum ſit omnibus Fidelibus tam præſentibus quam futuris, qualiter ego *Godebaldus* per miſericordiam Dei Sanctæ Trajectenſis ſedis Epiſcopus conſulens animæ meæ, credens me etiam in reſurrectione partem habiturum cum Electis Dei, meritis & interceſſione Beati Petri Apoſtoli, duas Eccleſias quæ ſunt in Twenta *d'Helden* & *Aneſchedhe* ad Eccleſiam ejuſdem Principis Apoſtolorum in Trajecto firma traditione ex noſtra principali auctoritate perpetualiter conceſſi ſcriptoque firmavi. Hoc autem pro petitione & ſervitio fidelis noſtri *Theoderici* Præpoſiti, præcipue, ſicut ſupra diximus, pro remuneratione æternæ vitæ ſtatuimus ut unam earum, quæ majoris utilitatis eſt, *d'Helden* videlicet, pro voluntate ſua prædicta Fraternitas ſuis uſibus abſque ulla contradictione vel reſpectu Præpoſiti libere conſtituat: alteram ipſe Præpoſitus ad ſervitium ſuum & ad ſupplementum Præbendæ Fratrum, ubi opus fuerit, diſponat: ipſe autem prædictus Præpoſitus, cujus petitioni & fideli ſervitio ſuper hiſce omnibus ſicut dictum eſt obtemperavimus, domum quandam aptam paſcuis, quo vulgari nomine *Swecbus* juxta *Cuncre* noſtræ poteſtati tradidit cum quibuſdam manſis qui dicebantur ejuſdem Eccleſiæ fuiſſe, quos Prædeceſſor noſter *Cunradus* piæ memoriæ Epiſcopus ſuo ſervitio quacunque occaſione in partibus illis appoſuit. Ut igitur hujus conceſſionis pia ſollicitudo & piæ ſollicitudinis rata confirmatio in omnium fidelium poſteritatem digna habeatur memoria, hanc chartam ſigilli noſtri impreſſione inſigniri præcepimus, quatenus à ſucceſſoribus noſtris rata & inconvulſa permaneant, quæ pro animabus Prædeceſſorum noſtrorum & noſtro remedio ſtatuimus atque conceſſimus illi Beato Petro Apoſtolo, cui à Domino collata eſt poteſtas atque principatus ligandi & ſolvendi. Huic noſtræ Conſtitutioni plures idonei teſtes interfuerunt tam Laici quam Clerici. Præpoſitus Majoris Eccleſiæ Mengodus. Decanus Lutbertus. Præpoſitus ejuſdem Eccleſiæ Theodoricus. Rodolphus Præpoſitus. Frabertus Decanus. Otto Decanus. Luzo Capellanus. Sigebodo. Laici Hugo Advocatus. Requinus de Malberge. Godefridus de Rene. Miniſteriales Giſelbertus Jalo. Lubbertus. Jonathas. Werembolдus. Ruthericus. Data Anno Incarnationis M. C. XVIII. Indictione xi. regnante Henrico Quinto Rom. Imperatore Auguſto. Anno Epiſcopatus Domini Godebaldi quinto feliciter. Amen.

[Epiſcopus Traj. combuſſit totum Anno 1228.

Divus Tut. Divum Eccleſiæ iſtius Tutelarem Lindebornius non memorat, neque in actis Viſitationis ab Egidio de Monte Ann. 1571. inſtitutis annotatur. Ex encœniis tamen quæ ad feſtum S. Martini incidunt, conjicere licet Epiſcopum iſtum Eccleſiæ iſti Patronum fuiſſe.

noviſſimi ævi Paſtores. Enſchedani a mutato regimine Paſtores,

. . . . SYLVOLTIUS, Lichtenfurdienſis, ab annis circiter xx.

JOANNES NOORMAN, Huſſiâ-Clivienſis, Theologus Monaſterienſis & Moguntinus; & ipſo Monialibus in Cliviâ Griethuſienſibus Rectore dato,

JOANNES BECKER, Coeſfeldienſis, Hildeſimenſis apud infer. Saxones Theologus.]

GOORA

Goora, dignitas, Sub Tubantiæ Præfectura Tranſiſulaniæ [quondam, oppidum primarium ad Reccam fl. hodiè] oppidulum, ſed inveſte: habet dignitatem & titulum Comitatus, eſtque ejus *Dynaſtæ,* Dynaſta veteri quadam prærogativa Signifer Epiſcopi Traject. & *Wilhelmus* Anno 1157. S. Martini Advocatus: at ea dignitate ſimul & bonis omnibus propter inſolentiam & contumaciam exutus, eaque Trajectino Antiſtiti adjudicata circa Annum 1248. per *Wilhelmum* Romanorum Regem.

ECCLESIA

Eccleſia, D. *Petro* nuncupata ſub Toparchæ patronatu *Divus Tut. Collator,* conſiſtit, in quo effloruit

VICARIÆ

Vicariæ,

I. *D. M. V.* cujus miniſter diebus dominicis & feſtivis primus peragit rem divinam, ejus patronatum Anno 1571. poſſidebat *Henricus de Rechteren.*

II. *S. Antonii*, quæ poſſeſſorem per triduum vult fungi Sacerdotio: eum adoptant *Borcmanni* & Scabini.

XENODOCHIUM

Xenodochium, Quod pauperum miſeriis Chriſtianâ miſericordiâ medetur, habet, in ſua Capella feria II. & V. incruenti Sacrificii oblationem miniſterio Parochi.

priſci, & hodierni Paſtores. [Parochi Goorenſes, ſtante Cath. cultu, Anno

1571. D^nus^ *Coeverden*,

1572. D^nus^ *Remboldus Wynandi.*

Et a profligato indè avito cultu,

JACOBUS BREVINCK, Vredenſis, olim Canonicus Regularis, vicinæ arcis *Hekeren* dudùm incola. Sed ob ſenium & continuas corporis infirmitates curam deſerere coactus, in patrio ſolo domicilium conſcio Vicario Apoſtolico, qui ad victum neceſſaria ſuppeditabat, ſibi delegit.

Ei ſucceſſor datus

JOANNES BECKER, Bredanus, Theologus Mechlinienſis ac Lovanienſis, apprimè doctus & morum integritate præditus, in coëmptis

Digitized by Google

ptis a Cath. plebe ædibus & oratorio extra Gooram degens, in ætatis flore 24 Junii Anno 1707. omnium mœrore abſumitur.
Hujus hodiè locum tenet
MELCHIOR MEDEN, ex ſtudio Monaſterii vel Fuldæ.]

DIEPENHEIMIUM.

Diepenheim. Emit hoc oppidum, Comitatus titulo quandoque nobile, Anno 1330. *Joannes de Dieſt*, Epiſcopus Traject. à *Wilhelmo de Boxtelle* milite & Domina *Cunigenda* ejus conjuge Comitiſſa de Dalem, eo quod contra hoſtiles aggreſſus validum eſſet ſuperioris Diœceſeos propugnaculum.

ECCLESIA

Eccleſia, Divus Tut. Collator, Vicaria, D. *Joanni Euangeliſtæ* inſcripta à Toparcha Paſtorem nanciſcitur, in qua unica *Vicaria S. Georgii*, cujus Anno 1571. patronatum poſſidebant Domicellus *Joannes de Ripperda* & *Dominus de Warmeloe* alternatis vicibus.

[Diepenheimienſium Paſtor Anno 1572.
antiquus Paſtor. D. HERMANNUS BUSSHOFF.
Fidelibus hujus & vicinorum locorum ſubvenit Paſtor Goorenſis.]

RYSSEN

Ryſſen, Eccleſia, Divus Tut. Collator, Tubantiæ Oppidulum, cujus Eccleſiæ D. *Dionyſio* dedicatæ, præfecturam confert Scholaſticus B. V. M. Traject. in qua

VICARIÆ

Vicariæ, I. *S. Crucis* Anno 1571. ſub patronatu *Joannis à Voirſt*.
II. *B. M. V.* quæ juge Sacrificium novæ Legis exigit feria II. VI. & Sabbatho.
III. *S. Joannis Euangeliſtæ*, cum penſo Sacri quotidiani, cujus patronatum Anno quo ſupra poſſidebat *Rodolphus à Langhen*.

[Fraternitas ibi S. Annæ, cujus Proviſores, loci Scabini.]

XENODOCHIUM

Xenodochium. Quod indigorum neceſſitatibus ſuccurrit D. *Anthonium* veneratur.

[Paſtor in Ryſſen Anno 1571.
RUTGERUS AB HALTEREN. A mutato regimine Paſtores Ryſſenſium & Weerdenſium ab Anno 1680. ad Ann. 1698.
JOANNES LEFERS, Oldenzalienſis, Theologus Monaſterienſis, atque ab Anno 1698. quo inde Bornam evocatus eſt,
BERNARDUS MAURITIUS EDELAER, Oldenzalienſis, Theologus Lovanienſis.]

BORNE

Borne, Eccleſia, Collatores, Tubantici Territorii Pagus, cujus Eccleſiæ patronatum obtinet Tranſiſulaniæ Princeps: alibi tamen vidi eum aſſignatum Sanlebuiniano Daventrienſi Collegio. Approbante *Frederico* Traject. Epiſcopo Anno 1420. 7. Maji fuit hic
Vicaria, fundata atque dotata *Vicaria B. M. V.* per *Mechtildem vander Souwe* Almeloënſium Veſtalium Antiſtitam, & *Joannem* ac *Jacobum Hilbingh* Presbyteros Almeloënſi Miniſtræ reſervato jure Patronatus: at eam hinc tranſtulit in Almeloceni Aſceterii Eccleſiam Anno 1444. 27. Maji *Rodolphus de Diepholt* Hierarcha Trajectinus. Exigit illa menſibus ſingulis unum in Eccleſia Bornenſi, & unaquaque hebdomade tria Sacrificia in Parthenone præcitato.

[Paſtores Bornenſes
noviſſimi ævi Paſtores. GERARDUS POTKAMP, Borno-Tubantinus, inde Paſtor Lingenſis, dein Vicarius Apoſtolicus Fœd. Belgii, de quo *Bat. Sacræ* part. 2. pag. 526. &c.
ALBERTUS BECKERINCK, Haſelunenſis, Theologus Monaſterienſis, poſt 16. annorum curam tactus apoplexia, & phthiſi contracta, ex tympanitide obiit 10. Jan. 1697. ætatis 46. vir probus & ardore fidei plenus.
JOANNES LEFERS, antea Ryſſenſium Paſtor, in Borne ex diuturna infirmitate mortuus Anno 1698.
STEPHANUS MEYER, Otmarienſis, Theologus Lovanienſis.]

LOSSER.

Loſſer, Eccleſia, Collator, Vicaria. Parœcialis Eccleſiæ hujus Pagi in agro Tubantico ſituati, quæ nupero bello Weſtphalico prima & unica conflagravit, filialis eſt matricis Oldenſalienſis, cujus Capitulum ei Rectorem aſſignat: in qua *Vicaria S. S. Annæ* & *Martini* ſub patronatu Oldenſalienſis Decani.

[Loſſerenſium Paſtor ab Anno 1664.
HERMANNUS TERHOENTE, qui & Rector Monialium in *Glania*, de quo alibi fuſius.]

HENGELOE

Hengeloe, Eccl. Divus Tutel. Collator, Eccleſiæ Tutelaris in hoc Tubantiæ Pago eſt *S. Lambertus*, cujus Anno 1571. collatorem agebat *Adolphus de Twickeloe*: inter Æedituos in notis Reverendiſſimi de Monte *ſupremus & ſuperintendens inſcribitur Domicellus Caſtri de Hengel*.
Priſci Paſtores. [GODEFRIDUS, Paſtor in Hengelo Anno 1332. Anno 1571. *Ludovicus Salingen*.]

MARKEL

Markel, Eccl. Divus Tut. Collator, Eccleſia hujus Pagi, qui Tubanticæ ditioni ſubeſt, & *Pighio* in *Hercule Prodicio* Limes Æli. I. Manhel nuncupatur, ſub tutela conſiſtit *S. Martini*, cujus patronatu potitur Scholaſticus Capituli B. M. V. Traject. in qua

VICARIÆ

Vicariæ. I. *B. M. V.* & II. *S. Annæ* } Sub patronatu Paſtoris & III. Sacrorum penſo.

Ea olim, occaſione nobis ignota, frequenti peregrinatione trita multiſque votis onerata fuit.
priſci Paſtores. [Paſtores in Marckel, ex Cod. M. S. Georgii Egm. Anno 1547.
D^nus^ JOANNIS DE CAMPIS, ex Cod. Ægidii de Monte Anno 1571.
D. GERARDUS SCHELINCK.]

HAECKXBERGEN.

Haaxbergen, Eccl. Collator, Tubantinæ Provinciæ Pagus & Satrapiæ dignitate illuſtris, cujus Parochialis Eccleſiæ patronatum poſſidet Tranſiſulaniæ Dominus.
deſervitores, & hodierni Paſtores. [Haaxbergienſibus dudùm deſervierunt Patres Conventuales S. Franciſci ex *Swilbrouck*; poſt illos ab annis ſeptendecim & ultra Paſtor eis datus
GERARDUS BEER, ex vicinia *Weerſelo*, ſub Oldenzalienſi Parochia oriundus, Theologus Lovanienſis, qui defunctus ibi Anno 1713. ſucceſſorem accepit ex Rectoris *Glaniæ* adjutore,
BERNARDUM BEER, Haecksbergenſem, Theologum Lov.]

Digitized by Google

DECANATUS ZUTPHANIENSIS,

Quo continetur

ZUTPHANIUM.	HENGEL.
GORSEL.	ZELLEM.
WARNSVELT.	HUMMEL.
ALMEN.	VARSSEVELT.
WYCHMONDT.	KEPPEL VETUS.
VORDEN.	KEPPEL NOVUM.
STEENDEREN.	

ZUTPHANIUM

Zutphanii, ſitus, etymon,

CUI è *Guicciardini Belgio* nomen dedit ſitus humilitas & paludes urbi contiguæ, quamvis alii id ei dediſſe malint *Uſypites*, quos hîc conſediſſe volunt. Adjacet dextræ ripæ fluminis *Iſalæ*: interfluit urbem fluvius Berkela extraque eam *Iſalæ* miſcetur. Oppidum ſanè lautum, publicis privatiſque domibus conſpicuum, ac ſynonymi Comitatus (qui una è XVII. Belgii Provinciis) caput, quod Anno 1591. Princeps Mauritius intra quintum diem in poteſtatem redegit, & munimentis adeò firmavit, ut è validiſſimis Belgicæ Fœderatæ Oppidis habeatur.

antiquitas,

[*Comitatus & Oppidum nominis pervetuſti, omnium conſenſu deducti a paludibus quibus ad auſtrum ſunt, quaſi *Zuyt-venen*, paludes auſtrales. In Diplomate Wilhelmi Traj. Epiſcopi oppidi antiquitate teſtimonium præbente, vocatur *Sut-fenne*. Multis dudùm privilegiis ditatum, eſt hodiè pars II. Gelriæ in VII. Fœderatis primo loco conſidentis.]

ECCLESIÆ II.

Primaria Eccleſia, Paroch. & Collegiata,

Primaria (quæ Crucis formam oſtentat) *ædes admodum nobilis eſt atque operis valdè antiqui, etſi tamen ſubobſcura*, inquit Guiccardinus: *quod conſilio quidem videtur factum & ad priorum illorum temporum, quibus florere primum cœpit Catholica fides, exemplum: judicabant videlicet ſapientiſſimi illi noſtri Majores decere, ut ſacra & pietati dicata loca primo ſtatim ſui ingreſſu adeuntibus ſanctimoniam atque horrorem incuterent, neque nimia luce oculos iis perſtringerent aliorſumque abriperent, ſed ſerios potius & precibus ſacris attentos efficerent.*

conditor ſeu reſtaurator, Divi Tutelares,

Eam per *Ottonem* è cineribus reſuſcitatam & à fundamentis de novo inſtauratam ad ejus inſtantiam Anno 1105. dedicavit & S. S. Petro atque Walburgi inſcripſit *Burchardus* Trajectinus Antiſtes, qui & ad ejuſdem preces (quod eſt vetuſtatis argumentum irrefragabile) donationum ac privilegiorum chartas jam à vermibus propemodum depaſtas novâ vitâ donavit. Eccleſiæ navem & auſtrale latus (cujus etiam meminit *Bocopius* & *Chronicum Monſagnetanum Thomæ de Kempis*) Anno 1446. dominicâ Palmarum devaſtavit turris cæleſti igne incenſa. At Anno 1499. reſtaurata, denuò Anno 1600. eandem injuriam paſſa interiit: verùm eam in integrum reſtituerunt Ædiles Anno 1637. ſubmiſſiorem quidem, at multò ſplendidiorem & contra aëris machinas infeſtas petris & ære obarmatam.

Reliquiæ S. Juſti M.

Aſſervavit hæc Baſilica *Sacras Reliquias* S. Juſti Martyris, qui ex *Martyrologio Romano* 18. Octob. in Territorio Bellovacenſi adhuc puer ſub Rictiovaro Præſide in Diocletiani perſecutione cæſus eſt: de eo *in Faſtis Belgicis* Aubertus Myræus: *Zutphaniæ magna in veneratione olim habitum corpus S. Juſti patriâ Antiſſiodorenſis pueri ac martyris, cujus feſtivitas ibidem celebratur* 11. *Octobris: de quo ſic inter alia cantabatur in Hymno Eccleſiaſtico.*

Ejus caput nunc habetur
Magna Treveris reverentia,
Sed corpus obtinetur
Diligenter in Sutphania,
Laudetur hinc Dei clementia.

Corpus ejus periiſſe putatur noſtra ætate per vaſtationes Calvinianas, ſed caput ex tractu Treverenſi allatum ſervat Antwerpiæ Canonicus ac Plebanus Egbertus Spitholdius (Zutphanienſis) apud Annuntiatas Moniales eadem in urbe poſt collocandum. Hæc *Myræus*.

inſigne Baptiſterium,

Habuit etiam & in eadem etiamnum viſitur ex ære fuſum Baptiſterium, cui ſimile vel arte vel mole non facile credo in noſtro Belgio inveniri: quod cum aliquando Principi Auriaco in bellicorum tormentorum materiam oblatum eſſet, donum reſpuit, dolendam dictitans lavacri illuſtris deſtructionem, quod qui Zutphanii non viderit is merito Zutphanium non vidiſſe cenſetur.

* Alt. *Not. Germ.* part. 2. p. 214.

Tem-

Digitized by Google

Templum hoc, cui annexa animarum cura, *duodecim Canonicorum Collegio* nobilitatum eſt: jam à prima ejus infantia ſex pro tempore exiſtentes in Canonicatu ſeniores debent eſſe Sacerdotio initiati, quatuor juniores ad Diaconatus Ordinem promoti, & duo noviſſimi Subdiaconatus charactere inſigniti, quibus præeſt Decanus. *Præpoſitura* in partem dotis Epiſcopo noſtro acceſſit, ſed in poſſeſſionem ejus immiſſus non fuit, quod adhuc haberet poſſeſſorem *Joannem Schetter* qui *Ægidium* ſupervixit, nec vivus eidem cedere voluit: *cujus ea olim dignitas, ex Pontani Geldria, ut eam ſubinde Comites adminiſtrarint*, qui Prælaturæ hujus & omnium Canoniarum patronatu gaudent.

Collegii inſtitutor,

Quando autem & à quo *Collegium* hoc ſit inſtitutum haud ſatis conſtat: veriſimile interim eſt auctorem ejus extitiſſe *Ottonem Naſſovium*, ejus nomine primum Geldriæ ac Zutphaniæ Comitem, utpote cujus monumentum ut & conjugis ipſius (quæ eſt fere omnium ſententia) hodie adhuc in medio Templi duabus elevatioribus tumbis viſitur infra artificioſam & inauratam ex ferro coronam quatuor catenulis è fornice pendulam, quo loco Canonici Laudes B. M. V. ab Anno 1450. in Vig. S. Thomæ Apoſtoli decantare conſueverunt. E quorum membranis erui atque contexui ſubjunctum, at hiantem, Præpoſitorum Catalogum.

Præpoſiti,

Ricardus. Eckbertus.
1059. *Focbo.*
1064. *Gerardus Comes de Gelre.*
1134. *Henricus Linthburgus.*
1223. *Wilibrandus Comes de Oldenburgh, pòſt XXXV. Trajectinus Epiſcopus.*
1293. 1332. *Nobilis Dominus Godefridus.*
1336. 51. *Ricoldus de Heſewijck.*
1357. 64. *Giſelbertus Kock.*
1372. 74. *Henricus de Steenberge Anno* 1382. *etiam Præpoſitus Sanſalvatorianus apud Trajectenſes.* De quo horum Necrologus: VI. *Kal. Aug. Anno* 1395. *obiit Henricus de Steenbergen Nepos Ducis Geldriæ, Præpoſitus noſter.*
1384. *Albertus de Steenberge.*
1400. *Jacobus Heyen.*
1444. 57. *Suederus de Apeldoorn.*
1482. *Nobilis Dominus Adamus de Berghe, etiam Canonicus Metropolitanus Traject.*
1487. 1500. *Joannes Biſpinck.*
1502. *Euſtachius de Nivariis, Doctor & Cancellarius.*
1510. *Joannes de Brempt, Doctor & Canonicus Cathedralis Leodienſis.*
1527. *Wilhelmus de Lanck, Doctor & Cancellarius*
1532. 35. *Suederus de Kervenheim.*
1549. *Hermannus Baro de Rennenbergh, etiam Canonicus Cathedralis Leodienſis.*
1559. 75. *Joannes Schetter, etiam Canonicus Sanſalvatorianus Trajecti.*
1579. *Theodorus de Dorth, Toparcha Dorthanus Anno* 1605. *Satrapa Zutphanienſis & Anno* 1614. *Prætor Lochemienſis, vitâ functus* 1625.

Præpoſitis aſſocio Decanos, è quibus innotuere:

Decani,

1212. *Baſilius.*
1230. *Henricus.*
1265. *Magiſter Daniel.*
1306. 32. *Wolterus.*
1346. *Gerlacus.*
1351. *Joannes Bolleneger.*
1402. *Joannes Baillivus.*
1415. *Bernardus Henrici.*
1549. *Wilibrordus Bonigerhof, Canonum Doctor & Canonicus Davent.*
1550. *Petrus de Suobtelen, qui quatuor pueris choralibus donat annuè* 8. *aureos florenos Rheno-Electorales.*
1572. *Petrus à Steenberge, qui & Parœciæ Rector.*

[Nomina Canonicorum Eccleſiæ Collegiatæ Walburgis Anno 1571. exiſtentium.

Canonici Anni 1571.

D. & Mr. Joannes Schetter, Præpoſitus.
D. Petrus à Steenberge, Decanus & Paſtor Eccleſiæ.
D. & Mr. Henricus Hovius, Licentiatus & Senior.
D. Petrus vander Vecht, Scholaſter.
D. Franciſcus à Thul.
D. Mr. Henricus Conradi.
D. Mr. Andreas Eſſelinck, Licentiatus.
D. Henricus Bentinck.
D. Mr. Wilhelmus Barner, Licentiatus.
D. Henricus Schetter.
D. Arnoldus à Thil.
D. Mr. Henricus Becker.
D. Henricus Verbeyden (non reſidens) Canonicus Daventrienſis.

Reinaldus I. Comes Canonicos hujus Collegii ad Xenodochium, ab eo Arnhemi erectum, evocavit, ut ſub Arnhemo latius dabimus.

precaria, ſeu cenſus eis depenſus.

Anno Domini 1517. Quando Dominus Philippus de Burgundia, in Epiſcopum Traj. ſublimatus fuerat, qui tunc *precariam* ſeu ſubſidium charitativum ab Eccleſia Collegiata Zutph. petierat, eadem Zutph. Eccleſia taxata fuerat ac dederat in toto viginti ſeptem florenos Rhenenſes aur. pro omnibus ſuppoſitis & membris dictæ Eccleſiæ, comprehensâ unâ ſub eadem primaria, Eccleſiâ Parochiali de *Lochem*, quæ incorporata eſt dictæ Eccleſiæ Zutph. cujus taxatio erat duorum ſcudatorum aur.

Anno Domini 1597. Quando D. Fredericus de Bade, in Epiſcopum Trajectenſem electus fuit, contribuit Eccleſia Collegiata Zutph. pro *precariis* viginti quinque florenos Rhenenſes, uti ex Regiſtris computationis ejuſdem anni apparet]

Hæc ſunt ſervitia & adminiſtrationes, quæ Præpoſitus Eccleſiæ Zutphanienſis qui pro tempore fuerit, tenetur ex debito & ſub præſtito corporaliter juramento facere annuatim Decano & Capitulo ac aliis Perſonis in Eccleſia antedicta.

Præpoſiti onera.

Primò tenetur XII. Canonicis ac Cuſtodi Eccleſiæ, nec non Lotori Præbendam habenti Lotoriæ, cuilibet eorum IX. maldra bonæ ſiliginis & XX. maldra cum dimidio boni hordei pactualis annuatim: de quibus quidem maldris ſiliginis & XX. maldris cum dimidio hordei, quæ ſingulis ſic debentur, Canonicis, Cuſtodi & Lotori antedictis, ſolvendi ſunt unicuique eorum ſingulis annis in Feſto B. Lamberti Martyris & Pontificis X. ſcepelini ſiliginis, & in Feſto B. Remigii, Confeſſoris proximo ſubſequenti XI. ſcepelini

pelini hordei: reſiduum vero totius antedicti bladi ſolvendum eſt unicuique annuatim infra Feſtum B. Martini hyemalis & Feſtum Nativitatis Chriſti.

Item tenetur Canonico pro tempore exiſtenti Scholaſtico ratione ſuæ Scholaſtriæ x. maldra ſupradictæ ſiliginis infra prædictum Feſtum B. Martini & Nativ. Chriſti annuè perſolvenda. Summa totius ſiliginis à Præpoſito annuè adminiſtrandæ eſt 136. maldrorum: ſumma vero totius hordei ab eodem adminiſtrandi eſt 287. maldrorum.

Item tenetur Decano Eccleſiæ pro tempore exiſtenti ratione ſui Decanatus quolibet anno 30. ſolidos parvorum Denariorum veteres pagamenti, antiquo Groſſo Turonenſi Regis Franciæ pro 16. Denariis computato, quorum quidem medietas ſolvenda eſt in die B. Walburgis Virginis, quæ eſt prima menſis Maji, altera vero medietas in die B. Martini hyemalis.

Item vi. Canonicis Præbendas Sacerdotales habentibus cuilibet eorum 34. ſolidos & 8. Denarios ejuſdem veteris pagamenti prædictis duobus terminis annuè perſolvendos.

Item tenetur vi. Canonicis Præbendas Diaconales habentibus, nec non Rectori Scholarum ratione ſervitii per eundem faciendi in Choro, cuilibet eorum 30. ſolidos dicti pagamenti veteris præfatis duobus terminis annuè perſolvendos.

Item tenetur ii. Canonicis Præbendas Subdiaconales habentibus & ſuprad. Cuſtodi Eccleſiæ cuilibet eorum 26. Solidos pagamenti veteris prænominati dictis duobus terminis annuè perſolvendos.

Item tenetur cuilibet dictorum xii. Canonicorum quolibet anno in die B. Lamberti M. & P. 12. Denarios parvos pagamenti veteris ſuprad. ad Ceſpites. Summa totius pecuniæ in veteri pagamento annuè adminiſtranda eſt 23. Libræ & 18. Solidi.

Item tenetur Præpoſitus ſuprad. Cuſtodi ad Vinum emendum pro Altari in Choro, pro Altari in Crypta, pro Altari S. Crucis ante Chorum & pro Altari B. Mariæ per anni circulum neceſſarium miniſtrare annuatim 30. Solidos parvorum Denariorum pagamenti uſualis pro tempore legalis & dativi.

Item tenetur cuilibet dictorum xii. Canonicorum ſingulis annis in die B. Martini hyemalis duos pullos cenſuales.

Item tenetur ſuprad. vi. Canonicis Præbendas Sacerdotales habentibus miniſtrare ſingulis eorum quolibet anno in die Cinerum unum Quartarium Fabarum cumulatum.

Item ratione ſuæ Scholaſtriæ tenetur Canonico ſupradicto pro tempore exiſtenti Scholaſtico Quartarium ſimiliter cumulatum præter partem Præbendæ ſuæ Canonicalis

Item tenetur eodem die Cinerum cæteris vi. Canonicis, videlicet iv. Præbendas Diaconales, & ii. Præbendas Subdiaconales habentibus, nec non Campanario Eccleſiæ, ſingulis eorum annuatim unum Quartarium dictarum Fabarum forenſis menſuræ.

Item tenetur ſingulis annis in Cœna Domini miniſtrare & præſentare in Choro unum maldrum tritici in panibus recipiendum ex bonis *ter Hoeven* in Parochia Warneſvelt ſituatis inter Canonicos ibidem dumtaxat in ſacro Officio præſentes æqualiter diſtribuendum.

Item tenetur & in eadem Cœna de vino & cereviſia, quantum ibidem neceſſarium fuerit & oportunum, dictis Canonicis, Vicariis, Chori ſociis & aliis in Choro præſentibus propinare.

Item tenetur & obligatus eſt ad adminiſtrationem totius ceræ in Choro, & Crypta & in Altari S. Crucis, ac in omnibus proceſſionibus & ſtationibus Cleri per totius anni circulum neceſſariæ & oportunæ, & ad facturas & reparationes candelarum inde fiendarum: ſex tamen candelis, quæ nocturno tempore hora matutinali deſuper Chorum in Feſtis duplicibus & majoribus, & duabus, quæ in Anniverſariis Defunctorum perpetuam memoriam habentium in Vigiliis & in Miſſis ad ſepulchra eorumdem ardere ſolent, inde exceptis, cum eaſdem ſex & duas candelas Capitulum & non Præpoſitus ſolvere teneatur & miniſtrare.

Item tenetur dictus Præpoſitus miniſtrare omnes cordas ſeu funes ad quinque minores dictæ Zutphan. Eccleſiæ campanas per anni circulum neceſſarias perpetuo & & opportunas. Item oleum ſeu ſagimen ad lampadem lapideam neceſſariam, quæ in hyeme nocturno tempore in Eccleſia ſemper ardere conſuevit, tenetur inſuper idem Præpoſitus annue miniſtrare.

Hæc ex Eccleſiæ membranis.

[*Addimus hic quaſdam Ordinationes & Statuta, factas per Decanum & Capitulum Eccleſiæ Zutph. pro juribus & officiis ad Capituli Officiatum ſpectantibus.*

Nos Decanus & Capitulum Eccleſiæ Zutphanienſis notum facimus Univerſis præſentes litteras inſpecturis, quod nos concorditer & unanimi voluntate & conſenſu ſtatuimus & ordinavimus, & præſentium tenore ſtatuimus, & ordinamus Statuta & Ordinationes infraſcriptas. Primo videlicet, quod Officiatus noſter, qui pro tempore deinceps fuerit, habebit ſingulis annis de communibus bonis Capituli decem libras parvorum denariorum pagamenti Zutphan. uſualis, prout idem Officiatus habere conſueverat ab antiquo. Item de pecunia, & obventionibus quibuſcunque provenientibus de Vinicopiis decimarum de *Wagheningher*, de *Ryſande*, de *Ellichem*, de *Lochem*, de *Dechterden*, de *Werken*, de *Wertelt*, ac de aliis quibuſdam decimis habebit dictus Officiatus ſex libras parvorum denariorum dicti pagamenti, & non plus: reſiduum vero dictorum ac aliorum quorumcunque Vinicopiorum, nec non jura & obventiones quaſcunque, quas hactenus dictus Officiatus ratione ſuæ Officiationis habere conſueverat, aſſignabit & computabit Capitulo ipſo die Beati *Vitalis* Martyris, ita quod de ſupradictis decem & ſex libris erit omnimode contentus. Præterea dictus Officiatus non erit deinceps obligatus tenere equum ad opus Capituli: ſed quando Capitulum indiguerit equo uno vel pluribus, idem Officiatus procurabit hujuſmodi equos ſub expenſis Capituli, ſervato tamen moderamine infraſcripto, ita quod pro duobus equis non computabit ampliorem ſummam pecuniæ ratione pretii vel conductionis eorundem, quam infra poſita eſt & expreſſata: redditibus vero & obventionibus, quos hactenus propter ſolum equum ſervandum dictus Officiatus habere conſueverat, deinceps penitus carebit, & Capitulo eoſdem in die *Vitalis* computabit. Item ſtatuimus, & ordinamus, ut ſingulis annis circa feſtum Beati *Marci* Evangeliſtæ vel *Vitalis* Martyris fiat diviſio æqualis in cedulis de omnibus certis redditibus Capituli pecunialibus inter Canonicos reſidentes, ſimili modo

do quo hactenus fieri ſolitum eſt, de blade ſeu annona Capituli circa *Victoris*, & mittatur ſors de cedulis hujuſmodi, & unuſquiſque immoveat, tollat, & levet redditus in ſua cedula contentos, ad bonam computationem omnium præſentiarum ſuarum, quas ipſum per totum illum annum contigerit deſervire: Officiatus vero prænominatus computabit diligenter omnes præſentias ſingulorum Canonicorum per ſingulos dies & menſes totius anni, aſſignando de hoc in fine cujuſlibet menſis cuilibet Canonico unam cedulam continentem ſingulas ſingulorum Canonicorum præſentiarum ſummas in eodem menſe deſervitas: & ſi quid completo anno aliqui Canonicorum plus deſervierint in præſentiis, quam dictæ ſuæ diviſionis cedulæ tenuerint, Capitulum ſeu dictus Officiatus defectum hujusmodi de redditibus provenientibus de Decimis in *Waghëninghen*, in quantum ad hoc ſufficiant, & ſe extendant, ſin autem de aliis promptioribus & melioribus redditibus ſingulis Canonicis in fine anni adimplebit. Si vero aliquis minus deſervierit in præſentiis, quam dicta ſua diviſionis cedula tenuerit, hoc idem Canonicus Capitulo ſeu ejus Officiato reſtituet & refundet. Præterea de illis annuis penſionibus, quæ debentur Dominis *Martino Alphardi*, & *Egberto de Eza* Canonico noſtro aut aliis quibuſcunque, ſtatuimus & ordinamus, ut ſingulis annis circa feſtum *S. Victoris*, quando diviſio Præbendarum per cedulas fieri ſolet, de annona recipietur, ante diviſionem hujuſmodi tantum de ipſa annona quod abunde ſufficere poſſit ad ſolvendum penſiones ſupradictas: & quidquid de pecunia ejuſdem annonæ, dum vendita fuerit, ſuperabundaverit, hoc dictus Officiatus computabit Capitulo in die *Vitalis* ſupradicta; venditionem autem hujuſmodi faciet idem Officiatus tempore magis congruo & oportuno, prout id ſibi & Capitulo vel majori parti Capituli viſum fuerit expedire. Item ſtatuimus & ordinamus, quod Officiatus Capituli, ſive Prælatus, ſive ſimplex Canonicus fuerit, quandocunque eum pro negotiis Eccleſiæ noſtræ equitare contigerit, quod tamen ſine ſcitu & voluntate Capituli vel majoris partis eſſe non debet, poterit licite cum famulo uno & duobus equis equitare; & pro tempore quo ſic cum famulo uno & duobus equis abſens fuerit, non computabit plus Capitulo, tam pro ſuis quam pro dictorum ſuorum famuli & equorum expenſis, incluſo pretio ſeu conductione equorum ſive proprios equos ſive alienos equitaverit, quam pro quolibet die naturali, id eſt die & nocte ſimul computatis, unum ſcutum aureum antiquum, quod nunc præſenti anno valet in pagamento Zutphan. uſuali quadraginta duos ſolidos cum dimidio parvorum denariorum, hoc eſt pro expenſis ſuis ac famuli & dictorum duorum equorum triginta ſolidi, & pro pretio ſeu conductione eorundem duorum equorum duodecim ſolidi cum dimidio. Si vero cum pluribus quam cum duobus equis, ſeu cum majori comitiva, quam ut promiſſum eſt, equitaverit ac ultra præmiſſam pecuniæ ſummam expenſas fecerit, illas de propria ſua burſa faciet & perſolvet. Præmiſſa omnia & ſingula promiſimus invicem bona fide, & per præſentes promittimus pro nobis & noſtris ſucceſſoribus in perpetuum inviolabiliter obſervare, & non contravenire de jure vel de facto, aliquâ ratione vel causâ. In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Datum Anno Domini milleſimo tricenteſimo ſexageſimo ſeptimo, in craſtino B. *Vitalis* Martyris.]

Peculium & Benefactores antiquiſſimi hujus Collegii manifeſtabunt appenſa Diplomata.

In nomine Patris & Filii & Spiritus S. Ego Wilhelmus miſericordiâ Dei Trajectenſium Epiſcopus notum facio univerſis Chriſtianis, qualiter Comes Otto veniens ad Curiam Domini Imperatoris Henrici Aquiſgrani celebratam, & ſtans coram Domino Imperatore convocatis Principibus in teſtimonium rei gerendæ Domino Conſtantino de Melegarde, quem bonæ fidei virum & in omnibus actibus ſuis legitimum experientia commendabat, Advocatiam dedit ſuper Manſos Originariorum Eccleſiæ Zutphanienſis, & ſuper ipſos Originarios, quoniam ipſemet in perſona propria propter diverſa negotia in diverſis terris & diverſis temporibus per eum expedienda neceſſitati prædictæ Eccleſiæ ſemper præeſſe non poterat. Curtes autem Eccleſiæ & Cereales omnes, quoniam de libera Genealogia proceſſerunt, ut in hoc ipſos aliis honoraret, in manu ſua tenebat, ita ut ipſemet & poſt eum hæres legitimus Oppidi Zutphan. per ſucceſſionem in perpetuum Advocatus eorum maneret, nec hoc unquam mutaretur. Dominum vero Conſtantinum tali conditione Advocatum fecit, ut nec ipſemet nec aliquis hæres ejus ulli unquam hominum libero vel ſervo Advocatiam illam infeudaret vel infeudare poſſet. Jura quoque Advocatiæ ei in hunc modum determinavit, ut non niſi ter in anno in Curia Domini Præpoſiti veniens Originarios convocaret & de damnis Eccleſiæ ipſos conveniret, ut per eum emendatio & ſtatus Eccleſiæ communicato utique conſilio Domini Præpoſiti in melius diſponeretur, & tunc ſinguli ſingulos denarios ſingulis vicibus ei in ſervitium offerrent, nec tunc vel in poſterum amplius quicquam ab eis exigere præſumeret, ut ſecundum quod Præpoſito videretur abundantius Canonicis ſuis ſervire valerent, quorum obſequio penitus aliis impedimentis abſciſſis eos mancipatos eſſe decrevit. Si autem præter prædicta tria tempus aliquâ neceſſitate emergente à Præpoſito vel ejus Vicario mutaretur, devote & affectuoſe veniret, & conſilio & auxilio pro poſſe ſuo aſſiſtere ei ſtuderet, nunquam niſi vocatus nec occaſione alicujus lucri ſe ingereret. De commutatione viri ſive fœminæ duos ſolidos vel pedem capri ad rei confirmandæ teſtimonium recipere deberet. Si autem ipſe vel aliquis hæres ejus vel minimum Articulorum prænominatorum tranſgredi convinceretur, ſine judicio Advocatia rediret in manum ejus, qui tunc hæres Oppidi Zutphan. dicebat enim Comes, & hoc dicendo ita obſervari ſtatuit tanquam vir ſpiritu bono plenus, ea quæ ipſe & prædeceſſores ejus ex proprietate ſua pro redemptione animarum ſuarum emancipaſſent, & Dominum ejuſque Vicarios poſſeſſores feciſſent, neque Advocati neque alicujus Laicorum manibus eſſe diſtrahenda vel aliquo gravamine moleſtanda, ſed tantummodo cum omni fructu ſuo debere habere reſpectum ad Præpoſitum & per Præpoſiti diſpoſitionem ad Fratres, quorum uſui deputata fuiſſent. Obtinuit quoque à Domino Imperatore prædictus Comes illuſtris, ut quicunque de libero genere prænominatæ Eccleſiæ Zutphan. ſe vel poſſeſſiones ſuas mobiles ſive immobiles dare vellet, licenter & ſine contradictione Comitis, in cujus juriſdictione maneret, hoc faceret cenſu ſiquidem regio non imminuto, ſi tamen

Donationes, Wilhelmi, Traj. Epiſc.

men cenſum ſolveret. Dominus igitur Imperator hanc conceſſionem ſuam & Comes, quoniam Eccleſia ſua de Spiritualibus ad nos reſpiciebat, omnia & ſingula Statuta ſua prædeterminata nos ſcripto commendare & confirmare pia cum devotione rogavit. Juſte itaque eorum petitioni conſentientes, quod Dominus Imperator conceſſit, quod Comes Advocato ſub donando & prohibendo determinavit, quodque ſibi ex hæredibus ſuis retinuit, hoc nos ex auctoritate Domini noſtri Jeſu Chriſti & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & S. Martini & omnium Sanctorum Dei per Banni noſtri efficaciam & per poteſtatem à Deo nobis traditam confirmavimus, ſcripto commendari fecimus, & illud ſigillo noſtro denotari curavimus: ut quicunque contra præſcripta verba fecerint vel facere attentaverint, cum Sathana & Angelis ejus æternaliter condemnentur, niſi reſipiſcentes Eccleſiæ Dei & Fratribus ſatisfecerint. Amen. Hujus autem rei teſtes affuerunt Harmannus Archiepiſcopus Colonienſis, Obertus Epiſcopus Leodienſis, Dux Henricus de Arlo, Conradus Comes de Lucelenburch, Fredericus Dux Sueviæ, Rothardus Archiepiſcopus Moguntinus, Gerardus Comes de Gelre, Præpoſitus Focho, Plitherus, Albericus, Luottholfus Advocatus, Theotricus, Gerolf, Linpo, Perenhardus, Unalthardus. Anno M. LXIIII. Incarnationis Domini, Indictione II. Anno Imperatoris Henrici X. hæc deſcriptio facta eſt.

Theodorici,

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Theodoricus Dei gratiâ Munigardevordenſis Epiſcopus & Oppidi Zutphanienſis hæres legitimus. Notum facio omnibus tam futuris quam præſentibus, quod in Curia Domini Præpoſiti in Sutphenne me reſidente ad judicium pro querimonia Familiæ Eccleſiæ Conſtantino de Berge poſt aliquantam cauſæ ventilationem abjudicata eſt Advocatia, quoniam eam Udoni infeudaverat, quod nec ei nec alicui ejus hæredi licuit facere: hac enim conditione interpoſita ei data erat, ut nec ipſe nec aliquis hæres ejus eam infeudaret vel infeudare poſſet. Udonem ſine ſpe reſtitutionis depoſui, quin etiam juramento confirmavit quod nec ipſe nec aliquis hæres ejus de illa Advocatia ſe intromitteret unquam amplius, & ſic eam in manu mea retinebam. Procedente vero tempore, intercedentibus amicis Conſtantini pro ipſo, Advocatiam ei reddidi de omnibus Capitulis quæ Pater meus determinaverat, item interpoſita conditione ut nec minimum ipſe tranſgrederetur nec aliquis hæres ejus videlicet, ut non niſi ter in Anno litones convocaret, & hoc in Curiam Præpoſiti Præpoſito vel ejus Vicario ibi ſemper exiſtente, ut ejus conſilio omnia in melius diſponerentur, & tum à ſingulis ſinguli denarii ſingulis vicibus ei darentur, nec tunc vel poſtea quicquam aliquid ab eis exigere præſumeret vel unquam ſe ingereret non vocatus: de Cerealibus nunquam ſe intromitteret nec de Curiis Præpoſiti. Singula ergo Capitula etſi hic poſita non ſint, ſicut Pater meus determinavit & Epiſcopus Wilhelmus Traject. ejus petitione Banno confirmavit, ſic & nos Banno noſtro confirmamus in nomine Patris & Filii & Spiritus S. Amen. Hæc viderunt & audiverunt boni teſtimonii viri, ipſe Præpoſitus Ekkebertus, Bernhardus de Diepenham & filius ejus Wernherus, Remwardus de Vaſnou, Sigefridus de Humelo, Othelricus de Amſnon, Gerlac de Ditdigwerthe, Beſelmus de Ritherlo, Grimbrecht Druthwart, Pelgrim, Remzo, Wenro.

De hac *Advocatia* in Eccleſia membranis alia non extat memoria, quam proinde ſuſpicor aut exſtinctam aut Comitum beneficio ipſi Eccleſiæ poſtmodum relictam.

Henrici V. Imp.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Henricus Dei gratiâ V. Romanorum Rex. Notum ſit tam futuris quam præſentibus omnibus, quod pro petitione Domini Ottonis Comitis de Sutfenne & filii ejus Henrici, qui Imperio ſæpius magnificum exhibuerunt obſequium, Eccleſiæ eorum in Sutfenne dedi beneficium in perpetuum jure hæreditario permanſurum, ut quicunque liber vel libera ſe vel poſſeſſiones mobiles vel immobiles illi Eccleſiæ dare voluerint, licenter regia freti auctoritate hoc faciant, nec ſit alicujus momenti contradictio Judicis, in cujus terra manent, cenſu tamen regio ei, cujus feudum eſt, non ſubtracto, ſiquidem cenſum ſolvit prius illa poſſeſſio. Item ſuper prædia culta vel inculta prædictæ Eccleſiæ, ſuper ſaltus, nemora, flumina, ripas & ſuper omnia, quæ nunc in poſſeſſione habet vel poſtmodum habitura erit, Præpoſitum illius Eccleſiæ per omnem ſucceſſionem, quicunque fuerit, Judicem ordinarium conſtituimus & ejus Scultetum. Item de omni negotio quod ortum fuerit adverſus Eccleſiæ hominem, ſive par ejus, ſive homo alterius poteſtatis agat in eum vel accuſet eum, quod teſtibus vel jurejurando terminari poteſt, Judex erit Præpoſitus. De furto autem, vel de rapina, vel de incendio, vel ſanguinis effuſione, vel quocunque maleficio Sculcetus Præpoſiti, Judex erit. Item ipſi Domino Comiti & ejus ſucceſſoribus confirmamus omnimodam juſtitiam ſuper homines ſuos, qui dicuntur *maſmanne* & ſuper eorum prædia. Omnimodamque juſtitiam in Menardinghamme & bannum ferarum ex utraque parte Yſſæ confirmamus, quod totum Prædeceſſores ejus & ipſe ex proprietate ſua non ex dono regali habet nec nos invideraus. Hæc autem facta ſunt conſenſu Dominorum, qui juriſdictiones habent, & conſilio & auctoritate & teſtimonio Principum Regni. Ego quoque propria manu annotavi, Sigillo inſignivi, S. Frederici Colon. Archiepiſcopi. S. Otberti Leodienſis Epiſcopi. S. Burchardi Traject. Epiſcopi. S. Burchardi Monaſterienſis Epiſcopi. Teſtes Gerardus Comes Cruyn. C. Cono. C. Heynricus. C. de Caſſelle. Theodoricus de Los. Stephanus & Hermannus de Oies. Berengarius. C. de Sultebac. Anno ab Incarnatione Domini M. C. VIII. Indictione prima. Anno Domini Henrici V. Regis Romanorum ſecundo. Data Aquiſgrani V. Cal. Januarii.

Confirmationes, Burchardi,

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Quoniam temporis ſucceſſione ea, quæ à Principibus ſtatuuntur, plerumque à memoria hominum labuntur niſi ſcriptorum monimentis reſerventur; idcirco per præſentia ſcripta notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod ego *Burchardus* miſericordiâ Dei Traject. Epiſcopus petitione Illuſtris Comitis Domini *Ottonis* invitatus Sutphaniam veni ad conſecrandum Eccleſiam *B. Petri* Apoſtoli & *S. Walburgis*, quam prædictus Comes Spiritu Sancto plenus à fundamento poſt incendium reformaverat: cumque ad recognoſcendam dotem Eccleſiæ Privilegia inſpiceremus, invenimus quædam ex eis tum ex antiquitate temporis tinearum morſibus corroſa tum ex vicinitate flammarum incendii contracta, quo viſo Comes cum Clericis ſuis Canonicis communicato conſilio rogavit propter abundantem cautelam privilegia illa renovari à nobis: nos igitur juſtæ petitioni Domini Comi-

tis

tis obtemperantes ipſo cum filiis ſuis legitimis & univerſo Clero ac populo utriuſque ſexus, quorum nomina ex parte ſubſcripta habentur, inter conſecrandum aſtante pacem & bannum omnibus bonis prædictæ Eccleſiæ fecimus & confirmavimus in hæc verba: *Doti* Eccleſiæ *B. Petri* Apoſtoli & *S. Walburgis* in Zutphania nominatim quatuor curtibus principalibus, quarum una eſt in Suthſene, ſecunda Bruchehove, tertia Horſtlare, quarta Riſlo cum omnibus appenditiis ſuis agris, cultis & incultis, ſervis, ancillis, mancipiis, nec non & omnibus manſis ad eandem Eccleſiam pertinentibus in uſum Præpoſiti & Fratrum quacumque donatione contraditis, quorum nomina in reſcripto habentur, & univerſis nunc in eorum poſſeſſione exiſtentibus vel poſtmodum ſuperaccreſcentibus pacem veram ac firmam Dei Omnipotentis Patris & Filii & Spiritus Sancti facimus & præcipimus: beneficio quoque Fratrum quod dicitur x. Manſorum & omnibus bonis in idem jus oblatis, quos x. Manſos Comes *Godeſcalcus* ob remedium ac ſalutem animæ filii ſui *Gebehardi* & omnium Conſanguineorum ſuorum præcedentium & ſuccedentium libere cum omni jure, quo ipſe tenebat, in uſum ſingularem Canonicorum magna cum devotione donavit, ſola Advocatia in manu ſua propria & hæredum ſuorum legitimorum hujus Oppidi retenta, ita ut nec ipſe nec aliquis ejus ſucceſſor eam infeodare alicui poſſet: ſicut ergo ipſe cum daret decrevit, & præſens Comes *Otto* laudat & fieri poſtulat, ſic & nos confirmamus pacem eis prædictis x. Manſis & omnibus in idem oblatis jus & prænominatæ Advocatiæ, ut nullus eam infeodare audeat vel poſſit per virtutem banni noſtri facimus & præcipimus. Omnes autem qui contra hanc Comitis conſtitutionem & noſtram confirmationem fecerint vel facere attemptaverint, & qui manum in aliquo prædictorum bonorum hujus ſanctæ & conſecratæ Eccleſiæ miſerit violenter, vel rapinam, vel exactionem, vel petitionem aliquam, vel qualemcunque læſionem, vel gravamen in eis fecerit, omnes inquam tales excommunicamus & anathematizamus ex auctoritate Patris & Filii & Spiritus S. & B. B. Apoſtolorum Petri & Pauli & omnium Sanctorum Dei, per banni noſtri efficaciam & per poteſtatem à Deo nobis traditam, ut cum Sathana & ejus Angelis in perpetuam demergantur damnationem, niſi reſipiſcentes Eccleſiæ Dei & Fratribus ſatisfecerint. Ad hujus autem rei teſtimonium confirmandum cedulam hanc ſigilli noſtri impreſſione denotatam conſcribi juſſimus, aſtantibus bonæ auctoritatis hominibus Sigewino videlicet cuſtode Majoris Eccleſiæ in Colonia, Wychardo Decano Sancti Salvatoris in Trajecto, Magiſtro Lamperto, Conſtantino Advocato, Lubberto Caſtellano, Wilhelmo de Stapelo, Rothgero de Wythe, Arnoldo de Strasburg, Raberto & fratre ejus Hertgero, Lubberto & Gocelmo de Berenghem, Godefrido de Renen, Bernhardo de Diepenham, Martberto de Mocherte, Wolphardo & Ermberto de Eitenen, Memrico de Rinre, Ulrico de Amſene, Gerlaco de Dedingwerte, Mentone de Thrile, Wenrone de Vrolleborſt, Ulboldo de Wiken, Gerboldo de Winburg. Hæc autem facta ſunt Anno M. C. V. ab Incarnatione Domini, indictione XIII. anno autem Imperatoris Henrici Quarti LI.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Wilhelmi,
Ego *Wilhelmus* Traject. Eccleſiæ Epiſcopus notum facio tam præſentibus quam futuris contentionem quandam diu habitam inter Prædeceſſores noſtros & Dominos Zutphanienſis Oppidi de quibuſdam Decimis, quas ſuas proprias dixerunt, ita diffinitam eſſe: Comiti *Godeſcalco* & uxori ſuæ *Adelbaidæ* & eorum filiis *Gebehardo* & *Ottoni* venientibus Trajectum ad noſtram vocationem in plena Synodo Decimam Lochemenſem eis recognovimus & Decimam terræ eorum, quæ Syellandorum dicitur, in omni Epiſcopatu Traject. ſive hoc ſit in pratis vel inſulis vel paludibus cultis vel colendis ad uſum Canonicorum in Zutphania per bannum noſtrum in eis confirmatum ex donantium petitione. Ad recompenſationem autem B. Martino & nobis ipſi retribuerunt viginti mancipia & decem manſos I. in Tholre cujuſdam hominis ſcil. Tynbomes. II. Tynden in Holthuſen. III. Megingeri in Tonden. IV. Hemmonis in Horda. V. Heinonis in Ratenen. VI. in eadem Villa Winiconis. VII. in Wercken Remzonis. VIII. Winnonis in Scuipe. IX. in Rothe Reinzonis. X. in Reten. Nos quoque ad honorem Dei & B. Petri Apoſtoli & S. Walburgis Eccleſiæ in Zutphania jure perpetuo tenendam concedimus decimam Inſularum à Renen uſque Arnhem & ab Arnhem uſque Daventriam: Inſularum dico, quæ, & ſi ſint, nondum arantur & earum quæ ex alluvione Rheni & Iſlæ adhuc congeri debent, ſive in medio fluminis ſint, ſive ripam tangant. Eidem quoque Eccleſiæ bannum concedimus ſuper omnia bona ſua mobilia & immobilia, ita ut Præpoſitus vel ejus Vicarius poteſtatem habeat vocandi & excommunicandi malefactores ſuos & reconciliandi ſi Eccleſiæ ſuæ ſatisfecerint. Hujus compoſitionis, noſtræ quoque donationis violatores excommunicavimus ex auctoritate Patris & Filii & Spiritus S. & omnium Sanctorum Dei & noſtra, Clero & populo in plena Synodo audiente & reſpondente Amen. In rei geſtæ teſtimonium hanc cedulam ſigillari fecimus ſubſcriptis teſtibus, quorum unus de noſtris eſt Præpoſitus Focho, Plicherus, Anfridus Advocatus, Theotricus, Hermannus, Gerolf, Timpo, Emgephet, Folcart. Teſtes de parte Comitis Hermannus, Einghelbertus Advocatus, Perenhardus, Regenhardus, Pejor, Otto, Rompertus Comes, Poto, Hartgart. Anno ab Incarnatione Domini M. LIX. Indict. XII. quinto anno Henrici Regis hæc facta ſunt.

Quas donationes ratificavit *Guido* Epiſcopus XLII. Anno M. CCC. X. Feria quinta poſt Aſſumpt. D. V. & ad petitionem Canonicorum quoad Decimas Alluvionum *Innocentius* Papa Laterani ſexto Kal. Aprilis Pontificatus ſui anno XII.

[*Harum litterarum tranſumpta nunc apponimus.*

In Dei nomine Amen. Univerſis ad quos præ- Guidonis,
ſentes litteræ pervenerint, Nos *Guido* Dei gratia Epiſcopus Traj. notum facimus in his ſcriptis, quod mota olim dubitatione ſuper decimis novalium Parochiæ Eccleſiæ de *Lochem*. dilectis nobis in Chriſto Decano & Capitulo Eccleſiæ Zutphanienſis proponentibus ex quibuſdam Privilegiis quondam Domini Guilielmi primi bonæ memoriæ Epiſcopi Traj. Prædeceſſoris noſtri ipſas decimas ad ſuam Eccleſiam pertinere, & quia coloni & Domini terrarum novalium in dicta Parochia denegabant exſolvere Eccleſiæ Zutpha-

phanienſi decimas novalium antedictas, & dicti Decanus & Capitulum a nobis petierunt, ut eo lonos & Dominos ipſarum terrarum novalium compellere dignaremur per Cenſuram Eccleſiaſticam ad exſolvendum Eccleſiæ decimas novalium antedictas; Nos de Jure Eccleſiæ antedictæ ſuper eo quod petebat ſine conſilio Prælatorum & Capitulorum Eccleſiæ noſtræ Trajectenſis nolentes decernere, præfatos Decanum & Capitulum Eccleſiæ Zutphanienſis ad eandem Eccleſiam noſtram Trajectenſem tranſmiſimus eidem ſua Privilegia oſtenſuros; congregatis ob hoc demum Prælatis & Capitulis Eccleſiarum Trajectenſium, habitis inter ſe collatione, tractatu, & examinatione diligenti dictorum Privilegiorum quondam Domini Wilhelmi Prædeceſſoris noſtri prædicti, concordi & unanimi conſilio ad nos retulerunt Prælati & Capitula Eccleſiarum prædictarum, quod, prout ipſis ex Privilegiis prædictis liquere poterat, & prout ex antiqua & approbata conſuetudine ab olim obſervata per Diœceſin Trajectenſem, videlicet quod ab olim omnes decimæ Novalium per totam Diœceſim Trajectenſem ad Epiſcopum Trajectenſem ſpectabant, deprehendere & judicare poterant, quod quondam Dominus Wilhelmus Prædeceſſor noſter prædictus recognoſcendo & relinquendo in generali Synodo Traject. prout ex inſpectione Privilegiorum ejuſdem evidenter apparebat, Eccleſiæ Zutphanienſi decimam in *Lochem* indiffinite loquendo intelligebatur, & de jure intelligi debebat recognoviſſe, & reliquiſſe decimam tam illius temporis quam futuri. Unde nos de conſilio Prælatorum & Capitulorum Eccleſiarum Trajectenſium prædictarum decimam in *Lochem* tam antiquam quam novalium terrarum Decano & Capitulo Eccleſiæ Zutphanienſis adjudicavimus, & in his ſcriptis adjudicamus ab eiſdem perpetuo poſſidendam. Cæterum etiam de conſilio Prælatorum & Capitulorum Eccleſiæ noſtræ Trajectenſis prædictæ ex donatione prædicti Domini Wilhelmi facta, & conſenſu Cleri Trajectenſis adhibito in generali Synodo Trajectenſi adjudicavimus, & in his ſcriptis adjudicamus prædictis Decano & Capitulo Eccleſiæ Zutphanienſis omnes decimas Inſularum à *Renen* uſque *Arnhem*, & ab *Arnhem* uſque *Daventriam*, Inſularum ſcilicet, quæ tunc erant, & non arabantur, & eorum quæ ex alluvione Rheni & Yſle congeri debebant, ſive in medio fluminis eſſent, ſive ripam tangerent, ab ipſis Decano & Capitulo Eccleſiæ Zutphanienſis habendas, & perpetuis temporibus poſſidendas. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum Anno Domini M. CCC. X. Feria quarta poſt Aſſumptionem B. M. Virginis.

Innocentii, Pont. Rom. INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Canonicis Zutphan. ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere aſſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere; eapropter, dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu decimam novalium alluvionumque Rheni, ſive ripam tangant, ſive in mediis fluctibus a *Rienen* uſque *Hunepe*, quam venerabilis Frater noſter Epiſcopus Traject. vobis canonicè dedit, vobis confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, & noſtram ſe noverit incurſurum. Datum Laterani Sexto Kal. Aprilis Pontificatus noſtri anno duodecimo.]

Henricus Dei gratia Trajecti Epiſcopus univerſis præſentes Litteras inſpecturis æternam in Domino ſalutem. Quoniam ea, quæ juſte & rationabiliter fiunt, oblivionis nubilo ſæpius obſcurantur, neceſſaria ſolet eſſe ſcripturarum auctoritas, per quam certum efficitur quod dubium videbatur. Hinc eſt quod ſingulis & univerſis notum eſſe cupimus, quod penſantes ſacris Canonibus inſtitutum pium eſſe Decimas de manibus redimere Laicorum in uſus Eccleſiarum quæ Tributa ſunt egentium Animarum. Nos de conſilio maturo noſtrorum Fidelium ad reſignationem dilecti noſtri Stephani Militis de Lantdorpe proprietatem decimarum quatuor domorum in Werken in Parochia Wernesvelde, videlicet Sickinc, Hermanninck, Segeſſinck & Keminck, contulimus Decano & Capitulo Sutphanienſis Eccleſiæ: quia idem Stephanus Miles præter dictas Decimas, quas à nobis tenuit in feudo, adhuc de bonis aliis manet infeudatus à nobis & ab Eccleſia noſtra Traject. Volentes igitur hoc factum noſtrum ratum in perpetuum permanere, præſentem Litteram Sigillo noſtro fecimus communiri. Datum Anno Domini M. CC. LV. in craſtino B. Ægidii apud Trajectum. Henrici, Traject. Epiſc.

Reliqua commodioribus locis affigemus.

Dux *Adolphus* Anno 1468. feria VI. poſt ſolemnia Aſcenſionis, approbante *Friderico Badenſi* Anno 1503. 22. Decemb. Magiſtratui Zutphan. concedit perpetuum jus patronatus ad tres Canonicatus dicendos *Doctorales*, eo quod eorumdem poſſeſſores eſſe debeant vel Doctores vel Licentiati in Jure civili vel canonico, iique filii Zutphanienſes, qui & obligantur ad reſidentiam, eruntque à manu Principis in Legationibus & conſiliis. atque Ducis Adolphi Diplomata.

[Tabulæ Ducis vernaculæ, ejus ſunt tenoris.

Brief van Hertogh Adolf *van 't jaer* 1468. *van drie Dom-heeren inkomſten uit te reyken aen den geenen die zich met de weetenſchap der rechten bemoeyden.*

WY *Adolph* vander genaiden Gaides Hertoch van Gelre ind van Guylick ind Greve van Zutphen, Doen konde und bekennen met deſen openen brieve; voir ons onſe erve ind naekomelingen, dat wy om ſunderlingen gonſten, liefden ind genaeden wille, die wy hebben ind draigen tot onſer Stadt Zutphen, ind om trouwen dienſtes wille ſye ons gedaen ind beweſen hebben, der ſelver onſer Stadt Zutphen verleent ind gegeven hebben, verleenen ind geven, op dat ſie oere burgeren ind burger kijnder toe leeringe ind doechden halden, ind klercken ind geleerde mannen opvoeden moegen, als dat ſie van nu voirtaen in toekomende tijden eewelick ind ommermeer ons onſen erven ind naekomelingen Hertoigen van Gelre ind Greven van Zutphen, te nomineren ſullen hebben tot dryen Cano-

Canonix pravenden in onſer Collegiater kercken van ſente Walburgh bijnnen onſs Stadt Zutphen, welcke drye pravenden zijn ſullen, die pravenden die thant meyſter *Arnt van Hoekelom*, *Iohan van Meer* Gerritſoen, ind *Iohan Keppelman* beſitten, ind nu voirtaen heyten ſullen Doctor Pravenden, die wy vur ons onſen erven ind naekomelingen die vurgemelde onſer Stadt tot oiren nominatien reſerviert hebben, ind reſervieren in cracht des briefs, Alſoe als der drien pravenden enich ledich weerden of verſchijnen van beſitteren tot beſitteren, idt weer overmits doide of dat ſie ſich begeven der weerlt ind toe Cloeſter gingen, dat alsdan Burgermeeſter, Schepen ind Raet inder tijdt, bijnnen den neſten xiiij. dagen nae datter enich verſchene, ons onſs erven ind nakomelingen dair toe oire burger of burger kijnder eyn, dat eyn bequeem man in der tijt Doctoir of Licentiaet were, enniger in den geeſtlijcken oft wereltlijcken rechten, ind die daer toe togelaten ind gepromoviert wer van ernſtigen ind ſtrengen examen, na geſette der Univerſiteyten daer ſy oeren graide verkregen hedde, nomineren ſullen; Ind dat ſelve oick voir Deken ind Capittel inder tijt den Heyligen to halden, als ſie komen to reſidentien, oft dat die ſelven, die ſie ons, onſen erven, ind nakomelingen inder tijt nominerende, ten mijnſten weſen meyſters inden vij. vryen konſten of *Baccalarii*, ind hedden oir *formalia bis* aen den *gradum magiſtratus* voll ind all gehoirt, ind weeren dat die ſelve die ſie inder tijt nomineerden niet vorder graduwijrt dan totter *Gradus* in den ſoeven vryen konſten als vurſz ſteet, ſal onſe Stadt vurgemelt voirder cautie ind geloove nemen, eer ſie die nomineren, dat ſie voirtaen in ſtudiis ind leeringh ſullen beherden, ind bijnnen den neeſten vijf jaeren of idt ſaecke were dat ſie over berch ſtudierten, of bijnnen ſes jaeren of ſie aen deſe zijde des berchs ſtudierden, nae der nominatien Doctoir of Licentiaet weſen ſullen in der vurſz rechten, en toegelaten van ernſtigen examen als vurſz ſteet, ind nyet eer komen noch toegelaten werden ter reſidentien; dan wolden ſye eyn jaer of twee, nae dat ſye promoviert weeren, ſtain to Romen of toe Parijs om toe practiſieren, ſullen ſie moigen doen, by alſoe dat ſie nae den tween jaeren dat ſie practiſiert hedden, ommeren toe reſidentie komen, ind ſtedelick op oer pravanden voirtaen ſitten ind reſidieren ſullen, by verluys oerer pravenden. Ind Burgermeyſteren, Schepen ind Raidt in der tijdt ſullen doch altijdt den bequeemſten ind weerdichſten van konſten ind ſeeden, den ſie van oeren burgeren of burger kijnder hedden, nomineren; Ind dat nyet om gonſten, gaven, noch om dat die eyn voir die ander mechtiger van maige of vrunde weer, dan alleyn dat die ſelve den ſie in der tijdt nomineerden die weerdichſte weer. Ind wen ſie ons onſs erven ind naekomelingen in vurſz maeten ſoo nomineeren werden, ſullen wy, onſe erven ende naekomelingen collatie ind preſentacy doen, ind deſe preſentatie brieve am Deken ind Capittel onſs kercken vurſz doen geven, ſonder eenige weygeringe of indracht. Doch weert ſaicke, dat onſe Stadt Zutphen, in tijden als die vurſz drie pravenden of eenich van dien ledich weer, geenen bequemen man als vurſz is to nomineren en hedden, of dat die ſelve die ſye in der tijt nomineert hedden, geinen vorderen grait en hedden, dan Meyſter of *Baccalaurii* toe weſen in den vij. vryen konſten als vurſz ſteyt, ind baven der cautien ind gelove vurgemelt in ſtudiis nyet ſtedelick en beherden, ſich nyet en ſchickten dat ſy Doctoir of Licentiaet wurden bijnnen den vurgemelten beſetten jaeren naeder nominatien als vurſz is, of dat die ſelve na dat ſye pravenden acceptiert ind angenomen hedden eyn tijdt lanck, 't weir eyn jaer of twee of drie meer of min, die beheelden ind daerenteynden vaeren lieten, ind ſich nyet en ſchickten die te beholden, oick of dat die ſelven die twee jaer lanck nae oeren graide vurſz practiſiert hedden, nyet ther reſidentien komen en wolden; ſoe ſolde die ſelve pravenden die dan alſoe ledich wurden, toe der buyrte alleyne weder ain ons onſs erven of naekomelingen blijven ter nominatien, alſoe wal als ter collatien als preſentatie, dair wy onſe erven ind nakomelinghen als dan ſelfs eynen Doctoir of Licentiaet of Meyſter of *Baccalarius* in den ſoeven vryen konſten toe nomineren ind preſentieren ſullen. Ind ſoo deſe drie pravenden *Doctoir pravenden* heiten ſullen, of wy of onſe erven ind nakomelingen dan inder tijt eyn nominierden ind preſentierden, die nyet voirder graduwijrt en weere, dan to *Magiſterium* of *Baccalariatum* toe in der ſoeven vryen Conſten, dat dan die ſelve aen ons onſs erven ind naekomelingen cautie ind geloove doin ſal voirtaen in ſtudiis toe beherden, Licentiaet of Doctoir te werden, als van ons burgeren ind burger kijnderen van Zutphen vurgemelt ſteyt. Beheltlich Burgermeyſter Schepenen ind Raidt dair enteyndens wederom oere nominatie aen die ſelve pravende, ind dat daer mede in toekomende tijden altijt toe halden, ſoo ducke dat gevicle off gebuirde als vurſz is. Beheltlich ons oick, of wy, onſe erven ind naekomelingen in toekomende tijden der ſelven Doctoiren ind Licentiaten, als ſye to reſidentien komende weren, behoifden in ambaſſaten te ſchicken am Furſten, Heeren of Steden, of dat wy rades met ſie plegen wolden, ind wy, onſe erve, of naekomelingen ſie dairomb verſchreven, dat ſy dan wijllicblicken komen, ind ons, onſs erven, ind naekomelingen gehoirſam dair in zijn ſullen, doch op onſs onſer erven ind naekomelingen koſt. Allet ſonder argeliſt. Ind want wy Hertouch vurſz willen dat deſe onſe verleeninge ind gifte onſs vurſs Stadt Zutphen then eewijgen daigen toe vaſt ind ſtede zy ind blijve, hebben wy deſs toe oirkonde onſs grooten ſegel van onſen rechten wetenheyt voir ons onſen erven ind naekomelingen am deſen brief doin ind heyten hangen. Ind voirt begeert am den eerbaeren onſen lieven andechtigen Deken ind Capittel onſer kercken vurſz, deſe vurgemelte onſe verleeninge mede to ratificeren ind to believen. Ind op dat der burger kijnder ind burger vurſz die tot deſen drien pravenden vurſz genoempt ſullen werden, toe beth macht hedden in ſtudiis toe beheerden, hon eyn redelijcke abſency toe te vuegen, Alſoe bekennen wy Deken ind Capittel der Kercken van ſente Walburgh bijnnen Zutphen vurſz, voir ons ind onſs naekomelingen, dat wy aenſiende den gueden wille ind toeneygen die onſe genaden lieve Heeren heeft totter ſelver Stadt Zutphen, uyt begeerte ſyner genaden ind toe gonſten der Stadt Zutphen, deſe vurgemelde ſijne verleeninge ind gifte belieft ind ratificiert hebben, believen ind ratificieren mit deſen ſelven brief; ind avergegeven, averdragen, ind capitulariter averkomen zijn voir ons ind onſs naekomelingen, dat wy den gheenen, die in toekomende tijden tot deſs drien Doctoir pra-

 venden

venden genoempt ſullen werden, jaerlijx ind alle jair als dat geordiniert is, die wijle ſy in *ſtudiis* ind *practica* ſtaen ind beheerden als vurſz ſteet, geven ſullen ter abſentien vijf ende dartich Rhijnſche gulden, welcke abſentie wy ind onſe naekoemelingen den ſelven ſullen beſtaen aen te geven nae den jair van gratien, als men van oltz, nae ons Capittels geſetten ind ſtatuten, ons mede Canonicken die nyet reſidieren abſency to geven plegen. Ind want wy willen dat deſe onſe ratificatie ind avergifte van der abſency voirgenoemt ten eewigen daigen toe ſtedich ind vaſt zy, ſoe hebben wy Deken ind Capittel voirgenoemt onſs Capittels ſegel voir ons ind onſen nackomelingen beneden ſegell ons genaden lieven Heeren doin ind heyten hangen. Gegevèn in den jair ons Heeren duyſent vyer hondert acht ende ſeſtich, des Vrydaichs nae onſen Heeren Hemelvaerts dach.

Infra in plica: Per Dominum Ducem, præſentibus de Conſilio Dominis Wynando de Arnhem *Domino in Lembeck, &* Mathia de Eyll *Magiſtro Curiæ, militibus, nec non* Johanne de Roſſum *ac* Theoderico de Horſt, *armigeris.*

CONFIRMATIO ORDINARII.

F*Redericus Marchio de Baden, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ, Epiſcopus Trajectenſis, ad univerſorum notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes, Quod nos tranſlationem juris patronatus trium Præbendarum Eccleſiæ ſanctæ Walburgis Zutphanienſis noſtræ Diœceſeos, ſeu poteſtatem nominandi perſonas idoneas ad eaſdem, per quondam illuſtrem Dominum* Adolphum *Ducem Gelriæ, Juliæ, ac Comitem Zutphaniæ, piè & glorioſè factam & conceſſam, de qua in litteris, quibus hæ noſtræ præſentes litteræ ſunt transfixæ, fit mentio, ſigillis dicti quondam illuſtris* Adolphi *Ducis & Comitis de cera rubea, nec non venerabilium Dominorum, dilectorum nobis in Chriſto, Decani & Capituli ejuſdem Eccleſiæ Zutphanienſis de cera viridi deſuper impendentibus ſigillatæ, omniaque alia & ſingula in illa contenta narrata & deſcripta, ex certa noſtra ſcientia ratificamus & approbamus, rataque & grata habemus & inviolabiliter volumus obſervari, eaque noſtra ordinaria ſignatura in Dei nomine confirmamus. Datum noſtro ſub ſigillo ad cauſas præſentibus appenſo. Anno Domini milleſimo quingenteſimo tertio, die viceſima ſecunda menſis Decembris.*]

jura Capituli. Dux *Arnoldus* Anno 1432. in Vig. S. Jacobi in Caſtro Rooſendaele indulſit Capitulum non citandum, niſi in præſentia & camera Ducis.

Canoniis à prodiga temporum ſubſequentium pietate adjuncta eſt

VICARIÆ,

Vicaria,

I. *Ven. Sacramenti.*
II. S *Severini.*
III. S. *Michaelis.*
IV. S. *Crucis* & S. S. III. *Regum*: ſed quæ ſuo exitio Fabricæ reditus locupletavit: erant ii Anno 1572. circiter 500. daleri, qui in Eccleſiæ fulcra & indigorum fomenta atque ſolatia abſque reddenda ratione per Ædiles à Senatu delectos diſpenſabantur. Ad hujus Sacerdotii Aram, quæ Choro aſtabat, Anno 1519. 24. Maji, fundata eſt Miſſa de Venerabili Sacramento, celebranda hora ſeptima cum Diacono, Hypodiacono & Organo. *Ex Lit. Fund.*
V. S. *Bartholomæi.*
VI. S.S. *Innocentum, Philippi* & *Jacobi Apoſtolorum.*
VII. S. S. *Martini* & *Mariæ Magdalenæ.*
VIII. S. *Margarethæ* in Capella Principis dicta *de Graven Capel*, cujus Poſſeſſor à diſtributionibus, quibus fruuntur ii qui Choro & Officio divino interſunt, extraneus eſt.

(VI.–VIII.) Sub patronatu Comitis Zutphanienſis.

IX. S. S. *Petri* & *Pauli Apoſtolorum.*
X. S. *Laurentii.*
XI. S.S. *Ludgeri, Pauli, Cuneræ* & *Walburgis*, cum onere V. Sacrorum ad horam ſeptimam & præſentiæ choralis, collatione data Eccleſiæ ſervitori Cuſtodi Campanario fundata ab *Hermanno Beusbof* Zutphanienſi ejuſque conjuge *Jutta Beusbof* & *Antonia Iſerens* Anno 1505. 3. April. approbante Capitulo 5. April. & Badenſi eodem die & anno. *Ex Lit. Fund.*
XII. S. S. *Simonis* & *Judæ Apoſtolorum.*
XIII. S.S. *Annæ* & *Nicolai.*
XIV. S. *Lamberti.*
XV. S. *Catharinæ.*
XVI. S. *Agnetis.*
XVII. S. S. *Andreæ, Matthiæ, Pauli* & *Matthæi* Apoſtolorum, cum debito primi Sacri alternis ſeptimanis, cujus fundator & dotator *Gerlacus* Decanus Anno 1327. *Ex Lit. Fund.*

[Hujus veluti unicæ *Vicariæ* meminit Auctor, cum tamen duas diverſas fuiſſe conſtet ea ſequenti inſtrumento:

Nos Gerlacus, Decanus Eccleſiæ Zutphanienſis univerſis præſentia viſuris volumus eſſe notum, quod nos ex voluntate & conſenſu Capituli dictæ Zutphanienſis Eccleſiæ duo altaria conſtruximus, & dotavimus Eccleſia in eadem; unum videlicet in honorem beatorum Pauli & Matthiæ Apoſtolorum, & aliud in honorem Apoſtolorum Andreæ & Matthæi beatorum, ſub hac forma: Quod de *Vicariis* dictorum Altarium, quicunque pro tempore fuerint, unus celebrabit & dicet per unam Ebdomadam *primam Miſſam*, quæ de mane fieri ſolet in Eccleſia memorata, & alter tenebit & celebrabit eandem Miſſam per Ebdomadam ſequentem; qua prima finita alter horum immediate ſuam Miſſam incipiet & celebrabit, ita quod eam ſemper dicet ante Miſſam Altaris Sanctæ Crucis, & ſic ipſi Vicarii mutabunt ſeptimanam inter ſe, & Miſſas ſuas, ut præſcriptum eſt celebrabunt perpetuis temporibus obſervando. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus litteris eſt appenſum. Datum Anno Domini M. CCC. XXVII. craſtino beati Nicolai Epiſcopi.]

XVIII. S. *Barbaræ*, cujus eadem obligatio quæ præcedentis, unde utriuſque poſſeſſor dictus *Primiſſarius.*
XIX. S. *Cæciliæ Virginis* & *Martyris.*
XX. S. S. *Thomæ* & *Anthonii.*
XXI. S. S *Sebaſtiani* & *Eliſabethæ.*
XXII. *D. M. V.* & *S. Chriſtophori.*
XXIII. S.S. IV. *Marſchalcorum.*

XXIV.

by Google

XXIV. S. S. IV. Eccleſiæ Doctorum, *Adriani*, *Eraſmi*, *Fabiani*, *Sebaſtiani* in novo ſacello retro chorum Anno 1435. approbante Rodolpho Epiſcopo Anno 1445. 19. Apr. cum onere reſidentiæ & choralis præſentiæ à Civibus inſtituta, ejuſque collatio, indigenâ prælato ad minus XVIII. annorum, alternis vicibus penes Capitulum & Magiſtratum, *ex Lit. fundat.*

[Tres diverſas fuiſſe *Vicarias*, videlicet *Vicariam* altaris *S. S. Martyrum Fabiani & Sebaſtiani*, & *Vicariam* altaris *S. S. Quatuor Doctorum*, denique *Vicariam* altaris *S. S. Martyrum Adriani & Eraſmi*, quarum velut unius tantum meminit Lindebornius, liquet ex adjunctis litteris confectis ſuper concordia Dominorum Decani & Capituli ex unâ parte, & Scabinorum Zutphanienſium ex altera, quoad collationem ſeu præſentationem trium dictarum *Vicariarum*.

WY Deken en Capittel der groter Kirken van Sente Walburgen to Zutphen aen die een ſide, en wy Burghermeeſteren, Schepenen, ende Raden der Stat van Zutphen an die ander ſyde doen kont, ende bekennen mit deſen apenen brieven voer ons, ende voer onſe nakomelinghen, dat wy den Almachtighen Gade, ſynre weerder Moeder Marien, ende allen Heylighen to lave ende to eren in vermeerreniſſe des dienſtes ons Heren eendrechtelic, minnentlic, ende vriendelic mit malkanderen avergedraghen, averkomen, ende eens ghewordeu ſyn vander Collacien ofte præſentacien van den drien nyen Vicarien ofte Altaren, die in onſer groter Kircken van ſommighen onſer Burgheren berent, ende ons Burghermeiſteren, Scepenen en Rade vorſz. voert bevalen, ende wert bi orlove ende conſent ons Dekens ende Capittels voergen, conſerviert ende ghewiet ſyn, als mit namen dat Altaer in der nyer Capelien achter den Choer, dat ghewiet is in die *ere Gaids*, *ende der Heiligher Martelaer Sente Fabiaens*, *ende Sente Sebaſtiaens*; ende dat ander in die ere *der Heyligher vier Leerre*, ende dat derde in die eere *Sente Adriaens*, *ende Sente Eraſmi* der heiligher Martelaer, in manieren ende voorwaerden hier na beſcreven; Als dat wi Burghermeiſteren, Scepenen, ende Rade vorſz. die eerſte præſentatien van den Vicarien wergh hebben ſoelen, welke Vicarie wi Deken ende Capittel vorſz. den ghenen die ons van den Scepenen ghepreſentiert wordt, guetlic gheven ſoelen, ſonder wederſeggen; en die ander Collacie van den Vicarien vorſz. ſal ons Dekens ende Capittels vorſz. volkomeliken toebehoeren, ende daer na dan ons Scepenen vorſz. ende alſoevoert die Vicarien vorſz. te conferieren, ende te præſentieren nu die een, daer na die ander van ons Dekens ende Capittels ende Scepenen vorſz. ſoe dicke ende ſoe menichwerff als enich van den drien Vicarien vorſz. ledich wort in enigherwijs ten ewighen daghen toe ſonder arghelist. Voert ſoe wen van ons Deken ende Capittel ofte Scepenen vorſz. die Collacie ofte præſentacie van enich der Vicarien vorſz. inder tyt ſal toebehoeren, die ſal die Vicarie conferieren, of daer toe præſentieren enen onſer Burgher kindt, die daer nutſte ende bequaemſte toe is, die ten mynſten achtien jaer olt is; Mer weert ſake, dat onſer Burgher kynder daer gheen nutte of bequeem to en were, ſo ſal die ghene van ons den die Collacie ofte præſentacie in der tyt ſal toebehoeren, die Vicarie die daer ledich ghewordeu weer, in wat manieren dat heerkomen muchte weſen, conferieren oft daer toe præſentieren enen anderen eerſamen, bequeemen perſoen, die daer nutſte toe ſy, ende ten mynſten achtien jaer olt ſy. Voert ſo ſoelen die *Vicarii* van den drien Vicarien vorſz. oer jurament doen, ghelikerwijs dat die *Vicarii* van den olden Vicarien doen na al den heerkomen ende ghewoente onſer Kirken. Voert ſo ſoelen ſi ter eren Gaids in onſer grote Kircken vorſz. ſtedeliken ende truwe weliken wael te Choer gaen ſinghen ende leſen, ende anders Gaids dienſte helpen doen na gueder alder ghewoenten ender ordinancien onſer Kirken vorſz. ten weer ſake, datſe noetdurftighe ſaken ſonder arghelist daer van onſculdichden, ende des ſoelen die *Vicarii* wederomme der offerhande ghenieten in oren Miſſen hen geoffert als die olde *Vicarii* van gracie. Voert ſoe en ſoelen die *Vicarii* van den drien Vicarien ofte Altaren vorſz ghene præſencie hebben mit den olden *Vicariis* die ſy voer deſer tijt datum dis briefs ghehadt hebben, ten weer ſake, dat die brieve of dat præſencie boeck inhielde, dat men ſe *omnibus* ofte *perpetuis & perpetuandis* gheven ſolde. Voert ſoe ſoelen die brieven van der Vicarien dotacie ofte renten, ende voert alle brieven totter Vicarien behorende in ene ſonderlinge kiſt in der Kirken daer toe ghedeputiert ghelecht werden, daer wi Deken ende Capittel vorſz. den enen ſlotel, ende wy Scepenen voergh den anderen ſlotel aff hebben ſoelen, wanneer des noet ghebuert, ſementlic totter kiſten te gaen die brieven te averſien, ende weder daer inne te leggen. Voert ſoe wien van ons die Collacie ofte præſentacie van enich der Vicarien vorſz. in der tijt ſal toebehoeren, die ſal die Collacie ofte præſentacie doen binnen der ierſter maent, na dien dat die Vicarie ledich ghewordeu is: ende weert ſake dat ons Scepenen vorſz. tot enigher tijt die præſentacie gheboerde van enich der Vicarien vorſz. ende wy dan binnen eenre maent na dien dat die Vicarie ledich ghewordeu weer, nyemant en præſentierden, ſo moghen wy Deken ende Capittel vorſz. wanneer die maent omme ghecomen is die Vicarie conferieren in manieren ſoe vorſz. ſteet, op dat die Collacie ofte præſentacie der Vicarien vorſz. ons niet afhendich ghemaect en werde. Voert ſoe ſoelen deſe *Vicarii* reſidencie doen op oren Vicarien, ende wanneer ſy niet en reſidieren na der tijt dat ſi Prieſter ſijn, ſoe en ſoelet ſy gheenre abſencien begheren, mer ſoe ſoelen wy Deken ende Capittel vorſz die renten van den Vicarien heffen ende boeren, ende die voert laten ende kieren, ghelikerwijs dat wi doen mitten renten van den olden Vicarien, mer die wyle dat die *Vicarius* gheen Prieſter en is, ſoe ſoelen die renten der Vicarien toebehorende in vermeerreniſſe der Vicarien renten, of an ornamenten, kelcken, boecken, ofte anderen cleynodien tot behoef der Vicarien vorſz. gheleecht werden, ende dit ſal gheſchien bi eendrachteliker ordinancien, weten, ende guetduncken ons Dekens ende Capittels, ende Scepenen vorſz. of der gheenre die wy ſementlic daer toe ordineren ſonder erghelist. Voert weert ſake, dat enich banne of interdict in onſer Kirken gelacht worde, of dat onſer Kirken laſt of noet aenqueme, woe die heer queme, ſoe ſoelen die *Vicarii* van den drien Vicarien ofte Altaren vorſz. ſich conformieren gehoerſaem ende biſtendich weſen ons Deken

ende

ende Capittel vorſz. En weert ſake dat yemant ennighe *Vicarium* van den drien Vicarien vorſz. daeromme moeyen, of anders mit ongelimpe avervallen wolde, dat God verhueden moet, ſoe ſoelen wi Deken ende Capittel vorſz. den verantwoerden, ende hem beſtendich weſen tot ſinen rechten. Weert oec ſake dat enich *Vicarius* der Vicarien vorſz. ons Deken ende Capittel voergh. ongehoerſaem ofte rebel worde, ofte een onredelic of onprieſterlic leven leyden, des hi om onſen wille niet late en woelde, ſoe moeghen wi Deken ende Capittel voergh. den *Vicarium* corrigeren *canonica correctione* als ſich dat gheboert. Voert weert ſake dat enich *Vicarius* eeynden ſinen viventwintich jaren niet Prieſter en worde, ende driewarf muntlic, mit brieven, of avermits enen *Notario* ende ghetughe daer toe verſocht ende requirert worde, ende des dan niet en dede, ſoe mach die ghene van ons Deken ende Capittel ende Scepenen voirſz. die den *Vicario* die Vicarie ghegheven of ghepræſenteert hadde, den priveren, ende enen anderen die Vicarie conferieren, ofte daer toe præſentieren na formen ſoe vorſz. ſteet. Ende weert ſake dat enich Papael of yemant anders ſijn hant in deſe Collacie ofte præſentacie ſteken wolde om ons die Collacie ofte præſentacie afhendich te maken, ſoe ſoelen wy malkanderen truwelic daer in biſtendich weſen dat te wederſtaen als ſich dat niet recht gheboert. Voert ſoe ſoelen alle punten in deſen brieve begrepen altyt ſtaen ter verclaringhe ende verbeteringhe ons Dekens ende Capittels, ende Burghermeiſteren, Scepenen ende Rade vorſz. ende onſer nacomelinghen na den beſten reden ende rechten, alle arghelist, ſerpell, ende quade behendicheit die men in enigherwijs viſieren of bedenken mach, ſin allen ende ygheliken punten des briefs claerliken uytgeſcheyden. Deſer brief ſijn twe alleens ſprekende, daer wy Deken ende Capittel vorſz. den enen af hebben, ende wy Burghermeiſteren, Scepenen, ende Rade voergh. den anderen. In oirkonde der waerheit alre punten vorſz. ſoe hebben wy Deken ende Capittel voirſz. ons Capittels ſeghel, ende wy Burghermeiſteren, Scepenen, ende Rade voergh. onſer Stat ſeghel voer ons ende voer onſe nacomelinghen an deſen Breve ghehanghen. Ghegheven in den jaer ons Heren duſent-vierhondert, vyf ende dertich, des vridaghes na den ſonnendaghe in der Vaſten, alſmen in der Heiligher Kerken ſinghet *Letare Jeruſalem.*

Rodolphus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Trajectenſis, notum facimus univerſis, quod nos litteras concordiæ, cui hæ litteræ noſtræ transfiguntur, approbamus, ratificamus, & in Dei nomine confirmamus, jure noſtro, & cujuſlibet alterius, nec non fundationibus beneficiorum in prædicta concordia expreſſatorum ſemper ſalvis, quibus in nullo præjudicare intendimus, prout neque poſſumus. In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras Sigilli noſtri appenſione fecimus communiri. Datum Anno Domini milleſimo quadringenteſimo, quadrageſimo quinto, Menſis Aprilis die decima nona.]

Harum ſex ultimarum Poſſeſſores *Hebdomadarii* vocabantur, quod eorum quilibet una hebdomadis die ſolenni cæremonia ſacram hoſtiam immolaret.

[*Ut de ſex* Hebdomadariorum *Vicariis, aliter quam in Lindebornio recenſitis, earumque oneribus & collatoribus plenius edoceamur, adjitimus ſequentem Bullam:*

INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Præpoſito S. Petri Trajectenſ. & Sancti Lebuini Daventrienſ. ac S. Walburgis Arnhemenſ. Trajectenſ. Diœceſis Decanis Eccleſiarum Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Hodie a nobis emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis, Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam, debitum Paſtoralis Officii nobis licet immeritis divina diſpoſitione commiſſi exigit, ut ab univerſis noſtræ vigilantiæ creditis, præſertim nobis & Romanæ Eccleſiæ devotis, litium contentionumque ſublatis diſpendiis, pacis & quietis præſidia feliciter miniſtremus, illa etiam noſtro munimine roborantes, & concedentes, quæ ad pacis & quietis hujuſmodi ſolidationem, Eccleſiarumque collegiatarum inſignium decorem, divini quoque cultûs augmentum voluntariis partium mediis accepimus proceſſiſſe. Sane pro parte dilectorum Filiorum Decani & Capituli Eccleſiæ S. Walburgis Opidi Zutphanienſis, Trajectenſ. Diœceſis, ac Burgimagiſtrorum, Proconſulum & Conſulum dicti Opidi Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum ipſi ad evitandum lites & differentias, quæ inter eos propter concurſum ipſorum Burgimagiſtrorum, Proconſulum & Conſulum, ac aliorum laicorum ſuper jure Patronatus ſive præſentandi perſonas idoneas, ad ſingulas, ad SS. Fabiani & Sebaſtiani retro Chorum; & ad Quatuor Doctorum; & ad SS. Adriani & Eraſmi; nec non ad Sanctorum Servatii, Pancratii, & Chriſtophori; & ad SS. Thomæ Apoſtoli, & Anthonii & Blaſii Confeſſorum; & ad SS. Cornelii, Quirini, Huberti, & Leonardi, ſingula ſex altaria ſita in Eccleſia prædicta, ſex perpetuas Vicarias ſive Capellanias, ipſi Burgimagiſtri, Proconſules & Conſules ad ſe ſpectare aſſerebant reſpective exoriri veriſimiliter formidabantur, pro eorum ampliori tranquillitate, ac dictæ Eccleſiæ, quæ inibi unica Eccleſia Collegiata opere ſumptuoſo fundata exiſtit decore & venuſtate, ac in ea divini cultus augmento, ſalvo Sedis Apoſtolicæ beneplacito, Burgimagiſtri, Proconſules & Conſules præfati jure Patronatus hujuſmodi renuntiantes, ad concordiam ſive tranſactionem & ordinationem cum eiſdem Decano & Capitulo inter cætera devenerunt infraſcriptas; videlicet, quod Capitulum & Decanus prædicti, ſive Canonicus ipſius Eccleſiæ in turno ſive ordine conferendi beneficia juxta conſuetudinem ejuſdem Eccleſiæ pro tempore exiſtens ſingulas Vicarias, ſive Capellanias prædictas, cum eas ſimul vel ſucceſſive, etiam in menſibus Apoſtolicis, juxta Concordata Nationis Germanicæ cum dicta Sede dudum inita, totiens quotiens vacare contingerent, quibuſcunque gratiis, exſpectativis, nominationibus, primariis precibus Imperialibus & Regalibus, dictæ Sedis ac Legatorum ejus reſervationibus generalibus & ſpecialibus, etiam de quibuſcunque beneficiis per Romanum Pontificem ſeu alias qualitercunque tunc forſan factis & conceſſis, & forſan in futurum faciendis & concedendis, nequaquam obſtantibus, filiis opidanorum, & Clericis opidanis ejuſdem Opidi actu ſacerdotibus, aut alias infra annum ſeu alias cum

Innocentii Pontif. Bulla.

cum inferiori diſpenſatione dicti Capituli ad ſacerdotium promoveri volentibus, juxta diſcretionem Decani & Capituli prædictorum, magis habilibus & idoneis, qui eſſe & nuncupari debeant *Ebdomadarii*, & tanquam *Ebdomadarii* omnibus & ſingulis horis Canonicis & Vigiliis Defunctorum, aliiſque divinis quibuſcunque tam diurnis quam nocturnis in dicta Eccleſia intereſſe & Choro præeſſe, ac ſecundum Ordinationes Capituli, totiens quotiens opus erit, Miſſas etiam pro animabus defunctorum ad majus Altare ejuſdem Eccleſiæ celebrare, ac Epiſtolas & Evangelia dicere ſive cantare, nec non cætera *Ebdomadariis* incumbentia onera peragere ſub certis honeſtis modis & formis tunc ordinatis ſive ordinandis, ſalvis eorum ſalariis conſuetis, perpetuo debeant & teneantur, abſque aliqua contradictione Burgimagiſtrorum, Proconſulum & Conſulum prædictorum, conferre, & de illis etiam providere libere ac licite poſſint & valeant; & quod ſingulas Vicarias ſive Capellanias hujuſmodi pro tempore obtinentes, illas præter conſenſum & voluntatem Decani & Capituli prædictorum nullo modo permutare poſſint neque debeant, ſed apud dictam Eccleſiam perſonaliter reſidere omnino teneantur: ita quod ſi in præmiſſis ſeu eorum aliquo negligentes ſeu remiſſi fuerint, ac contrarium fecerint, trinâ monitione præviâ, per Decanum & Capitulum prædictos hujuſmodi eorum Vicariis ſive Capellaniis privari, & de iiſdem aliis perſonis ſive Clericis, ut præfertur, qualificatis provideri libere ac licitè poſſit & valeat; quodque illi quibus de hujuſmodi Capellaniis ſive Vicariis proviſum fuerit, ſi ſuper illis aut aliqua earum poſt collationem hujuſmodi lites moveantur, debeant & teneantur ſuis propriis, ſi divites fuerint, ſi vero propter eorum paupertatem hoc non valerent, extunc Capituli, ac Burgimagiſtrorum, Proconſulum & Conſulum prædictorum ſumptibus & expenſis cauſam ipſam proſequi & defendere, ac ad effectum debitum deducere, ſeu deduci facere, nec cum eorum adverſariis ante tertiam latam ſententiam difinitivam, aliquo modo concordare poſſint, prout in inſtrumentis, ſeu documentis publicis deſuper confectis plenius dicitur contineri. Quare pro parte tam Decani & Capituli, quam Burgimagiſtrorum, Proconſulum & Conſulum prædictorum aſſerentium, quod alia decem ſeu octo perpetua Beneficia Eccleſiaſtica ad eorundem Decani & Capituli collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem communiter vel diviſim ſpectantia vel pertinentia forte noſcuntur, quæ cum in menſibus exſpectantibus Apoſtolicis conceſſis pro tempore vacaverint, per eoſdem exſpectantes acceptari conſueverunt ſive poſſunt, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut concordiæ ſive tranſactioni, & ordinationi hujuſmodi pro illarum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, & quod Vicariæ prædictæ ſub gratiis, exſpectativis, ac ſpecialibus ac generalibus reſervationibus non cadant, ſtatuere & decernere, aliaſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui quarumlibet Eccleſiarum Collegiatarum inſignium decorem & venuſtatem, & in illis divini cultus augmentum intenſis deſideriis ſedulo affectamus, ipſos Decanum & ſingulares perſonas Capituli prædictorum, ac Burgimagiſtros, Proconſules & Conſules præfatos, à quibuſcunque Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, concordiam ſive tranſactionem & ordinationem hujuſmodi, ac prout illas concernunt omnia & ſingula in dictis inſtrumentis ſive documentis publicis contenta, & inde ſecuta quæcunque, auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium confirmamus & approbamus, & præſentis ſcripti trocinio communimus, ſupplentes omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ac eiſdem auctoritate & tenore ſtatuentes & decernentes quaſcunque acceptationes, proviſiones ac alias diſpoſitiones, quas de Vicariis, ſive Capellaniis prædictis per quaſcunque perſonas, cujuſcunque etiam dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis ſive excellentiæ perſonæ ipſæ fuerint, quarumcunque litterarum, gratiarum, exſpectativarum ac ſpecialium, vel præterquam vacationem illarum per reſignationem vel obitum illas obtinentium apud Sedem prædictam generalium reſervationum, aut nominationum, ſeu primariarum precum per nos vel Sedem prædictam, ſeu alias qualitercunque, quocunque etiam intuitu ſive reſpectu hactenus conceſſorum, & inpoſterum concedendorum prætextu ſive vigore fieri contigerit, & quæcunque pro tempore inde ſecuta, nulla & invalida, nullius roboris vel momenti fore & reputari debere. Quodque ſi de Vicariis ſive Capellaniis prædictis, etiam quarumcunque litterarum prætextu ſive vigore, præterquam cum per reſignationem, ſeu obitum illas obtinentium apud Sedem prædictam vacaverint, aliquibus provideatur, ſeu provideri mandetur, etiamſi in eiſdem litteris de concordia, ſive tranſactione, & ordinatione prædictis, ac die dati præſentium ſpecifica & expreſſa mentio habeatur, Decanus & Capitulum prædicti illum vel illos, cui vel quibus ſic, ut præfertur, proviſum fuerit, admittere minime teneantur, & propter non admiſſionem hujuſmodi interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint neque debeant; nec non irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari, non obſtantibus præmiſſis, & Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictæ Eccleſiæ juramento, confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, confirmationis, approbationis, communitionis, ſuppletionis, ſtatuti & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quadringenteſimo, octuageſimo nono; ſeptimo Idus Decembris; Pontificatus noſtri anno ſexto. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus veſtrum per vos vel alium ſeu alios, ubi ac quando & quotiens opus fuerit, ac pro parte Decani & Capituli, ſeu Burgimagiſtrorum, Proconſulum & Conſulum prædictorum deſuper requiſiti fueritis, præſentes litteras ſolemniter publicantes, ac eiſdem Decano & Capitulo, Burgimagiſtris, Pro-

Proconſulibus & Conſulibus ſuper præmiſſis efficacis defenſionis auxilio aſſiſtentes, faciatis ipſos tam conjunctim quam diviſim confirmationis, approbationis & ſtatuti, ac ordinationis & Decreti prædictorum, juxta præſentium & aliarum præmiſſarum litterarum tenores pacificâ poſſeſſione vel quaſi gaudere, non permittentes eos contra tenorem earundem, ac litterarum noſtrarum hujuſmodi per quoſcunque moleſtari, ſeu etiam quomodolibet perturbari, contradictores, moleſtatores, perturbatores quoſlibet & rebelles per Cenſuram Eccleſiaſticam & alia juris remedia, appellatione poſtpoſita, auctoritate noſtra compeſcendo, non obſtantibus omnibus, quæ in dictis litteris volumus non obſtare, aut ſi aliquibus communiter vel diviſim à præfata ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M. CCCC. LXXXIX. ſeptimo Idus Decembris, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Altare B. M. & S. Joan. Evangel.

Fuit inſuper in eadem Eccleſia Altare in honorem B. Mariæ ſemper Virginis, & Beati Joannis Evangeliſtæ, uti patet ex ſequentibus conſecrationis litteris, in quibus & dies dedicationis tam dicti altaris quam ipſius Eccleſiæ ſtatuitur.

Nos Jacobus Dei gratiâ Sudenſis Eccleſiæ Epiſcopus, gerens vices in Pontificalibus Reverendi Patris Domini Guidonis eâdem gratiâ Trajectenſis Eccleſiæ Epiſcopi, notum facimus univerſis, quod nos Anno Domini milleſimo, trecenteſimo, quinto decimo, feria ſecunda poſt Octavam Pentecoſtes, conſecravimus Altare in Eccleſia Zutphanienſi in honorem B. Mariæ ſemper Virginis, & Beati Joannis Evangeliſtæ, cujus Altaris diem dedicationis ſtatuimus celebrandum Dominica die poſt Tranſlationem Beati Martini, indulgentes univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ad eundem diem ibidem convenientibus humiliter & devotè verè confeſſis & contritis de miſericordia Omnipotentis Dei & Beatæ Mariæ, ac Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, nec non omnium Sanctorum quadraginta dies indulgentiarum de injunctis ſibi pœnitentiis. Præterea ſequenti die ad petitionem venerabilium virorum Decani, & Capituli dictæ Eccleſiæ Zutphanienſis tranſtulimus diem Dedicationis ejuſdem Eccleſiæ propter melius in Dominicam ante feſtum Beati Bartholomæi: diem vero Dedicationis Altaris Chori prædictæ Eccleſiæ in Octava Paſchæ, præſenti noſtrarum teſtimonio litterarum Sigilli noſtro munitarum. Datum Anno & die prædictis.

Acceſſit Anno 1510. Officium Eccleſiaſticum perpetuum in honorem *Omnipotentis Dei, & Glorioſæ Virginis Mariæ, & S. Walburgis Virginis* in Coll. Eccleſiâ Zutphanienſi, fundatum ad D. Joanne Kalſzeler perpetuo Vicario Altaris SS. undecim millium & Agnetis Virginum in prædicta Coll. Eccleſia Zutphan. Approbante Philippo de Burgundia Elect. Confirmato Traject. Anno 1517. illius primus poſſeſſor fuit Johannes Slacheck. *Ex Litt. Fund.*

Confraternitatem quoque Beatæ Walburgis Virginis in eadem Eccleſia fuiſſe, ſequens Bulla palàm facit.

JULIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Altitudo providentiæ divinæ Majeſtatis nullis limitibus, nulliſque terminis comprehenſa, cœleſtia pariter & terreſtria incomprehenſibili ratione ordinat & diſponit, ut ea quæ ad humani generis ſalutem conferunt per nonnullos ſuos quaſi miniſtros in eorum mentibus influendo, & eis temporalia bona, per quæ pia opera exercere valeant, concedendo procurat, ex quo nos, qui eadem providentia in terris Summi Pontificatus officio, licet immeriti, fungimur, ad ea per quæ ſingularum, præſertim inſignium Collegiatarum Eccleſiarum, ac in illis ſedulo divinis Officiis intereſſentium perſonarum commoditatibus conſulitur, libenter intendimus, ac his quæ propterea ad Dei laudem & divini cultus augmentum facta fuiſſe dicuntur, ut firma perpetuo & illibata perſiſtant, cum à nobis petitur, adjicimus Apoſtolici muniminis firmitatem, ac etiam Chriſti fideles ad opportuna his ſuffragia exhibendum, indulgentiis & remiſſionibus mutamus, ut per temporalia bona quæ erogaverint, conſequi mereantur præmia ſalutis æternæ. Sane pro parte dilectorum filiorum Decani & Capituli, ac Vicariorum, & Clericorum perpetuorum Beneficiatorum Eccleſiæ S. Walburgis Oppidi Zutphanienſis, Trajectenſis Diœceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim ipſi zelo devotionis accenſi quandam Confraternitatem, ad quam nonnulli utriuſque ſexus Chriſti fideles de gremio dictæ Eccleſiæ non exiſtentes recipiuntur, & admittuntur in eadem Eccleſia ad laudem dictæ Sanctæ Walburgis, ſub cujus invocatione ipſa Eccleſia fundata & conſecrata exiſtit, erexerunt & inſtituerunt, ac pro ipſius Confraternitatis & divini cultus augmento inter alia ſtatuerunt, & ordinarunt, quod Confratres, qui pro tempore in dicta Confraternitate recipientur, in eorum ingreſſu tres florenos Rhenenſes cum dimidio alterius floreni ſimilis in diſtributiones quotidianas, quas in dicta Eccleſia divinis Officiis intereſſentes duntaxat percipiunt, convertendos ſolvere debeant, quo fit ut Canonici, & in dignitatibus conſtitutæ ac aliæ perſonæ in dictâ Eccleſiâ Beneficia obtinentes, diſtributionibus hujuſmodi allecti, ad divinis Officiis inibi intereſſendum ſe diligentiores exhibeant, ac nonnulla alia Statuta & Ordinationes licita & honeſta ſalubrem dictæ Confraternitatis ſtatum concernentia ediderunt. Quare pro parte Decani & Capituli, ac Vicariorum & aliorum Beneficiatorum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut erectioni, inſtitutioni, & Statutis ac Ordinationibus prædictis pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, aliaſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos igitur Decanum & Capitulum, ac Vicarios & alios Beneficiatos præfatos, ipſiuſque Capituli ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore-cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, erectio-

Fraternitas B. Walburgis.

Digitized by Goo

ctionem, inſtitutionem, ac ſtatuta & ordinationes hujuſmodi auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ſupplentes omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem. Nec non quod modernus, & pro tempore exiſtentes dictæ Eccleſiæ Decanus, Canonici ac Vicarii, & alii in ea perpetui Beneficiati prædicti quoſcunque redditus ex dicta Confraternitate pro tempore provenientes in quotidianas diſtributiones inter ipſos ex eis, qui in dicta Eccleſia Officiis divinis interfuerint juxta qualitates Perſonarum earundem, prout hactenus diſtribui conſueverunt, dividendos convertere poſſint. Et quod præſentes, ac qui pro tempore fuerint dictæ Confraternitatis Confratres Quadrageſimalibus, & aliis diebus, quibus in urbe & extra eam conſiſtentes Eccleſiæ pro Stationibus conſequendis à Chriſti fidelibus adeuntur ſeptem Altaria, vel pia loca in locis ubi Confratres prædictos pro tempore morari contigerit, per ipſos Confratres pro tempore eligenda, viſitando, & ibidem Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam devotè dicendo, eaſdem indulgentias & peccatorum remiſſiones conſequantur, quas conſequerentur, ſi diebus præfatis Urbis & extra eam conſiſtentes Eccleſias hujuſmodi perſonaliter viſitarent, ac omnia & ſingula alia, quæ ad id quomodolibet requiruntur, efficaciter adimplerent. Et quod ſi ipſos Confratres vel eorum aliquem ad loca eccleſiaſtico interdicto ordinariâ auctoritate ſuppoſita declinare contigerit, in illis præterquam in die Paſcharis, & ſine alicujus præjudicio, quæcunque Eccleſiaſtica Sacramenta recipere, ac eorundem Confratrum dicto tempore interdicti decedentium cadavera ſine pompa funebri Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi liberè & licitè valeant. Et ut erga dictam Eccleſiam fidelium devotio ferventius vigeat, ac congruis frequentetur honoribus, & Chriſti fideles eo libentius devotionis cauſâ ad dictam Eccleſiam confluant, & ad præmiſſa manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cæleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, quod iidem Confratres, ac omnes & ſinguli alii Chriſti fideles vere pœnitentes & confeſſi, qui Eccleſiam ſanctæ Walburgis prædictam in ſingulis quatuor feſtivitatibus ejuſdem ſanctæ Walburgis, videlicet migrationis, adventus, & primæ ac ſecundæ Tranſlationis præfatæ ſanctæ à primis Veſperis uſque ad ſecundas Veſperas Feſtivitatum earundem devote viſitaverint, & ad præmiſſa manus porrexerint adjutrices, pro quolibet die Feſtivitatum hujuſmodi, quibus id fecerint, viginti annorum, & totidem Quadragenarum de injunctis eis pœnitentiis relaxationem & remiſſionem conſequantur, auctoritate præfatâ earundem tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod ſi dictam Eccleſiam ſanctæ Walburgis viſitantibus, & pro præmiſſis manus adjutrices porrigentibus, ſeu alias aliqua alia indulgentia in perpetuum vel ad tempus nondum elapſum duratura per nos conceſſa fuerit, præſentes litteræ quoad indulgentiam viginti annorum hujuſmodi nullius ſint roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, ſuppletionis, ſtatuti, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Bononiæ Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexto. Quarto Kal. Februarii, Pontificatus noſtri anno quarto.]

Ut autem Canonici & Vicarii ei, qui eſt magnus Dominus & laudabilis nimis, Sacrificium laudis & Hoſtiam vociferationis minori negotio offerrent, illis præter pueros Chorales (ut vocant) adjuncti fuere tres *Choriſocii*. Et hæc de Eccleſia principe ejuſque ſtipendiariis ab ipſis fidei incunabulis conſtituta cum Proto-Apoſtoli noſtri prima Religionis Chriſtianæ ſemina in hac Provincia ſpargerent. & aliæ fundationes.

Sed cum Oppidi calcaneo novum Oppidum accreſceret, & unius Sacerdotis cura inquilinos omnes regere, & unius Ædis ſpatia concludere non poſſent, in novo hoc Oppidi accremento erecta eſt Eccleſia altera & *D. Nicolai* patrocinio nuncupata: Presbyterum, qui eam moderatur, Zutphanienſis Comes denominat: in qua *Officium S. Agathæ* & *Compaſſionis B. M. V.* quod Miniſtrum ſuum, quem cum Tinctoribus Paſtor adoptat, vult Sacerdotio fungi feria VI. cui adjuncta eſt Eccleſia Paroch. altera, Divus Tut. collator,

VICARIÆ

I. *S. Crucis*, ſed quæ conſentiente Trajectino Antiſtite per Carolum V. Imperatorem & Comitem Zutphanienſem Anno 1545. Paſtoratui annexa exſpiravit. *Vicariæ*,

II. *S. Andreæ Apoſtoli*, cujus patronatum etiam obtinet Comes.

III. *S. Annæ*, cujus poſſeſſori bis peragenda res divina, quem adlegunt Paſtor, Ædiles & Confraternitas *S. Annæ*.

IV. *S. Anthonii*, cujus deſervitor ad geminum Altaris ſacrificium & omnia Chori officia obligatur: eum conſtituunt Paſtor, Ædiles & Sodales *S. Anthonii*.

V. *B. M. V.* Quæ ſedem fixit in Capella Eccleſiæ contigua, cujus Miniſter hebdomadatim trina vice ſacris operatur, & primam Hoſtiam immolat ſub Matutinis in ſolemniis *B. M. V.* S. S. Apoſtolorum, Michaëlis, Joannis Baptiſtæ, Laurentii & Magdalenæ: pinguis eſt ejus cenſus, ejuſque collatio Anno 1571. fuit penes *Joannem* & *Theodoricum à Keppel* & *Carolum à Steenbergen*.

XENODOCHIA

Diverſa, ne ſolatia deeſſent miſeris aut æternitatem haberent calamitates, hic pia Majorum miſericordia exſtruxit: quorum enim liberalitas profuſa fuerat in locupletandis Chriſti Miniſtris, eadem noluit eſſe parca in ipſo Domino fovendo in pauperibus. Singula domicilia non referam, ſufficiet ea notaſſe quæ primam notam merentur, inter quæ locum inveniunt. Xenodochia,

Heeren Borrenhof, Gerontocomium aliàs *'t Oude Manhuys*, cujus primam mentionem deprehendi in membranis quæ præferebant Annum 1404.

S. Eliſabethæ, aliàs *'t Nieuwe Gaſthuys*, cujus præcipuus fundator *Egbertus Creynck*: ad hujus inſtantiam & preces *Antonii Iſeren* ac *Gerardi vander Voerſt* Capitulum Anno 1449. in Vig. S. Joannis Baptiſtæ in ejus Capella conceſſit erectionem & conſecrationem Altaris.

[*Hujus Conceſſionis, cum etiam contineat quædam ſtatuta & conditiones, juvabit addere inſtrumentum:*

WY Deken ende Capittel der Kirken van ſente Walburgen to Zutphen doen kont ende bekennen mit deſen apenen brieven voer ons ende voer onſe nacomelinghen, dat wi Gade van hemelric to lave ende to eren, om den dienſt Gades te vermeren, ende mede omme ernſthaftighe verſuećte ende beden der Verwaerres des nyen Gaſthuys der heylighe Weduwen Sinte Eliſabeth in der older Stat van Zutphen in onſen Kirſpel gheleghen conſentiert, toeghelaten, ende belieſt hebben, conſentieren, toelaten, ende believen avermits deſen teghenwoerdighen brieve, dat die Gaſtmeiſters ende Verwaerre des Gaſthuys voirſz. in den voirghenoemden Gaſthuus een altaer moeghen laten conſecreren, ende wiën, ende dat voert berenten moeghen tot enen *Beneficium* ofte *Officium*, hoe dat den Verwaerres des Gaſthuus voirſz. dat beſt dienen ende even comen ſal: mit voirwaerden of dat altair tot enigher tijt een *Beneficium* worde, dat wi Deken ende Capittel voirſz. ende onſe nacomelinghen dan ten ewighen daghen die Collacie ofte ghifte daer van hebben ſoelen. Mer weert ſake dat dat een *Officium* blijft, ſo ſoelen die Verwares des Gaſthuys voirſz. inder tijt ons den Prieſter, den ſi dat *Officium* bevelen wille, te voren præſentieren, ende ſoe ſal die Prieſter ſijn jurament doen ons ende onſer kirken truwe ende holt te weſen, ende die Prieſter in der tijt ſal ſtaen onder obediencien, ende berichte ons Dekens ende Capittels voirſz. beheltlich doch, dat die Verwaerres in der tijt des Gaſthuus voirſz. den Prieſter ofſetten moeghen, wanneer ſi willen, ende alſoe dicke ende vaeck, als hen dat nut ende oerbaerlic ſal duncken weſen, ende enen anderen Prieſter dat *Officium* weder bevelen, welcke Prieſter altijt ſijn jurament te voren doen ſal ons ende onſer kirken truwe ende holt te weſen, ende die Prieſter, den dat *Officium* ſoe bevalen werdt, ſal altijt ſtaen onder bericht ons Dekens ende Capittels, ghelijc voirſz. ſteet. En weert ſake dat in onſer kirken interdict queme, ſo en ſal die Prieſter des Gaſthuys voirſz. niet celebreren, noch Miſſe doen, mer hi ſal mit ons interdict holden als ſich dat doch in den rechte gheboert. Voert ſo en ſalmen in den voerghenoemden Gaſthuſe gheen Miſſe doen dan mit beſlatenen doeren, ende daer en ſal oick niemant van buten inghelaten werden die Miſſe te hoeren, dan die in den Gaſthuſe wonachtich ſijn ſonder arghelist. Voert ſoe moghen die ghene die in den voirſz. Gaſthuſe wonachtich ſijn biechten den Prieſter des Gaſthuys voirgh. of anders waer daer hen beſt ghenughet, ende die Prieſter des Gaſthuys voirſz. mach die armen ende voert alle die ghene, die in den voirſz. Gaſthuſe wonende ſijn, of in toekomende tiden noch wonende ſoelen werden, berichten mitten heilighen Sacrament, uytgheſecht als ſi bedrede of in hoeren leſten ſijn off ligghen. Voert ſo gheven wi allen den ghenen die inden voirſz. Gaſthuſe wonende ſijn, of naemaels ſoelen wonende werden, oeren hoerſam vri ende quyt, daer voer ſoelen die Verwaeres inder tijt des Gaſthuys voirſz. ons ende onſe nacomelinghen gheven jaerlix erflic ende ewelic ende op Paeſchen betalen enen Zutphenſchen Schilt, als men binnen Zutphen jaerlix ghift van penſien ende van hueren, beheltlich doch dat tot welker tijt die Verwaerre inder tijt des Gaſthuys voirſz. ons ende onſe nacomelinghen enen Zutphenſchen Schilt erfliker renten, den men niet loeſen en mach, gheveſt hebben, ſo ſal dat Gaſthuys voirſz. van den voerghenoemden oieen Schilt jaerlix erfliker renten voertan onbelaſt weſen, ende bliven. Voert ſoe en ſoelen die Prieſter des Gaſthuys inder tijt, noch die Gaſtmeiſters noch niemant van oeren weghen tot gheenre tijt daer nae ſtaen enighe vorder Privilegien van onſen alreheilichſten Vader den Pauwes van Romen, van Cardinalen, Ertsbiſſchoppen ofte Biſſchoppen te verwerven. Ende weert ſake dat ſi of yemant van oere weghen ſonder arghelist heymelic of apenbaer dat hier en baven deden, ſoe ſal al deſe onſe believinghe voirſz. van gheenre weerden weſen, ende alsdan moeghen wi, ende onſe nacomelinghen den Prieſter ende Gaſtmeiſters des Gaſthuys voirſz. doen verbieden, dat alſulke dienſt, alsdan in den voergh. Gaſthuyſe niet meer en geſchie ſonder yemants wederſegghen. Voert ſo en ſal die Prieſter des Gaſthuys voirſz. in onſer Kirken niet komen als men die ghetiden ſinghet, ende den dienſt Gades aldaer duet, hi en hebbe an ſijn religie ende habijt ghelijc dat die *Vicarii* ende *Choriſocii* in onſer kirken doen, beheltlic ons en onſer kirken alle oers rechten, alle argeliſt, ferpell, ende quade behendicheit in allen ende ygheliken punten dis briefs claerliken uutgeſecht. In oirkonde ende tuuchniſſe des ſo hebben wi Deken ende Capittel voirſz. voer ons, ende voer onſe nacomelinghen ons Capittels zeghel an deſen brieff doen hangen. Ende wy *Engbert Kreyng* als een mede ſtichter des Gaſthuys voirſz. ende *Anthonis Yſeren*, ende *Gheryt vander Voerſt* Kiremeiſteren in der tijt der groter Kircken van Zutphen, ende Gaſtmeiſteren, ende Verwaerre des Gaſthuys voirſz. bekennen voer ons ende voer onſe nacomelinghen, dat alle punten voirſz. bi onſen willen, weten, ende conſent ghededingt, ende gheſciet ſijn, ghelijc alſt voirſz. ſteet, ende hebben des to tughe onſe Seghele mede an deſen brief ghehanghen, welker brieve ſijn twee van woerde to woerden alleens ſprekende, daer wi Deken ende Capittel voirſz. den enen aff hebben, ende die Verwaerre des Gaſthuys voergh. den anderen. Ghegheven in den jaer ons Heren duſent vier hondert neghen en viertich, op Sinte Johans avont Babtiſten, gheheiten *Nativitas.*]

Hoſpitale, vulgò *Spitael* pingui annuo cenſu inſtructum: reliqua ſilentio premens tranſeo, &c.

[*Extitit etiam Domus pauperum, vulgò dicta* Keppels Gaſthuys, *ſive* Keppelmans Huiſinghe, *erecta Anno* M. CCCC. XV. *ab Everardo de Keppel, Canonico Eccleſiæ S. Walburgis Zutphan. cujus hic damus fundationem & ſtatuta.*

In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate ejuſdem milleſimo quadringenteſimo quinto decimo, Indictione octava, die vero Veneris, decimâ Menſis Maji, Apoſtolicâ Sede vacante, coram venerabilibus & diſcretis viris Dominis *Bernardo Henrici* Decano, *Joanne de Stamprade*, *Johanne ter Poerten*, *Reynero Jegher*, & *Tydemanno de Angeren* Canonicis Capitularibus Eccleſiæ S. Walburgis Zutphanienſ. in loco Capitulari ejuſdem Eccleſiæ intra Miſſarum ſolemnia capi-

capitulariter congregatis, ac Capitulo ad infraſcripta, ut aſſerebant, indicto, inque mei Notarii publici, teſtiumque infraſcriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus honorabilis vir Dominus *Everardus de Keppel* Canonicus dictæ Eccleſiæ, compos mentis ſuæ & rationis, ac ſanus corpore, maturâque habitâ deliberatione ac diligenti, pro mundanis cæleſtia, & pro temporalibus æterna commutare deſiderans, ob ſpem retributionis æternæ, in remedium peccatorum ſuorum, ac ſalutem animarum amicorum, parentum & benefactorum ipſius pure & ſimpliciter, non vi, metu, dolo, fraude, aut aliqua machinatione ſiniſtra, ut aſſeruit, circumventus, aream & domum ſuam in opido Zutphanienſi, Trajectenſis Diœceſis, ſituatam infra domum *Gerardi Stuvenberch* ex uno latere, & ab alio latere juxta plateam, vulgariter *Saltmarket* nuncupatam, quam etiam quondam *Gerardus ten Brincke* inhabitabat, cum omnibus juribus & pertinentiis univerſis, juxta modum, formam & tenorem cujuſdam papireæ cedulæ, quam in manibus ſuis tunc habebat, & quam prædicto Domino *Johanni de Stamprade* tradidit, qui eam ibidem alta & intelligibili voce de verbo ad verbum prælegebat, cujus tenor inferius de verbo ad verbum deſcribetur, donatione ſimplici, irrevocabili & æterna, quæ fit & fieri ſolet inter vivos, Chriſti pauperibus, ac Altaribus SS. trium Regum, & S. Bartholomæi in eadem Eccleſia ſituatis, libere contulit, & donavit, nec non eaſdem aream & domum cum ſuis pertinentiis univerſis per ſtraminis rejectionem libere effeſtucando idem Dominus *Everardus* ad opus, uſus, & utilitatem dictorum Chriſti pauperum, & Altarium ſponte reſignavit ac demiſit, petens nihilominus idem Dominus *Everardus* ab eiſdem Dominis Decano & Capitulo, ut prædictam donationem per eum ſic, ut præmittitur, factam approbarent, & confirmarent. Qui quidem Domini Decanus & Capitulum, habitâ prius aliquali deliberatione, in præſentia etiam Domini *Johannis de Scoenhovia* Altaris SS. trium Regum, & Ludovici Ortwini Altaris S. Bartholomæi Vicariorum, qui domum hujuſmodi juxta omnem formam & tenorem cedulæ prædictæ pro ſe & ſucceſſoribus eorundem perpetuis acceptaverunt, eandem donationem approbarunt, & confirmarunt, requirentes me Notarium, ut ſuper præmiſſis unum vel plura conficerem publicum inſtrumentum ſeu publica inſtrumenta. Tenor vero dictæ papireæ cedulæ, de qua ſupra fit mentio, de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis: IC *Evert van Keppel* Cononic Sunte Walburge Kerke t' Zutphen mijn huus gheleghen te Zutphen ander eenre ſyt bi *Gert Stuvenberchs* huſe, ende an die ander ſyt an den Saltmarct ſtreckende op der Stats muren, dat alleer *Gert ten Brinke* plach toe te hoeren, dat gheve ic beneden den ſolren mitten vörſten kelren tien olden armen luden, vijf an die ene ſyt vrouwen perſonen toe *Stuvenberchs* huyswert, die oeren ganck hebben ſoelen to der heymelicheit doer ſteliiken, ende der heymelicheit, ende des rumes daer binnen te bruken tot oere noetdroft; en vijf an die andere ſyt mans perſonen op ten kelre malc mitter heimelicheit, die daer toe hoert biſonder, ende al enighen luden; in al ſulken ghevoeghe ſoe wat die armen daer in brenghen, die daer ontfangen warden, dat ſal daer bliven voer die ander die daer in den huys ſint. *Secundo* dat huys baven den armen aling mit ſynen toebehoer, en mit den achterſten kelre, ende dat ſtelleken tens den kelre, dat ſollen hebben twee *Vicarii* voer hoer, en voer hoer nacomelingen beſitter oerre Altaren daer alle weghe toe te hoeren, welke *Vicarii* daer voer ſollen holden dat huys in Dake, ende in gueder waringhe baven en beneden, ende alle oncoſt, die daer comt op dat huys buten laſt der armen, daer beneden woent, ende die ſelve *Vicarii* ſoelen weſen des berichters, die armen daer uyt, ende in te ſetten, wanneer daer ledighe ſteden ſint, of die den huſe niet ghedelike en ſint. Ende en konnen ſi des niet eens ghewefen, ſoe ſal den Deken van Zutphen daer een Averman toe weſen, mit welker ſtemmen dat hi toeſtaet, die ſal voergaen; en die ſelve *Vicarii* ſoelen elc een halve pont gheven den armen te voltle hoere barninghe jaerlix; voert waert ſake dat dat huys mit hulpe Gaids, ende gueder luden rente creghe, daer ſollen deſe voerghenoemde *Vicarii* des huſes den armen barninghe mede werven, die like te deylen voer by de man ende wijf, ende gheen vuer meer to hebben dan twe, dat is te verſtaen een voer die mannen, en een voer die vrouwen, en oft ſi meer cregen dan barninghe daer ſoelen ſi ſcarp bier mede verven, die like to deylen voer dat huys, ende voer die ghene die daer ſiec in legghen; ende den oer noetdroft daer af te doen. En weert ſake dat die *Vicarii*, die dat anneemen, ende die ene van den tween daer niet en fete, ſo ſal die ander dat halve pont betalen van des abſenten weghen jaerlix, ende dat huys bruken alſo langhe, dat hi vollenkomelic die coſt weder hebbe, die hi daer an ghelecht heeft, ten were dat om die abſente vernueghede dan dat hi oen inneme, ende hier en ſal oen gheen orloch des Dekens ende Capittels vanden, dat he abſent weſen mach, ſcade an doen, ende bleve die abſent langher dan een half jaer na maninghe Dekens ende Capittels, ſoe moeghen ſi daer een ander in die ſtat ſetten ſonder ſyn wederſegghen. En weert ſake, dat der *Vicarii* daer gheen en ſete, ende abſent bleven een vierdeel jaers na maninghe Dekens ende Capittels, ſoe moghen die Deken ende Capittel dat huys tween anderen Vicarien gheven in allen ghevoeghe, als voorſchreven is; voert waert ſake, dat daer een putte worde ghemaket, den ſollen ſi ghelike bruken doer dat huys boven ende beneden, ende den ſolden die *Vicaris* voert an holden ghelijc den huſe, en wie dit anneemt, die ſal des een ſchijn gheven voer den Deken en Capittel voer oen ende voer ſine nacomelinghen, dit vaſte to holden onder eene peen van vervalle des huys, ende vijf olde ſchilden, welke ſchilde weſen ſoelen Dekens ende Capittels to behoef honre buken opten chore, is dat ſi na maninghe Dekens ende Capittels binnen een vierdeel jaers daer nae den huſe niet vol en doen, als voorſchreven ſteet. Ende voert waert ſake, dat dat huys verbrande, ofte neder ſtorte, ofte anders van onghevalle verdorve haeſtelike, ſo ſoelen ſi onbehaelt weſen van alle peenen; Ende wolden ſi weder dan daer op timmeren, dat ſtonde in horen wille toe behoef oere Altaren. Acta fuerunt hæc Zutphanii in loco Capitulari Eccleſiæ S. Walburgis prædictæ, ſub Anno, Indictione, Die, Menſe, Hora, quibus ſupra, præſentibus ibidem diſcretis viris Dominis *Petro de Lare*, *Johanne Aurifabri*, *Hermanno Zuivold*, *Frederico* . . . . . ., *Goedefrido de Coefvelt* Presbyteris perpetuis Vicariis in dicta Eccleſia, & quam plu-

pluribus aliis teſtibus fide dignis, ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Wernerus Glaſemaker* Clericus Traj. Diœceſis, publicus Apoſtolicâ auctoritate Notarius, qui præmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic, ut præmittitur fierent & agerentur, unà cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi, ideo hoc præſens publicum inſtrumentum manu mea propria ſcriptum exinde confeci, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meo ſolitis & conſuetis ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.]

MONASTERIA VIRORUM.

Monaſteria Dominicanorum,

Primum occupat umbilicum civitatis & ſiniſtræ ripæ fluvii Berkelæ incubat: ejus poſſeſſores fuere nepotes S. *Dominici* quos *Prædicatores* vocant: fundatricem agnoſcit *Margaretham* Guidonis Flandriæ Comitis filiam, Reinaldo primo Geldriæ ac Zutphaniæ Comiti nuptam, quæ cum cœlo commutavit terram Chriſtiani ſeculi decimitertii Anno 21. Alii cum *Aquilio in Chron. Geld.* ipſi *Reinaldo* ejus originem adſcribunt, cum hic, ut ad Annum 1292. notat *Slichtenhorſtius* conjugis ſuæ deſiderio commotus illud juſſerit excitari: eſt nunc Muſarum hoſpitium, quæ quondam prope D. Walburgis ſuum habuere Domicilium.

Exſtat Concordia Capitulum inter & Adrianum de Mera S. Th. D. & Belgicæ Provinciæ Vicarium Generalem nomine hujus Conventus inita Anno 1489. feria 3. poſt S. Luciæ: in qua ſtipulatur ne cuiquam S. Communionem præbeant niſi ſuis & Tertiariis S. Dominici, qui ſub in albis & foris veſtiuntur in nigris, quique ſunt ſub Ordinis obedientia, niſi præhabita in ſcriptis Capituli licentia.

& Franciſcanorum.

Altera de Anno 1392. 8. Aug. agit de canonica portione (quæ erat IV. Librarum Denariorum cenſualium mediatore Wilhelmo Cliviaco Duce Geldriæ) ratione ſepulturarum annuè in Feſto S. Martini vel infra Octavam Capitulo pendenda.

Secundum, cujus vocabulum *Galilæa*, ſitum habuit ante Oppidi veſtibulum ad portam Larenſem, conſtruxerunt illud *Creyngii* Anno 1455. & incoluit S. *Franciſci* ſoboles, quæ à Regulæ obſervantia nomen traxit: *ſed quod noſtri Fratres* (in Originibus Seraphicæ Religionis p. 3. ſcribit *Gonzaga*) *tum in privatis adhortationibus tum quoque in publicis concionibus pro ſuggeſtu Zutphanii in hæreſim vehementius inveherentur, ejus fautores excandeſcentes hunc Conventum, ab optimis Catholiciſque civibus extra præfatæ Civitatis mœnia ſub Annum Nativ. Dominicæ 1455. exædificatum, Anno ſalutis humanæ 1572. funditus everterunt demolitique ſunt.* Erat autem membrum Colonienſis Provinciæ.

ASCETERIA VIRGINUM

Aſceteria Virginum varia,

Numerum quinarium conficiunt.

Primum incoluere Virgines numero duodecim & inſtituto *Tertiariæ Franciſcanæ*, quarum Proviſores Senatus & Galilæus Guardianus Viſitator ordinarius. *Spitael* ei nomen à contiguo Hoſpitali, cujus ſervitio Chriſtiana charitate vacabant, cuique Anno 1663. hujus Parthenæi medietas divendita 3½000. Flor. alterâ jam diſtracta 2800. flor. Natales ejus non innotuere, neque vetuſtiores Litteræ viſæ quam quæ Annum 1381. ſignabant. Ultima Anno 1572. præfecturam hic geſſit *Gelmera Schimmelpenninck.*

Secundum ejuſdem Inſtituti ſed ſub Capitulo Trajectenſi ſectatrices aluit, de quo hæc habeo à prænobili Domino Cannenburgico: Arnolda Walteri Keppelii Domini filia cum Joanna filia, quam ex Guilielmo Iſendoornio Equite ſuſceperat, Domum, quam Zutphanii habebat contulit in ædificationem Monaſterii, quod deinde à donatrice nomen deſumpſit *Iſendoorn* nuncupatum & *B. Mariæ Magdalenæ* inſcriptum. Eſt quidem etiamnum integrum, ſed ob portam in nova Oppidi munitione hic apertam modo pervium: erant in eo Anno 1548. Sorores numero triginta quinque.

[Conventûs *Yſendoorn* Anno 1571. Pater D. *Marcellus Paente*, Amersfordienſis, profeſſione Frater de bonâ voluntate ex Cœnobio Hulsbergenſi; Mater Andrea Bentinck; Viſitator Generalis cum Patribus Ord. Minoritarum.]

Tertium ejuſdem Regulæ & Capituli ſeu Reipublicæ Religioſæ ſub patrocinio S. *Catharinæ* alumnas fovit, vulgo dictum *Heer Henrickz Huys* à primo ſuo Rectore *Henrico de Heuſden*, de quo in Vita Ven. P. Theodorici ab Herxen: *erat quidam Capellanus Zwollenſis nomine Dominus Henricus de Heuſden; hic virtutum odore pii patris Theodorici ab Herxen attractus locum ibidem* (in Zwollenſi Fratrum Collegio) *adeptus eſt: qui poſtea ordinatus Sororum Rector in Zutphania ibi talia reliquit virtutum veſtigia, ut Domus nomen ab eo acceperit uſque in præſentem diem:* eam hiſce Veſtalibus religioſa largitate ceſſerat quædam vidua *de Wulpes*, unde & *Wullfshuys* indigitatur, quæ matrimoniali jugo exonerata ſub ductu Ven. P. Joannis Brinckerinckz religioſam in ſeculo vitam in *Tabulario* Sororum Gerardinarum Daventrienſium duxiſſe notatur, inter quas & primas quidem celebris ejus filia Elizabetha de Wulves. Perſtant hodiédum ædificia at bipartita: unum namque brachium amplectitur contagioſa lue contaminatos, & in alterum ſeſe abjecit Xenodochium olim vocitatum *den Beyer*, nunc *'t Oude Gaſthuys.* Miniſtras hic egerunt Anno 1505. *Margaretha Menninckz*, & Anno 1572. *Hadewigis Kuyſers.*

[Monaſterii Domini Henrici Anno 1571. Pater erat D. Gerardus Wolff, Zutphanienſis, Frater Conventus Campi Joannis, Viſitator, Generalis cum Patribus Ord. Minorum. Erant in eo Anno 1571. Sorores numero triginta.]

Quartum 't Rondeel nuncupatur, eo quod mœniorum propugnaculo inædificatum exiſtat: tenuerunt illud Veſtales non profeſſionis vinculo inſolubili, ſed Deo & ſibi ſolo charitatis cingulo colligatæ ſub regimine Fratrum Daventrienſium.

Quintum ſub eorumdem ductu & tutela S. *Agnetis* vulgò *Admans huys* incoluere Flamines ejuſdem cum præcedentibus Inſtituti, quibus Anno 1572. præerat *Anthonia de Apeldoorn.* E Walburgii membranis ſequentes Litteras adſcribo quæ ſacri hujus Gynæcei ſtatum integrum propalabunt. inter alia S. Agnetis

In nomine Domini Amen. Ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei ejuſque genitricis glorioſiſſimæ Virginis Mariæ . . . . & beatiſſimæ Virginis Agnetis Martyris, nec non præſervationem Fragrantis Roſæ & Rutilantis Lilii virginitatis & decorem ejuſdem: ac etiam ſingularem ſpecialem primamque inſtantiam illuſtriſſimi & gratioſiſſimi Principis Domini noſtri & Collatoris Adolphi Gelriæ, Juliæ Ducis Comitiſque Ejus Inſtitutio.

Google

tiſque Zutphaniæ : & etiam ſpectabilium prudentumque virorum Burgimagiſtrorum, Conſulum aliorumque plurimorum certiſque aliis legitimis de cauſis. Nos Decanus & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ S. Walburgis Zutphanienſis Trajectenſis Diœceſis ſuper erectione Capellæ Domus ſive Conventus Sororum beatiſſimæ Agnetis Virginis ſuprafatæ, dictæ vulgariter *Admansuhuys*; in noſtra Parochia fabricandæ, erigendæ, conſecrandæ, noſtros conſenſum, aſſenſum & favorem dedimus, conceſſimus, prout præſentium tenore damus & concedimus ſub infraſcriptis conditionibus, pactis, modis atque formis. Imprimis videlicet quod Sorores dicti Conventus poterunt & poſſunt erigere & fabricare, ſeu erigi & fabricari facere Capellam & Altaria, de quibus ſuprafatur, cum campanili, campanella, Cœmiterio ac aliis ad Capellam pertinentibus, pro ſe ſuiſque cohabitatoribus & continuis commenſalibus & hoſpitibus extraneis etiam religioſis & devotis. Item quod dictæ Sorores pro ſe dictis perſonis in eadem Capella per eorum Confeſſorem aut alium ſeu alios Presbyterum ſeu Presbyteros idoneum ſeu idoneos Miſſas, Sermones & alia divina Officia tam feſtivis quam ferialibus diebus peragi facere poterunt atque celebrari, ac etiam Sacramenta tam Euchariſtiæ quam extremæ Unctionis, ac alia neceſſaria donari & cum reverentia debita reſervari atque miniſtrari: adeo quod ad viſitandum Eccleſiam Parochialem ſeu matricem & debita ejuſdem perſolvenda minime adſtrictæ remanebunt atque obligatæ. Item quod in eadem Capella ſecluſis penitus noſtris Parochianis & pro ſuperius ſpecificatis duntaxat perſonis januis clauſis in feſtivitatibus ſummis, ſolemnitatibus & majoribus duplicibus Miſſæ Veſperæ aliæque Horæ Canonicæ alta voce ſolemniterque decantari poterunt & peragi. Item diebus dedicationis, & Patronorum, funeralium & exequiarum, ac receptionis & profeſſionis Sororum, nihilominus januæ Capellæ pro ingredientibus quibuſcunque poterunt licite aperiri & divina publice decantari & peragi, ac etiam ab omnibus audiri à pie deſiderantibus intereſſe. Item Confeſſor ſive Rector à Sororibus eligendus ſive aſſumendus nobis Decano & Capitulo præſentetur & prout Choriſocius noſtræ Eccleſiæ ſolitum præſtabit juramentum, & à nobis defenſabitur in juribus ſuis prout & alii de Eccleſia defenſantur. Præſentandus tamen à nobis refutari non debet niſi inſufficiens & indignus comprobetur. Item Confeſſor ſic acceptus Sororum & aliorum ſupraſcriptorum Confeſſiones licite audire poterit, pœnitentiam congruam injungendo, ſe de Parochianorum noſtrorum Confeſſionibus audiendis ſine noſtra expreſſa licentia nullatenus immiſcendo. Poſſunt tamen mortis in articulo Sorores antedictæ ac alii ſupraſcripti Confeſſorem idoneum ſecularem, devotum aut religioſum eligere pro eorum confeſſionibus audiendis, prout ſaluti earumdem magis ſciverint expedire. Cæterum nullus niſi Sorores aut alii præexpreſſi in dicta Capella aut Cœmiterio ſepeliatur niſi noſtra deſuper expreſſa licentia petita & obtenta, & in noſtra Eccleſia exequiæ & anniverſaria fiant prout conſuetudinis laudabilis ſemper fuit & ſervatur pro præſenti. Item in hujuſmodi Conventu ultra quinquaginta Sorores nullatenus recipientur. De quibus ac omnibus præexpreſſis pro canonica portione nobis & ſucceſſoribus noſtris ſingulis annis perpetuis temporibus in Feſto B. Martini hiemalis aut infra quindenam ante aut poſt media Marcka argenti puri aut valor ejuſdem unà cum medietate omnium oblationum tam in Altaribus ſive truncis, aut alias quomodolibet oblatorum ſive proventorum, realiter & cum gratiarum actione ſine etiam contradictione, ſive excuſatione quacunque perſolvetur. Si autem numerus quinquaginta Sororum prædictarum excederetur aut augmentaretur, & ſeu dictus Conventus in Monaſterium alicujus Ordinis approbati erigeretur & apertis januis ſingulæ Horæ Canonicæ ſervarentur, quod nobis extunc de prædicto Conventu unà cum oblationibus ſupradictis mediis integra Marcka argenti puri aut ejus verus valor annuatim modo præmiſſo perſolvetur, nec contra omnia ſupraſcripta per ſe aut alium ſeu alios quicquam ſub pœna 25. Schudatorum Franciæ pro una fabricæ Chori noſtri & alia Reverendi Patris & Domini Epiſcopi Trajectenſis medietatibus applicandis & extorquendis, Indulgentiis duntaxat exceptis, facient, procurabunt aut impetrabunt ſine noſtra licentia quovis modo: & ſi impetrata fuerint eis ſub eadem pœna uti non debent aut gaudere ſalva Regula approbata, ſi quam duxerint acceptandam, quam cum ſuis indultis & privilegiis libere poſſunt acceptare atque retinere, prout ſuperius eſt expreſſum, dolo, fraude, ſiniſtra machinatione aut interpretatione ſemotis penitus & ſecluſis. In cujus rei teſtimonium præſentes litteræ tam noſtri Capituli quam ipſius Conventus ſigillorum appenſione ex certa ſcientia & voluntate hinc inde roboratæ ſunt atque communitæ Anno Domini 1465. Indict. 13. die vero 10. menſis Novemb. in profeſto videlicet B. Martini Epiſcopi & Confeſſoris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Pauli divina providentia Papæ ſecundi Anno primo: præſentibus ibidem ſpectabilibus prudentibuſque viris Henrico Kaelſack, Wilhelmo Kerrynck & Gerardo Aſſe Scabinis Oppidi, nec non Gerardo Ayſſack Magiſtro Fabricæ Eccleſiæ Zutphanienſis dictæ Traject. Diœceſis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Sororibus, quas oppreſſit reformationis procella, Prædicans ſucceſſit, & Albatorium, quod hic amplum eſt, publico ſervit uſui.

[*Wilh. Kniecamp*, Parœciæ B. M. V. & SS. Petri atque Walburgis Anno 1425. Rector, Anno. 1571. *Petrus a Sternberge*, Collegii Zutph. Decanus.

Paſtor illic S. Nicolai Anno 1571. Dominus *Theodoricus a Catwijck*. Catholicos a defectione reliquos curat Sacerdos ex familia S. Ignatii.

Claruit autem Zutphanium natalibus * *Gerardi Zerbolt*, ab urbe natali, ut Fratribus domus Domini Florentii tum ferè uſitatum, *Zutphanienſis* dictus, qui variis Scholis in adoleſcentia diligenter viſitatis etiam Daventriam acceſſit, ibique dicto Domino *Florentio Radewino* Fratrum in communi viventium poſt Gerardum Magnum propagatori firmiter adhærere cœpit, aſſumto Presbyteri titulo. Cumque ſcribendis libris & volvendis libris præclariorum ſcriptorum, inprimiſque ſacrorum voluminum præ reliquis ſe daret, præfectus eſt colligendæ & adornandæ illic Bibliothecæ, nihil impenſius ſuis commendans quam ut Eccleſiaſticis & præcipuè Sacræ Scripturæ libris volvendis & indagandis inſtarent: quod ut ardentius ſtudium promoveret, inter alia ſcripta, *Batav. Sac. part.* 1. *p.* 11. recenſita, libellos duos vernaculâ Linguâ conſcripſit, *de utilitate lectionis ſacrarum litterarum* unum, *de precibus vernaculis* alterum. Jacobus Revius utrum-

* Val. Ande. in *Bibl. Belg.* aliique.

trumque *e membranis Bibliothecæ Daventrienſis* erutum & Latinè donatum prodidit *Daventr. Hiſt. lib.* 1. *pag.* 41. ad *p.* 58.

Viri eruditi ac religioſi, ac inprimis Ger. Zutphanienſis.

Sed quia hæc Revii Hiſtoria in paucorum, præcipuè externorum, manibus teritur, a Bibliopola interpellatus binos hoſce Tractatus, licet proprii Codices affatim ad manum eſſent, vitæ Gerardi Zutphanienſis, uberius *Bat. Sacr. part.* I. *p.* 206. datæ, dicto loco appoſui, eâ cumprimis de causâ, quod lis de utili eorum librorum lectione noſtris etiam temporibus orta ſit, aut certè recruduerit; ut vel hinc ſcioli noſtrarum quoque regionum diſcant, quis majorum ſuorum, doctrinâ etiam & religione præſtantium, de utroque capite ſenſus fuerit.

Textus autem Scripturæ, Patrum & Eccleſ. Scriptorum novâ poſt Revium indagine diſcuſſimus, differentias & aberrationes notavimus, locaque aliis attributa, ſuis auctoribus reſtituimus.

Ejus Tractatus de Lectione S. Script. in ling. vulg.

EX LIBELLO

GERARDI ZERBOLT

Presbyteri, Fratris Domus D. Florentii in Daventriâ, de libris Teutonicalibus, excerpta duo, è membranis Bibliothecæ DAVENTRIENSIS.

Primum, de utilitate lectionis ſacrarum litterarum in Lingua vulgari.

„QUONIAM ſunt nonnulli minus S. Scripturam intelligentes, aut Patrum ſanctorum dicta conſiderantes ſeu advertentes, qui credunt & dicunt hominibus laïcis & illiteratis fore illicitum divinam Scripturam relegere & in ſacrâ paginâ ſe exercere, atque proinde libros devotos in vulgari idiomate editos ſeu etiam ad ipſum tranſlatos, qui ſolum vel maximè ſunt pro laïcis, æſtimant merito debere reprehendi, fugari penitus & eliminari. Ideo ſcire expedit utrum & quales libros Scripturarum vel ſanctorum Doctorum laïcis legere liceat, vel potius ſecundum Sanctorum conſilium legere expediat, ut videlicet proinde appareat qui libri & quales doctrinæ ſimplicibus & illiteratis ad legendum conveniant vel ſtudendum, ac etiam ut ipſi laïci & illiterati ſciant ad qualem doctrinam & quales libros utilius & fructuoſius recurrere debeant, & in quibus minus poſſunt offendere non ignorent.

„Ut autem plenior circa præſentem materiam habeatur notitia, eſt prius conſiderandum, quod ſecundum beatum Gregorium ſuper Ezechielem Homil. x. & ſecundum Joh. Chryſoſt. A ſuper Matth. xxv. in opere imperfecto, alioſque plures Doctores, ſicut etiam apertiſſimè experientia docet, in divinis Scripturis duplex doctrina reperitur. Eſt enim quædam doctrina plana, ſimplex & aperta, ad cujus videlicet intelligentiam non requiritur nec eſt neceſſaria magna inquiſitio vel diſcuſſio ſeu ratiocinationis diſputatio, ſed ſine magno labore & diſcuſſione ipſa legenti per ſe ſit manifeſta, ſicut ſunt vitæ & geſta Sanctorum, paſſiones & triumphi Martyrum, aliæque doctrinæ de vitiis & virtutibus, de Sanctorum gloriâ, de damnatorum miſeriâ, hiſque ſimilibus planè & apertè pertractantes: alia autem in Scripturis reperitur doctrina, alta, profunda vel obſcura, ad cujus ſcil. intelligentiam magna requiritur diſcuſſio ac diligens inquiſitio ſeu interior mentis ratiocinatio propter ipſius Scripturæ ſubtilitatem, profunditatem vel obſcuritatem, ſicut communiter doctrinæ de eſſentia divina, de trinitate perſonarum, de eſſentiæ unitate, & ſic de aliis. Doctrina autem primo modo dicta dici poteſt lac, potus vel aqua. Doctrina autem ſecundo modo dicta, eſca, cibus ſolidus vel panis: unde dicitur, I. ad Cor. III. *tanquam parvulis in Chriſto* lac vobis *potum dedi, non eſcam* B *ſolidam.* ſimiliter ad Heb. v. *facti eſtis*, inquit, *quibus lacte opus* C *eſt, non ſolido cibo.* Iſaiæ II. *Ecce*, inquit, *dominator Dominus exercituum aufert à Jeruſalem omne robur panis*, id eſt, ſcripturæ difficilis; *& omne robur aquæ*, id eſt, doctrinæ facilis & apertæ. Item doctrina prior dicitur *fons*, ſecunda *puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano.* Dicitur autem idcirco doctrina primo modo dicta lac, potus vel aquâ ſecundum Joh. Chryſoſt. ſup. Matth. XXI. ſimilitudinariè ac metaphoricè, quoniam ſicut lac, potus vel aqua ſine labore dentium manducatur ſeu glutitur, & manducantem ſua ſuavitate delectat, ſic etiam hæc doctrina nullum laborem imponit legenti, ad ejus ſcilicet intelligentiam quærendam: eadem etiam ratione dicitur fons; de fonte enim ſine labore hauritur aqua: *eſt* enim propriè *fons*, ſicut dicit Beat. Aug. D. ſup. Joh. IV. *Ubi aqua de terra manat & uſui præbetur haurientis ſi ipſa aqua in prompto fuit & in ſuperficie.* Ita hæc doctrina in prompto eſt & in ſuperficie, & ab omnibus poteſt intelligi & hauriri: è contrario autem doctrina ſecundo modo dicta idcirco dicitur eſca, cibus ſolidus vel panis ſecundùm Chryſ. ubi ſupra, quoniam *qui egit vel audit talem doctrinam neceſſe habet inter* E. *ſe tractatibus quibuſdam diſcutere & meditari, & quaſi quibuſdam dentibus ſpiritualibus molere, ut ad ejus intelligentiam perveniatur.* Eadem etiam ratione dicitur puteus: nam ſecundum Auguſt. ubi prius, F. *Puteus proprie dicitur ubi aqua manat de terra, ſi tamen in profundo fuerit & ex alto trahatur vel hauriatur.* Unde ſicut ex puteo aqua trahitur vel hauritur cum labore, ita hæc doctrina trahitur & intelligitur cum inquirendi difficultate de obſcuro; unde dicitur Job. XXVIII. quod *Sapientia trahitur de occulto.*

„His igitur præmiſſis & prænotatis, duo videntur circa præſentem materiam dicenda, quæ & Sanctorum teſtimoniis & auctoritatibus inferius declarantur ac roborantur. Primum ſcilicet, quod ſimplicibus & illiteratis, ſive hominibus laïcis, tanquam parvulis ſecundum intellectum expediat & nequaquam ſit prohibitum vel illicitum, ſed ſit Sanctorum conſilium quod divinarum Scripturarum ſeu Sanctorum libros, in vulgari idiomate editos, ſeu ad idioma

A) Hoc opus malè Chryſoſtomo, verius auctori cuidam Latino adſcribitur; plura quippe continet erronea, doctrinæque S. Patris omnino contraria. Sic ſentiunt Bellarm. pag. 119. linea 31. Et Dupinus Tomo 3, parte 1. pag 30. col. 1. lin. 17.

B) Omitte, *ſolidam.* verſ. 1. 2.

C) Lege, *ſit*, verſ. 12.

D) Tract. 15. in Joan. ita habet; *ubi aqua de terra manat, & uſui præbetur haurientibus, fons dicitur, ſed ſi in promptu & ſuperficie ſit, &c.*

E) Lege, *intra ſe.*

F) Hæc ſunt Aug. verba: ſi *aqua in alto & profundo ſit, ita puteus vocatur.*

ma

„ma vulgare aliunde transfuſos, legant vel ſtudeant, ſeu legi ſibi permittant vel legi audiant, qui doctrinam planam & apertam prius dictam continent, dummodo tam ſtylo dictaminis quam veritate ſenſus ab Eccleſiaſtica doctrina & uſu & modo locutionis Doctorum Catholicorum non diſcordent. Secundum eſt iſtud: quod laïcis ſimplicibus & illitteratis *ut communiter* non expedit quod circa illos libros Scripturarum vel ſanctorum Doctorum ſe *multum* occupent *ut plurimum* tales libros ſtudentes, qui altam, difficilem, vel obſcuram doctrinam prius dictam continent, ſive illi libri ſint in vulgari vel quocunque idiomate editi vel tranſlati.

„Horum autem primum quod dictum eſt poteſt diverſimodè & diverſis Sanctorum dictis & auctoritatibus demonſtrari. Et primum ſic: In laicis recommendatur & eſt recommendandum deſiderium intelligendi divinas Scripturas, & ſecundum eas ſtudium adhortandi: ut dicitur [A] *Extrav. de hæreticis c. cum ex injuncto circa primum.* Planum eſt autem & manifeſtum quod laïci ut communiter niſi in vulgari idiomate Sacram Scripturam legere vel intelligere non poſſint, quare videtur quod ſecundum capitulum præallegatum in ipſis ſit recommendandum, quod eam in propria legant Lingua, quia non intelligunt alienam, id eſt, Latinam. Item, quod in laïcis recommendetur & ſit laudabile ſtudium divinarum Scripturarum patet apertè per Innocentium, qui eſt lucerna Juris, in apparatu ſuo [B] *Extrav. de ſumma Trinitate & fide Catholica ſuper capitulo, firmiter credimus.* Ubi dicit manifeſte quod *etiam laici quibus Deus dedit talentum ſubtilis ingenii melius faciunt, ſi ſuum ingenium expendant in majori cognitione explicita eorum quæ continentur in articulis fidei, quam ſi illud expenderent in rebus terrenis.* Patet ergo quod laïcis libros devotos præcipuè de planâ & apertâ materiâ legere non ſit prohibitum, ſed Sanctorum conſilium: quare ſecundum Sanctos eſt hoc in ipſis recommendandum. Secundo ſic: Divina Scriptura non unum ſingularem ſtatum informat vel erudit, ſed quemlibet in ſuo ſtatu docet & inſtruit: interdum enim omnibus generaliter vivendi vel credendi regulas præſcribit, in pleriſque locis ad unum ſtatum ſe dirigit informando, in aliis autem locis ad alium ſtatum ſe convertit: nunc docet incipientes, nunc informat proficientes, nunc vitam inſtruit perfectorum: atque ita omnibus & ſingulis juxta morum congruit qualitatem, ſicut patet ex verbis S. Auguſt. III. lib. de doctr. Chriſt. & in pluribus libb. Moralium beati Gregor. præcipuè lib. VI ubi exponit illud beati Job: *qui dat pluviam ſuper faciem terræ & irrigat aquis univerſa.* Unde patet quod S. Scriptura non ſit data alicui ſingulariter, ſed generaliter omni homini in quocunque ſtatu fuerit. Sanè ad hoc à Deo data fuit hominibus, ut qui fugitivi & exules fuerant à corde, & peccata ſua interius videre non poterant, ſaltem exterius appoſita S. Scriptura cognoſcere diſcerent: ſicut prolixè declarat S. Auguſt. ſuper Pſalmum LVII. Quis igitur ſanæ mentis dicat quod laïci peccant, ſi ad hoc utantur Divina Scriptura propter quod à Deo ipſis eſt data, & à Spiritu Sancto conſcripta? ut videlicet peccata ſua cognoſcant, & de eis compungantur, & meliùs ea poſſint devitare? quare non eſſent ipſi participes legis divinæ ſicut aliorum generalium beneficiorum Dei, cum lex Dei & divina Scriptura ſit inter divina beneficia præcipuum & ſingulare. Ut in collationibus Patrum dicitur, & eſt hoc beneficium omnibus generaliter collatum, ut prius eſt monſtratum. Unde propter hoc S. Aug. in Epiſtola ſua vel Tractatu ad Bonifacium Comitem laïcos reprehendit, quod pro intelligentia Scripturarum nolunt laborare, & tamen in cæteris Dei beneficiis volunt cum clericis participare. Unde ait: *Grandis eſt*, inquit, *confuſio animalibus laïcorum, qui dicunt: quid pertinet ad me libros legere Scripturarum, vel audire, vel diſcere, vel etiam frequenter ad Eccleſiam & ſacerdotes recurrere? dum clericus fiam, faciam quæ oportet clericos facere: quare non intelligit quod panem & vinum & omnia hujus terræ bona & regni fælicitatem æqualiter vult participare, & æquali labore jugum Chriſti ferre non vult?* Hæc Auguſt. ibi. Revera enim, ſicut idem Auguſt. dicit ſuper Pſalm. LXII. [A] *Sicut accepimus à Deo beneficia ſecundum carnem, panis, vini & olei, & hujuſmodi, ſine quibus quamdiu in hac peregrinatione ſumus non poſſumus ſubſiſtere, ita etiam Deus dedit animæ ſua ſolatia, ſcilicet verbi, orationis, & diſputationis, in quibus anima vivit & conſolationem recipit.* [B] *Ipſa* enim *divina Scriptura & ſtudium & lectio Scripturarum eſt quædam maxima conſolatio & refugium in omni caſu & adverſitate ſervans hominem æquanimem.* Sicut dicit glorioſus Doctor Hieronymus in Prologo ſuper Epiſt. Pauli ad Epheſ. in principio. Quare merito ab hoc beneficio, ab hoc divino ſolatio, in quo anima vivit & ſuſtentatur, non debent laïci prohiberi, ſed tanquam recenter geniti infantes & parvuli lac in eo ſugere & facilem doctrinam inveſtigare. Tertio: Scientia legis divinæ & ſtudium S. Scripturæ magis præcipitur in Novo quam in Veteri Teſtamento: ut dicit beatus Thomas ſecunda ſecundæ [C] quæſt. XVII. art. I. ſed in Veteri Teſt. toti populo de ſcientia & lectione legis divinæ dabantur præcepta vel exhortationes, ut patet Deut. VI. & Deut. XII. & in pluribus aliis locis. Unde dicitur Deut. XI. *Ponite hæc verba mea in cordibus veſtris & in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſignis* [D] *in manibus veſtris & inter oculos veſtros collocate, docete filios veſtros ut illa meditentur: quando ſederis in domo tua & ambulaveris in via & accubueris atque ſurrexeris, ſcribeſque ea ſuper poſtes & januas domus tuæ, ut multiplicentur anni tui & filiorum tuorum* Penè eadem verba ponuntur Deut. VI. ubi ſic dicitur: *Audi Iſraël: Dominus Deus tuus unus eſt. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex totâ animâ tuâ, & ex totâ fortitudine tuâ, eruntque verba hæc quæ ego* [E] *præcipiam tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ea ſedens in domo tuâ, & ambulans in itinere, dormiens atque conſurgens, & ligabis ea quaſi ſignum in manu tuâ, eruntque & movebuntur inter oculos tuos, ſcribeſque ea in limine & oſtiis domus tuæ.* Hæc ſunt verba legis divinæ & ſummi legiſlatoris Domini Dei, quibus apertiſſimè &

A) Lege, *Decretal. S. Greg. l. 5. tit. 7. de hæreticis.*
B) Lege, *Decretal. S. Greg. l. 1. tit. 1. de ſumma Trinitate, &c.*

A) Non verba, ſed ſenſum S. Aug. allegat, ut videre eſt.
B) Ita Hieronymus: *ſi quicquam eſt quod in hac vita ſapientem virum teneat, & inter preſſuras & turbines mundi æquo animo manere perſuadeat, id eſſe vel primum reor, meditationem & ſcientiam Scripturarum.*
C) Quæſt. 16. a. 1 & 2.
D) Lege, *ſigna.*
E) Lege, *præcipio.*

,, inſtantiſſimè vulgus & totum ſimul populum alloquitur. *Audi*, inquiens, *Iſraël*, & ad lectionem & ſtudium divinorum mandatorum & ſanctarum Scripturarum exhortatur: quomodo enim ad hoc apertius & inſtantius populum induceret quam quod ipſam legem ſemper in manibus & in cordibus, & ante oculos ubicunque exiſtentes in via vel in domo omnique tempore ipſi eam in memoria habere debeant, præcipiat & exhortetur? Nec fit hic mentio de clericis, quaſi hoc illis ſingulariter præcipiatur, imo, ut dicit Thomas A ubi prius, *non datur presbyteris ſpeciale mandatum de ſcientiâ legis divinæ, quia hæc ſcientia adeo eſt annexa officio ſacerdotali, ut cum injunctione officii ſacerdotalis pariter injungatur officium & uſus doctrinæ.* Item Pſalmo CXVIII. *Beati qui ſcrutantur teſtimonia* B *tua, in toto corde exquirunt eum.* Item Pſalmo I *Beatus qui in lege Domini meditatur die ac nocte.* Et ſine numero talia ponuntur in Veteri Teſtamento: ſequitur ergo quod non ſit prohibitum & vulgo & populo illitterato divinam legem relegere & ſcrutari, ſed eſt legis divinæ conſilium ad hoc inſtanter adhortantis. Quarto: Secundum præceptum Eccleſiæ laïci certo & debito tempore debent convenire ad Eccleſiam & ibi audire verbum divinum: ſed ſi eis Scripturam ſcire non licet ut quid eis prædicatur? quare non eadem vel ſimilia poſſunt legere in libris? cum forſitan melius & citius diſcerent ex libris quam ſermonibus, cum, ut dicit Philoſophus, *viſus valeat ad Doctrinam ſicut auditus.* Imo vero, ſecundum Beatum Auguſtinum x. Confeſſ. lib. *oculi ſunt ad cognoſcendum in ſenſibus principes.* Et revera parum diſcunt vel retinent laïci ex hoc quod in quindenâ vel minus audiunt quandoque prædicationem, & interdum parum intelligunt: & iſtud innuit Sanctus Joh. Chryſoſt. loquens ad populum ſuper Joh. Homil. x. C *Unam*, inquit, *vos omnes volo petere gratiam, antequam Euangelica tangam verba: ſed ne renuatis petitionem, neque enim grave quid & oneroſum peto, neque mihi ſolum qui accipio utile, ſed & vobis qui tribuitis, & multo magis vobis. Quid igitur eſt quod peto? ſecundum unam Sabbatorum vel ſecundum unum Sabbatum, eam quæ debet in vobis legi Euangeliorum viſionem, hanc ante hos dies in manibus accipiens unuſquiſque domi ſedens legat continuè, & multotiens circumſcrutetur cum diligentiâ ea quæ * injacentur, & inveſtiget ea benè, & quid quidem manifeſtum quid vero immanifeſtum notet, quid autem contrarium horum videtur: non enim parva à tali ſtudio & nobis & vobis erit utilitas: nam nos quidem non multo indigebimus labore ad manifeſtam faciendam eorum quæ dicuntur virtutem, mente vobis jam familiari factâ verborum horum cognitioni, vos autem acutiores & perſpicaciores hoc modo fietis, non ad auditionem ſolum neque ad diſciplinam, ſed ad docendum alios.* Quinto: Doctores Sanctæ Eccleſiæ, Hieronymus, Gregorius, Auguſtinus, Chryſoſtomus & alii in diverſis Epiſtolis & libris ſuis exhortantur & admonent laïcos ad ſtudium divinarum Scripturarum, ſed hoc nequaquam facerent ſi malum vel illicitum reputarent. Unde glorioſus Doctor Hieronymus ſcribens A ad Celantiam non ſolum laïcam ſed & mulierem inſuper in matrimonio conſtitutam, cui minus videtur competere ita eam inter cætera exhortatur: *Præcipua tibi ſit cura legem noſſe divinam, per quam poſſis præſentia cernere exempla Sanctorum, & quid faciendum ſit, quidve vitandum illius diſcere conſilio,* B *maximè implere divinis eloquiis animum, & quid opere exequi cupias ſemper corde meditari. Rudi adhuc populo & hominibus ad obedientiam inſuetis per Moyſen imperatur à Domino ut in ſignum memoriæ qua præcepta Domini recordentur per ſingulas veſtimentorum fimbrias habeant* C *tota hyacintini coloris inſignia, ut etiam caſu huc illucque reſpicientibus oculis mandatorum cæleſtium memoria naſcatur:* & infra: *Sint ergo divinæ Scripturæ ſemper in manibus, & jugiter mente volvantur.* Item idem ad Demetriadem virginem: *Maximè tibi ſanctarum Scripturarum ſtudium diligendum eſt, & illuminanda divinis eloquiis anima, & coruſcante Dei verbo Diaboli tenebræ repellendæ ſunt, cito enim fugit ille ab ea anima quam ſermo divinus illuminat, quæ cæleſtibus ſemper cogitationibus occupatur, in qua aſſiduum eſt Dei verbum, cujus vim nequam ſpiritus perferre non poteſt:* & infra: *Qua de re debes, ſæpe enim repeto quod ſemel fieri volo, ſanctas Scripturas ſine intermiſſione meditari, hiſque tuam replere mentem, & malis cogitationibus locum auferens divinis animum ſenſibus occupare, quantumque Deum diligas ex dilectione legis ejus oſtendere: unde Scriptura dicit: Qui timent Dominum requirunt quod beneplacitum eſt illi, & qui diligunt illum replebuntur lege ejus: tunc ſenties quantum te ad ipſius amorem adjuvet ſapientia, quantum in te ſit legis auxilium, & Domino cum David læta cantabis: In corde meo abſcondi eloquia tua ut non peccem tibi.* Hæc verba Hieronymi, & per plura alia verba idem Hieronymus in diverſis Epiſtolis viros & mulieres, virgines & viduas ſeu etiam maritatas exhortatur ad ſtudium divinarum Scripturarum. Item beatus Papa Gregorius ſcribens ad Barbaram & D quandam aliam virginem in fine Epiſtolz ſic dicit: *Xenia veſtra duas racanas libenter accepi, ſed tamen cognoſcite quod non mandatum credidi: nam vos de labore alieno laudem quæritis quæ fortaſſe adhuc ad fuſum manum nunquam miſiſtis, nec tantum me res iſta contriſtat quam opto ut ſacram legere Scripturam ametis, ut quando vos Omnipotens Deus viris conjunxerit ſciatis & qualiter vivere & domum veſtram diſponere quomodo debeatis.* Hæc Gregorius: item S. Auguſt. ſcribens ad fratres de eremo qui, ut idem Auguſt. dicit, pauciſſimis exceptis omnes erant illitterati, ad legendam tamen eos Scripturam divinam, præſertim de plana materia exhortatur, dicens: *Quærite in Scripturis, fratres, quomodo præcepta Dei ſervare poſſitis, quomodo Diabolum in eremo ſuperare debeatis,* E *quomodo pœnitentiam amplecti poſſitis quam Chri-*

A) 2ª, 2æ quæſt. 16, a. 1. & 2.

B) Lege, *ejus.*

C) Non Chryſoſtomo, ſed Auctori Latino tribuendum hoc Opus, aſſerit Dupinus, tomo 3. p. 30. col. 1. lin. 4. negat Bellarm. p. 120. l. 17.

A) Hanc Epiſtolam non Hieronyrni; ſed S. Paulini Nolani Epiſc. probat ſtyli diverſitas, ſic ſentrunt Benedictinus noſter & Dupinus tomo 3. p. 109. col. 1. l. 32. Contrà Bellarm. pag. 105. lin. 16 & 56.

B) *Maximum enim ad juſtitiam auxilium eſt, implere divinis eloquiis animum*, &c.

C) *Cum cocco hyacinthini coloris inſignia*, &c.

D) Antoniam: *Xenium veſtrum, duas racanas, quas de labore veſtro eſſe mandaſtis, libenter accepi. Sed tamen cognoſcite, quia non mihi mandatum credidi: nam vos de labore alieno laudem quæritis, quia fortaſſe adhuc ad fuſum nunquam manum miſiſtis: nec tamen me res iſta contriſtat, quia opto ut Sanctam Scripturam legere ametis: ut quandiu vos Omnipotens Deus*, &c.

E) *Quomodo patientiam, quam Chriſtus docuit, amplecti valeatis: hæc enim ſervus Dei* &c.

ſtus

ſtus docuit: hæc enim ſervus Dei ſemper legere & implere debet. Hæc Auguſtinus: ipſe etiam idem Auguſt. ſicut recitat in libro Retractationum ſuarum, librum ſuum de fide & operibus ad quoſdam ſcripſit laïcos, quos dicit fuiſſe divinorum eloquiorum ſtudioſos inquiſitores, nec tamen propter hoc eos vituperat vel ab hoc ſtudio eos retrahit, imo magis confirmat & collaudat, librum ſuum ſcribens & mittens eiſdem. Item Beatus Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus in ſuis admonitionibus integrum ponit ſermonem ſive admonitionem, qua communem populum perſuadeat & inducat ad lectionem & ſtudium librorum devotorum. Unde inter cætera dicit admonitione ſua XIII. *Attendite*, inquit, *rogo fratres ſi hoc dico quod non ignoratis: novimus etiam aliquos negociatores qui cum litteras non noverint requirunt ſibi mercenarios litteratos, & cum ipſi litteras neſciunt aliis ſcribentibus ratione ſua ingentia lucra conquirunt. Et ſi illi qui litteras neſciunt conducunt ſibi mercenarios litteratos ut acquirant terrenam pecuniam, tu quicunque es litteras non noſti, quare etiam non cum pretio & mercede rogas qui debeat tibi Scripturas divinas perlegere, ut ex illis poſſis præmia æterna conquirere? pro certo, fratres, qui hoc ſtudioſe requirit, credit quod illi in æternum prodeſſe poſſit, qui vero lectionem nec ipſe vult legere, nec legentem libenter audire, omnino non credit quod inde aliquid boni poſſit acquirere. Vos ergo fratres rogo & admoneo ut quicunque litteras noſcitis, Scripturam divinam frequentius relegatis, qui vero non noſcitis quando alii legunt intentis auribus audiatis. Lumen enim animæ & cibus æternus non eſt aliud niſi verbum Dei, ſine quo anima nec videre poteſt nec vivere: quia quomodo caro noſtra moritur ſi non capiat cibum, ita & anima noſtra extinguitur ſi non capiat Dei verbum.* Hæc verba Cæſarii Epiſcopi ad laicos ſeu illitteratos. Item S. Joh. Chryſoſt. ſuper Joh. morali XXXI. *Verecundemur*, inquit, *& erubeſcamus de reliquo: mulier quæ quinque viros habuit & Samaritana erat, tamen de dogmatibus facit ſtudium & tempus diei, non quod ob aliud quid abſceſſit, non aliud aliquid abduxit ab ea quæ circa talia eſt quæſtione. Nos autem non ſolum de dogmatibus non quærimus, ſed & de omnibus ſimpliciter & ut contingit diſponimus. Propter hæc omnia neglecta ſunt. Quis enim veſtrum, dicite mihi, in domo exiſtens libellum accepit Chriſtianicum in manibus & quæ injacent pertranſivit & ſcrutatus eſt Scripturas? nullus utique habet hoc dicere, ſed aleas quidem & cubos apud plures inveniemus eſſe, libros autem nuſquam ſeu apud paucos, ſed & hi his qui non habent ſimiliter diſponuntur, ligantes eos & deponentes ſemper in arcis vel ciſtis*, & cætera quæ ibi proſequitur. Ex quibus paucis poſitis ſatis apparet quanto ſtudio quantaque diligentia ſancti Doctores niſi ſint populum ad ſtudium & lectionem inducere Scripturarum & ſanctorum librorum. Sexto. Sacra Scriptura data eſt homini à Deo in adjutorium & adminiculum legis naturalis, ut videlicet quod homo per legem naturalem jam obfuſcatam ſeu minus illuminatam interius videre non potuit, divina Scriptura foris adjutus diſceret & videret, ut diſcerneret bonum & ipſum apprehenderet, & malum ejus vitaret: ſicut pulcre declarat Beat. Joh. Chryſoſt. in proœmio operis perfecti ſuper Matthæum, & S Auguſt. oſtendit ſuper Pſalm. LVII. unde propter hoc dicit Apoſtolus ad Rom. V. cap. *Peccatum non imputabatur cum lex non eſſet*, id eſt, *non reputabatur*. Cum enim lex divina nondum erat data nec Sacra Scriptura divinitus promulgata peccatum non imputabatur ſeu reputabatur, quia propter obfuſcationem legis naturalis homines peccatum non curabant, & peccatum eſſe peccatum non reputabant: cum igitur laïci continuo occupentur negociis ſecularibus & ſolicitudinibus, ac occupationibus terrenis, quibus oculus eorum interior, ſyndiæreſis & ratio, ſive lex naturalis tanquam pulveribus obfuſcatur, non utique videtur eis illicitum, imo vero valde neceſſarium quod hujuſmodi adminiculo devotorum librorum pro illuſtratione & adjutorio legis naturalis utantur, & certis temporibus ad ſe redeuntes de occupationibus legant, & in quibus exceſſerint in ſpeculo Scripturarum videant. Et ergo frivole & fruſtra quidam dicunt quod laïcos ſecularibus occupatos non decet intentos eſſe Scripturis divinis. Unde Sanctus Joh. Chryſoſt. in opere perfecto morali II. ſuper Matth. ita ait: *Quæ eſt reſponſio accuſationum illorum*, ſcilicet laïcorum, *qui ſacris libros non ſolent legere? Non ſum, ait, Monachus. Sed quid? uxorem habeo, puerorum & domus ſollicitudinem. Hoc eſt enim quod omnibus obfuit, quoniam illos ſolos æſtimant debere legere divinas Scripturas. Multo amplius vos indigetis. Illis enim qui in medio vertuntur & per ſingulos dies vulnera ſuſcipiunt maximè indigentia eſt medicinarum.* Hæc Chryſoſt. Item de hoc dicit beatus Fauſtus Epiſcopus in quadam homilia quæ in quibuſdam Eccleſiis ſolet recitari, loquens ad populum: *Lectiones*, inquit, *divinas, ſicut conſueviſtis, in Eccleſia libenter audite, & in domibus veſtris relegite, ſi enim aliquis ita fuerit occupatus ut ante refectionem Scripturæ divinæ non poſſit inſiſtere, non eum pigeat in convivio ſuo aliquid de divinis Scripturis relegere, ut quomodo caro paſcitur cibo, ſic anima reficiatur Dei verbo, ut totus homo exterior & interior de ſancto ac ſalutari convivio ſaturatus exſurgat, implentes illud quod beatus Apoſtolus hortatur & admonet, dicens: ſive manducatis, ſive bibitis, omnia in gloriam Dei faciatis.* Septimo. Ipſi laïci frequenter legunt & diſcunt carmina mundana, carnalia & Diabolica, ſecundum ſapientiam mundi compoſita, ad amorem mundi & carnis allectiva, & ad libidinem incitativa. Similiter legunt libros in vulgari editos de bello Trojano, de Rolandino, de formoſitate Dianæ, & ſic de aliis fabulis mendacibus ſeu hiſtoriis ineptis & inutilibus, de quibus dicit Apoſt. I. ad Tim. IV. *Ineptas autem & inutiles fabulas devita*; & tamen viri litterati & intelligentes propter hoc eos non reprehendunt vel prohibent: ſed ſatis irrationabile eſſet ſi amplius deberent laïci à Scripturis divinis prohiberi, quibus ad amorem Dei accenduntur, & ad deſiderium patriæ cæleſtis inflammantur, & ad mundi contemtum informantur quam à prædictis fabulis. Et ſuper hoc ſic loquitur Chryſoſt. corripiens populum ſuum in opere ſuo perfecto ſuper Matth. morali 2. *Quis enim veſtrum*, inquit, *hic ſtantium Pſalmum unum expetitus dicere, aut aliam partem divinarum Scripturarum, dicere poſſet? non eſt aliquis, & hoc non ſolum eſt malum, ſed quod ex ſpiritualibus excidentes ad diabolica eſtis igne vehementiores: etenim ſi vellet aliquis vos cantica perſcrutari diabolica & meretricales melodias, multos inveniet cum certitudine hæc ſcientes & cum multa ea annuntiantes voluptate*: & infra oſtendens divinæ quidem Scripturæ & ejus ſtudii utilitatem &

fructum, & prædictarum fabularum & carminum inutilem ſterilitatem ita dicit: *Si enim vis diſcere quanta Scripturarum eſt utilitas, ſcrutare te ipſum, qualis quidem efficieris Pſalmum audiens, qualis autem Sathani cum canticum, & qualiter diſponeris in Eccleſia morans, & qualiter in theatro ſedens, & videbis multum medium hujus & illius animæ: propterea Paulus dixit: Corrumpunt bonos mores omeliæ malæ: propterea continuarum nobis indigentia eſt earum quæ à ſpiritu ſunt incantationum.* Hæc Chryſoſt. Octavo Laici tenentur ſcire ea quæ expreſſe omnibus in divina lege præcipiuntur vel expreſſe prohibentur, ſecundum Doctores Theologiæ, & etiam ſecundum Juriſtas. Unde tenentur ad minus ſcire decem præcepta, & peccata mortalia in genere quæ expreſſe in divina lege ponuntur prohiberi, ita quod in talibus nemo ex ignorantia poterit excuſari, ſed potius ſecundum Apoſtolum 1. ad Corinth. XIV. A *qui ignorat*, talia ſcilicet, *ignorabitur*: ſi ergo talia tenentur ſcire, non utique peccant ſi legunt & diſcunt libros in vulgari editos de decem præceptis, & peccatis mortalibus aliiſque hujuſmodi pertractantes, & de hoc ſic loquitur Cæſarius Epiſcopus in admonitionibus ſuis: *Quando*, inquit, *aliquid de utilitate animæ proferimus nemo ſe excuſare conetur: non mihi vacat legere & ideo non poſſum Dei præcepta vel agnoſcere vel implere; nec dicas aliquis veſtrum, non novi litteras, ideo non mihi imputabitur quicquid minus de Dei præcepto implevero: inanis eſt & inutilis iſta excuſatio, fratres chariſſimi: primum eſt, quod lectionem divinam etiamſi aliquis neſciens litteras poteſt tamen libenter audire: qui vero litteras novit nunquid poteſt fieri quod non inveniat in libris quibus poſſit Scripturam divinam relegere?* Hæc ille: unde ſecundum beatum Hieronym. in Epiſtola ad Paulum: *Propter hoc Spiritus Sanctus ſtylum divinæ Scripturæ ita temperavit, imo propter hoc ita planus & apertus eſt ut omnibus congruat, ut nullus quantumcunque ruſticanus, vel illiteratus ab ea penitus excludatur, ſaltem ſecundum ſenſum litteralem*: unde dicit ibi: *Nolo*, inquit, *ut offendaris in Scripturis ſacris ſimplicitate & quaſi vilitate verborum quæ vel vitio interpretum vel de induſtria ſic prolata ſunt ut ruſticanam concionem facilius ſic inſtruerent, ut una eademque ſententia aliter doctus, aliter ſentiret indoctus.* Et propter hæc beatus Gregor. in proœmio Moralium dicit, quod *Sacra Scriptura eſt quaſi quidam fluvius planus & altus, in quo & agnus ambulet & elephas natet.* Nono. Multa ſunt juris poſitivi quæ laïci quilibet ſecundum ſtatum & officium ſuum ſcire tenentur, ita quod ignorantia juris poſitivi quod ipſi ſcire tenentur ex officio, laïcos non excuſet; ſecundum beatum Thom. in prima ſecundæ quæſt. LXXVI. Unde Judices & Scabini non excuſantur ſi falſe & injuſte judicant vel ſententiant, vel injuſte à ſubditis temporalia extorquent, tenentur enim ſcire ea quæ ad officia ſua pertinent. Unde illi qui reprehendunt in laïcis lectionem & ſtudium librorum Teutonicalium, multo melius facerent & Deo gratius agerent, ſi unicuique laïco perſuaderent ut quilibet ſecundum ſtatum ſuum & officium libros in vulgari editos haberet, quos illis temporibus legeret quibus ocioſis fabulis & negociis inutilibus ſolet occupari, & illis temporibus quibus in tabernis potantes & inebriantes ſe, tempus inutiliter & malè expendunt, circa lectionem ejuſmodi librorum impenderent. Sic enim Sancti populum docuerunt in ſuis ſermonibus, & quod ita ſit docendum in ſcriptis reliquerunt. Unde prædictus Epiſcopus Cæſarius: *Tollamus*, inquit, *à nobis fabulas vanas, mordaces jocos, ſermones ocioſos ac luxurioſos quantum poſſumus reſpuamus, & videamus ſi nobis non remanet tempus in quo lectioni divinæ vacare poſſumus: fugiamus prandia luxurioſa quæ nos occupant uſque ad veſperam, contemnamus cœnas quæ nos aliquoties, etiam in vitiis, uſque ad noctem mediam trahunt, in quibus & caro noſtra per ebrietatem debilitatur, & anima per turpiloquia & ſcurrilitates vulneratur forte, aut etiam moritur. Iſtas malas occupationes quæ animam & corpus debilitant fugiamus, & videbitis quod nobis remanet tempus in quo aliquid de ſalute animæ cogitemus: quando noctes longiores ſunt, quis erit qui tantum poſſit dormire ut lectionem divinam vel tribus horis non poſſit aut ipſe legere, aut alios legentes audire? Illi enim lectionem divinam legere non poſſunt, qui, ſicuti jam dictum eſt, uſque ad mediam noctem inebriari ſe contendunt.* Hæc Cæſarius. Nec poſſunt laïci ſe excuſare quod libros non habeant, atque idcirco divinam Scripturam non legant, quod pauperes ſint & libros ſibi non valeant procurare: nam contra tales ita loquitur Chryſoſt. ſuper Joh. *Eſt & alia occaſio his qui ita deſidioſi ſunt irrationabiliſſima, id eſt, non poſſidere neque habere libros: & ad divites quidem deriſio eſt pro hac exempli occaſione: quia vero pauperes multos hac abuti contingit, illud libenter interrogarem eos: ſi non omnia artis inſtrumenta, cujus unuſquiſque eſt operator, pleniter & integre habeant? qualiter igitur non inconveniens* B *cauſari inopiam, ſed omnia agere ut nullum uſquam fiat impedimentum, debentes autem tantam fructificare utilitatem, occupationem rerum & paupertatem prætendere.* Hæc Chryſoſt. Unde Servolus ille paralyticus de quo recitat Beatus Gregor. in C homilia XIII. licet fuit pauper, imo mendicus, libros tamen habuit: nam B. Gregor. inter cætera eum laudans de diligentia & ſtudio circa divinas Scripturas, ita ſcribit de ipſo: *A pueritia ſua*, inquit, *paralyticus erat, nequaquam litteras noverat, ſed Scripturæ Sacræ ſibimet codices emerat, & religioſos quoſque in hoſpitalitatem ſuſcipiens, hos coram ſe legere ſine intermiſſione faciebat: factumque eſt ut quantum ad menſuram propriam attinet, plenè Sacram Scripturam diſceret, cum, ſicut dixi, funditus litteras ignoraret.* Hæc Gregor. Planum eſt quod iſte Servolus laïcus & illitteratus erat, & libros in ſuo idiomate habuit, cum, ſecundum B. Gregor. litteras funditus ignoraret, nec ipſe legere ſciret, ſed ab aliis ſibi legi faciebat: ſequitur ergo quod non ſit laïcis prohibitum, ſed ubique à Sanctis conſultum, quod Sacram Scripturam legant & libros devotos ſtudeant. Decimo. Tota Scriptura primo & originaliter in tali idiomate eſt conſcripta in quo ab illis propter quos fuit ſcripta principalius, ab omnibus melius & generalius potuit intelligi: hoc intellige de Scriptura canonica. Totum enim Vetus Teſtamentum, ſecundum B. Hieronymum in diverſis Epiſtolis & prologis Bibliæ, pro maxima parte Hebræis Hebraico ſermone fuit conſcri-

A) *Si quis autem ignorat, ignorabitur*, verſ. 38.

B) Inibi aliquid deeſt, tale; *in rebus minoris momenti non cauſari inopiam*, quæratur textus Chryſoſt. ab Auctore enim non eſt annotatus. Similia iis quæ citat, reperies homilia 3. in Lazarum. Sed hæc homilia Chryſoſtomi non eſt: teſte Dupino tom. 3 p. 63. col. 2. l. 33.

C) Hom. 15. in Ezechielem.

ptum,

ptum, & totum Novum Teſt. in Græco, excepto Euangelio Matthæi quod Hebræis Hebraico ſermone conſcripſit, ſimiliter excepta Epiſtola Pauli ad Hebræos, quam, quia ſcripſit Hebræis, Hebraico ſimiliter ſermone dictavit. Et quidam etiam excipiunt Epiſtolam Pauli ad Romanos, quam, ut dicunt, ſcripſit in Latino. Et hoc dicit Frater Nicol. de Lyra ſuper ad Romanos: & in principio ſuper 1. ad Cor. Si igitur Apoſtoli & Prophetæ Spiritu ſancto inſpirati in illis Linguis libros ſuos ſcripſerunt, quibus vulgariter utebantur illi, quibus ſcripſerunt, nam Hebræi vel Judæi vulgariter loquebantur Hebraicè, ut notum eſt & ex Scripturis patet, & Græci Græcè, irrationabile videtur quod jam ſolum ipſa Scriptura legi debet in Latino, & non quocumque idiomate poſſit à legente melius intelligi. Si non licet Scripturam Sacram legi in idiomate vulgari, cur tunc ſancti Prophetæ, cur Paulus & Matthæus Apoſtoli non ſcripſerunt Judæis in Græco, vel Latino, vel quocunque altero quam eorum idiomate vulgari? Item, cur Paulus Græcis non ſcripſit Hebraicè vel Latinè, ſed ſcripſit in eorum idiomate vulgari? pueriliter ergo loquuntur qui dicere conſueverunt: ſi Sancti voluiſſent quod laïci Sacram Scripturam legerent, ipſi utique in vulgari idiomate Scripturas edidiſſent: nam hoc voluerunt, & ideo in eorum idiomate ſcripſerunt, ut eſt declaratum. Undecimo. Plures ſanctorum illis quibus prædicaverunt Scripturas divinas in alia Lingua jam editas ad idioma illorum quibus prædicaverunt tranſtulerunt, ut videlicet non ſolum audirent in ſermonibus, ſed etiam legerent ex libris. Nam ſic ſcribit B. Dorothæus de B. Bartholomæo Apoſtolo, dicens: *Bartholomæus Apoſtolus Indis prædicavit, qui & Euangelium ſecundum Matth. in propria eis Lingua tradidit.* Et de pluribus aliis invenire poterit qui Eccleſiaſticas Hiſtorias voluerit perſcrutari: ſed ſi illicitum eſſet hujuſmodi libros habere vel legere in idiomate vulgari, non utique Sancti eos tranſtuliſſent. Duodecimo. Sacra Scriptura ea de cauſa à magiſtris Eccleſiæ in Latinum verſa eſt eloquium, non ut quibuſdam propter Latini idiomatis ignorantiam lateret & eſſet occultata, imo magis ut divina Scriptura quæ prius uno idiomate edita paucis, id eſt, illud idioma ſcientibus erat cognita, omnibus generaliter fieret manifeſta: nam Latinum idioma cæteris eſt generalius. unde cum *notus* eſſet *in Judæa* tantum *Deus*, in Judæa quodammodo ſolum manſit Scriptura, cum autem *exivit ſonus* ejus *in omnem terram*, creſcente undique fide Chriſti, extum cœpit etiam *lex exire de Sion & verbum Domini de Jeruſalem*, ac divina Scriptura in diverſa idiomata tranſlata tanquam fluvius Paradiſi omnem terram irrigatura tranſiit omnes terminos terrarum & nationes gentium. Et hoc eſt, quod dicit Venerab. Beda in homilia de Sancto Matth. loquens de præmiſſa tranſlatione Scripturarum. *Quod*, inquit, *Euangelium*, (Sanctus Mathæus) *ad ædificandam fidem Eccleſiæ primitivæ quæ ex Hebræorum Eccleſiâ maximè collecta eſt, Hebræo ſermone compoſuit, dilatata autem per orbem Eccleſia & Græcis ac Barbaris in ejuſdem fidei unitatem confluentibus, curaverunt præſules fidelium ut idem etiam in Græcum Latinumque transferretur eloquium: quomodo etiam Marci, Lucæ & Johannis Euangelia quæ deinceps Græca Lingua ediderunt, mox in Latinum transfudere ſermonem, quatenus hæc omnes per orbem nationes legere & intelligere poſſent.* Hæc Beda. Si igitur propter hoc S. Scriptura in Latinum aliaque transfuſa eſt eloquia, ut hanc omnes per orbem nationes legere & intelligere poſſent, utique non propter hoc in Latinum transfuſa eſt eloquium, ut Latinum neſcientes eam legere vel intelligere non deberent: imo Marcus Euangeliſta hac de cauſa Euangelium ſuum ſcripſit, ut fideles Romani non ſolum in Eccleſiis verbum Dei audirent, ſed etiam domi foriſque in hujuſmodi meditationibus ſeu lectionibus permanerent, ut dicitur in 11. lib. Eccleſ. Hiſt. Tredecimo. Sancti Patres in Ægypto diligentiſſimè & cum ſummo deſiderio Sacram Scripturam ſtuduerunt, nocte ac die inde meditantes, ut dicit Caſſianus in 111. lib. de inſtitutis Patrum, & habetur ſimiliter in 11. lib. Eccleſ. Hiſt. & in multis aliis locis: & multa etiam ex eis pleniſſimè intellexerunt: attamen non habuerunt nec intellexerunt Scripturas in Latino vel Græco niſi fortè pauciſſimi: nam non habuerunt in Latino, quia, ſicut dicit Joh. Caſſianus, vix unus inter eos inveniebatur qui ſciret vel intelligeret Latinum. Unde cum Frater quidam Simon nomine Epiſtolas Pauli in Latino ſcripſiſſet & liber jam eſſet finitus, nulli alteri uſui aptus fuit niſi combuſtioni, eo quod vix aliquis inter eos potuit reperiri qui intelligeret Latinum, ut recitat idem Caſſianus v. lib. de inſtitut. Patr. Similiter non intellexerunt Græcum exceptis valde paucis, ut patet per eundem Caſſianum in Patrum collationibus, ubi dicit quod Patres ſibi loquebantur per interpretem, eo quod Græcum non intellexerunt, excepto uno vel fortè duobus. Erant enim, ſicut ex vitis Patrum & multis aliis hiſtoriis poteſt elici, illitterati pro majori parte. Unde videtur veriſimile quod Scripturam divinam in proprio habuerint idiomate & in eo legebant ſicut in Ægyptiaco vel conſimili. Unde B. Hier. dicit quod Paulus primus Heremita inſtructus fuit litteris Ægyptiorum: habent enim Ægyptii proprias litteras ſecundum Hug. de S. Vict. in didaſcalic. unde dicitur in Exodo, quod Moyſes inſtructus fuit omnibus litteris Ægyptiorum. Quartodecimo. Hebræi habent divinam Scripturam in ſuo idiomate, id eſt, Hebraico, Græci in Græco, Chaldæi in Chaldaico, Arabes in Arabico, Syri in idiomate ſuo, Gothi habent eam in eloquio Gothico, Ægyptii in Ægyptiaco, Indi in idiomate proprio, Ruſſi, Slavi, Gallici quilibet in ſuo: & fortè, ſi quis diligenter perſcrutari voluerit, in omni Lingua quæ ſub cœlo eſt: nam ut dicitur Act. 11. dato & miſſo Spiritu Sancto in Apoſtolos, [A] *viri religioſi ex omni natione quæ ſub cœlo eſt convenerunt & audierunt Apoſtolos loquentes magnalia Dei, unuſquiſque Lingua in qua natus erat.* In ſignum quod omni lingua eſſet lex Spiritus Sancti promulganda: quod autem Scriptura divina habeatur in ſermone Hebraico & Græco notum eſt omnibus; nam in his duabus Linguis Vetus & Novum Teſtam. primordialiter eſt conſcriptum, & in his Linguis divina Scriptura magis eſt authentica quam in Latino. Nam Scriptura in Latinum tranſlata ſemper ex editione Hebraica vel Græca corrigitur & emendatur ſi quando oritur ambiguitas Latini ſermonis, ſecundum Hieronym. in Epiſtola ad Suniam & Fretelam. Item, quod divina Scriptu-

A) Senſum, non verba refert.

ra habeatur in Chaldæo teſtatur B. Hieronym in diverſis Epiſtolis & Prologis, præcipuè in Prologo ejus ſuper Job. Jonathas enim filius Oziel ſcripſit totum Vetus Teſtam. ſermone Chaldaico, quæ editio Chaldaica in tantum etiam fuit authentica apud Judæos, ut ipſi ea uterentur quodammodo quaſi gloſſa veritatis Hebraicæ, quia in verbis aliquibus erat facilior quam editio Hebraica, ut dicit Frater Nic. de Lyra in quadam quæſtione. Item divina Scriptura habetur in Syro & Arabico: nam ex talibus Linguis B. Hieronym interdum aliquos libros tranſtulit, ut patet in Prologo Hieron. ſuper Job. item quod habeatur in Lingua Gothica manifeſtè patet in VIII. lib. Hiſt. Tripart. ubi legitur quod Vulphilas Epiſcopus Gothorum Sacram Scripturam convertit in Linguam Gothorum. Similiter habetur in Lingua Ægyptiaca, ut prius eſt dictum. Item in Lingua Slavica, qui, ut dicitur, adhuc hodiernis temporibus in propria Lingua ſolent divinum officium celebrare: ſimiliter Ruſſi illas Scripturas quas ſuſcipiunt videlicet Epiſtolas Pauli in proprio habent idiomate, ut omnibus eſt notum qui ibi fuerunt. Indi habent in ſua Lingua Euangelium à B. Bartholomæo tranſlatum, & ſi quæ alia, ſecundum B. Dorothæum. Item Servolus de quo, narrante Gregorio, quod libros emerat & legi ſibi faciebat, in qua Lingua niſi Gallica habuit qui omnino fuit illitteratus? & hæc de Scriptura canonica. Sed & ſancti Doctores & S. Scripturæ Expoſitores non omnes in Latino vel aliqua una Lingua libros ediderunt, ſed multi ſcripſerunt in Latino, ſicut eſt notiſſimum, multi in Græco, ſicut non minus eſt clarum de Athanaſio, Greg. Nazianz Joh. Chryſoſt. Euſeb. Cæſarienſi, Baſilio, Damaſceno, & pluribus aliis, quorum libri poſtmodum ad utilitatem univerſalis Eccleſiæ in Latinum ſunt tranſlati, ſicut & nonnulli Latini in Græcum ſunt transfuſi: multi etiam in alia Lingua, ſcilicet vulgari eorum & propria libros ediderunt: unde dicitur in IV. lib. Hiſt. Eccleſ. quod *tunc temporis innumeris hæreſibus pullulantibus Bardeſanes vir diſertiſſimus & vehemens dialecticus adverſus Marcionem alio'que nonnullos dialogos ſcripſit, quos propria Lingua compoſitos edidit: ſed & plura alia ejus extant volumina quæ diſcipuli ejus in Græcum vertere ſermonem.* Similiter Ephrem multos libros ſcripſit in Lingua Syra: unde habetur in VIII. lib. Hiſt. Tripart. *Hoc itaque tempore fuit Ephrem in Edeſſa, in Alexandria vero Didymus, & Ephrem Syra Lingua uſus ſpiritualis gratiæ radios emittebat, qui licet neſciret* [A] *Linguam Græcam, multos Græcorum eruditos redarguit, & totius hæreticæ pravitatis infirmitatem nudavit.* Si igitur S. Scriptura tam Canonica quam non Canonica in diverſis habetur idiomatibus conſcripta, & legitur penè in omnibus Linguis quæ ſub cælo ſunt, quæ eſt ratio vel quæ cauſa quod non debeat legi in Teutonico, ſicut legitur in Arabico vel Slavico? Quintodecimo & ultimo. Si eſt illicitum laïcis & illitteratis S. Scripturam legere, aut eſt illicitum quia malum, aut eſt illicitum quia prohibitum. Sed non eſt illicitum quia malum, tunc enim eſſet contra legem naturalem, ſecundum ſe malum, ſicut eſt furari, violentiam alicui inferre, & ſic legere S. Scripturam omnibus laïcis indifferenter eſſet malum & illicitum, cum lex naturalis omnes ſtringat, ſecundum Aug. III. Confeſſ. & Bern. in lib. de præcepto & diſpenſatione. Sed conſequens eſt manifeſtè falſum. Imo legere divinam Scripturam & ſcire eam eſt præcipuum inſtrumentum ut homo poſſit fieri bonus, & vitare malum. Nam ſecundum Hieronym [A] ad Demetriad. *ſicut melius eſt facere quam ſcire, ita prius eſt ſcire quam facere.* Nemo enim benè poteſt facere quod neſcit, unde *ſicut nemo poteſt eſſe bonus citharædus niſi habeat ſcientiam citharizandi non minus quam voluntatem vel uſum, ſic nemo poteſt fieri bonus niſi habeat ſcientiam boni, non minus quam ſi non haberet voluntatem vel uſum.* Ut dicit Anſelmus [B] in lib. de ſimilitudinibus. Item: malum non cavetur niſi cognitum, ſicut nec bonum amatur incognitum, ſecundum Auguſt. Unde dicit Apoſt. *Per legem autem cognovi peccatum.* Non eſt ergo malum ſcire etiam malum. Item, non eſt illicitum quia prohibitum. Quia nullibi nec in Theologia nec in Jure inhibitum reperitur, imo ubique recommendatum. Licet tamen verum ſit quod quidam libri ſermonum in vulgari editi articulos continentes hæreticales ſint prohibiti in quodam reſcripto: quod incipit, *Ad Apoſtolatus.* Sed boni & devoti libri non ſunt ibi prohibiti, imo magis ſunt per idem reſcriptum à ſenſu contrario approbati. Quare ſequitur quod non ſit laïcis illicitum S. Scripturam legere vel habere in Lingua propria, ſed eſt ipſis multum meritorium, à ſanctis & Doctoribus conſultum & laudatum. Et hæc de primo.

A) *Doctrinam.*

A) Hæc Epiſtola non Hieronymi eſt, ſed Pelagii, teſte Aug. L. de gratia x. id aſſerit Dupinus tom. 3 p. 132. col. 2. lin. 30. ſimiliter & Bellarm. p. 112. lin. 25.

B) Fertur ſub nomine S. Anſelmi, ſed immerito. Ità Bellarm p. 210 l. 34. Hunc Eadmero Anſelmi diſcipulo adſcribunt Dupinus tomo 8. p. 104. col. 1. l. 38. & noſtrates Benedictini.

EXCERPTUM ALTERUM
DE
PRECIBUS VERNACULIS.

HABENT etiam laïci quoſdam libellos Orationum in vulgari editos, ex quibus ſuis temporibus ſuas legere conſueverunt orationes atque mentis excitare devotionem: de quibus aliquibus videtur ambiguum an expediat laïcis quod ſuas orationes in Lingua propria legant, & non potius, more generalis Eccleſiæ, eas dicere debeant in Latino. Præcipuè cum legere quoſdam Pſalmos ad idioma vulgare tranſlatos ſoleant. Pſalmi autem difficulter poſſunt intelligi, ea autem quæ difficulter poſſunt intelligi non ſunt laïcis proponenda. Verum de hoc: utrum laïcis Latinum non intelligentibus magis expediat ſuas orationes in Latino dicere quam propria Lingua, nullus intelligens poterit merito ambigere vel rationabiliter dubitare. Cum Apoſtolus Paulus I. ad Cor. XIV. [C] expreſſe dicat & probet quod ſicut *melius eſt prophetare quam loqui Linguis,* id eſt, melius eſt, Scripturam ſeu doctrinam intelligere quam eam non intellectam diverſis Linguis ſcire proferre, ita eam orationem eſſe potiorem quæ ſimul affectum & intellectum

C) Senſum, non verba refert, verſ. 3. 4. 5.

reficiat quam eam quæ affectum tantum accendit. Unde dicit ibi: *Qui loquitur* A *Linguis oret ut interpretetur*. Id eſt; qui habet gratiam diverſis Linguis doctrinam ſeu Scripturam proferendi, oret ut ſibi detur gratia ea quæ proferre poterit intelligendi. *Nam ſi orem*, inquit, *lingua*, *ſpiritus meus orat*, *mens autem mea ſine fructu eſt: quid ergo* B? *orabo ſpiritu*, *orabo & mente*, *pſallam ſpiritu*, *pſallam & mente*. Ac ſi dicat: Si oro lingua orationem proferens quam non intelligo, ſpiritus meus, id eſt affectus, orat, & ad orandum accenditur, ſed mens, id eſt, intellectus manet ſine fructu, nec hujuſmodi oratione reficitur. Quid igitur? orabo ſpiritu, orabo & mente, ac ſi dicat: Nunquid igitur laborabo orare ſimul lingua & mente? ut ſcilicet lingua proferam & ea quæ profero intelligam. Cum hoc ſit melius quam primum, ſcilicet orare lingua tantum. Unde B. Ambroſ. exponens hæc verba: *Si oravero* C *lingua ſpiritus meus orat*, *mens autem mea ſine fructu eſt*: *manifeſtum eſt*, inquit, *ignorare animum noſtrum ſi Lingua loquatur quam neſcit. Sicut aſſolent Latini homines Græcè cantare*, *oblectati ſono verborum*, *neſcientes tamen quid dicant. Spiritus* D *ergo qui datur in baptiſmo ſcit quid oret animus dum loquitur aut perorat Lingua ſibi ignota*, *mens autem qui eſt animus ſine fructu eſt. Quem enim poteſt habere* E *profectum qui ignorat quæ loquitur? Quid ergo? orabo ſpiritu*, *orabo & mente. Hoc dicit*: *quod cum quis hac Lingua loquitur quam novit*, *tam ſpiritu quam mente orat*, *quia non ſolum ſpiritus ejus quem dixi datum in baptiſmo ſcit quid oratur*, *ſed & animus ſimili modo & de Pſalmo non ignorat*. Hæc ſunt verba B. Ambroſii. Quicquid autem ipſe dicit de hominibus Græcè cantantibus per omnia etiam intelligendum eſt de hominibus Teutonicis ſeu alterius idiomatis Latinum ignorantibus ſi in Latino ſuas orationes legant, ſicut quidam laïci qui Horas Canonicas aut alias orationes legunt in Latino. Ex quibus evidenter patet quod cæteris paribus melius & fructuoſius eſt ut homo orationes ſuas ea Lingua legat quam novit quam idiomate alieno ſive ignoto, etiamſi æqualem affectum haberet in utroque. Item cum quæritur utrum melius ſit laïcis orationes ſuas Lingua propria quam Latinè dicere, planum eſt quod de oratione vocali quæ lingua exprimi ſolet, quæritur, non de oratione mentali qua intus ſine verbis affectum ſive deſiderium noſtrum Deo pandimus. In qua virtus orationis conſiſtit, & quæ ſingulariter & propriè oratio meretur appellari, ſecundum Hugonem lib. de oratione. Oratio autem vocalis ad hoc præcipuè aſſumi debet ut excitemus interiorem devotionem qua mens orantis elevetur in Deum. Sicut dicit B. Aug. ad Probam, quod verbis & aliis ſignis ad augendum ſanctum deſiderium nos ipſos acrius excitamus. Et ergo ſicut dicit B. Thomas ſecunda ſecundæ quæſt. LXXXIII. art. XII. *pro tanto* F *utendum eſt hujuſmodi ſignis quantum proficiunt ad excitandum interius mentem.* Talia ergo verba ſunt in oratione aſſumenda quæ huic fini propter quem aſſumuntur verba, ſunt magis propinqua, id eſt, quæ nos amplius & melius excitant ad affectum & deſiderium & interiorem devotionem, ſed utique nulli dubium eſt quin homo illis verbis magis accenditur vel facilius compungitur quæ Deum implorant ejus miſericordiam invocando & propriam miſeriam oſtendendo, ſi hujuſmodi verborum ſignificationem intelligit, quam ſi ea verba ſolum proferat, non intelligens quid ſignificent aut quid vel quo Deum implorent. Revera enim *parvum profectum*, ſecundum Ambroſium, *habere poteſt*, *in oratione qui ignorat quæ loquitur*. Quomodo multum excitabitur in illis ſignis quorum ignorat ſignificata, niſi pro tanto quod in confuſo & in generali ſcit eſſe verba orationis quæ profert? Item B. Aug. dicit in regula ſua: *Pſalmis & hymnis cum oratis Deum*, *hoc verſetur in corde quod profertis in ore*. Sed quomodo laicus ea poteſt in corde ſuo revolvere vel attendere quæ profert orando in Latino qui quæ profert ignorat? imo vero cum pœnè totus fructus orationis conſiſtat in attentione, ſecundum Sanctos, hoc autem dicitur non de fructu meriti, quo homo in oratione, ſicut & in quolibet bono opere, meretur, nec etiam de fructu quo per orationem meretur exaudiri & impetrare quod petit, quia hæc non tantum conſiſtunt in attentione, imo poſſunt haberi ſine attentione, ex intentione primaria qua homo movetur ad orandum: ſed fructus orationis ille qui eſt animam interius reficere & ad devotionem excitare, hic maxime conſiſtit & oritur ex attentione, ſecundum Thomam. Poteſt autem, ſecundum Sanctos, in oratione vocali triplex vel quadruplex eſſe attentio. Una ſuperficialis, attendere videlicet quæ verba vel qualem Pſalmum quis legat, & ex hac attentione mens interior parum reficitur. Alia eſt attentio qua homo ſenſum litteralem Pſalmi vel orationis ſuæ attendit, & ex iſta attentione reficitur mens quando verba Pſalmi vel orationis quam legimus aliquam devotionem ad litteram ſonant. Sic ut ibi: *Miſerere mei Deus. Domine ne in furore.* Tertia attentio eſt intellectualis, quando etiam ex verbis Pſalmi vel vocalis orationis trahitur ſenſus ſpiritualis, & hac attentione ſemper poteſt mens humana refici. Quarta poteſt eſſe attentio quando homo attendit Deum & rem pro qua orat. Licet autem laicus primam attentionem poteſt habere ſi orat in Latino, in qua ut dictum eſt, non magnus eſt fructus, & etiam quartam, licet non ita benè ſicut ſi oraret in Lingua propria, tertiam autem & ſecundam attentionem quæ communibus hominibus magis proficiunt & magis ſunt in prompto in tali oratione non poteſt habere laïcus in Latino orans. Quomodo enim attenderet ſenſum orationis, cujus ſenſum neſcit nec intelligit? aut quomodo ſpiritualem ſenſum ex illa oratione trahet, cujus nec ſenſum litteralem intelligit, & cujus ſignificationem verborum ignorat? ſequitur ergo quod ſine dubio melius & fructuoſius eſt laicis ſe exercere in orationibus in Lingua quam intelligunt quam ea quam ignorant. Sed quæri poteſt: utrum magis expediat quod laïci habeant aliquos Pſalmos tranſlatos, quos orantes legant, quam quod in orationibus quibuſdam planis verbis compoſitis contententur? Ad quod dici poteſt: quoniam, ſicut dictum eſt, oratio vocalis & alia ſigna ad hoc in oratione aſſumuntur ut per ea affectus hominis inflammatus ad Deum fervidius elevetur, quidam vero laïci magis afficiuntur & magis accenduntur per orationes planis & uſi-

A) *Lingua*, verſ. 13.
B) Adde, *eſt*? verſ. 15.
C) Lege, *orem*. verſ. 14.
D) *autem*.
E) *fructum*.
F) *tantum eſt*, &c.

,, uſitatis verbis compoſitas, & his forte tales orationes magis expediunt; alii autem & maximè devotiores ſæpius magis accenduntur & magis afficiuntur circa Pſalmos & antiphonas, & his fortè in hujuſmodi expedit ſe exercere, & ſecundum hoc libellos orationum habere. Vel certè, ſicut in quadam collatione Patrum dicitur, unus & idem homo diverſis temporibus ſecundum quod aliter affectatus fuerit alio & alio delectatur & magis elevatur genere orationis. Unde fortè magis expedit ut laïci & quaſdam orationes verbis uſitatis & planis compoſitas habeant, & ſimiliter aliquos Pſalmos in proprio idiomate habeant transfuſos. Nec obſtat quod Pſalmi difficulter & cum labore intelliguntur. Non enim propter hoc legunt Pſalmos ut plene eos intelligant, videlicet ut ſciant in cujus perſona canantur, & quis ſenſus ſecundum hoc congruat, ſed ad hoc tantum ut aliquem ſenſum affectui ſuo congruentem inde trahant & devotionem accendant. Si enim laïci propter hoc Pſalmos legere non deberent quia non intelligunt, multo minus deberent in Latino legere, quod tamen eſt toto orbe conſuetiſſimum: in Latino enim penitus nihil intelligunt ſuper quo poſſit affectus inniti & unde poſſit affici, in propria autem Lingua ad minus intelligunt ſignificationem verborum, & ſæpe ſenſum litteralem, & interdum fortè extrahunt ſenſum ſpiritualem. Sunt enim multi Pſalmi qui cuilibet oranti convenire poſſunt, & quos ſibi applicare poteſt, & in talibus naſcitur laïcis fructus ſi verborum intelligit ſignificata. Imo pauci ſunt Pſalmi, quorum non aliqui verſus ipſis convenire poſſunt pro affectu inflammando. Item, ſicut dicit Hugo de S. Victore, & in quadam collatione Patrum habetur, *ſæpe affectus orantis intellectum ſibi format Pſalmi vel orationis. Nam ſæpe orantis affectus ad rem pro qua orat verba ſibi aſſumit Pſalmi, applicans ut ſibi conveniunt, quod utique non eſt illicitum.* Et ſic non eſt illicitum quod laïci Pſalmos in proprio idiomate legunt. Unde glorioſus Doctor Hieronym. in laudem urbis Bethlehemiticæ in Epiſtola ad Marcellam A) recitat quod omnis ibi vulgus Pſalmos legere ſolebat. *In Chriſti*, inquit, *villula, ut ſupra diximus, tota ruſticitas extra Pſalmos ſilentium eſt. Quocunque te verteris, arator ſtivam tenens allelujah decantat, ſudans meſſor Pſalmis ſe avocat, & curva attondens vitem falce vinitor aliquid Davidicum canit. Hæc ſunt in hac provincia carmina, hæ, ut vulgo dicitur, amatoriæ cantiones.* Et ut ſanctæ Paula & Euſtochium ad eandem ſcribunt Marcellam, *hic ibidem Paſtorum ſibilus, hæc arma culturæ.* Et Chryſoſt. redarguendo populum ait ſuper Matth. in opere perfecto morali 11. *Quis enim*, inquit, *veſtrûm hic ſtantium Pſalmum unum expetitus dicere aut aliam partem divinarum Scripturarum, &c.*

A) In Epiſt. Paulæ & Euſtochii ad Marcellam, non verò Hieronymi ad Marcellam. Sic noſter Benedictinus, in 2. part. tom. 4. pag. 552. lin. 4.

Antequam de Oppido Zutphanienſi manum tollamus, addimus ex veteri Codice Pergameno MS. quem penes nos habemus, & ex quo pleraque alia hic inſerta deprompſimus, huc pertinens

Inſtrumentum Compoſitionis inter Decanum & Capitulum factæ ſuper quibuſdam conſuetudinibus Eccleſiæ Zutphanienſis.

,, *In Dei nomine Amen.* Per præſens publicum Inſtrumentum cunctis evidenter ſit notum, quod de diſcordia & controverſia, quæ vertebatur inter Dominum Joannem Bollenegèr Decanum ac Canonicum pronunc noviſſimum Eccleſiæ Zutphanienſis, Trajectenſis Diœceſis, ex unâ parte; Et Capitulum ejuſdem Eccleſiæ ex alterâ parte. Quæ quidem talis erat; petebat namque dictus D. Decanus à dicto ſuo Capitulo oblationes ad Præbendam Subdiaconalem ſpectantes, & quampluryma alia in articulis infraſcriptis comprehenſa, quæ dixit ſibi competere, quædam ratione ſui Decanatus, quædam ratione ſuæ Præbendæ. Quæ quidem Capitulum, ut videtur, penitus negabat; propter quod idem Dominus Joannes Decanus ex una parte, & Gerardus de Brunchorſt, Arnoldus Pelegrim, Wilhelmus Occerman, Arnoldus Laſt, & Henricus de Maleya Canonici Capitulares dictæ Zutphanienſis Eccleſiæ, Capitulum ejuſdem Eccleſiæ pronunc facientes, ex parte alterâ compromiſerunt communiter & concorditer in Dominum Heymericum de Hellu eorum con-Canonicum & Scholaſticum tanquam in arbitrum & arbitratorem amicabilem compoſitorem & bonum virum, promittentes pro ſe ad invicem, ſcilicet una pars alteri viciſſim ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde intervenientibus, & ipſæ ambæ partes dicto arbitro & arbitratori pro ſe ſtipulato ſtare; parere, & obedire, & non contravenire de jure vel de facto aliqua ratione vel cauſa, arbitrio, diffinitioni, & pronuntiationi ejus, quam vel quas idem arbiter & arbitrator inter eos ſuper infraſcriptis articulis, aut eorum aliquo, ſeu prædictorum occaſione dixerit, pronuntiaverit, diffiniverit, & fuerit arbitratus. Unde idem Dominus Heymericus à ſupradictis partibus communiter, ut prædicitur, ad hoc electus, in ſe onus hujuſmodi arbitrii ſeu arbitrationis & pronuntiationis aſſumens de voluntate partium arbitratus fuit & eſt in hæc verba: Ego Heymericus de Hellu Scholaſticus Eccleſiæ Zutphanienſis, Trajectenſis Diœceſis ad articulos datos per Decanum dictæ Eccleſiæ contra Capitulum Eccleſiæ ejuſdem, pronuntio & dico ſecundum jura & conſuetudines præfatæ noſtræ Eccleſiæ, meliori quo valeo judicio ſcientiæ & conſcientiæ meæ, prout eas tempore, quo ejuſdem Eccleſiæ Canonicus exſtiti, obſervari vidi, & a meis Prædeceſſoribus hactenus obſervatas eſſe audivi. Et primo, videlicet de oblationibus ad Præbendam Subdiaconalem ſpectantibus, quas dicit Decanus ſibi competere, dico, quod cum Canonicus habens Præbendam Subdiaconalem vel Diaconalem promotus fuerit in Decanum, ſtatim gradum illum, ſcilicet Subdiaconalem vel Diaconalem tam in officii miniſtratione, quod eidem gradui incumbit, quam etiam in emolumenti perceptione, quod ratione ejuſdem miniſtrationis debebatur eidem, videlicet portionem oblationum mortuariorum dicto gradui competentem penitus hunc dimittet, & tunc ad gradum ſtatus Sacerdotalis adſcen-

Digitized by

adſcendet portionem dictarum oblationum cum cæteris Canonicis Præbendas Sacerdotales habentibus coæqualem recepturus; & ſi talis Decanatui poſtmodum ceſſerit, tunc ad priſtinum, aut aliàs ſibi competentem gradum, ac ſi ad Decanatum nunquam promotus extitiſſet, illico rediturus eſt, officia dicto gradui incumbentia facturus ut antea, dictique emolumenti congruam portionem eidem gradui competentem inde ſublaturus. Item de plena præſentia, quam dicit Decanus ſibi tanquam novo Canonico competere, dico, quod nec plena, nec ſemipræſentia debetur Canonico noviter intranti, quo uſque annos exſpectationis compleverit, & ad perceptionem emolumentorum omnium per Capitulum ſit admiſſus, his exceptis, qui ſuper privilegio ſuſcepti regiminis reſident, quibus ſemipræſentia & non amplior miniſtratur. Item de annona abſentium dico, quod hujuſmodi annona cedit in relevationem expenſarum tam in libris & ornamentis, quam etiam ad cæteros uſus, & utilitatem Eccleſiæ & Capituli per Officiatum factarum. Si quid verò factâ computatione per eundem Officiatum de dicta annona ſuperfuerit, hoc inter Canonicos reſidentes, qui aſſiduis ſervitiis & officiis Eccleſiæ intereſſunt, & pondus diei & æſtus ferunt, æqualiter diſtribuitur. Si autem non ſufficeret, tunc ex propriis ſingularium Canonicorum reſidentium burſis hujuſmodi ſuppletur defectus. Item de exſpiratione trium annorum dico, quod Canonicus habens Præbendam Canonicalem, quam per alterius obitum ſit adeptus, fructus Præbendæ illius exſpectare debet per tres aut duos annos, ſecundum quod tempus obitus prædeceſſoris ipſius exigit ſeu requirit; nam ſi prædeceſſor obierit ante completam pulſationem Completorii in Vigilia B. Martini hyemalis gaudebit fructibus ipſe defunctus anni termino illius in quo mortuus eſt, & ſucceſſor exſpectabit tunc per duos annos, qui incipiendi ſunt in die beatæ Walburgis proximo ſequenti, quorum duorum annorum fructus cedent Capitulo ad uſus Capituli & Eccleſiæ ſuperius ſufficienter expreſſos. Sed ſi ſupervixerit Prædeceſſor dictam pulſationem Completorii, ſucceſſor exſpectabit per tres annos, dictâ die Walburgis incipiendos, & gaudebit tunc defunctus non ſolum fructibus anni, in quo mortuus eſt, verum etiam & fructibus unius de tribus annis prædictis, ſcilicet anni proximè ſequentis, & reliqui duo anni ſicut jam dictum eſt, cedent Capitulo, ſic quod Capitulum ſemper habeat duos annos, & defunctus unum vel duos juxtà exigentiam temporis obitus ſui, ut jam ſatis eſt notatum. Quod dictum eſt de Canonico per obitum cujuſcunque intrante, intelligendum eſt etiam de Canonico per renunciationem, vel privationem cujuſcunque, aut aliàs quocunque modo Præbendam prædeceſſoris, niſi quis Præbendam per viam permutationis adeptus fuerit; talis namque eundem ſtatum & locum intrat, in quo Canonicum illum, cum quo beneficium ſuum permutavit, invenit, hoc tamen inter cætera præcipuè obſervato, quod omnis novus Canonicus, præterquam in Decanum fortaſſis eligi contigerit, ut ſuprà dictum eſt, ſive per obitum, ſive per mutationem, aut aliàs quovis modo Præbendam adeptus fuerit, gradum Subdiaconalem cum onere & emolumento, ipſius ſtallum quoque, & locum in Choro, & Capitulo infimum obtinebit, donec ſucceſſu temporis ad gradum, ſtallum, & locum ſuperiorem, vita ſcilicet comite, gradatim eum adſcendere contigerit. Item de Juramento obedientiæ faciendo dico, quod poſtquam novus Canonicus Juramentum ſolitum de obedientiâ Decano pro tempore exiſtenti faciendâ ſemel fecerit, non tenetur ipſum unquam poſtea renovare. Item de præſentiis tam in pane quam in pecuniâ exiſtentibus, quas dicit Decanus ad Decanatum ſpectare, dico, quod omnes præſentiæ tam in pane quam in pecunia exiſtentes duodecim Canonicorum ſunt, & non Decani, aut aliûs cujuſcunque Canonici non exiſtentis, niſi forſan eidem Decano aut alii cuicunque quidquam ſpecialiter ſit legatum, & diſtribuuntur æqualiter dictis Canonicis reſidentibus præſentibus in Choro, exceptis his, qui ſuper dicto privilegio ſuſcepti regiminis reſident, quibus, ut ſuprà dictum eſt, non coæqualis, ſed ſemi-portio de eiſdem miniſtratur, excepta etiam tredecima parte maldri tritici, cujus medietas in primis exequiis defunctorum Confraternitatem habentium, reliqua vero medietas in triceſimis eorundem in panibus offerri ſolet; quæ quidem tredecima pars Cuſtodi debetur Eccleſiæ Zutphanienſis prædictæ; de quatuor inſuper panibus, qui in Anniverſariis quorundam defunctorum offerri aſſolent, duo debentur eidem: offeruntur etiam interdum in primis exequiis quorundam defunctorum quatuor panes ad altare, quorum unus debetur Sacerdoti Miſſam cantanti, ſecundus Diacono, tertius Subdiacono, quartus verò dicto debetur Cuſtodi. Item de oblationibus Curæ dico, quod in Eccleſia noſtra Zutphanienſi duodecim ſunt Præbendæ, quarum ſex ſunt ſacerdotales, quas habent ſex Canonici pro tempore exiſtentes in Canonicatu ſeniores; quatuor Diaconales, quas habent quatuor Canonici ſubſequentes & immediatè juniores; & duæ Subdiaconales, quas habent duo Canonici novitiores, ſeu noviſſimi, cæteris omnibus juniores: oblationes verò provenientes ad dictam Eccleſiam, quarum quædam appellantur oblationes Curæ, quædam funerum ſeu mortuariorum inter dictos Canonicos & Decanum pro tempore exiſtentes condividuntur per hunc modum: Decanus qui pro tempore fuerit, Canonicus aut non Canonicus, exiſtens principalis Curatus Eccleſiæ, & dicti Canonici Præbendas ſacerdotales habentes, reſidentes, & in ordine ſacerdotii conſtituti coöperatores in dicta Cura præter hunc, qui Præbendam, quæ Capellani Comitis appellatur, habuerit, dictas oblationes Curæ æqualiter inter ſe, ſi omnes ſint aut pauciores, reſidentes, & in ſacerdotio conſtituti percipiant, & condividant, nihil penitus dicto Canonico Præbendam Capellani Comitis habenti, aut cæteris inferioribus Canonicis de eiſdem Curæ oblationibus tribuentes: oblationes quidem funerum ſeu mortuariorum in quatuor dividuntur partes coæquales, quarum quidem unam partem dicti duo Canonici Præbendas Subdiaconales habentes, reſidentes, & in ordine Subdiaconatus conſtituti, æqualiter, ſi ambo ſint, inter ſe condividunt, & ſi ſolus ſit, ſolus dictam quartam partem ſibi tollet; ſecunda pars earundem oblationum debetur dictis quatuor Canonicis Præbendas Diaconales habentibus, reſidentibus, & in ordine Diaconatûs conſtitutis, & hanc, ſi omnes quatuor ſint, aut etiam pauciores ſimiliter æqualiter inter ſe condividunt, & ſi contingeret aliquem eorum

Digitized by Google

,, ſolum eſſe, hic ſolus ipſam quartam partem,
,, ſicuti dictum eſt de Subdiaconis, totam ſibi
,, tollet: reliquas verò duas partes dictarum obla-
,, tionum, funerum, ſeu mortuariorum ſupradicti
,, Decanus & Canonici Præbendas ſacerdotales
,, habentes, æqualiter inter ſe condividunt, ſicu-
,, ti oblationes Curæ ſupradictas, ſic quod dictus
,, Decanus, Canonicus, aut non Canonicus, exi-
,, ſtens, ut dictum eſt, ſit & eſſe debeat tam de
,, oblationibus Curæ, quam etiam funerum ſeu
,, mortuariorum in coæquali cum ſupradictis Ca-
,, nonicis, Præbendas ſacerdotales habentibus,
,, condiviſione particeps, & de portione hujuſ-
,, modi omninò contentus. Præterea eſt ſcien-
,, dum, quod onus præfatis Canonicis ob perce-
,, ptionem dictarum oblationum incumbens tale
,, eſt, videlicet, quod dicti Canonici Præbendas
,, ſacerdotales habentes ob perceptionem dicta-
,, rum oblationum Curæ, aut funerum ſeu mor-
,, tuariorum aſtricti ſunt dicto Decano in coö-
,, peratione Curæ, & ſuas in Choro & in cryptâ
,, per ſe aut alios idoneos Presbyteros ſervare
,, ſeptimanas; Diaconi verò & Subdiaconi Ca-
,, nonici aſtricti ſunt per ſe vel per alios idoneos
,, Vicarios, aut Chori-ſocios, Evangelia & Epi-
,, ſtolas totius anni in Choro legere, ac dictis
,, Decano & ſuis in Cura coöperatoribus; aut
,, eorum vice-gerentibus, infirmos cum Sacra-
,, mento viſitantibus aſſiſtere, hoc tamen addito,
,, quod dicti Canonici in majoribus feſtivitati-
,, bus, quibus per Canonicos hactenus deſerviri
,, conſuetum eſt, per ſe ipſos utique, aut alios
,, Con-Canonicos ſubrogatos Miſſarum præcipue,
,, & aliarum horarum ſolemnia more ſolito per-
,, agant, & in eiſdem debitè adminiſtrent. Inſu-
,, per ſciendum eſt, quod ſi contingeret forſan
,, de dictis Canonicis Præbendas ſacerdotales ha-
,, bentibus aliquem, aut etiam Decanum prædi-
,, ctum ſolum Sacerdotem reſidere, cæteris non
,, reſidentibus, aut etiam ordine ſacerdotii non
,, promotis, dictus Canonicus aut Decanus di-
,, ctas partes oblationum, funerum, ſeu mortua-
,, riorum, ac omnes ſupradictas oblationes Curæ
,, ſolus integrè ſibi tollet, onera debita & con-
,, ſueta dicto gradui ſacerdotali incumbentia ſo-
,, lus inde ſupportaturus. Præterea ſi contingeret
,, gradum infimum, ſcilicet Subdiaconalem, am-
,, bobus ſuis Canonicis vacare, ita quod neuter
,, eorum reſideret, aut ad ordinem ſui gradus
,, promotus non exiſteret, tunc junior de ſupra
,, dictis Canonicis Præbendas Diaconales haben-
,, tibus ad ipſum Subdiaconalem gradum deſcen-
,, det, locum ejuſdem gradus cum onere & emo-
,, lumento ipſius occupaturus, quouſque alterum
,, ſaltem dictorum duorum Canonicorum Præ-
,, bendas Subdiaconales habentium in ſacris pro-
,, motum reſidere contingat. Idem eſt de gradu
,, Diaconali; nam ſi contingeret ipſum gradum
,, ſuis quatuor vacare Canonicis, ita quod nullus
,, eorum reſideret, aut ad ordinem ſui gradus
,, promotus non exiſteret, tunc junior Canoni-
,, cus de ſupra dictis Canonicis Præbendas ſacer-
,, dotales habentibus ad ipſum gradum Diacona-
,, lem deſcendet, locum ejuſdem gradus cum
,, onere & emolumento ipſius occupaturus, quo-
,, uſque unum ſaltem de dictis quatuor Canonicis
,, Præbendas Diaconales habentibus ad ordinem
,, Diaconatus promotum reſidere contingat. Præ-
,, terea cum ſupra dictæ ſingulæ oblationes ſin-
,, gulis debeantur Canonicis antedictis ratione
,, Officii, adminiſtrationis, & ſervitii, quod cui-
,, libet juxtà gradum ſuum incumbit, ut dictum
,, eſt, ideo Canonico ad ordinem dicto ſuo gra-
,, dui competentem non promoto, quia per ſe
,, ipſum Officium exercere non poteſt, de ſupra
,, dictis omnibus oblationibus quidquam tollere
,, non licebit. Item ſciendum quod oblationes,
,, quæ offeruntur in tribus Miſſis Natalis Domi-
,, ni, ſcilicet *Dominus dixit ad me*, *Lux fulgebit*,
,, & *puer natus eſt nobis*, inter ſupra dictos De-
,, canum & duodecim Canonicos reſidentes, &
,, in ſacris conſtitutos æqualiter diſtribuuntur.
,, Item ſi dictum Decanum, aut quemquam de
,, Canonicis omnibus ſupradictis per ſex ſeptima-
,, nas integras continuatis diebus abeſſe contin-
,, geret, hic niſi a Capitulo miſſus, & in nego-
,, tiis ipſius præpeditus, ab omnibus ſupra dictis
,, oblationibus Curæ, funerum ſeu mortuario-
,, rum, nec non trium Miſſarum prædictarum,
,, nulla ſibi excuſatione ſubveniente, ipſo facto,
,, ſine aliqua citatione vel monitione eidem fa-
,, cienda, eſt ſuſpenſus uſque ad initium novi an-
,, ni, qui incipit de beatæ Walburgis prima die
,, Maji, de eiſdem oblationibus ſuſpenſus utique
,, permanſurus. In quorum omnium teſtimonium
,, & certitudinem pleniorem, ego Heymericus
,, de Hellu Scholaſticus Eccleſiæ Zutphanienſis
,, prædictus præſens publicum inſtrumentum per
,, Reymboldum de Beynen, Notarium publi-
,, cum infra ſcriptum, ſcribi & publicari manda-
,, vi, meique ſigilli appenſione muniri feci. Da-
,, tum & actum in loco Capitulari Eccleſiæ Zut-
,, phanienſis prædictæ Anno Domini milleſimo,
,, trecenteſimo, quinquageſimo primo, indictio-
,, ne quarta, menſis Februarii die viceſima ſex-
,, ta, hora ſexta vel quaſi, præſentibus ibidem
,, diſcretis viris Dominis Wernero de Oldenzele,
,, Werenboldo de Marnii Vicariis perpetuis Ec-
,, cleſiæ Zutphanienſis ſupradictæ, & Johanne
,, Ludolphi Presbytero & Chori-ſocio Eccleſiæ
,, ejuſdem, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecia-
,, liter & rogatis.

Huic accedit ex eodem codice MS. proceſſus *Johannis de Arckel*, Epiſcopi ſuper obſervatione Lis alia.
Statuti facti Decretali Clementis Papæ quinti, quæ incipit: *Ut hi qui in divinis* &c.

,, *Johannes*, Dei gratiâ Epiſcopus Traj. dile-
,, ctis nobis in Chriſto Curato Eccleſiæ novi op-
,, pidi Zutphanienſis, ac univerſis & ſingulis
,, Eccleſiarum Curatis ac Presbyteris & Clericis
,, nobis ſubditis, ad quos præſentes litteræ per-
,, venerint, Salutem in Domino. Ex debito Pa-
,, ſtoralis officii ad hoc obnixius adſtringimur,
,, ut defectus, errores, & abuſiones, morumque
,, ſubverſiones, quos in ſubjectis nobis Eccleſiis,
,, ac eorundem Miniſtris grege nobis commiſſo
,, ſubortos eſſe perſpexerimus, vigili ſollicitudi-
,, nis cura more veri Paſtoris, auxiliante Domi-
,, no in melius reformemus. Sane cum in Eccle-
,, ſia S. Walburgis Zutphan. Collegiatâ noſtræ
,, Diœceſis a prima ſui fundatione & dotatione,
,, ſicut accepimus, duodecim ſemper fuerint, &
,, adhuc ſint Præbendæ Canonicales, ad quas
,, ſucceſſu temporis gradatim adſcenditur, quo-
,, rum ſex ſunt Sacerdotales, quas habent ſex
,, Canonici pro tempore exiſtentes in Canonica-
,, tu ſeniores; quatuor verò Diaconales, quas
,, habent quatuor Canonici immediatè pro tem-
,, pore exiſtentes in Canonicatu juniores, ac duæ
,, Subdiaconales, quas habent duo noviſſimi,
,, cæteris omnibus pro tempore in Canonicatu
,, juniores, & nonnulli ſpecialiter D. Egbertus
,, de

„ de Eze, & Johannes de Doernic, prout ad nos
„ dudùm pervenit, earundem Præbendarum jam
„ actu Canonici, qui ſic gradatim de Præbendis
„ Subdiaconalibus ad Diaconales & ſacerdotales
„ Præbendas aſcenderunt, ſe ad ordines eiſdem
„ ſuis Præbendis annexos promoveri hucuſque
„ recuſaverint, & adhuc recuſent, in Omnipo-
„ tentis Dei offenſam, & ſuarum periculum ani-
„ marum. propter quod etiam eadem S. Wal-
„ burgis Zutphan. Eccleſia gravia aſſiduè in di-
„ vinis officiis diſpendia patitur incommoda, &
„ detrimenta. Nos igitur volentes diſpendiis, er-
„ roribus, & inconvenientiis hujuſmodi, quan-
„ tum in nobis eſt, opportunis in Domino re-
„ mediis celeriùs obviare, vobis & cuilibet ve-
„ ſtrum, qui ad hoc requiſiti fueritis, in virtute
„ ſanctæ obedientiæ præcipimus, quatenus viſis
„ præſentibus accedentes ad præſentiam Egberti
„ de Eze, & Johannis de Doernic prædictorum,
„ ac Dominorum Decani & Capituli Eccleſiæ
„ Zutphan. prædictæ, ſi eorum copiam habere
„ potueritis, ſin autem, ad eorum Eccleſiam
„ prænominatam, & convocatis ibidem Presby-
„ teris & Clericis ejuſdem Eccleſiæ, ac aliis te-
„ ſtibus idoneis, ſi opus fuerit, quos ad hoc con-
„ vocare potueritis, moneatis palam & publicè
„ eoſdem Egbertum & Johannem, ac omnes ſu-
„ pradictæ Zutphan. Eccleſiæ Canonicos Præ-
„ bendatos vobis per præſentium exhibitorem
„ nominatos ſeu nominandos in ſpecie, nondum
„ ad ordines, dictis ſuis Præbendis annexos, pro-
„ motos, ut infra hinc & craſtinum Octavæ
„ Sanctæ Trinitatis proximè futuræ, quæ eſt
„ ultima dies menſis Maji, ſe faciant ad eoſdem
„ ordines promoveri ſub pœnis, & periculis in-
„ fra ſcriptis, videlicet, quod ſi non fecerint,
„ ex tunc eodem termino elapſo, donec ad eoſ-
„ dem promoti extiterint, juxta Decretalem du-
„ dùm a felicis recordationis Clemente Papa
„ quinto in conſilio Vien. contra tales editam
„ & promulgatam &c. à Capitulo ſe retrahant,
„ dimidiamque partem diſtributionum, quæ dan-
„ tur his, qui certis horis interſunt, recipiant
„ & tollant, nec ampliorem petere vel recipere
„ præſumant, ſecundum omnem ejuſdem Decre-
„ talis continentiam & tenorem præmunientes
„ eoſdem Egbertum & Johannem ac ſingulos
„ Canonicos vobis per dictum latorem, ut præ-
„ mittitur, nominatos ſeu nominandos, qui ſi
„ ſecus egerint, aut in aliquo præmiſſorum, quod
„ abſit, rebelles fuerint, nos contra eos ad ex-
„ communicationis ſententiam, & deinde, ſi opus
„ fuerit, ad graviora procedemus, niſi cauſam
„ prætenderint efficacem, quare ad præmiſſa
„ minimè teneantur, ad quam prætendendam
„ citetis eoſdem ad ultimum diem monitionis co-
„ ram nobis vel noſtro Officiali Vyanen, cauſam
„ hujuſmodi oſtenſuros, recepturos, & facturos,
„ quod dictaverit juris ordo. Inſuper eiſdem D^nis
„ Decano & Capitulo in virtute ſanctæ obedien-
„ tiæ, & ſub pœnis ſuſpenſionis, & excommu-
„ nicationis diſtrictè præcipiendo mandamus,
„ quatenus ſupradictam Decretalem in omni ſui
„ forma, prout jacet poſt lapſum terminum cra-
„ ſtini Octavæ Trinitatis ſupradictum, deinceps
„ contra quoſcunque ſuos Canonicos præſentes
„ & futuros ſe ad Ordines eorum Præbendis an-
„ nexos promoveri recuſantes perpetuis tempo-
„ ribus inviolabiliter obſervent. Et ut hujuſmo-
„ di noſtri mandati efficacitas in memoria reſi-
„ deat Canonicorum præſentium, & ad notitiam
„ deducatur futurorum, mittimus per eundem
„ latorem copiam ejuſdem mandati originalem
„ ſub ſigillo noſtro eidem appenſo per vos ſupra-
„ dictis Dominis Decano & Capitulo relinquen-
„ dam & tradendam: quam quidem copiam vo-
„ lumus & ſub pœnis antedictis præcipimus per
„ eoſdem recipi, eorumque archivis ſeu ſcriniis
„ reponi & recludi, ac pro memoriali perpetuo
„ diligentius conſervari. Reſponſionem vero di-
„ ctorum Canonicorum per vos monitorum, ſeu
„ monendorum, diemque veſtræ monitionis &
„ quid aliud vobis in executione hujuſmodi no-
„ ſtri proceſſûs occurrerit, nobis veſtris litteris
„ patentibus infixis liquidè reſcribatis. Noſtra-
„ rum teſtimonio litterarum. Datum Daventriæ
„ Anno Domini 1361. feria quarta poſt Domini-
„ cam, qua cantatur *Oculi in Eccleſia Dei.*

Executio dicti proceſſûs facta per Curatum novi oppidi, eidem proceſſui transfixa:

" REVERENDO in Chriſto Patri ac Domino, D. *Executio litis.*
" Epiſcopo Trajectenſi, aut ejus Officiali, ſeu
" ejus vices tenenti, Jacobus Clincke, Curatus
" Eccleſiæ novi oppidi Zutphanien. Trajectenſis
" Diœceſis, quidquid poterit reverentiæ & ho-
" noris. Noveritis me mandatum veſtrum, cui
" præſens cedula eſt transfixa, in omni ſui forma,
" prout in ipſo continetur, publice & reverenter
" in Choro Eccleſiæ collegiatæ Beatæ Walbur-
" gis Virginis veteris oppidi Zutphan in præ-
" ſentia honorabilium virorum Dominorum Ar-
" noldi dicti Laſt, Johannis de Doernic, Henrici
" de Maleya, Ludolphi de Altmis, & Arnoldi
" Rutgheri de Noviomago ibidem Canonicorum
" Præbendatorum, die Dominica, qua cantatur
" in Eccleſia Dei *Judica*, hora prima vel quaſi,
" præſentibus ibidem diſcretis viris Dominis Jo-
" hanne Rinſekim, Daniele de Remmerzwale,
" Johanne Corenpeit, Johanne Goeſwini inſti-
" toris, Mathia Lamberti perpetuis Vicariis, Jo-
" hanne Ludolphi, Wilhelmo Huginc, Remboldo
" de Beynen, Presbyteris & Chori-ſociis dictæ
" Zutphanienſis Eccleſiæ Collegiatæ, Johanne Se-
" vo, Curato Eccleſiæ in Nederhorſt, Johanne de
" Zonne Clerico, ac Chriſtiano de Puteo laïco,
" teſtibus ad præmiſſa videnda & audienda voca-
" tis, executum fuiſſe. In cujus teſtimonium exe-
" cutionis ſigillum meum præſenti cedulæ eſt
" appenſum. Datum Anno Domini 1361. ipſa die
" Dominicâ prædictâ.

Confirmatio ejuſdem proceſſûs facta per Johannem Epiſcopum Traj. ſucceſſorem Johannis de Arkel, eidem &c. transfixa.

" Johannes, Dei gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, *a Traj. Epiſcopo confirmata.*
" notum facimus univerſis præſentes litteras in-
" ſpecturis, quod proceſſum olim a R^do in Chri-
" ſto Patre & Domino, D. Johanne de Arkel,
" eadem gratiâ Epiſcopo Traj. prædeceſſore no-
" ſtro emiſſum, & executioni debitè demanda-
" tum, cui præſentes noſtræ litteræ ſunt trans-
" fixæ, tanquam juſtum & rationabilem appro-
" bamus & ratificamus, & præſentium tenore ex
" certa ſcientia in Dei nomine irrevocabiliter con-
" firmamus, ac in virtute ſanctæ obedientiæ, &
" ſub pœnis ſuſpenſionis & excommunicationis
" præcipimus omnibus & ſingulis, quorum inter-
" eſt vel intererit, ut dictum proceſſum, vel De-
" cretalem in eodem nominatam, quæ ſic inci-
" pit: *Ut hi qui in divinis*, &c. in omni forma,
" prout jacet, in ipſa Zutphanienſi Eccleſia per-
" petuis temporibus inviolabiliter obſervent. Da-
" tum ſub ſigillo noſtro præſentibus appenſo An-
" no Nativitatis Dom. 1365 ſabbatho poſt Domi-
" nicam, qua cantatur in Eccleſiâ Dei *Cantate.*]

Digitized by Google

GORSEL.

Gorſelii priſcum nomen, Collator.

Zutphanium inter & Daventriam via media ſub Prætura Zutphanienſis Comitatus, Pagus olim *Gurſloo* nuncupatus, cujus Parœcialis Eccleſia (in quo nulla alia Sacerdotia) conſiſtit ſub patronatu Comitis Zutphanienſis.

Paſtor.

[Paſtor A°. 1571. D. JOANNES STAKOBRANT, Zutph. Vicarius.]

WARNSVELT,

Warnsveltianæ Parochiæ, Collegio D. Petri Ultraj. donatæ, Divus Tut.

Ejuſdem Comitatus & Prætoriæ membrum, cujus Eccleſiam S. *Martino* inſcriptam Capitulo S. *Petri* Traject. Anno 1121. donat *Godebaldus* Trajectinus Protomyſta: litteras donationis appendo:

In *nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis*, notum ſit omnibus Fidelibus Dei præſentibus & poſteris, quod ego *Godebaldus*, Dei gratiâ Trajectenſis Epiſcopus, conceſſi Fratribus Beati *Petri* Trajectenſis Eccleſiam de *Warneſvelt* cum Capella appendente quæ dicitur *Urdene*, ut habeant poteſtatem Fratres reditus ipſos convertere ad quoſcunque ſuos uſus elegerint. Fecimus autem hoc rogatu fidelis noſtri Theodorici, Præpoſiti, & ob ſalutem animæ meæ, ut ſit mei Janitor ille propitius, cujus vice etiam nos Epiſcopi claudimus & aperimus. Fecimus etiam ipſam Eccleſiam liberam à circatu Epiſcopi, ab oblatis, ab omni Epiſcopali debito, niſi ſi Epiſcopus ibi præſens Synodum habeat & duas marcas pro ſervitio accipiat. Et ut hoc apud poſteros maneat inconvulſum, Banno Epiſcopali traditionem firmavimus, charta & ſigillo noſtro roboravimus. Actum eſt publicè in Trajecto Anno ab Incarnatione Domini M. C. XXI. Indict. XIIII. Imperii Henrici quinto, Domino Godebaldo Epiſcopo Trajecti præſidente: affuerunt in teſtimonium Clerici. Mengodus Major Præpoſitus. Harmannus, Præpoſitus. Theodoricus, Præpoſitus. Luitardus, Præpoſitus. Lubbertus, Decanus. Gerardus, Decanus. Wichardus, Camerarius. Laïci liberi, Theodoricus, Comes Holl. Wilhelmus Comes & Theodoricus filius ejus. Godefridus de Malſen & frater ejus Hieronymus. Alnoldus de Rodhe & frater ejus Giſelbertus. Miniſteriales, Jalo Schultetus. Giſelbertus & filius ejus Gerardus, Lutbertus, Werenboldus, Richardus, Gelbrandus, Lutbertus, Wernerus nepos Sculteti, Arnoldus Kniſ, Isbrandus, Otto, Camerarius.

Paſtor,

[Paſtor A°. 1571. D. PAULUS VAN DEN HAVE.]

Officia.

Fuit autem inſtitutum in hac Eccleſia Officia,

I. B. *Mar.* V. cum onere Sacri ſabbatini *Kieminckiis* Collatoribus.

II. IV. *Marſchalcorum* cum debito Sacri feria III. & V. cujus collatio penes *Barnerianos*.

III. *Catharinæ* cum obligatione offerendi incruentum altaris Sacrificium feria IV. & VI. cui Anno 1571. miniſtrum dabat *Gerardus vander Capelle in den Dom.*

Capella in vicinia ruinoſa; ejuſque Collatores.

Complectitur etiam hujus Parœciæ ſinus *Capellam* in *Vierackeren*, ſed modò ruinoſam: ea erat olim penes Familiam cognominem, poſtea ſucceſſive ad *Dorthios* loci Dominos, nunc autem pervenit ad *Ruiterios*.

ALMEN,

Almenſæ Parochiæ Collator, Vicarius, Vicina Capella.

Pagus Zutphan. eidem Præturæ ſubjectus: ad hujus Eccleſiæ Paſtorale munus jus habet denominandi Comes Zutphan. Parocho adjunctus eſt *Vicarius SS. Nicolai* & *Catharinæ*: intra hujus Parœciæ limites ſedem accepit *Capella*, quæ eſt in *Herſſen*, & etiamnum annuam habet Concionem.

WYCHMONT,

Wychmontiæ Parochiæ Divus Tut.

Sub eadem Prætura & ejuſdem Provinciæ Pagus: hujus Eccleſia, ſed jam dudùm à præterlabente Iſala abſorpta, S. *Ludgero* ſacra erat: is hic Benedictinis Monachis, fundo eum in uſum accepto, Monaſterium meditabatur, niſi juxta *Ruram* modò dictum *Werthimenſe* illud ædificandum (ex *Surio* in Vita 26. Martii) ei divinitus innotuiſſet: cujus Abbas, qui & Imperii Princeps ac Zutphan. Comes, hujus Ludgerianæ Eccleſiæ Patronatu potiuntur: in qua unica B. *Mar.* V. & S. *Catharinæ* cum onere III. Sacrorum & continuæ reſidentiæ *Vicaria*, cujus dotem Anno 1459. ipſo S. Anthonii Decimis dictis *Bloemendaels Tyende* auxit *Wolterus die Dempige*, cum *Lumma* conjuge ſua, qui & ejuſdem primi fundatores ac dotatores Anno 1404. 25. Septemb. ſibi ſuiſque hæredibus Collatione reſervata, qui modò ſunt Nobiles Domini *ter Bruggen* & *Heen*. *Addicimus* (inquiunt *in Litteris Fundat.*) *quod Vicarius dictæ Vicariæ nullum Officium ſeu onus aliud ultra Vicariam antedictam acceptare poſſit aut valeat, niſi noſtrum fundatorum aut noſtrorum pro tempore ſucceſſorum pro tempore Collatorum aut Patronorum ad id expreſſus intervenitat conſenſus*, &c. — Collator. Vicaria, ſubindè adaucta; Collatores, onera.

Wilhelmus de Baeck, Andreas Kreyng, Cele Keppelman & Everardus van der Voerſt Heer Borrenhovienſis Xenodochii apud Zutphan. Proviſores: Andreas Iſeren filius Gerardi, Andreas Iſeren Anthonii filius, Ludekinus te Ryt, Henricus vanden Merſche, Henricus Sturman, Renſe van Boerle, Theodorus van den Walle, Joannes van den Rhijn, Wernerus Tollener, Menſo Smedeken, Wolterus die Dempige, Henricus Willinck & Theodorus Wiſſinck in Wychmondana Parœcia Hæredes, ſeu Prædiorum Domini: Joannes Voerthuyſen cohæres, & Hermannus Wollert Eccleſiæ Ædiles fundum, cujus ſuprà facta eſt mentio (in Eccleſiæ membranis vocatur *Sente Lugers Landt*) Anno 1451. in profeſto S. Margarethæ vendiderunt Decano ac Capitulo Sanwalburgiano Zutphanienſi, ejuſque traditio coram Gorſele vanden Gruythuys, Arnhemii & Fimbriæ Velavicæ Judice ſubſecuta eſt Anno 1455. Sabbatho poſt S. Eliſabethæ.

Capella ſubdita,

Matrici Eccleſiæ ſubeſt *Capella* in *Braunsbergen*, ſed quæ modò rudera tantùm prætereuntibus oſtentat.

Paſtor.

[Paſtor *Wychmont*, A°. 1571. D. GOSWINUS DALEN.]

VORDEN,

Vordenſæ Parochiæ, Collatores, Vicaria.

Zutphanienſi itidem Prætoriæ annexus Pagus, cujus Eccleſiam Trajectino Sanpetriano Canonicorum Collegio Anno 1121. donarat Godebaldus. Diploma mox recitavimus. Alibi patronatum ejus aſſcriptum invenio Collegio Zutphanienſi, & apud *Gramajum* ſoli Comiti eum competere deprehendi: in ea *Vicaria* unica S. *Anthonii*,

nii, ſed quæ ſuo acceſſu macram Eccleſiæ Cuſtodiam jam olim impinguavit.

Capella Hacfortana, ejuſque conditor, ac Vicaria.

Capella in *Hacfort* ſitum habet intra fines hujus Parœciæ & *Vicariam* unicam B. M. V. & XI. M. *Martyrum.*

Donat Eccleſiæ matrici *Jacobus de Hackforden* Eques ex bonis ſuis *Meygerinck*, infra ejus terminos ſitis octo maldra ſiliginis menſuræ Zutphanienſis & tres Libras Dominicas: è quibus tria cedent Ædilibus ad fomentum perpetui luminis prope Sacrarium: quatuor cum dimidio Sacerdoti Sacriſtæ cum onere Sacri funeralis feria II. & ſolemnis de B. M. V. in Sabbatho: in quo quod is ejus aſſiſtens, medium Parocho in ſtipendium accedet. E nummis pro quinque Memoriis pro anima *Jacobi de Hackforde* & *Joannæ Ploegh* ſingulis annis per Parochum, Vicarium & Capellanum celebrandis, is habebit vice qualibet duos nummos, quos *braspenningen* vocant, hi autem ſinguli unum ex reſiduis: tres Cereos ante Sacrarium earum tempore Sacriſta accendet. Tabulæ Donationis præferunt Annum 1474. & diem Veneris poſt Epiphaniam.

Arcis Verdenæ Capella, & Vicaria.

Etiam *Caſtrum Verdenum* Matrici Eccleſiæ aſſiduum *Capellam* habet, & in ea *Vicariam* unicam, cujus tanquam recens enatæ in Syllabo Præpoſituræ Daventrienſis ad Annum 1508. fit mentio apud *Wilibrordum Bonnigerhovium* Præpoſiti Officialem.

[Originem pago debet *Henricus Verdenſis*, de quo ſub Daventria, pag. 29.]

STEENDEREN,

Steenderæ Divus Tut. Collatores.

Sub agraria Præfectura Zutphanienſis Pagus, cujus Eccleſia conſiſtit ſub tutela S. *Remigii* & patronatu Bethlehemitici Præpoſiti, qui ei è ſui Collegii gremio Rectorem præficit cum onere Sacri feria II. & VI. Paſtoratui ſubſervit *Vicaria*,

Vicaria,

I. B. M. V. in *Capella*, cujus Miniſtro peragenda res divina feria IV. & VI. eique propriis ſuis expenſis fovendum lumen perpetuum: cujus patronatu gaudet Comes de *Bronckhorſt*.

II. S. *Radbodi*, quæ ſuum poſſeſſorem à Bethlehemitico Præpoſito delectum ad altaris Sacrificium obligat feria V. & Sabbatho.

III. *Catharinæ*, cujus deſervitori Sacerdotio fungendum feria III. & Sabbatho, ejus collatio penes *Braſenborgios.*

& Officium; Collatores, onera.

Et *Officium* unicum S. *Annæ* cum debito unius Sacri in quindena, cui Presbyterum procurant Æditui. Habet & Organum dotem ſuam.

Paſtor.

[Paſtor A° 1571.

D^nus JOANNES ARNOLDI, Deutechomius, Canonicus Regularis.]

Parochiæ productio. Sub ea Bronckhorſtum; ubi Capella

Parochi hujus deſervitura extendit ſe ad vicinum *Bronchorſtum*, dextero Iſalæ brachio innixum, & una tantùm Zutphania leuca disjunctum: *Oppidulum*, inquit *Guicciardinus*, *neutiquam contemnendum & Comitatus titulo ideoque & peculiari Dynaſtia conſpicuum*, ſed qui in Provinciæ comitiis (ex *Pontani Geldria*) Baronis tantùm appellatione notus exiſtit: eſt enim è quatuor Comitatus Baronibus prima & peculium Comitis de Limburgh & Styrum. Verùm ne familia priſtinorum Toparcharum & municipes propter itinerum incommoda parciùs ſacris intereſſent, enata quidem eſt in hoc oppidulo Eccleſia, ſed quæ tanquam filia Matricem veneratur, in eaque inſtituta *Vicaria*,

I. *B. M. V.*

II. *SS Georgii* & *Martini.*

& Vicariæ ... & in Baeck.

Capella in *Baeck*, in qua *Vicaria* unica ab eadem matre dependet, ſed quæ ex neglectu fabricæ tecto amiſſo paulatim ad interitum vergit.

HENGEL,

Hengelæ Divi Tut. Vicaria, Collatores.

Ejuſdem Paganæ Satrapiæ & Zutphanienſis Comitatus membrum: ad hujus curiale Templum & *SS. trium Regum Vicariam*, de aliis nihil nobis innotuit, jus habet denominandi Rectores Zutphanienſis Comes.

ZELLEM,

Zellemæ Parochiæ, Collator, Vicariæ.

Zutphanienſis Pagus agrariæ Præfecturæ ſubditus, cujus Parœcialis Eccleſiæ patronatum obtinet Bethlehemiticus Præpoſitus: in ea *Vicaria*,

I. *S. Annæ.*

II. *S. Anthonii.*

III. *S. Catharinæ.*

Hujus æri Paſtores.

[Erectus in pagis his ab annis pluſquam triginta Paſtoratus, cujus Curam geſſit

SIMON ARNOLDI, Embricenſis, & eo Daventriam evocato,

ANDREAS A DIEREN.]

HUMMEL,

Hummelæ Divus Tut. Collator, Paſtor antiquus.

Zutphanienſis Pagus agrarii Præfecti juriſdictionem agnoſcens: Eccleſiæ tutelaris eſt hoc in loco S. *Wilibrordus*, & ad Paſtorale munus jus habet nominandi Dynaſta *Keppelius.*

[Paſtor A° 1571.

D^nus EVERARDUS JOANNIS.]

Vicariæ, earumque onera & Collatores.

In ea *Vicaria*,

I. S. *Wilibrordi*, quæ ad geminum altaris Sacrificium obligat ſuum poſſeſſorem, quem hoc beneficio donat Keppelenſis Toparcha.

II. S. *Anthonii* & SS. IV. *Coronatorum*, cujus Miniſtro peragenda res divina vice una ad hanc Aram, & vice altera in Capella Prætorii Inghuyſiani, quod intra fines hujus Parœciæ ſedem habet: ejus patronatum Anno 1574. obtinebat *Zegerus à Voorſt.*

VARSEVELT,

Varſeveldiæ Divus Tut. Collatores.

Zutphanienſis Pagus & membrum Baroniæ *Wyſchſenſis*: rei ſacræ Archiſtrategus eſt S. *Ludgerus*, & ad Paſtorale munus promovetur, quem è ſuo Collegio Præpoſitus Bethlehemiticus idoneum nominat: donatus eſt is hoc jure ab *Hermanno*, Comite *Loonenſi*, cùm jam Anno 1234. eidem Prætorium ſuum ibidem obtuliſſet. Parochiali Officio annexum eſt onus V. Sacrorum, ſed quod à Sacellano ſublevatur.

Paſtor; ejus onera.

[Paſtor Anno 1571. D. GERARDUS AB AERT, Canonicus Regul. in Bethlem.]

Vicariæ.

Inſtituta eſt hic *Vicaria*,

I. *Venerabilis Sacramenti*, quæ ſuum Miniſtrum Sacris vult operari feria V. & Sabbatho.

II. S. *Annæ*, cujus poſſeſſor peragit rem divinam feria III. & VI.

Capella ſubverſa.

Capella in *t' Zijnderen* occupat hujus Parœciæ ſinum, ſed quam Anno 1660. aëris intemperies proſtravit.

Digitized by Google

KEPPEL VETUS,

Keppelæ veteris Divus Tut. Sive *Villa Keppel* ſub *Druſiburgenſi* Judicatura Zutphanienſis Pagus : hujus Eccleſia, in diverſis Scriptis *Collegiata Parochialis* dicta, SS. *Apoſtolorum Petri* & *Pauli* honoribus dedicata,

Vicaria. in qua ſedem habet *Vicariæ*,

I. *B. M. V.*
II. *S. Joannis Baptiſtæ.*
III. *SS. IV. Evangeliſtarum.*
IV. *S. Andreæ* } *Apoſtolorum.*
V. *SS. Philippi* & *Jacobi* } *Apoſtolorum.*
VI. *S. Thomæ* } *Apoſtolorum.*
VII. *S. Mariæ Magdalenæ.*
VIII. *S. Antonii.*
IX. *S. Nicolai.*
X. *S. Georgii.*

Officium, Et *Officium SS. trium Regum* cum onere Sacri funeralis quotidiani, cujus miniſterium eſt penes Vicarios.

Collator, Eccleſiæ & Beneficiorum omnium patronatu gaudet Dynaſta *Keppelius*, qui in multiplicandis Sacerdotiis certaſſe jam olim videtur cum vicino Bergenſium Toparcha.

[Paſtor ibi A°. 1571.
D. JOANNES DE VENLOE.] Paſtor.

KEPPEL NOVUM,

Quod Comitatus Zutphanienſis oppidulis mœnium atque murorum expertibus *Guiciardinus* annumerat: ſiniſtro *Iſalæ* lateri incubat, & à contiguo ſplendido ac amœno Caſtro Caſtrenſe, vulgò *Bergh-Keppel* nuncupatur. Eccleſia quæ hoc in loco aſſurrexerat titulum habet *S. Laurentii*, cujus patronatum gerit *Keppelius* Dynaſta : in ea eodem Collatore *Vicariæ*, Keppelæ novæ ſitus, Arx. Divus Tut.

I. *B. M. V.* & *S. Joannis Baptiſtæ*, cujus poſſeſſor bina vice Sacris operatur. Vicariæ.
II. *S. Laurentii.* Collatores.
III. *S. Antonii*, quæ triplex altaris Sacrificium à ſuo Miniſtro expoſtulat.

[Paſtores ibi, Priſci ævi Paſtores.
WESSELUS VAN STUMEREN, &
Ann. 1571. ANTONIUS BUEMICK.]

DE DECANATU STEENWYCKANO,

Sub quo cenſentur

STEENOVICUM.
STEENWYCKERWOLDT.
PAESLOE.
OLDEMARCKT.
KUYNRE.
BLANCHENHAM.
GIETHOORN.
WANNEPERVEEN.
VOLLENHOVIA.
ISSELHAM.
SCHERWOLDE.
SWARTESLUYS.

STEENOVICUM,

Steenovici ſitus, NON tam amplum quàm antiquum, ſed prævalidum & Friſiæ conterminum, Tranſiſulaniæ oppidum aſſidens Torrenti A, qui haud procul inde è campeſtribus oriens in fretum ſive ſinum auſtralem evolvitur : fœderato Belgio ab Anno 1592. poſt triginta octodialem obſidionem 4. Julii per *Mauritium* Auriacum conjunctum, ab eodem, quod *Rennenbergii* violentia non potuit, *Taſſii* ſtratagemate Anno 1582. divulſum, eadem nocte & loco, quâ & ubi quædam Divorum ſigna Haſſeleto ante biduum capto & direpto allata ad excubias per ludibrium miles præſidiarius diſpoſuerat, ut Decadis II. L. 4. notat *Famianus Strada*. fata,

Eccleſiæ binæ; In eo Eccleſiæ II.

Ia. Collegiata S. Clementi ſacra; Primaria *D. Clementis* patrocinio nuncupata, VII. Canonicorum Collegio Ann. 1257. vel ut alii cenſent, Anno 1262. illuſtrata fuit per *Henricum* XXVIII. Trajectenſium Protomyſtam, quod duobus Canonicatibus auxit Antiſtes *Joannes ab Arckel*, addita facultate, ſi huic eam præferrent, illud tranſplantandi Vollenhoviam. Annexa eſt huic Baſilicæ Animarum cura, ejuſque ac Canonicatuum collatio competit Tranſiſulaniæ Domino. conditor, Collator,

[Nomina Canonicorum Eccleſiæ D. *Clementis* ex Cod. MS. Georgii Egm. Anno 1540. Canonici Ann. 1540.
Dñus YSBRANDUS . . . &
D. ac Mr. HERMANNUS DE SWYNDEN.
Anno verò 1571. ex Cod. M. *Egydii de Monte*,
D. & Mr. FREDERICUS BLESSINCK.
D. JOANNES EGBERTI.
D. EVERHARDUS AB ENSSE.
D. ALBERTUS A THYL.
D. WICHERUS GERARDI.
D. MICHAEL A TWEBERGE.]

Cano-

Digitized by Google

Canoniis adjuncta fuit,

Vicaria B.M.V. ſub cruce;

I. *B. Mariæ Virginis ſub cruce*, cum onere Sacri in Dominica & II. ad placitum *Vicarii*.

[Hæc *Vicaria*, quæ A°. 1391. a D^no^ *Egberto de Weſterbeſſelen*, Presbytero, fundata eſt, erectionem confirmante *Florentio de Weveliachoven*, cum A°. 1554. per obitum D^ni^. *Lubberti de Hardenberch* turno Apoſtolico vacaſſet, nulluſque proviſus Apoſtolicus infra tres menſes a tempore vacationis ejuſdem, juxta Concordata inter S. Romanam Eccleſiam & Proceres nationis Germanicæ inita & concluſa, in loco Beneficii apparuiſſet, ac propterea collatio ejuſdem *Vicariæ* ad ordinarios Collatores, videlicet Decanum ſeu Vice-Decanum & Capitulum Collegiatæ hujus Eccleſiæ, in vim præfatorum Concordatorum, devenisſet, eidemque ordinarii Collatores ſuum jus, antedictam *Vicariam* infra tempus legitimum conferendi neglexiſſent, adeóque collatio, proviſio ſeu quævis alia diſpoſitio ejuſdem *Vicariæ* de jure juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad ordinarium eſſet devoluta; hinc *Georgius Egmondanus*, tum Trajectenſis Epiſcopus, dictam *Vicariam* jure devoluto contulit D^no^ *Henrico de Ackoy*, Vicario perpetuo Eccleſiæ majoris Traj. Anno 1555. 15. Decembris. . . *Ex Chartâ pergamenâ quam teneo.*

(Margin: Conditor, Collatores, Vicarii.)

Aſſervo inſuper Codicem M.S. Eccleſiæ Traj. ex quo liquet ad eandem Vicariam B. *M. Virginis ſub Cruce*, vacantem per obitum ejuſdem D. *Lubberti de Hardenberch*, A°. 1554. 12. Octobris inſtitutum eſſe D. *Petrum Jacobi* Presbyterum.

Extat in eodem Codice M.S. Capituli Collegiatæ D. *Clementis* Diploma Anni 1461. in quo recenſetur: *Tenor* profeſſionis Decani ejuſdem Eccleſiæ; *Tenor* profeſſionis Canonici; nec non Vicarii; ac denique Curatores ſive Curati.]

Vicariæ aliæ.

II. *S. Antonii* cum onere Sacri cantualis feria v. utriuſque collatio penes Decanum & Capitulum.

III. *B.M.V.* cum debito Sacri unius in Dominica & alterius ad placitum.

IV. *S. Annæ*, V. *S. Barbaræ*, VI. *Severini* } cum onere III. Sacrorum, quarum proviſio Capitulo incumbit.

VII. *S Eligii*, Collatoribus Capitulo & Scabinis.

VIII. *S. Crucis.*

IX. *SS. Stephani* & *Laurentii*, utriuſque eadem obligatio ad III. Sacra, & collatio penes Capitulum & Ædiles.

X. *SS. Criſpini* & *Criſpiniani*, ejuſdem debiti cum præcedentibus.

Præter eas Parochias, quæ intra Diœceſin Daventrienſem ſituatæ Curatores ſuos ab hoc Capitulo receperunt, eſt etiam Eccleſia Parochialis in *Havelte* Diœceſis Groningenſis & Territorii Drenthiæ ac in eo fortè plures, de quibus nobis certo nil conſtat.

[De his vide noſtra ſub *Drenthia* p. 68. &c.]

Parochia altera B.M. Virg. Collatores. Vicaria.

Altera, quæ ſub tutela *B. Mariæ Virginis* conſiſtit, Miniſtrum ſive, ut in Lib. Viſit. *Reverendiſſimi* noſtri *de Monte* inſcribitur, Paſtorem nanciſcitur à Conſulibus & Scabinis, cui ſubſervit *Vicarius*,

I. ad Aram *S. Crucis* & *D. Jacobi*.

II. ad Aram *B. Mariæ Virginis*, offerendo Sacrificium Miſſæ die Dominico & Sabbathi, feria III. & v. quem deſignat Fraternitas B. V. M.

Paſtor.

[HUBERTUS, Præpoſitus D. V. M. Traj. Aldenzal. Decanus, Paſtor inveſtitus in *Steenwyck.*]

Utriuſque Ædis peculium nunc oppidi Ærarium locupletius reddit.

Xenodochium; Vicariæ, Collatores.

[* Xenodochium in eodem oppido S. *Catharinæ*, in quo *Vicaria* ad altare SS. *Trinitatis*, cum onere trium Miſſarum per hebdomadam.

Inſuper & *Vicaria S. Catharinæ* Virginis, utriuſque Collatores, oppidi Conſules ac Scabini.]

Vir illuſtris ac eruditus.

Hujus fuit *Cornelius Schultingius*, apud Ubios Gymnaſii Laurentiani Regens & ad D. Andream Canonicus plurimis editis Libris celebre nomen aſſecutus, quorum catalogum exhibet *Bibliotheca Deſſeli*; deſiit agere inter vivos Anno 1637. 20. Apr.

[Ad S. Andream Coloniæ ſepultus, cujus frater *Petrus Schultingius*, J. V. D. & Profeſſor ac Senatus Agrippinenſis annis xxx. Syndicus.]

STEENWYCKER-WOLDT.

Steenwyckerwoldæ Parochiæ Divus Tut. Collator. Priſci, & hodierni ævi Paſtores.

Sub Vellenhoviana Satrapia Tranſiſulaniæ Pagus; cujus Eccleſia, quæ Parochum petit & accipit à Steenwycano Capitulo, dedicata eſt in honorem *S Andreæ Apoſtoli*.

[Paſtor ejus Eccleſiæ Anno 1571.

D^nus^ JOANNES JOANNIS BONCKEN.

A mutato cultu ac regimine, Paſtores illic,

HERMANNUS JOERSMA, Groninganus, in Paſtoritio munere ibi defunctus 25. Oct. A°. 1691.

EVERARDUS STALPAERT, Hagæ-Comitanus, dein Paſtor *Ryſwycanus*.

GUILIELMUS HEUSKEN, Moſæ-Trajectinus, Theologus Lov. Paſtor illic defunctus 20. Oct. 1704.

ENGELBERTUS BROUWER.]

Vicariæ; onera.

In ea *Vicariâ*,

I. *S. Crucis* cum onere II. Sacrorum, cui deſervitorem aſſignant *Schultingii*.

II. *B. M. V.* quæ totidem Sacra requirit, & ab *Hermanno ten Ham* Anno 1574. myſtam accepit.

III. *S. Dionyſii*, quæ ſuum Miniſtrum à Parocho & Buronibus electum ad III. Sacra conſtringit.

PAESLOE. †

Paeſloe Etymon.

Vollenhovianæ Satrapiæ conſertus Tranſiſulaniæ Pagus: de quo nulla nobis data inſtructio; ideoque tamquam hoſpites ignotum locum tranſibimus.

OLDEMARCKT.

Oldemarkt Divus Tut. Collator.

Tranſiſulaniæ Pagus Vollenhoviani Satrapæ juriſdictionem agnoſcens; Eccleſiæ tutelaris eſt hoc in loco *S. Nicolaus*, & ad Paſtorale munus jus habet nominandi Capitulum Steenwycenſe.

Paſtores.

[D. BALDUINUS, *Joannis* filius ex Cod. MS. Georgii Egmond. Paſtor in *Paeſloe* & *Oldemarkt* A°. 1547.

A°. 1571. D. FREDERICUS SCHEURINCK.]

Vicaria.

In ea *Vicaria*,

I. *S. Crucis*, quâ cum onere Sacri feria VI. Sacellano ſuo providit Parœcus.

II. *B. M. V.*, III. *S. Antonii*, IV. *S. Annæ*, } exigens II. Sacra.

* *Ex Cod. M S. Ægidii de Monte.*

† *Loe*, locus ſupplicationis in edito locatus.

KUYN-

Digitized by Google

KUYNDERT,

Kuneræ antiqua dignitas, ſitus, Eccleſia, Divus Tut.

[Cujus mentio in Membrana Traj.] ab antiquo Comitatus fuit: cum *Fredericus de Blanckenheim* Trajectinus Epiſcopus 2. Maji, Anno 1397 ab *Hermanno* patre & filio Comitibus emit 400. ſcutis annuis, quæ poſtea redempta ſunt ſemel exſolutis 5250. ejuſdem monetæ ſcutis:

[*a* Oppidum eſt modò *Vollenhoæ* Præfecturæ, ad arctum, extremum, in ipſa *Flevonis* ora, ubi Amniculus cognominis, recepto *Lindâ* Lacum intrat.]

Vicariæ. Harum, & Parochiæ Collatores, onera, &c.

Eccleſiæ, quæ titulum habet *S. Nicolai*, Tranſiſulaniæ Dominus patronatum gerit. In ea *Vicaria*,

I. *B. M. V.* & *S. Wilibrordi*, quam ex Capella de *Veenhuyſen* huc tranſlatam alibi lego: ei idem, qui Eccleſiæ, deſervitorem aſſignat.

II. *Venerabilis Sacramenti*, quæ Sacrum cantuale requirit feria V. & ab Ædilibus poſſeſſorem accipit.

III. *B. M. V. ter noot*, cui cum onere Sacri Sabbathini datus à *Stickeriis* Miniſter.

IV. *S. Crucis*, }
V. *S. Annæ*, } Cum debito IV. Sacrorum.
VI. *S. Antonii*, }

VII. *S. Nicolai*, cui annexa ad II. Sacrificia obligatio: harum collatio penes ſingulas Fraternitates, quæ hic extitere celebres & in ſuis Beneficiis locupletandis non illiberales.

Priſci Paſtores, & hodierni animarum Curatores.

[* Paſtor in *Kuyndert*,
A°. 1571. D. CORNELIUS HENRICI.
‡ A°. 1619. GERARDUS VRYMONT, Sac. Theol. Baccal.

In labores ejus ingreſſi ſunt *Franciſcani Recollecti* Provinciæ Colon. quorum unus hodiè unà cum Steenvico *Kuneram* curat.]

BLANKENHAM.

Blankenham ſitus, Parochia, Conditores, Divus Tut.

Sub Vollenhoviana Satrapia Tranſiſulaniæ Pagus auſtrali freto incubans. Legi à duabus feminis ante aliquot annorum centurias erectam & magnis reditibus locupletatam hoc in loco Eccleſiam, quæ *S. Nicolao* inſcripta cum ſuum Miniſtrum agnoſcit, quem ad hoc munus idoneum nominant Ædiles proprii & Paſtor in *Iſelham*.

Vicaria; Collatores.

Vicarium B. M. V. qui hic unicus fuit, cui peragenda res divina feria IV. & in Sabbato, conſtituunt Parochiani, qui etiam cum onere Sacri feria IV. deſervitorem aſſignant Officio *S. Antonii*.

Paſtor.

[Paſtor ibi A°. 1571.
D. JOANNES MEMNE.]

GIETHOORN. †

Giethornæ origo.

Ejuſdem Satrapiæ Pagus Tranſiſulanus, ex *Bocopio*, ab hominibus peregrinis Cruces ante & retro in veſtimentis deferentibus, virgis ac nodoſis flagellis ſeipſos concidentibus ac Pſalmos concinentibus, (quos de *b* *Flagellantium ſecta* tum per utramque Germaniam invaleſcente fuiſſe conſtat) cùm deſertus antea locus eſſet & incultus, Anno 1312. primitus inhabitatus ſummoque labore excultus, quos & pro foci ac ignis pabulo primos hiſce in partibus ceſpitum inventores idem Auctor ſuſpicatur, fortè quia alibi eo fomento viderant flammam ſuſtentari: legi enim Litteras *Ludolphi* primi Abbatis Eccleſiæ *S. Laurentii* in novo Bethlehem in *Ooſtbroeck*, propè Ultrajectum, de Anno 1113. Kal. Novemb. quibus edocet Sanctimonialibus ſuo Monaſterio coævis, & (cùm utrique ſexui locus non ſufficeret) in Eccleſiæ fundum, qui *nova Curia* appellatur, tranſlatis ſeſe indulſiſſe non ex aliquo jure, ſed de gratia partem de *Venis* ad ceſpites fodiendos uſibus ſuis neceſſarios.

Parochia S. Martino ſacra. Vicariæ; illius, & harum Collatores, onera.

Eccleſia patronum veneratur *S. Martinum*, & Paſtorale in ea munus confertur per proprios Ædiles & Parochianos; penes quos eſt etiam jus Patronatûs, ut vocant, *Vicariæ*,

I. *Venerabilis Sacramenti.* } Cum exactione
II. *S. Crucis.* } II. Sacrorum.

III. *B. M. V.* cui annexa Eccleſiæ Cuſtodia cum eodem II. Sacrorum onere & a Feſto Paſchatis uſquè ad D. *Michaelis* Sacri primi infra V. & VI. matutinum ſingulis diebus feſtivis.

Et *Officii S. Annæ*, quod ſuum Beneficiatum ſingulis hebdomadis ad unum Sacrum conſtringit.

Paſtor.

[Paſtor illic A°. 1571.
D. JOANNES COEVORDEN.]

WANNEPERVEEN.

Wanneperveenæ Parochiæ Divus Tut. Collator,

Tranſiſulaniæ Pagus Vollenhovianæ Satrapiæ ſubditus, cujus Eccleſiæ, quæ *SS. Apoſtolis Philippo & Jacobo* conſecrata eſt, patronatu potitur Parochus Vollenhovianus, in qua cum debito Sacri in Dominica, feria IV. & VI. largiſque emolumentis, unicum *SS. Mariæ Magdalenæ & Antonii Officium*.

Paſtor, onera.

[Paſtor ibi A°. 1571.
D. ARNOLDUS ARNOLDI.]

VOLLENHOVIA.

Vollenhoæ Arx pridem, dein oppidum, ſupremâ Senatus ſede nobilitatum.

Ad compeſcendos Friſonum incurſus haud procul littore maris auſtralis per *Godefridum de Rhenen* XXVIII. Trajectenſium Hierarcham & Anno 1178. humanis exemptum primitus Arx munitiſſima, in qua olim etiam flagitioſorum Clericorum carcer Diœceſanus; cui deinde, utpote commodo loco ſitæ & à Trajectinis Præſulibus multùm frequentatæ amplum ſatis oppidum accrevit. Fuit hic ſedes ſupremi Senatûs ſive *Cancellariæ*, quam, dum ei Tranſiſulana Provincia pareret, *Philippus* II. Rex Catholicus inſtituit, à qua appellare non licebat: in eo Eccleſiæ III.

Eccleſiæ tres, Ia. S. Nicolao; & aliquandò S. Margaretæ nuncupata. Collator. Vicariæ.

Primariæ, in qua Baptiſterium, Tranſiſulaniæ Dominus Parochum deſignat; ea dedicata eſt in honorem *S. Nicolai*: memini me legiſſe aliquando ad Annum 1408. eam aſſcriptam *D. Margarethæ*: in qua *Vicaria*,

I. *S. Crucis*, cum onere Sacri in Dominica feria IV. & VI. cujus collatio penes Paſtorem & *Joannem van den Sloot*.

II. *S. Annæ*, cujus cum debito II. Sacrorum Collator Parochus & *Gelmer Henrici* civis Meppelenſis.

III. *S. Joannis Evangeliſtæ*, cui cum III. Sacrorum exactione deſervitorem dabant Parœcus, *Henricus Borger* civis Campenſis & *Joannes Wit* hìc inquilinus. E Regiſtro Præpoſituræ D. M. V. Trajectinæ ad Annum 1570.

IV. *Catharinæ*; quâ is fruitur cum II. Sacrorum penſione cui eam Paſtor donaverit.

v. *B.*

a Alting. Germ. infer. part. 2. p. 108.
* *Cod. MS. Egid. a Monte.*
‡ *Relat. Jac. La Torrii Eph. Arch.*
(† In Membr. Traj. *Gethorne*, ubi p. 1229. de pago compoſitio facta eſt per Friſiæ Antiſtites, inter Epiſcopum Traj. & Trentones.)
b De Flagellantibus in ſecta libellus editus Latinè & Galicè, Pariſiis 1702.

v. *B. M. V.* quæ cum eodem II. Sacrorum penſo Rectorem habet à Parocho & Æditiis.

vi. *S. Gregorii.*

vii. *S. Martini* utrique debentur III. Sacra, & ultimæ patronatum poſſidet Tranſiſulaniæ Dominus.

Et *Officium*,

i. *Compaſſionis B. M. V.*

Et

Fraternitates. Paſtor priſcus, ac hodiernus.

ii. *S. Antonii*, quo eos quæque Fraternitas honorat, quos eo Beneficio dignos exiſtimat.

[Paſtor Eccleſiæ *S. Nicolai* Ao. 1571.

D. JOANNES VUYSTENS.

Hodiè HERMANNUS SEVENSTERRE, Swollanus, Theol. Lov.]

II. Eccleſia D. V. *Mariæ*; *Vicariæ*; Collatores, ac onera.

Altera, quæ *D. V. Mariæ* titulum gerit, ad peragendam rem divinam Miniſtrum habuit *Vicariæ*,

i. *B. M. V.* quem cum onere Sacri in Dominica & Sabbatho conſtituit Senatus.

ii. *SS. Petri* & *Pauli Apoſtolorum*, quem ſub penſione II. Sacrorum hoc Beneficio donabant Parochus, Guardianus in Campo *S. Joannis* & Clarenburgi Gubernator.

iii. *SS Andreæ* & *Thomæ Apoſtolorum*, qui ad rem divinam gemina vice ſingulis hebdomadis peragendam obligatur.

III. Suburbana.

Tertia in ſuburbano pago, qui *Baerle* nuncupatur, ſituata, licet Beneficio Vollenhoviani Parochi & Satrapæ Rectorem habuerit & altaris ac Verbi divini miniſterium ſingulis diebus dominicis & feſtis, Vollenhovianæ tamen Eccleſiæ, utpote ſuæ Matrici, tanquam filia ſemper ſubfuit.

Blockzyjlenſe propugnaculum; fanum ejus,

Hunc Pagum inter & oppidum mediâ propè viâ mari imminet Fortalitium *Blockzijlenſe*, quod contra Hiſpanorum machinas marinas patrum memoriâ erectum modò eâ gaudet accolarum frequentiâ, ut multis Diœceſeos noſtræ oppidis cedere jure merito dedignetur: Eccleſia ſimul cum propugnaculo exſtructa eſt, uti & ante biennium altera in *Beulacke* in pomœriis Vollenhovianis.

& vicinum Xenodochium *S. Spiritus*, in cujus Sacello *Vicaria*.

Xenodochium hic unicum, in cujus Sacello, cujus præſes eſt *Spiritus Sanctus*, unica *Vicaria* ſedem fixit, quæ ad trinum altaris Sacrificium obligat poſſeſſorem, quem cum Ædilibus Paſtor ad eam promovet.

Monaſteria ſuburbana; unum *Klarenburch*,

Monaſteria II. & utraque ſuburbana, unum Sexus nobilioris, alterum ſequioris: hoc in oppidi pomœriis, *Klarenburgh* dictum, incoluerunt *Sorores tertiæ Regulæ S. Franciſci*, ſub Generali *Capitulo Trajectenſi*.

alterum *Campus S. Joannis* appellatum;

Illud autem poſſederunt *Fratres ejuſdem inſtituti* & *Capituli*: *Campus S. Joannis* loco nomen eſt, ejuſque primus excultor *F. Joannes ab Ummen*, de quo in Chronico ſuo Monſagnetano c. 15. noſter *Kempenas*:

hujus initia,

Anno Domini 1420. Kal. Sept. in nocte S. Ægydii Abbatis obiit devotus ac fidelis Dei ſervus *Joannes Regbelandt*, quondam *Magiſtri Gerardi Magni* prædilectus diſcipulus: hic auditor ſermonum ejuſdem de probis parentibus natus in Zwollis pluribus annis eſt educatus: in adoleſcentia ſua Deo permittente ex quadam infirmitate in oculorum caliginem incidit & cœcus uſque ad finem vitæ permanſit, quem tamen gratia divina tantò clarius intus illuſtravit, quantò minus exteriora videre poterat. Hujus mater *Regbelandis* nomine Deo devota fuit & ſæpe cum filio cœco ad loca Sanctorum viſitanda longiùs migravit ipſum ad manum per viam ducens, atque ad audiendos ſermones in Eccleſia ſecum trahens & ad omne bonum inducens. Prædicante ergo in Zwollis *Ven. Mag. Gerardo Magno* & inſpirante Deo, cùm multi homines compungerentur, hujus etiam ſervi ſui Dominus cor aperuit & accendit, cœpitque *M. Gerardum* multùm diligere, ac tanti viri inſtrui doctrinis frequenter optavit: undè relicta peregrinatione ſeculari Deo ſtuduit in tranquillitate ſervire, hortans omnes ad ſe venientes ut contempta cupiditate terræ novam apprehenderent vitam in Chriſto, quam *M. Gerardus* docuit ſanctè vivendo. Condirores,

Itaque aſſociatis ſibi quibuſdam bonæ voluntatis viris cœpit Zwollis cum eiſdem communem ducere vitam, poſtea verò optantes extra tumultum ſecularium habitare montem *Nemelenſem*, qui nunc eſt Mons S. *Agnetis*, cœperunt incolere & Congregationem facere ampliorem, quam uſque ad fundationem Monaſterii cum ſuis adjutoribus fideli devotione rexit per tempora longa, non veritus obſtacula multa. Tandem fundato Monaſterio & Priore Canonicè inſtituto (Anno ſcilicet 1409.) vir charitate fraterna plenus & ampliori animarum Zelo ductus, aſſumptis quibuſdam ſenioribus Laïcis, novam Congregationem in *Campo S. Joannis*, propè *Vollenhoe*, ad laudem SS. *Trinitatis* incepit, & Deo propitiante ad augmentum produxit, ubi etiam ſucceſſu temporis multiplicatis Fratribus ipſe cum multis Habitum *Tertii Ordinis* ſuſcepit, & ad vitæ exitum uſque humilis Fratrum Miniſter & primus eorum Rector permanſit. Fuit autem unus de primis & antiquis *M. Gerardi* diſcipulis & multa ſæpe ſpiritualia colloquia cum ipſo habuit, à quo etiam Sanctæ converſationis viam didicit, & ejus conſilio atque diſcretioni ſe plenariè cum ſuis novellis ſubmiſit. Hic eſt devotus & dignè memorandus Pater *Joannes* divinâ gratiâ maturè præventus, qui quotidianis profectibus in anteriora ſemper tendebat, Sanctæ paupertatis præcipuus amator, humilitatis cuſtos, ſobrietatis amicus, pudicitiæ decus, ſimplicitatis norma, diſciplinæ vigor, vitiorum hoſtis, virtutum jubar, devotionis exemplar, fortis in fide, longanimis in ſpe, in charitate diffuſus & multos convertens à ſeculi vanitate. Igitur longo jam ſenio feſſus, cùm dies reſolutionis ejus inſtaret & eſſet apud Sorores in *Almeloo*, cœpit ægrotare, & completis 70. vitæ ſuæ annis obdormivit in Domino ibid. in Capella Sororum ſepultus. Hæc è *Thoma de Kempis*: quæ autem ſubſequuntur deſumpſimus è Biographia MS. Ven. P. *Theodorici ab Herxen*: poſt mortem F. *Joannis Ummen* diſcipuli piorum ac Ven. Patrum *Gerardi Magni* & *Florentii* venerunt ex *Campo S. Joannis*, Fratres ad Dominum *Theodoricum*, petentes ſibi ex ejus Collegio (Zwollano ſcilicet) Presbyterum & Doctorem loco defuncti: qui donavit eis diſcipulum ſuum & Fratrem *Joannem Rees*, qui laudabiliter eis præfuit, privilegia multa cum cœmeterio procuravit: huic ſucceſſit *F. Chriſtianus Zelandus* profeſſionis Tertiæ Reg. Poſt cujus mortem iterùm ad primum Patrem acceſſerunt, & dedit eis in Patrem Confeſſorem *Albertum Griet* Fratrem ſuum dilectum: demùm tertio exoratus procuravit illis *Dom. Thomam* Fratrem Congregationis in *Albergen*, qui magnificè domum illam promovit & per multos labores introduxit, ut Sacerdotes præeſſent domui in omni auctoritate: etenim uſque ad illa tempora Laïci temporalibus præfuerunt negotiis & curis, & Clerici cum Sacerdotibus Spiritualia adminiſtrabant.

primi Rectores; progreſſus;

E primariis fuit tertiæ Reg. Capituli Trajectenſis Aſceteriis.

Fuit autem unum è primariis Tert. Reg. Capituli Trajectini Aſceteriis, utpote de quo habetur in *Statutis* hujus Capituli Anno 1562. in Comitiis generalibus Dominica à Feſto Dominicæ Anaſtaſeos quarta Amſterodami decretis.

Defuncti Patriarchæ vices Præpoſitus Domus S. Pauli vel Campi S. Joannis obibit, donec legitima alterius electio facta fuerit. Electum confirmat Pater Campi S. Joannis, idque in ipſo choro Patribus omnibus aſſiſtentibus & poſt confirmationem Canticum, quod SS. Ambroſii atque Auguſtini eſſe dicitur, hilariter decantantibus.

Cœnobia ſub Capitulo hoc comprehenſa.

Quod *Capitulum*, cujus ſæpius meminerimus, inter alia in vicinis Diœceſibus inſtituta, Trajectenſe dictum, quod ei colligata Cœnobia intra Trajectinæ Diœceſeos limites coarctarentur, à diverſis Pontificibus & Trajectinis Hierarchis approbatum, confirmatum, & variis gratiis ac privilegiis (quæ typis editæ ſunt Amſterodami Anno 1562.) locupletatum noſtro *Gerardo Magno* ſuam debet originem: ait enim poſt Canonicorum Regularium S. Aug. & in communi viventium Fratrum ac Sororum relatam propaginem *Chron. Wind. L. 1. c. 47. Joannes Buſchius:* Tertiariorum ab eadem ſtirpe & radice progenitorum numero pluſquam centum eſſe Monaſteria quæ (c. 2. ejuſdem L. c. 15.) ſub uno provinciali Capitulo regulariter vivere & Deo fideliter deſervire uſque hodiè comprobantur.

In Prooemio ad Statuta huic Capitulo propria hæc leguntur: *Multæ perſonæ utriuſque ſexus Civitatis & Diœceſis Traject. prius in Domibus ſibi communibus ſub obedientia ſuorum Superiorum & rerum omnium communione, ac Chriſtiana charitate & continentia Domino militantes arctioris vitæ deſiderio æſtuantes, ſuæ tamen infirmitatis conſciæ, ardua præcipitanter aggredi non audentes communicato cum Religioſis & Juriſperitis conſilio Ordinem de Pœnitentia, qui temperati rigoris exiſtit, ritè & canonicè receperunt.*

Complectebatur hoc Capitulum tempore Baſileenſis Concilii Anno 1439. celebrati, Conventus 70. & incolas ter mille, quibus plures alii poſtmodum acceſſere, multi etiam relicto S Franciſco ad Regulares, Crucigeros, Carmelitas aliorumque Ordines tranſiverunt: Anni verò 1570. ex *Adrichomio* deſcriptus Catalogus hic eſt, quem notis noſtris illuſtratum aſſcribimus.

Amſterodami. *Conventus S. Pauli* ſexus nobilioris, Anno 1409. erectus: Eccleſia Anno 1661. ampliata ceſſit Gallis, & domilicium tranſiit in Hoſpitale S. Georgii, vulgò S. *Joris Hoff.*

S. *Ceciliæ*, modò Aula Principis, patrio vocabulo *'t Admiraliteytshuys.*

S. *Claræ*, ab Anno 1595. domus cenſoria, aliàs *het Tucht* ſive *Raſpelhuys.*

S. *Mariæ* tranſiit in ædes privatas.

S. *Urſulæ*, nunc ergaſtulum Meretricum, *het Spinhuys.*

S. *Barbaræ*, cujus Sacellum occupant Pictores.

S. *Luciæ*, ab Anno 1580. Orphanotrophium Carthuſianorum peculio locupletatum.

S. *Margarethæ* ceſſit privatorum domiciliis.

Alcmariæ.

S. *Catharinæ.* } * de quibus nihil omninò in Chronico ſuo
S. *Mariæ.* } Alcmarienſi annotavit *Cor vander Woude.*

Almelo. S. *Catharinæ.*

Amersfordiæ. S. *Agnetis.*

Briclis. S. *Catharinæ.*

Buren. S. *Barbaræ.*

Culenburgh. S. *Mariæ*, aliàs *Corona* S. *Mariæ*, è *Slichtenhorſtii Geldria* L. 1. pag. 57. tempore *Joannis* Culenb. Domini Anno 1452. defuncti excitatus.

Campis.

S. *Agnetis.*

S. *Michaelis.*

Delphis. S. *Agathæ* prima initia habuit *in 't Nieuwelandt aen de Geerwegh* in domo conductitia Anno 1380. at Anno 1390. propè antiquam Eccleſiam domicilium cum dote ab *Alcide Baſers* vidua.

S. *Barbaræ* ex *MS. Adrichomii Chronico* Ao. 1400. ſuperioris tradux, & poſt inſtabiles ſedes Ao. 1405. hoc in loco per *Haſe Dirckz.* viduam & primam Miniſtram cum gemina prole *Barbara* & *Catharina* magniſque cenſibus ſtabilitus, conſtructâ Eccleſiâ Anno 1417. & ſeq. inductâ clauſurâ: at combuſtus 3. Maji Anno 1536. & non ſine magnis impenſis reparatus.

S. *Urſulæ.*

Doesborch.

S. *Mariæ.*

S. *Catharinæ.*

Dordraci. *Marienborn*, ex *Beverwijckii Dordraco* c. 9. in Orphanotrophium converſus Anno 1572. quod & in Hollandia ſua meridionali pag. 414. notavit *Oudenhovius.*

Edam. S. *Mariæ Magdalenæ.*

Elburch. S. *Agnetis.*

Elſt. S. *Mariæ.*

Enchuyſen. S. *Ceciliæ.* S. *Urſulæ.*

Emmerick. *Campus B. M. V.* quem in Vig. Epiphaniæ Anno 1607. *Aſuera de Meverden* & *Beatrix de Weſterick*, Conventuales, ceſſêre *Patribus Societatis Jeſu*, qui uſque hodie ejuſdem ſtrenui & utiliſſimi cultores exiſtunt. Primæ cultrices ſuam originem devotæ fœminæ *Helenæ Kaels Theodorici Kaels* quondam Judicis Griethuſiani & Conventus *tertiæ Regulæ Sororum* S. *Franciſci* illo in oppidulo fundatoris viduæ relictæ debent, quæ marito ſuo mortuo hac in urbe (quod fortè agros quoſdam circa eam poſſideret) Conventum itidem ejuſdem Regulæ ſeorſim ſuum fundare & ſecundum facultates ſuas dotare voluit, ait in *Embrica Waſſenbergius* L. 3. pag. 199.

Gorcomiæ. S. *Agnetis*, ab *Elizabetha Spronckx* vidua accepit Anno 1401. fundum ac dotem, Anno 1404. Regulam S. Franciſci, & (Eccleſia Anno 1407. conſecratâ) Anno 1412 clauſuram ex *Abrahami Kemps Gorcomio* pag. 192.

Goudæ. S. *Catharinæ.*

Groningæ. S. *Agnetis*, S. * *Mariæ op die Hoorn*, de quibus nulla vel in *Friſia* vel *Groninga* apud *Ubbonem Emmium* memoria.

Grootenbroeck. S. *Elizabethæ.*

Hagæ; S. *Elizabethæ* nunc area, quam *de Groenmarckt* appellant.

S. *Mariæ in Galilea in de Poten*, is in privatorum domicilia tranſiit.

Harderwyck. S. *Catharinæ.*

Harlemi. S. *Michaelis* in trivio nemoralis plateæ, ubi nunc Jaculatorum Hortus, conditus atque inſtitutus Anno 1488. Apr. 8. die, habet *Schrevelii Harlemum* L. 1. p. 22. quod & ſubſequentium non niſi ſolo nomine meminit.

S. *Urſulæ.* S. *Marthæ.* S. *Margarethæ.* S. *Annæ.*

S. *Catharinæ* olim. †

Holtmariæ, S. *Mariæ*, vulgò *onſer lieven Vrouwen Bergh*, ſitum habuit in Batenburgenſi Dominio & incolas Tertiarios Maſculinos.

Haſſelt. S. *Mariæ.*

* Vide noſtra ſub Alcm. p 85.

(* Vide hujus memoriam ſub Groninga p. 15.)

† Vide noſtra ſub Harlemo pag. 39. & ſeq.

Hoor-

Hoornæ. S. *Ceciliæ*, Anno 1402. fundatus.
S. *Mariæ*, incepit Anno 1408. & Anno 1574. Orphanis ceſſit.
S. *Catbarinæ* Annum 1400. initialem habuit.
S. *Gertrudis* Anno 1404. exortus.
S. *Agnetis* Anno 1485. in palude à magiſtratu conceſſa & per Sorores ingeſta terra oppleta enatus: vide de hiſce *Hoornam Velii*.
Hueſden. S. *Catbarinæ*, quem ſub vitæ ſuæ finem condi curaverat liberali manu *Giſbertus à Randwyck*, vir ut prænobilis, ita magnæ apud Geldriæ olim Duces Arnoldum Adolphumque dignationis L. 10. *Hiſt. Geld.* ad Annum 1481. ſcribit *Pontanus*, nunc autem ex *Oudenbovii Hueſda* pag. 12. Monaſterium in Ludum litterarium converſum eſt, & poſt ruinam Anno 1637. inſtaurata Eccleſia ſervit Anglis & Gallis.
Huyſſen. S. *Elizabethæ* nobiliſſimâ Bilantiorum manu olim conſtitutus & peculio irrigatus etiamnum, ſed unicus perſeverat.
Leydæ. **Roomburgb*, ante portam Hogewoerdiam vetuſtiſſimum Romanorum caſtrum, in cujus ruinis D. *Margaretha* ſacer excitatus hic Conventus Anno 1390. at poſt religionis motus eruderatus & in hortos ac pomeria mutatus.
S. *Michaelis* in privata domicilia diſſectus.
S. *Mariæ* in *Abcou*, eandem cum præcedente fortunam paſſus.
S. *Barbaræ*, cujus in domo propria fundator ac dotator vir nobilis *Simon ab Alkemade*, aliàs *de Woude*, filius *Joannis* & *Catharinæ de Valkeneſſe*; nunc Principis & Statuum hoſpitium, Templum domus armamentaria, cujus Tabulata pauperibus annonam aſſervant. De horum fundationibus altum ex confeſſa ignorantia ſilentium apud *Orlers* in ſuo *Lugduno* p. 1. deſcript. 7. †
Medenblick. S. *Mariæ*. S. *Catharinæ*.
Monickendam. S. *Mariæ*.
Muyden. S. *Catbarinæ*.
Naerden. S. *Mariæ*.
Oen in Velua. S. *Mariæ*.
Oldewater. S. *Urſulæ*.
Oldezeel. S. *Agnetis*.
Purmerent. S. *Urſulæ*.
Rhenen. S. *Agnetis*.
Roterodami. S. *Agnetis*.
Schaegen. S. *Catbarinæ*. Hujus ſolo nomine tenus in Chronico Alcmarienſi pag. 137. meminit *Cornelius vander Woude*.
Schiedami. S. *Urſulæ*, Anno 1424. inchoatus, at Anno 1429. poſt ſui conflagrationem tranſlatus in *Ketel* vicum oppido vicinum ex Archivis loci.
Theſſel. S. *Agnetis*.
Tyel. S *Agnetis*, cujus Anno 1443. per Trajectinum Epiſcopum confirmata fundatio, & Anno 1478. quæ etiamnum ſuperſtes erecta Eccleſia, ex *Slichtenborſt*. L. 1. n. 75.
Neomagi. *Bethleem*.
Ultrajecti. S. *Ceciliæ*, per Virgines XXII. retro Xenodochium S. *Barbaræ*, quæ inibi XVI. annis convixerant, primitus inchoatus, inde fundum & ædes cum *Lucia* conjuge offerente *Theodoro vander A* propè Forum, *de Node* dicunt, tranſlatus Anno 1397. cura *Gerardi de Bronckborſt*, ad S. Salvatorem Canonici & magni harum Virginum benefactoris. 7. Aug. Anno 1399. clauſuram & tertiam S. Franciſci Regulam acceptavit: inter præcipuos Mæcenates, & quorum celeberrima erat memoria, in Necrologio recenſetur 16. Octob. *Sophia van Sanen* ſummæ Aræ & Domus fundatrix Anno 1421. *Aeltius Vloet* Civis Campenſis cum *Eva* conjuge & *Gerbrando* filio ac *Margaretha* filia, qui Anno 1483. haſce Veſtales ex aſſe hæredes reliquerunt.
S. *Nicolai*.
Bethleem in oppidi pomœriis, nunc pomœrium & hortus.
Vollenhoeve. *Campus S. Joannis*, cujus fructus poſt Religioſorum exilium Provinciali Ærario ceſſerunt.
Clarenburgh.
Warmondt. S. *Urſulæ* prò Virginibus nobilibus quidem, ſed tenuiorum mediorum à Domino de Warmondt *Joanne de Woude*, qui vitæ finem habuit Anno 1417. exſuſcitatus, in quo conjugis ejus Sorores duæ, filiæ de *Cruningen*, Votorum initia fecerunt.
Weeſp. S. *Joannis het Oude Hoff*, nunc Orphanotrophium.
S. *Mariæ het Jonge Hoff*
Zutphaniæ.
S. *Mariæ Magdalenæ*,
S. *Catbarinæ*.

At iſtud *Capitulum* & reliqua omnia, exceptis ſolis Hiſpanis Anno 1568. 3. Julii ſuppreſſit Pius Papa V. nomen Generalis & omnem Capituli auctoritatem exſtinguens, ipſoſque Conventus juriſdictioni, correctioni ac viſitationi Generalis Miniſtri ac Provincialium Fratrum Minorum de Obſervantia pro tempore exiſtentium ſubjecit, in quorum Provinciis Conventus Tertii Ordin. forent conſtituti. *Capitulum illud ſuppreſſum à Pio V.*

Litteris Pontificiis inſtructi, manuque Ducis Albani armatâ ſuffulti facilè prævaluerunt *Obſervantes*, ſubmiſſionemque Anno 1570. à noſtris Tertiariis extorſerunt: *Frater* enim *Wilhelmus Iterſtenius* tunc Generalis cum undecim aliis ſui Ordinis Fratribus *Patri Lucæ de Arrenalo*, Ducis Confeſſario & Commiſſario Apoſtolico, ſeſe totamque ſuam Remp. coram Notario ſubdidit cum promiſſo promptæ & inviolabilis obedientiæ & ſubjectionis omnimodæ, ſalvo tamen quòd habitum non mutarent & bona, quibus hactenus uſi fuerant, reſervarent: aliqui etiam ex Fratribus Vitæ communis licet non ſubeſſent Ordini Tert. Reg. ex eo tamen quod præeſſent Monaſteriis Tert. Reg. & ipſi comparentes (etenim invitis Commiſſarius triremes minitabatur) in ſe receperunt, ſeſe pro viribus curaturos, ut ſibi ſubditæ Sorores obedirent ejus viſitationi ſtatutis & Bullæ Pontificiæ.

† At reclamarunt plurimæ etiam à Præfectis & Matribus prohibitæ ne vel confiterentur Minoritis niſi fortè cogeret extrema neceſſitas: inde revocata per violentiam extorta ſubmiſſio, & interim, dum communibus Capituli impenſis negotium ageretur Romæ, implorata & obtenta contra violentos Monachos Trajectenſis Archiepiſcopi tutela: quid autem ibi obtentum ſit, non invenio annotatum: unde ſuſpicor *Obſervantes* moleſtum fœminarum regimen & lites pertæſos, præſertim cùm jam prævaleret pleriſque in locis innovatio Religionis, nec æquè facilem haberent *Gregorium* XIII. qui multa, quæ nimis liberaliter Pius conceſſerat, utiliter revocavit, à litis proſecutione ceſſaſſe ſeu potiùs causâ cecidiſſe, cùm noſtrates cum *Zipperenſibus* vicinis, qui & ipſi Monachis reluctabantur, Piani Diplomatis fundamenta non concernerent, utpote ignaros Conſtitutionum *Cardinalis Carpenſis*, imò neque indigos, cùm annua Superiorum viſitatio- *pluribus reclamantibus. Dumque lis Romæ agitatur, implorata Ultraj. Epiſcopi tutela.*

* Vide noſtra ſub Leida p. 480. † Vide p. 466. 467. 468. 471.

† Vid. *Bat. Sacr.* part. 2. p. 215. 216.

Digitized by Google

ne deprehenſa vitia continuo curarent ſaluberrima Statuta, quæ à me aſſervantur accurato *Delphis Adrichomii* calamo annotata, qui ad D. *Barbaram* Rector ſæpius munere Definitoris functus & inter Capituli Patronos contra oppugnantes Monachos præcipuus fuit: in quibus etiam lego illud denuo Ultrajecti ad S. Nicolaum An. 1574. ejecto jam ante in Generalem *F. Gulielmo de Horſſen* ſua comitia celebraſſe, ibidemque conclufum ut exhibito cenſuum indice præſcriberetur cuilibet Conventui quota impenſarum præfatæ litis, quæ ad 3680. florenos excreverant: iterumque ibidem apud Virgines Cæcilianas anno ſequenti, qui ei & Cœnobiis omnibus præter Almeloenſe quod exulat atque agonizat, & Huyſſenſe etiamnum validum, fatalis demum extitit. Verùm ſat diu apud Tertiariam Franciſci ſobolem circumvagati ſumus.

I S E L H A M.

Iſelhamiæ Parochiæ Divus Tut. Vicaria.

Sub Vollenhoviana Satrapia Tranſiſulaniæ Pagus, cujus Eccleſiæ S. *Stephano Proto-martyri* dedicatæ miniſterium annexum eſt Decanatui Steenwicano, in qua cum debito bini Sacrificii, & in abſentia Parochi, Curæ Paſtoralis unica S. *Petri Vicaria*, unumque *B. M. V. Officium* cum onere II. Sacrorum, & utriuſque Collator Parochus cum Ædilibus.

Hujus & illius Collatores, onera,

[Paſtor ibi Aº. 1571.

Paſtor.

D. JOANNES NICOLAI VONCK.]

S C H E R W O L D E.

Scherwoldæ Divus Tut. Vicaria.

Tranſiſulaniæ Pagus & Vollenhovianæ Satrapiæ ſubditus: rei ſacræ Archiſtrategus eſt S. *Nicolaus*, & Eccleſiæ Patronatu gaudet Steenwicanum Capitulum; in qua *Vicaria* unica S. *Antonis*, quæ ſuum poſſeſſorem obligat ad omnia Sacra feſtivalia & bina ferialia iis hebdomadæ diebus, quibus libet, eique demandat Eccleſiæ Cuſtodiam: eum ſeligit Paſtor cum Antonianis Confratribus.

Collatores, onera,

[Paſtor Aº. 1571.

Paſtor.

D. THEODORICUS HETGERS.]

S W A R T E S L U Y S.

Swarteſluſæ ſitus, Etymon, Parochia.

Tranſiſulaniæ Pagus annexus Satrapiæ Vollenhovianæ, & *Vidro* fluvio, ſive, ut hic vocant, Nigris Aquis impoſitus: cui contiguum eſt frequens ac prævalidum Propugnaculum cum Parochiali Eccleſia, & vicinum Aſceterium, vulgò *Swarte water* Monialium *Ordinis S. Benedicti*, in quo xxv. *Præbendæ*: quæ Monialibus præerat titulo *Prioriſſæ* cohoneſtabatur, Monachus verò Benedictini pariter Inſtituti qui illis à Sacris erat Præpoſitus dicebatur, e quibus innotuere nobis ad Annum 1406. *Giſelbertus van der Heute*, & ad Annum 1429. *Henricus Oninck*.

Propugnaculum vicinum; uti & Ordinis S. Benedicti Aſceterium; ejus Præpoſiti,

origo,

Circiter Annum M. CC. XXVII. Titulo *Montis Beatæ Mariæ Virginis*, ex præſcripto *Willibrandi* Trajectenſium Antiſtis xxxv, paſſim ſcribitur extructum atque dotatum per *Rudolphum* Covordiæ Præfectum in expiationem rebellionis & commiſſi parricidii in *Ottonem* II. *Willibrandi* prædeceſſorem, *qui cum in animum rebellem advertere ſtatuiſſet* (verba appendo *Wilhelmi Hedæ in Ottone*) *collecto ingenti exercitu Principes circumquaque vel ſanguine vel fœdere junctos in auxilium accivit, qui non defuere: at dirigentes aciem verſus Covordiam, dum vel incauti, vel nimium ſuis viribus confiſi ſoluto ordine incedunt, ab adverſario viribus impare & dolo intento in locis inviis & paludibus, quas Vechta fluvius efficit, miſerè obruuntur. Non parcitum cuiquam, ſed ſævitum in omnes indifferenter & crudelius in Nobiles: Epiſcopum illic viribus deſtitutum cùm cepiſſent, atrociter jugularunt abſcindentes capitis verticem*; (ſive, ut habet *Joannes de Beka*, coronam ejus cum cruenta carne gladiis acutiſſimis abradentes) *nec cæde ejus ſatiati, jam mortuum cadaver pluribus vulneribus confoderunt & ſic ſaucium immerſerunt cœno*: contigit hæc nefanda ſtrages Kal. Aug. Anno M. CC. XXVI.

Quæ flagitia ultus ejus ſucceſſor *Willibrandus*, cæſis Covordienſibus & Drenthanis *Rodolphi* ſubſidiariis, ſuperſtites & ipſum *Rodolphum* in gratiam recipiens præter alia, quæ apud præcitatos Hiſtoricos videri poſſunt, voluit ut hic noſtrum hoc Monaſterium conſtrueret & congruis cenſibus locupletaret: qui tamen poſtmodum ob iteratam rebellionem capite plexus & infami rotæ impoſitus perfidiæ ſuæ pœnas luit, de quo *in Annalibus Drenthiæ Picardus* longum ſermonem contexit.

Conditor, initia.

Bucelinus * in *Germaniæ Sacræ parte ſecunda* ejus initia ad Annum M. C. XXX. extendit; hic, quemadmodum & in aliis ſæpius, hallucinatus: certiorem inſtructionem dabunt litteræ ſequentes:

Tabulæ Willibrandi, Traj. Epiſc. circa ejus inſtitutionem ac donationes.

IN *nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Amen.* Wilbrandus, Dei gratiâ Trajectenſis Epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus in Domino ſalutem. Quoniam in ædificatione Tabernaculi Moyſis devotio & in conſtructione Templi Salomonis prudentia in Scriptura ſacra plurimum commendatur, nos ipſorum exempla ſequi feliciter cupientes Monaſterium novellæ plantationis Sanctimonialium de Ordine S. Benedicti Abbatis in *Salland* in loco, quem Montem S. *Mariæ* appellavimus, fundare inchoavimus, & noſtris donationibus, prout potuimus, competenter dotavimus in honorem Omnipotentis Dei & B. *M.* perpetuæ Virginis & S. *Mariæ Magdalenæ* & S. *Benedicti* pro remedio peccatorum noſtrorum & pro ſalute animarum felicis memoriæ Domini Ottonis Epiſcopi prædeceſſoris noſtri, & omnium cum eo in *Veno* apud Covordiam occiſorum, & omnium qui cum *Conrado Sculteto* apud Steenwick ſunt perempti, & omnium Friſonum qui in *Backenveen* ſive *Mirſpete* in obſequio Eccleſiæ pro juſtitia vitam feliciter finiverunt. Univerſi etiam boni homines Warandiam habentes in *Veno* adjacente Monaſterio bono operi congaudentes & conſummationem ejuſdem operis benevolè ſatagentes, cum communi conſenſu XIIII. manſos cum ſilvis, aquis, pratis & paſcuis præfato Monaſterio liberè contulerunt, & nos juriſdictionem & decimam de toto *Veno* prædicto uſque ad extremos terminos eidem Monaſterio dono perpetuo contulimus. Ut igitur ſanctum opus, quod feliciter inchoatum eſt, feliciter conſummetur, & in perpetuo feliciter perſeveret, & ut dictum Monaſterium cum rebus & perſonis ſuis pace perpetua gaudere valeat & quiete, nos idem Monaſterium cum perſonis ſuſceptis jam & ſuſcipiendis, & fundo, in quo ſitum eſt, quem *Rodolphus Leſman de Cotten* cum conſenſu amicorum ſuorum pro ſalute animæ fratris ſui *Arnoldi Reigeri* liberè & abſolutè contulit, ſimiliter etiam cum omnibus bonis mobilibus & immobilibus, quæ in præſentiarum juſtè poſſidet

* Vide noſtra infrà ſub *Drenthia* pag. 70.

aut

aut in poſterum Deo propitiante juſtis modis poterit adipiſci, ſub protectione Beati *Martini* & noſtra ſuſcepimus & ſub banno conſtituimus & præſenti chirographo noſtri ſigilli impreſſione roborato irrefragabiliter confirmamus. Concedimus etiam ſæpedicto Monaſterio jus ſepulturæ ad ſepeliendum mortuos propriæ familiæ ſive quorumlibet Fidelium Chriſti, qui cum licentia ſuorum Sacerdotum ibi voluerint ſepeliri. Præterea Sacerdotibus ejuſdem loci damus auctoritatem & licentiam audiendi confeſſiones, & inungendi infirmos ad ejuſdem loci familiam pertinentes, ſecundum quod exigit Regula B. Benedicti & mandatum Præpoſiti. Quæcunque igitur Eccleſiaſtica perſona ſive ſecularis contra hanc noſtram confirmationem præfatæ Eccleſiæ pacem malitiosè præſumpſerit perturbare, & in rebus vel in perſonis injuriosè attentaverit moleſtare, ſi ſecundo tertiove commonita non reſipuerit, & de injuria emendationem non exhibuerit, pœnam excommunicationis & banni ſe noverit incurriſſe. Actum Daventriæ Anno Incarnationis Domini M. CC. XXXIII. XII. Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno VI. præſente Domino Hermanno, Epiſcopo Lealenſi qui eandem Eccleſiam conſecravit, & aliis teſtibus quorum nomina ſubſcripta ſunt. Godefrido de Inſula S. Mariæ. Wilhelmo de Betlehem. Reimaro S. Petri Præpoſitis. Antonio Decano cum ſuo Capitulo Daventriæ. Magiſtro Menzone S. Mariæ de Inſula. Alexandro S. Joannis. Bertoldo Notario S. Mariæ in Trajecto Canonicis. Balduwino Comite de Benetl em. Ecberto Præfecto de Groninge. Rodolfo de Norch. Hermanno & Gerardo fratribus de Rothe. Pilegrimo & Woltero Radinc de Vullenho. Henrico de Stonebrinc. Burchardo & Gerardo de Middelwick. Swethero de Vorſte. Giſelberto de Buchorſt. Alfardo de Iſlemuthen. Gerardo de Benethem. Winemaro de Hardenbergh. Lemberto de Haren Engelberto & Henrico de Gernere. Remfrido de Junne. Suethero de Genne. Hermanno de Vilſtere.

Hæc ex ipſo protographo, in cujus dorſo & plica, aliâ tamen manu, ſcriptum: *Littera Domini Wilbrandi Epiſcopi Trajectenſis ſuper inchoatione hujus Conventûs cum donationibus.*

De Decanatu Campensi,

Quem integrant

CAMPI.	CAMPERVEEN.
ISELMUIDEN.	MASTEBROECK.
GENEMUIDEN.	SALLICK.
WILSUM.	ENS.
GRAFHORST.	

C A M P I,

Camporum ſitus,

ALTERA Tranſiſulanæ ditionis Metropolis, cis Iſalam tamen ad lævam ipſius ripam; adeóque ad ipſas fauces poſita, civitas & mole & momento magna ac concinna, dives & publicis privatiſque ædificiis ſplendida atque ſuperba.

Pons *Iſalæ* ſubſtratus, munimenta,

Pontem habet, qui utramque Iſalæ ripam jungit, validiſſimis trabibus in profundum adactis ſubnixum tanto intervallo, ut trabes & ligna illis impoſita pendere videantur in aere: in adverſa ripa validiſſimum munimentum cum ſuis propugnaculis ponti cuſtodiendo è terra aggeſtum. Cæterum Civitas ipſa alto & craſſo muro cincta cum crebris per intervalla turribus validi & antiqui operis, prout hodie belli rationes ſe habent magis à natura quam ab arte munita.

Privilegia, in his monetæ.

Habet & hæc Monetam ſuam privilegiaque eximia. Commerciis olim, quam hodie florentior fuit, oſtio fluminis ſenſim oblimato, nec onerariarum jam capace. Hæc ferè e *Guicciardini Belgio*. Natales ejus ignotos ad Annum 1286. notat *Bocopius*: qui ex nomine *Romanis* ac *Druſo* eos aſſcribunt, non omninò hallucinantur. Ab Anno 1578. 20. Julii Statibus paruit, cùm jam ante ſexennium per quatuor ferè menſes Henrici Comitis Montenſis nomine Wilhelmi Principis Auriaci præſidium habuiſſet.

Hic *Eccleſiæ* II.

Eccleſiæ binæ. Ia. S. *Nicolai*;

Primaria D. Nicolao inſcripta eſt, de cujus dote exſtat ſequens Diploma:

Dotis ei adjectæ Tabulæ.

OTTO, Dei gratiâ Trajectenſis Electus, univerſis præſens ſcriptum intuentibus ſalutem in Domino. Notum ſit omnibus quod *Iſmabel* Sacerdos in Campen, cùm à ſuis civibus & Parochianis haberet ſingulis annis duas libras Daventrienſis monetæ in dotem ſibi ſicut & ſuis anteceſſoribus aſſignatas, talem cum eis de noſtro conſenſu & Eccleſiæ compoſitionem ſive commutationem fecit. Parochiani prædicti octo manſos in *Veno* prope Campen, quod eis com-

mune fuit, pro eiſdem duabus libris ſibi & ſuis ſucceſſoribus perpetuò aſſignaverunt in dotem, & ipſe pro eiſdem octo manſis illis duabus libris pro ſe & ſuis ſucceſſoribus perpetuò renuntiavit. Hanc autem commutationem ſive conventionem nos confirmamus & in facti memoriam præſens ſcriptum ſigillo noſtro fecimus communiri, ſub anathemate firmiter inhibentes ne quis hanc ordinationem turbare audeat aut ei auſu temerario contraire. Datum Anno Domini M.CC. XXXVI. Sabbatho ante Joannis Baptiſtæ.

Fabricæ, & turris novæ initia;

Fabricæ, quæ modò cernitur, prima fundamenta poſita ſunt Anno 1269. turris autem Anno 1518. nova aſſurrexit, cùm, quæ hactenus ſteterat, plurimis præ ſenio lacera rimis minaretur ruinam: *eam non Oppidani tantùm omnes, ſed frequens è vicinia populus frequentat* in Deliciis Apodemicis per Germaniam ſcribebat *Caſpar Ens.* Inter hujus Eccleſiæ ornamenta enituit ſub Ædilibus *Henrico Croeſſer* & *Hermanno Voeren* Anno 1499. fuſum ex fulvo ære Sacrarium & ad Chori faciem collocatum, cujus tanta moles ut, excepto Suppedaneo, ſolus tholus 9063. æris pondera oſtentaret: olim enim cultus animi & fervor pietatis è profundo pectoris etiam in Ædificia Templorumque ornatum redundabat: at illud Anno 1572. deſtructum eſt, & per *Henricum* Comitem Montenſem Auriaci Vicarium magno Martis beneficio in tormenta bellica transformatum.

Sacrarium, aliaque ornamenta, dein deſtructa.

Collatio;

Jus conferendi Paſtorale munus olim erat alternis vicibus penes Daventrienſe Capitulum & ejuſdem Turnarium; at illud poſtmodum ex indulto Curiæ Romanæ ſuum fecerat Senatus Campenſis: ne autem in litem incideret cum Capitulo ablegavit *Thymanum van den Veene*, *Gerardum Loze*, *Henricum Cuynretorf* & Magiſtrum *Gerardum Morre* Camerarios, Senatores & Proconſules, qui à Capitulo in Pontificium Diploma conſenſum emendicarent, præſertim *cùm Senatus Eccleſiæ reditibus per hæreſin imminutis & refrigeſcente hominum charitate Paſtorem alere teneretur:* quorum voto hunc in modum reſponſum.

lis circa eam,

Nos Vice-Decanus & Capitulum Eccleſiæ S. *Lebuini* Daventrienſis propoſitionibus & rationabilibus cauſis prænarratis juſtè moti, & ſingulari favore, quo Conſules & Senatus Campenſis nos & Eccleſiam noſtram ſemper amplexi fuerunt & adhuc amplectuntur quotidie, favorabiliter inducti, ac etiam deliberatione uſque in ſequentem diem maturè inter nos præhabita conſiderantes & cum omni maturitate perpendentes rei difficultatem temporumque præſentium iniquitatem & pericula, quibus non ſolùm Lutherana verùm etiam multorum aliorum Hæreticorum Hæreſes paſſim in Germania indies magis ac magis, proh dolor! pullulant & debacchantur: ad ſingulorum dictorum Conſulum & Senatus oppidi Campenſis petitionem, & propter ſingularia benè merita, quæ nobis & Eccleſiæ noſtræ dicti Conſules & Senatus aliquando impenderunt, futuriſque temporibus dictæ Eccleſiæ noſtræ ſucceſſoribus impendere promiſerunt, atque hujuſmodi etiam defectibus & periculis ſuperius præallegatis ex animo quantum in nobis fuerit obviare volentes, quatenus divinus cultus ubique non modò permaneat, verùm etiam augeatur & defendatur, tenore præſentium ſponte, libere & ex certa noſtra ſcientia conſentimus ac liberum noſtrum conſenſum præſtamus, quatenus Conſules & Senatus in vim Litterarum Apoſtolicarum, quoties dictam Eccleſiam S. *Nicolai* Campenſis vacare contigerit etiam in turno ordinario, quamvis ea in parte dictis Litteris Apoſtolicis, ſalva tamen S. Sedis Apoſtolicæ reverentia, juſtè nos opponere potuiſſemus, Perſonam habilem & idoneam juxta earumdem Litterarum Apoſtolicarum continentiam & tenorem graduatam & qualificatam nobis ad eandem Campenſem in domo noſtra capitulari Capitulo ad hoc ſolemniter indicto capitulariter congregatis Capitulumque facientibus & repræſentantibus, jam deinceps perpetuis futuris temporibus præſentare poſſint & valeant: cui quidem Perſonæ modo præmiſſo præſentatæ nos providebimus & eidem Eccleſiam eandem conferemus, ſalvo quod Perſona ſic præſentata ac proviſa, quando Eccleſiam ipſam ordinariè & in manſibus Ordinariorum vacare contigerit, à Domino Præpoſito & Archidiacono noſtro ſeu ejus pro tempore Officiali capiet Inveſtituram & inſtitutionem prout olim conſuevit, juribus ac legibus Domini Præpoſiti noſtri ſemper ſalvis, ita quod pro illis dabit ac ſolvet prout conſuetum ac ſolitum eſt 10. videlicet florenos Rhenenſes aureos in auro boni ponderis. Quia nobis ſucceſſoribuſque noſtris per juris præſentationis hujuſmodi dimiſſionem totaliter & omnino præjudicatum exiſtat, concordatum & in amicitia conventum eſt, ut toties, quoties Conſules & Senatus Campenſis aliquam perſonam modo præmiſſo graduatam & qualificatam nobis præſentaverint, ad manus Camerarii noſtri pro tempore in uſum dictæ noſtræ Eccleſiæ ac in recognitionem & recompenſam juris hujuſmodi ceſſi 10. florenos aureos Rhenenſes conſimiles realiter & cum effectu conſignabunt. Præterea quod Perſona ſic ut præmiſſum eſt præſentata immediatè jurabit Decano & Capitulo noſtro fidelitatem & reverentiam, & quod de decimis, bonis, paſcuis, pratis, rebuſque aliis dictæ Eccleſiæ noſtræ in oppido aut extra oppidum Campenſis ſeu aliàs ubilibet ſituatis quovis quæſito colore vel ingenio ullo unquam tempore ſe non intromittet.

Litteræ, quo Capitulum inter & Senatum inita eſt hæc concordia, præferunt Annum 1541. & Menſis Septemb. diem primum. Inter hujates & Parochos primas tulit ALBERTUS PIGHIUS, Theol. Colonienſis & variis Scriptis, quæ in *Deſſelii Bibliotheca* videri poſſunt, nomen celeberrimum aſſecutus. Obiit is ſenex Ultrajecti ad S. Joannem Præpoſitus 4. Kal. Januar. Anni ineuntis CIↃ.IↃ.XLIII. cùm jam Anno XXXIX. ſarcina Curæ Paſtoralis ſeſe exoneraſſet. Elogium illi ſcripſere *Paulus Jovius*, *Aub. Miræus* & *Joannes Guntherus*. [De eo mox pluribus ſub viris *Camporum* illuſtribus.]

transactione ſopita.

[Paſtor Eccleſiæ D. *Nicolai* Anno 1571.

Dnus MICHAEL HERTROYE.

Priſci,

Campis haud adeò numeroſi hodiè ſunt Catholici, quibus præter Minoritam de Obſervantia, primus Paſtor a mutato regimine invigilavit

* THEODORUS PHILIPPUS SLACHMAN, qui obiit Paſtor Campenſis 13 Jan. An. 1663.

Succeſſorem habuit

† CONRADUM VOORST, Embricenſem, qui obiit Campis Paſtor 16. Sept. 1678.

ac hodierni Paſtores.

THEODORUS VOORST, ſimiliter Embricenſis, *Conradi* frater, paucis poſt ordinationem menſibus fratri Paſtori Campenſi deſerviit, eique illic defuncto ſucceſſit; adeóque XII. circiter

* *Necrol. Eccl. Bat.* † *Idem Necrol.*

annis

Digitized by Google

annis hujus loci curam egit. Bis eo tempore captus fuit ab Acatholicis.

Vir erat magni zeli & ſingularis pietatis, populo ſuo admodùm gratus & charus. Multos ſubiit labores Catholicis in *Elburch*, in *Ens* & *Emeloort*, atque in aliis Inſulis vicíſque derelictis degentibus inſerviendo.

Obiit autem *Theodorus Voorſt* Campis, Paſtor ibidem 31. die menſis Auguſti, Anno D. 1690. ætatis 36. ſacerdotii 12. Cùm autem tertius frater Curam Campenſem, cui & ad tempus deſervierat, recuſaret,

CORNELIUS MARQUIS, Amſtelodamenſis, Campenſi Curæ aliquo tempore deſerviit: ſed cùm eandem deſereret ut Deo ac ſibi viveret,

GERARDUS SCHEUNING, Amisfurtienſis, Curam eam ſuſcepit: verùm illo Paſtore Campenſium ibidem 14. Febr. An. 1709. defuncto,

Supra dictus D. *Marquis* Curam a ſe pridem deſertam repetiit; & poſt ipſum

ABUNDIUS HAANSTRA, Friſo-Snecanus, ſtudii Lov. a Colon. Nuntio, ad Curam Campenſem miſſus fuit.]

Paſtoratui aſſociata eſt *Vicaria*: *Vicariæ: Collatores, &c.*

I. *S. Crucis* ante Chorum, quæ geminum habet Poſſeſſorem, unus tribus, alter ſeptenis, vicibus in quindena Sacerdotio fungitur: hujus Patronatum gerit Senatus.

II. *S. Crucis* & *B. M. V.* quæ à ſuo Miniſtro per Ædiles & Conſules adoptato ſemel vult peragi rem divinam: ejus Ara ſitum habuit in ambitu Chori.

III. *Transfigurationis Domini*, cujus deſervitor à Santagnetano Conventu conſtitutus voluntariè ſacrificat duabus vel tribus vicibus.

IV. *B. M. V. Scabinorum*, cujus Patronatum gerunt Fratres Memoriæ Scabinorum.

V. *SS. Petri* & *Pauli Apoſt.*

VI. *SS. Jacobi* & *Catharinæ*, cujus Anno 1571. Collator *Simon Glan.*

VII. *S. Georgii*, ſub patronatu Familiæ *Hackfordianæ*.

VIII. *S. Barbaræ*, cujus patronatum obtinet Paſtor cum Senatu.

IX. *S. Aldegundis*, quæ duos alit Miniſtros.

(V.–IX.:) Cum debito II. Sacrorum.

X. *Dominæ noſtræ in Sole*, quæ trina exigit Sacrificia, ejúsque Anno quo ſupra Collator *Theophilus* aliàs *Godtfrundt ten Endick.*

XI. *S. Eligii*, quæ à duobus Rectoribus adminiſtratur, unus tribus, & alter quatuor vicibus litat.

XII. *S. Eraſmi*, cui deſerviunt tres Presbyteri: primus & ſecundus geminá vice, & unicà tertius celebrando Miſſam.

XIII. *S. Lazari* & *Sororum*, qua duobus ſuis Miniſtris quatriduo Sacerdotii uſum demandat, cujus Anno quo ſupra Collatrices *Eliſabetha Voerns* & *Jutta Berniers.*

XIV. *S. Agathæ*, quæ alumnum ſuum occupat ad altare quinque vicibus, cum ſeligunt Æditui cum Familia *Dompzeleriana*.

XV. *SS. Simonis* & *Judæ*, quæ novies in quindena Poſſeſſorem ſuum advocat ad Aram.

XVI. *SS.* XI. M *Virginum.*

XVII. *S. Catharinæ*, quæ duos alit Miniſtros: utraque trina Sacra expoſtulat ac ſub *Wateriorum* & *Helliorum* patronatu conſiſtit.

XVIII. *S. Andreæ*

XIX. *S. Matthiæ*

(XVIII.–XIX.:) *Apoſtolorum.*

XX. *S. Michaelis.*

XXI. *S. Joannis Baptiſtæ*, cujus patronatum, Anno quo ſupra, poſſidebat præcitatus *Godtfrundt ten Endick.*

XXII. *S. Olai*, eam inſtituit *Henricus Wor*

[Extra *Vicarias* has, & *Vicaria* ibi ad altare III. *Regum*, juxtà Chartam hanc MS. 1594.

OFficialis, Præpoſiti & Archidiaconi Eccleſiæ Beatæ *Mariæ* Trajectenſis. Univerſis & ſingulis Dominis, Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus, publicis quibuſcunque nobis ſubditis, Salutem in Domino ſempiternam. Cùm (ſicuti hodiè ad noſtram notitiam pervenit) *Vicaria* & ſeu perpetua Capellania ad altare *trium Regum* in Eccleſia Parochiali ſancti *Nicolai* Civitatis Campenſis, Trajectenſis Diœceſis, ac noſtri Archidiaconatus prædicti, per obitum & ſeu deceſſum *Ludovici Voorn*, ultimi poſſeſſoris, ejuſdem & ſeu alterius cujuſcunque, aut aliàs quocumque certo modo, tanto tempore vacaverit & de præſenti vacare dinoſcitur, quod ejus collatio, proviſio, ſeu quævis alia diſpoſitio juxta SS. Lateranenſis & Tridentini Concilii ſtatuta, ad nos & Præpoſituram Eccleſiæ prædictæ pro hac vice devoluta exiſtit, quare jus noſtrum negligere nolentes, ſed dictæ *Vicariæ* & ſeu perpetuæ Capellaniæ de Rectore idoneo ſalubriter providere cupientes, dilecto nobis in Chriſto ac nobili adoleſcenti *Joanni*, filio nobilis viri *Henrici vander Vecht*, U. J. Licentiati apud nos de vitæ & morum honeſtate plurimum commendato, ſuorum meritorum intuitu, eandem *Vicariam* ſive perpetuam Capellaniam ad altare *trium Regum* ſic (ut præmittitur) aut aliàs qualitercunque aut quocunque modo vacantem cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis univerſis, in Dei nomine contulimus & conferimus ac providimus, & providemus præſentium per tenorem ipſum inſtituendum in eandem & inveſtiendum præſentialiter de eadem, quocirca vobis omnibus & ſingulis ſuper ſcriptum, & veſtrum cuilibet inſolidum, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipientes, mandamus, quatenus præfatum nobilem adoleſcentem *Joannem vander Vecht*, ſic (ut præmittitur) a nobis proviſum vel Procuratorem ſuum legitimum ejus nomine, & pro eo, in corporalem, realem & actualem poſſeſſionem dictæ *Vicariæ* ſeu perpetuæ *Vicariæ trium Regum*, juriumque & pertinentiarum omnium ejuſdem, auctoritate noſtra inducatis, cum ſolemnitatibus debitis & conſuetis, recepto primitus ab eodem, vel dicto ſuo Procuratore, fidelitatis & obedientiæ ac aliàs ſolito juramento. Præcipientes ad hoc univerſis & ſingulis penſionariis, partionariis & debitoribus fructuum ejuſdem *Vicariæ*, quatenus dicto nobili adoleſcenti *Joanni vander Vecht*, vel Procuratori ſuo legitimo ad hoc ſufficienti mandato ſuffulto, de ipſius *Vicariæ* fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis univerſis reſpondeant, & ab aliis (quantum in eis fuerit) reſponderi faciant atque permittant, temporibus ad hoc poſitis atque ſtatutis, reddite litteras debitæ executionis vos earum executores. Datum Trajecti ſub ſigillo Officialatus noſtri prædicti Anno xv^{C} nonageſimo quarto, die vero decima ſexta menſis Julii. *Vicaria ad altare III. Regum noviter detecta.*

ANTON. VERHUEL,

Not. Capit. SSt.]

Et

Digitized by Google

Officia; eorumque onera.

Et *Officium*,

I. *Transfigurationis Domini*, cujus erant Proviſores Miniſter Campi Santioannici, Rector Conventûs Santagnetani, *Gerardus Glan* & *Martinus Willemz.*

II. *Sanctiſſimæ Trinitatis*, Collatrice Domicella *de Eip* ex Voerniana Familia: utrumque quina Sacra ſuo Miniſtro demandat.

III. *Primi Sacri*, quo Ædiles Presbyterum honorant, onerant dicere debueram.

IV. *S. Crucis.*

V. *S. Annæ*, *Glauwiis* Collatoribus: utrumque quatuor vicibus Beneficiarium ſuum admovet altari.

VI. *S. Thomæ*, cujus obtinent Patronatum *Muilartii.*

VII. *In Altari Animarum*, quod cum Ædilibus Miniſtro donat Senatus: utrique annexum eſt debitum II. Sacrorum.

Parochianorum numerus.

Memini vidiſſe me characteres *Reverendiſſimi de Monte*, quibus ſtatuit *Nicolaiticam* hanc Baſilicam ex Parochiali in Collegiatam promovere: verùm ob Religionis turbelam & mortem immaturam conceptus ſine effectu evanuit: numerabat ea Convictores 8000. quos Anno 1416, Dominicâ in Cœnâ vivifico Chriſti corpore ac ſanguine ſuſtentabat.

Eccleſia altera D. V. *Mariæ*; ejus initia, turris præcelſa.

Secundaria Eccleſia *Nicolaiticæ* coæva, quacum ab eodem Architecto *Joanne de Colonia* eodem die Anni 1369. lapidem primum habuit & ultimum, honoribus *Deiparæ Virginis Mariæ* dedicata eſt: *præcelſam & eleganti ſtructurâ nobilem habet Turrim*, (ait præcitatus *Caſparus Ens*) *unde per vicinum mare auſtrale Enckhuſam uſque viſus dari pandique poteſt: eadem Eccleſia non ſine ſpectantium admiratione ſummo in altari elaboratam & venuſtam Tabulam repræſentat majorum imaginibus Clariſſimæ Virginis manu depictam, qualis & in Franciſcanorum Collegio perelegans conſpicitur:* hîc *Vicariæ*,

Vicariæ,

I. *S. Crucis* & *D. Wilibrordi:* cujus geminus poſſeſſor unus ab Æditui electus quartò fungitur ſacerdotio & alter tertiò.

II. *S. Annæ.*

III. *Ven. Sacramenti:* quæ à Miniſtro Sacerdotii ſui uſum quatuor vicibus expoſtulat, ejus Patronatum obtinebant Anno 1571. *Ludovicus Voern*, *Albertus ten Thoorn*, & *Margaretha Schellers.* (Collatores,)

IV. *S. Georgii*, cum debito II. Sacrorum.

V. *S. Antonii*, quæ duos alit Miniſtros à *Cuynreturſiis* oblatos, unum cum onere II. & alterum cum onere IV. Sacrorum.

onera.

Et *Officium*,

I. *B. M. V.*
II. *S. Georgii.*
III. *S. Jacobi.*
IV. *S. Catharinæ.*
V. *D. V. M.*
VI. *SS. Petri & Pauli.*

} Cum III. Sacrorum nexu.

Horum omnium Patronatu gaudent Magiſtri ſeu Patres Memoriæ.

VII. *S. Martini*, cum onere III. Sacrorum & luſus in organo.

VIII. *B. M. V. SS. Ambroſii* & *Franciſci*, quod ſuo deſervitori IV. Sacra præſcribit.

IX. *Dolorum B. V. M.*

X. *S. Crucis* & *D. Jacobi*, quod in quindena tria Sacrificia expoſtulat.

Xenodochia; *S. Spiritus*;

Viſis iis locis, ubi Chriſtus operatus eſt in ſuis Miniſtris, viſenda ſunt *Xenodochia*, quæ ſub pauperum perſona inhabitat. *Primum Spiritus Sancto* ſacrum eſt, in cujus Eccleſia *Vicariæ*,

ejus *Vicariæ*.

I. *Venerabilis Sacramenti*, cujus duo poſſeſſôres uterque cum onere Sacri quotidiani alternis vicibus.

II. *B. M. V.*

III. *S. Jacobi Apoſtoli:* his Senatus Miniſtros aſſignat.

IV. *S. Elizabethæ*, cujus Anno 1571. Patronus ignotus & onus Sacri quotidiani alternis ſeptimanis: erant hi omnes deſervitores in matrice Eccleſia Chori-ſocii & ejuſdem ſtipendiorum participes.

V. *S. Annæ*, quæ Miniſtro ſuo à Senatu & Proviſore delecto tria Sacra imponit.

S. Gertrudis; ejus *Vicariæ*.

Secundum D. Gertrudi inſcriptum eſt, in cujus Capella *Vicariæ*,

I. *S. Gertrudis*, quæ duos habet alumnos ad quotidianum altaris Sacrificium alternis ſeptimanis obligatos & matricis Eccleſiæ Choraulis aſſcriptos.

II. *S. Antonii*, cujus itidem duo Rectores, unus à Proviſoribus & Ædilibus *S. Nicolai* deputatus, is quinquies peragit rem divinam: alter à Senatu ſubmiſſus unà cum altero *S. Gertrudis* Vicario exhortationis verbo, conſolationis lenocinio & Sacramentorum miniſterio Paſtorem hic agit.

S. Catharinæ, cui *Vicaria* unica.

Tertium S. Catharinæ conſecratum eſt & leprâ contaminatis appropriatum, cujus Anno 1403. cum Capella, in qua unica *Vicaria*, primus fundator & dotator *Pelgrimus Morre* & à Religionis turba diſturbium. Alia ſed minoris nominis non aſſcribimus.

Cœnobia; Monachorum Franciſcanorum,

Cœnobia III. obtinuit *Sexus* maſculinus. Primum domicilium fuit *Fratrum S. Franciſci*, quibus Regulæ Obſervantia nomen dedit, de quo *in Originibus Seraphicis* p. 3. Conventu 25. Provinciæ Germ. infer. *Gonzaga: Conventus Campenſis ædificatur* Anno 1478. *inhabitatur uſque ad* Annum 1579. *quo à pluſquam Neronianis Hæreticis Fratres loco pelluntur:* at errat in Natalibus, [ut & ipſe *Annalium* T. VII. pag. 33. notat *Waddingus* ad Annum 1477.] cùm eorum mentionem invenerim ad Annum 1380. & apud *Bocopium* ad Annum 1426. undè ſuſpicor hunc Conventui Daventrienſi eſſe coævum, quandò colonias ſuas in haſce oras deduxit *Ordo Franciſcanus.*

[De eo hæc loco citato habet *Waddingus:*

eorum initia;

DAvid, Epiſcopus Trajectenſis, & incolæ oppidi † *Kempen*, ad Iſalæ fluminis oſtia expoſuerunt hoc Anno Pontifici domum Fratrum Conventualium ipſorum incuriâ incendio in cinerem fuiſſe redactam, refectam tamen per oppidanos ea lege, quod Fratres ſe Obſervantiæ regulari vellent ſubmittere. Conſtructo autem dormitorio, aliiſque officinis Conventus, jactiſque Eccleſiæ fundamentis Fratres numero duodecim in quodam tuguriolo celebrantes in altari portatili, laxéque viventes nolebant obſervare promiſſa. Rogarunt itaque Epiſcopus & oppidani, ut ad hæc cogerentur, vel domus daretur Obſervantibus. Annuit Pontifex 4. Kal. Novembris commiſſa cauſa quibuſdam Abbatibus prædictæ Diœceſis, qui anno ſequenti reformationem introduxerunt. Errat *Gonzaga* * dum tunc conſtructum affirmat Conventum. Oppidum illud olim erat Catholicæ fidei, & Fratribus valde addictum, quod & poſtea compertum eſt. Enimvero cùm Geuzii poſt juramenta, & Gandenſem Pacificationem omnes Catholicos profligare conarentur, ſed ante alios, Fratres Mi-

reſtitutio,

† *Kampen* dicere voluit Scriptor.
* *Gonz. in Prov. German. Infer. Con.* 25.

nores

Digitized by Google

nores Anno 1579. à civibus illi Catholicis tam
ſita, ſtrenuè propugnabantur, ut ſi ſimili œſtro ſanguinario, quo Geuzii etiam Catholici perciti fuiſſent, omnes illos una die aut ejicere potuiſſent, aut occidere: ſed non multo poſt impoſito Civitati præſidio ab Auriaco Principe Chriſtianæ religionis exercitium prorſus eſt extinctum, & fratres inde inhumaniter expulſi. Conventus hic adjudicatus eſt provinciæ Coloniæ in Capitulo provinciali Leydenſi, Anno 1527. &
& excidium: in generali Toloſæ Anno 1532. celebratis; Patres tamen Germaniæ inferioris inter ſuos enumerant. Hactenus Waddingus.)

Cellitarum ædes, Secundum incoluere Fratres *Cellitani*, noſtratium lingua dicti *Cellebreurs*, qui cum ſacerdotali charactere non inſignirentur, utpote omnes Laïci, religioſa incolarum munificentia in eorum Eccleſia, cujus inſuper & Cœnobii nobis ignota ſunt primordia, inſtituit *Officium*,

Officia, I. Ad altare *S. Lazari*, quod tres aluit Miniſtros & quemque ad tria Miſſæ Sacrificia obligavit.

II. Ad Aram S. *Annæ*, cum quinque Sacrorum exactione.

III. Ad altare S. *Auguſtini*, cujus duo poſſeſſores quiſque cum debito IV. Sacrorum: ejus Patronatu potiebantur Anno 1571.
& Collatores. *Petrus Warnerz*, Magiſter. *Gerardus Glaen* & Pater ſive Præſes Cellitanorum.

Tertium, ſed ſuburbanum ſub patrocinio & ti-
Carthuſianorum Monaſterium ſuburbanum; tulo S. *Martini in Monte ſolis*, lexico Belgico *Sonnenbergh*, celeberrima fuit Eremus Carthuſianorum, quibus initium dedit ſub Annum 1084. S. *Bruno* Coloniæ eo in cubiculo natus, quod
Brunonis Coloniæ cubiculum, modo pro domeſtico Oratorio ſervit Collegii Hollandici Convictoribus: de quo admodum *R. P. Fredericus Emeren*, meus aliquando apud Embricenſes in Joſephino Societatis Jeſu Gym-
ſeceſſus, naſio Profeſſor, vir in litteris & virtutibus expoliendæ adoleſcentiæ natus ac de me optimè
ſolitudo, meritus:

Vita procul patria & ſtudium mihi junxerat olim
A legum celebrem cognitione virum.
Arte parem & pietate virum non viderat aute
Sorbona, obſtupuit Francica Dica jubar.
Hoc ego perchare dum delectarer Amico,
Præſcindit Lachesis vincula amicitiæ:
Dumque viro de more ſacris Libitina parentat
Rittibus, exanimi vox inopina redit:
Ter redit vox illa, prius ſed tertia Manes
Exclamat Stygiæ tecta ſubiſſe domus.
Alme Deus dixi mundi fabricator & autor
Quænam vox aures verberat uſque meas!
Vox ne illa eſt tam tetra pii, vox dulcis amici!
Ecquod ad Aſtra tibi Bruno patebit iter?
Nulla ſalus homines inter, via nulla ſalutis,
Hanc ſi vis Bruno *quærere, quære fugam.*
Quæſivi, reperique viam, portumque ſalutis
Oſtendere feræ Carthuſiumque nemus.

efficta Fabula. Undè & Ordini nomen agnatum: verùm hanc Doctoris anaſtaſin expunxit Correctio Breviarii Romani, & ut fabuloſam explodit *Joannes de Launoy**, Pariſienſis Theologus. Quicquid ſit de rei veritate hæc noſtra Domus (*ut in Origini-*
Ædis initia, *bus Carthuſiarum Belgii* pag. 135. notat *Raiſſius*) nullum ſingularem agnoſcit fundatorem, ſed liberalitate & eleëmoſynis civium ædificata & dotata eſt: ac primò quidem uxor *Gereonis* fundavit tres Cellas & dotavit: *Otto van Heiden* Civis
Conditores, Daventrienſis unam Cellam dotavit: *Domina Machtildis* unam, *Lambertus van Heve*, *Everbardus van Arcke* benefactores habentur: ſunt qui *Rodericum* quendam dictum *Kannetjem* fundatorem primarium faciant, ſed quo titulo vel merito ipſius necdum hactenus intelligere potuimus. Ex Charta Capituli Generalis Anni 1485.
hoc certum habemus donationes varias & præ- *Promotores,*
ſentationes factas ad novam hanc plantationem inchoatam gratas habitas à Capitulo Generali fuiſſe & jam actas approbatas, conceſſamque de ſpeciali gratia omnibus promotoribus, fautoribus & amicis participationem omnium bonorum, quæ fiunt in Ordine Carthuſiano & de cætero fient in vita ipſorum pariter & poſt mortem cum Miſſis & orationibus conſuetis per totum Ordinem. Conſtat inſuper domum Ultrajectenſem (quæ Anno 1391. titulo *Salvatoris novæ Lucis in Valle Florum* ex domeſtico M. S. fundatorem atque dotatorem agnoſcebat *Zwederum de Abcoude*, Dominum de *Gaesbeeck*, *Putte* & *Streyen*) haud tantum perſonas, ſed & media ſuppeditaſſe in initio fundationis hujus novæ domus, ut non immerito filia ejus dici poſſit. Incorporata fuit Ordini Anno 1494. & priuſquam incorporaretur per annos totos decem explicuit frondes & roboris ſui rudimenta prima. Hæc *Arnoldus Raiſſius*,
qui & idem illud Prioris ultimi, *Arnoldi de Car-* *ultimus Rector,*
thuſia hujus excidio vaticinium narrat, quod ex *Miræo in Originibus Carthuſian. Cœnob. pag.* 33. aſſeribimus: cùm ſcilicet rebus adhuc ſtantibus & mediocriter florentibus non ſine veri præſenſione ac quodam divini Numinis afflatu paulo ante obitum lecto circumſtantes interpellaſſe, ut duplo profundius in terram cum defoderent quam communis haberet conſuetudo, futurum namque ut demortua Religioſorum corpora etiam vomere tandem aliquando proſcinderentur: quod vaticinium rei probavit eventus: ſunt enim ſaxa ſepulchralia in Oppidum tranſlata, domicilium everſum ipſumque ſuſpiciendæ pulchritudinis Templum non minus quam Cœmeterium in Cereris uſum redactum, reditus verò Campenſi ærario ceſſere.

De hoc ejus excidio & oppidanarum Eccleſiarum reformatione *in Hæreticorum Catalogo Tit.* *excidium.*
Iconoclaſtæ hæc habet *Petræus*: Nos quæ Anno 1580. in præcipuis Tranſiſulaniæ Urbibus ab iiſdem geri vidimus non poſſumus non referre: tunc enim Campis primarium D. *Nicolao* dedicatum Templum Statuis, Crucibus ac Imaginibus ſpoliatum eſt, eæque vel confractæ vel flammis (novem enim vel decem ingentes cum in uſum excitatos rogos in ipſa Eccleſia cernere licebat) exuſtæ, nec aliis interim parcitum: nam & Franciſcanorum ibidem ſacrum domicilium violenter invaſum, Aræ deſtructæ, ſacra paſſim profanata, ac major illa Crux, quæ ad Chori ingreſſum ſub fornice conſpicua omnibus erat, ſoluta & funibus conſtricta in præterfluentem Iſalam plateatim protracta. Et poſt relatam Zwollanorum Iconoclaſiam ſeditione à Calviniſtis (Zwollæ ſcilicet) excitata ex inopinato à Campenſibus illico ac Daventrienſibus ſubſidium petiere: Campenſibus porro non impunè res cecidit; nam dum civium nonnulli rerum novarum avidi opitulatum Zwollam contenderent in itinere à Maeſtenbroeckianis ruſticis in ultionem paulo ante exercitæ in Imagines Chriſti ac Sanctorum nequitiæ excepti ſunt: horrendum enim in modum eos interfecerunt, maxillis illorum cultris elcaris Crucis imagines inſculpentes & cadavera in Iſalam fluvium, ut Campos devolverentur, prout oculis ipſe tunc meis conſpexi,

* J. Launoii de vera cauſa ſeceſſus S. Brunonis in eremum diſſertatio, ſeu defenſa Rom. Breviarii correctio circa Hiſtoriam S. Brunonis.

conjicientes. Prorſus ut carò illis ſteterit tam Imaginum ſacrarum conflagratio quam celeberrimæ iſtis propemodum in locis, in qua carnificinam hanc ruſtici exercuerunt, olim conſtructæ & ab ipſis Anno 1580. deſtructæ Campenſis Carthuſiæ demolitio. Hæc *Petræus*, qui hinc oriundus & in Colonienſi Carthuſia Monachum profeſſus plurima concinnavit divulgavitque Volumina, quorum indicem ipſemet contexit *in Catalogo Illuſtr. Scriptorum Ordinis Carthuſianæ* pag. 298. & ſeqq. ac *in Appendice* ad eumdem.

Aſceteria; *Antiq. Conventus.*

Aſceteria VI. incoluit genus Fœmininum. *Antiquus Conventus*, vulgò *'t Oude Convent*, primi vocabulum fuit, cujus Alumnæ à votorum vinculis liberæ ſolo charitatis glutino ſibi & Domino adhæſerunt.

S. Michaelis,

Secundum *D. Michaeli Archangelo*.

Tertium *S. Agneti* inſcriptum: in quo Anno 1571. cùm illud *Reverendiſſimus* Daventrienſis perluſtraret, numerabantur XXVI. cultrices: utrumque peculium eſt *Franciſcanæ Sobolis*, quæ à *tertia Regula* ſub Trajectino Capitulo nomen mutuatur.

S. Annæ, ejuſque officia.

Quartum ſub S. *Annæ* patrocinio obtinuêre Virgines *Cellitanæ*, patrio lexico *Celleſuſters*, in cujus Eccleſia inſtitutum eſt *Officium*,

I. Ad Aram principem S. *Annæ*, cujus Anno 1571. patronatum gerebant Mater Cellitarum, *Simon Glaeu* & *Fredericus de Voerden*, cum uxore *Ottonis Tengnagel*: illud exigit IV. Sacra.

II. Ad Aram S. *Evangeliſtæ*, quod erexit, fundavit & dotavit *Wilhelmus Morrius* cum onere IV. Sacrorum, cujus Anno, quo ſupra, Collatrix inſcribitur uxor *Arnoldi Boecopii*.

III. Ad Aram B. V. M. *Antonii*, *Franciſci*, *Claræ*, *Laurentii*, cui idem onus annexum, & Anno, quo ſupra, Patroni aſſcribuntur *Simon Lamberti* filius & uxor *Ottonis Tengnagel*.

S. Brigittæ;

Quintum, *Campus* B. M. V. eſt Ordinis S. *Brigittæ*, quæ Spiritu divino impulſa (inquit *Chronicon Univerſale* à *Schenſpergero* Auguſtæ Anno 1497. impreſſum) novam Religionem Monaſteriorum duplicium videlicet, virorum & mulierum, excitavit & inſtituit: hujuſce tamen Religionis primum auctorem D *Baſilium* in Græcia fuiſſe dicunt; verùm proceſſu temporis, ad tollendas occaſiones malorum & obſtruenda ora malè loquentium, Eccleſia talia Monaſteria diſſolvit ut ſeorſum remaneret. *Brigitta* verò Spiritu Sancto inſpirata hoc modo inſtaurare & renovare niſa eſt, ut Sororum Virorumque ædificia connexa & contigua haberentur, habitationes tamen ita ſejunctæ ut de una ad aliam niſi urgente neceſſitate in deferendo Sacramenta infirmis cum magna cautela non facilè tranſiri poſſit: eorum tamen Baſilicam cenſuit eſſe communem, ita ut Fratres in inferiori parte ſeu pavimento, Sorores verò ſeorſum in ſuperiori ſolario officium exſolverent. Principalem eorum curam Abbatiſſæ eſſe voluit, Fratribus tantummodo divina miniſteria aſſignavit, quorum unus eſſet qui Confeſſor aut Prior appellatur & aliis præeſſe deberet; ea quippe Monaſteria poſſeſſiones & proventus habere ſtatuit ad Fratrum & Sororum ſuſtentationem, quorum omnium victus & veſtitus ad Abbatiſſam ſpectare decrevit, nec hujuſmodi Fratres aut Sorores Monaſterium egredi præſumerent, niſi magna & evidenti neceſſitate ac etiam de Abbatiſſæ conſenſu: hi autem Religioſi & tam fœminæ quam etiam mares habitum, uti jubentur, tunicam cum chlamyde griſea cum rubea cruce deſuper & quodam rotundo albo in ejus medio geſtant: lineis non utuntur ad carnes, ſed carnibus veſcuntur tribus diebus in hebdomada extra Quadrageſimam: & nihilominus D. Auguſtini Regulam profitentur, additis *S. Brigittæ* Conſtitutionibus. Et cæt.

Brigittarum origo, ordo, diſciplina;

hujus ædis inſtitutio,

Quando autem colonias ſuas huc emiſerit, *Bocopius*, quod miror, non annotavit, nec præter nudum nomen (cujus ſolius *Bocopius*, *Miræus*, in Teneramunda *Lindanus*, & in Brabantia Mariana *Wychmans* meminere) quicquam in Chartis meis inveni, niſi Anno 1462. prope Campis Monaſterii *Mariencamp* Ordinis D. *Brigittæ* præfuiſſe quendam Fratrem *Jacobum*, & inter ultimas Sanctimoniales Anno 1596. quandam *Adelberto Eggio* ad Catholicorum ſolatium huc ſubinde excurrenti per litteras fuiſſe familiarem.

Rector, &c.

S. Joannis Bapt. Canoniſſar. Regul. primordia, ſitus,

Sextum denique *S. Joanni Baptiſtæ* ſacrum ſub Capitulo Windeſimenſi aluit *Canoniſſas Regulares S. Aug.* de quo *Buſſchius L. 1. Chron. Windeſ. c.* 43. Monaſterium Sanctimonialium S. Joannis Baptiſtæ in *Bronopia* Ord. & Capituli noſtri prope Campis ex Magiſtri Gerardi inſtitutione ſuſcepit initium: devota Matrona de Turri Cæcilia Spiritualis ejus in Domino filia devotarum Sororum Congregationem apud S. *Nicolaum Campis* inſtituerat (area & domo in platea *de corte hofſtrate* dicta *op den Borgel* cum in uſum à Magiſtratu donata ex *Bocopio* ad Annum 1499.) quæ poſtmodum in Bronopiam Campenſe ſuburbium ad Capellam S. *Georgii* circa ripam Iſalæ fluminis à Rheno deſcendentis & ibi in mare decurrentis ſitam conſilio & auxilio diſcretorum virorum *Trici Roevers* & *Lubberti Petri* civium Campenſium cum voluntate Sororum omnium extitit tranſlata: (Anno nimirum 1410. in Feſto S. Franciſci impetrato à Senatu S. Georgii Campo eique reſtitutis in oppido Ædibus, quas cuidam *Joanni Klenneken*, qui eas in pauperum fœminarum Hoſpitale erexit, quod hodiédum exſtat & ab *Uterwyckio* nomen habet, ex *Bocopio* divendidit) prædictæ enim Sorores majoris devotionis & altioris vitæ deſiderio Evangelicæ perfectionis inſtituta ſecundùm Regulam S. Auguſtini & formam noſtri Capituli tenere & promittere cupientes de Patrum noſtrorum conſilio Ordinem noſtrum aſſumere & in eodem Domino Deo perpetuo ſervire unanimi voluntate pariter concluſerunt. Anno igitur Domini 1412. ipſo die Conceptionis M. V. quatuordecim ex his Sororibus per Ven. P. *Joannem Vos* in Windeſim Priorem Priore de Monte aſſiſtente pariter ſunt inveſtitæ, quarum decem Habitum Sanctimonialium & quatuor Habitum Converſarum tunc aſſumpſerunt, de quibus quatuor primæ Sanctimoniales eodem die ſunt profeſſæ & velatæ per eumdem Priorem, reliquis cum Converſis Novitiis per annum permanentibus, cum maximo populi concurſu. *Veſpere* autem facto Priorem de Windeſim interrogabant unde Horas Canonicas in craſtino ſervarent, qui Sorores aliquas putans non ſatis adhuc doctas Horas ſuas corruptè & imperfectè dicere reſpondit: de Martyribus. At illæ ſine cavillatione ſimpliciter doctæ obedire in communi Horas de Martyribus ſervaverunt quando *de Adventu* ſervare debuiſſent. Hoc Patres in craſtinum tunc primum audientes ſimplicem earum obedientiam ſunt mirati, quæ nihil novit diſcernere, ſed nutu citius obedire. Hæc puta, ſimplex & ſine querela vera obedientia in eodem Virginum Collegio uſque hodie ſervatur, ut ſi quæ leve verbum contra collegæ ſuæ intentionem & juſtè permota interdum, ut aſſo-

Regulæ S. Aug. profeſſio,

primæ Moniales,

ſimplex earum obedientia.

aſſolet, ſubito reſponderit & ipſa intulerit verbum: obedientia tunc ſtatim prima omni excuſatione ſemota implere non differt ab ea deſiderata. Crevit autem numerus Ancillarum Chriſti in dicto Cœnobio in numerum 120. Porro duo iſta Sanctimonialium Monaſteria Diepenveene & Bronopia Capitulo Generali incorporata ad providendum & viſitandum de Windeſim & de Monte Prioribus ab eodem ſunt commiſſa.

Campenſes Viri eruditi, ac religioſi.

[Juvat Sacris hiſce jungere viros, quos *Campi* dedère, doctrinâ ac religione inſigniores; in his eminet

Alb. Pighius: ejus natales, eruditio, munia,

ALBERTUS PIGHIUS, Campenſis, Tranſiſalanus, Patricio ſanguine natus. Vir multæ ac variæ lectionis, ſcientiæque omniſariæ; qui ſtudio indefeſſo, ſimulque conſtantiâ, atque auctoritate maximam ſibi gloriam Romæ, eò ab *Adriano* VI. Pontifice (quem & è Belgio in Hiſpaniam comitatus fuerat) accitus, comparavit: ac mortuo Adriano, *Clementem* VII. admiratorem ſui, tametſi peregrini, habuit. In graviſſimis, publicisque negotiis frequentes legationes obiit, Romam, Wormatiam, Ratisbonam: ac Matheſin (quâ plurimùm excelluit) *Paulum* III. Pont. Maximum docuit, donatus ab eodem duobus Ducatorum millibus, inſuperque *Præpoſitura ad S. Joannem* Ultrajecti A. 1535. apud Sedem Apoſtolicam tunc vacante.

obitus:

Obiit ſenex Ultrajecti VII. Kal. Januarii Anni ineuntis 1543. cum jam A°. 39. ſarcinâ Curæ Paſtoralis ſeſe exoneraſſet, ad S. *Joannem* in medio templi conditus.

ſepultura,

Adſculpta ſunt inſignia, cum ſigno ſacri calicis, & ſuper his Mæandri, ſive gyri & flexus repræſentantes hunc verſiculum:

PIGGIUS ALBERTUS *Præpoſitus hic requieſcit.*

Epitaphium.

Epitaphium ad S. Joannis Chorum in Tabula etiam hodiè penſile, auctore *Jac. Latomo*, eſt hujuſmodi:

Ne turba tumulum, Viator, iſtum,
Sed adſta reverenter, & ſaluta
Sacratum cinerem viri ſacrati.
Ille eſt PIGHIUS *hoc loco ſepultus,*
Aures qui Batavas ita expolivit,
Ut dicas ſapere Atticos lepores.
Quare tam benè dormiat, precare,
Quàm doctè nitidéque & eleganter
Defendit Latiæ decus tiaræ,
Et morem ſtatuit pium ſacrorum:
Utro ut nomine debeant Latini
Plus illi addubitent; utroque certè
Ingens promeritum viri fatentur.

Elenchus operum ejus a *Valerio* & *Fr. Sweertio* recenſetur.

Lucubrationes, in quibus quædam reprehendenda.

Obſervet autem Lector, inquit *Sweertius*, *quædam Pighii Theologis Doctoribus diſplicère*, teſte *Poſſevino in Apparatu ſacro, ut de peccato originis, de Prædeſtinatione Dei ac gratia Chriſti, in quibus* à D. Auguſtini *ſententia, (quam Eccleſia Chriſti, Romana ſequitur) diſceſſiſſe videtur.*

Plures ejus, & ad eum datas teneo Epiſtolas authographas; in his *Alberti Pighii*, Præpoſiti S. Joannis, ad Decanum *Vechtium*. *Joannis Vorſtii*, Decani Traj. ad D. *Albertum Pighium*, Can. ac Theſaur. Eccl. Traj. Trajecti XXVI. Maji Anno 1531. &c.

Epiſtolæ.

Eſt & mihi Fr. *Gerardi*, Carthuſianorum apud Ubios Prioris ad eundem *Joannem Vorſtium a Laenbeke*, Decanum Traj. de obitu *Pighii* hujus Epiſtola, Coloniâ data XVIII. Martii Anno 1543. quam hîc dare lubet.

SALUTEM ab eo qui dilexit nos & tradidit ſemetipſum pro nobis, Venerabilis & egregie Domine Decane, præceptor & fautor colendiſſime. Litteræ Venerabilis D. V. mihi & piis quibuſque plurimam attulerunt triſticiam, propter mortem clariſſimi fidei propugnatoris D. *Alberti Pighii*, irremediabilibus lachrimis merito deflendam. *Verè miſera Eccleſia, quæ ſuas paſſim amittens columnas & defenſores, indies magis patefit hoſtibus ſuis, qui jam potenter pergunt nullo reſiſtente animas jugulare & occidere. Bucerus ſeductor magnorum civitatum Germaniæ, nunc tandem ſeducto Epiſcopo noſtro Bonnæ quotidie plures inficit, quem (illo defendente) nemo impedire poteſt, & timeo quod per alias vicinas terras paulatim per ſe & ſuos venena diffundet.* Væ nobis! Ut quid diutius vivimus inter tot mala & pericula, non modo rerum & corporum, ſed (quod terribiliſſimum eſt) etiam animarum, & in omnibus his populus & Clerus non revertitur ad percutientem ſe, & Dominum exercituum non exquirunt, ideo non eſt averſus furor Domini, ſed adhuc manus ejus extenta: quis enim non videt quod propter peccata, quæ multiplicata ſunt nimis, Deus hæc & plura acerbiora quæ reſtant mittit ſuper nos? *Libellum ultimum venerabilis Pighii* (ut D. V. juſſit) *Melchiori* tradidi, qui quòd ſtatim ſe accingeret impreſſioni, *aliqui fautores Buceri*, Diabolo revelante ut puto, hoc percipientes, *conati ſunt impedire*, ſed ut ſpero non prævalebunt. Idem *Melchior* diverſis vicibus miſit D. *Pighio* libros quos poſtulavit, ut mihi conſtat, quos tamen hactenus non ſolvit, licet a me monitus fuerit: oro ergo humiliter D. V. ut dignetur dicto *Melchiori* procurare ſolutionem, qua valde eget, *eſtque Catholicus Impreſſor, ab hæreticorum libris excudendis ſuo damno ſemper abſtinens.* Juſſit etiam idem Dominus *Pighius* ut *libellum de ratione concordiæ*, ſua fortuna, hoc eſt, ſuo damno & lucro ederet: quod *Melchior* fecit, ſed, contra ſpem *Pighii*, emptores Franckfordiæ & Coloniæ perpaucos invenit, neſcio tamen an *Melchior* oblatam conditionem acceptaverit. Ceterum modicam petitionem pro meipſo habeo ante faciem D. V. proſternendam: diverſis vicibus diverſos propter defunctum Dominum ſubivi labores, & expenſas in victuallibus, quum Coloniæ fuit, & circa impreſſionem librorum ſuorum, aliquid etiam pecuniæ pro eo expoſui; pro quibus tamen nihil exigo, ſed peto ut D. V. cum ceteris Dominis Executoribus mihi *libellum ſeu Apocalypſim cujuſdam Amadei Heremitæ*, quem Dominus *Pighius* ſua manu ſcripſit, & mihi ſemel mutuare volebat ſi certum nuncium habuiſſet, propter Deum donare, aut ſaltem mutuo dare dignentur. Non timeat D. V. me ſcandaliſandum, aut aliquem ſcandaliſaturum ex nonnullis dicti libelli locis, quæ communi Theologorum opinioni contraria videntur, nam olim illum feſtinantiſſime Trajecti percucurri. Poſt multas difficultates propter libellum habitas etiam coram Senatu Colonienſi, retraxi manus, nihil audens me amplius intromittere, ne Conventum meum abſque fructu periculis exponerem, dedique illum mutuo cuidam fide digno amico D. *Pighii*, qui illum occulte diſpoſuit abſque mea opera ad imprimendum ut credo: interim nolo ſcire quid agatur, & non audeo inquirere, donec publice prodierit.

Pighius ut avitæ fidei propugnator laudatus.

Apocalypſis Amadei Herem.

Valeat D. V. in utroque honore felix & incolumis. Ex cella mea 6. Martii 1543.

E. D. V.

Servus & Capellanus F. Gerardus,
Prior Carthuſienſis in Colonia.

Idem oppidum natalibus decorarunt,

Henricus de Campo,

HENRICUS DE CAMPO, Gymnaſii Colonienſis Vice-Cancell. in Philoſophiâ Ariſtotelicâ nulli ſuo tempore ſecundus, inquit *Trithemius*, & diſputator difficilium quæſtionum egregius, claruit in Concilio Baſileenſi, ubi multa eum ſcripſiſſe, ad inſtantiam *Nicolai Cuſani*, poſtea Cardinalis, auctor eſt idem *Trithemius*. Coloniâ Ann. 1444. accitus Lovanium, annis quindecim Theologicam ibidem profeſſionem ſuſtinuit, vitâque An. 1460. defunctus eſt.

Scripſit *Compendium Quæſtionum. Super Sententias* lib. IV. *de eſſe & eſſentia. Compendium divinorum. De Auctoritate concilii. Quæſtiones varias*, & alia complura, inquit *Trithemius*.

Hermannus Cruſerius,

HERMANNUS CRUSERIUS, Campenſis, J. U. Doctor, primum Medicæ ſcientiæ operam dedit, Græcè imprimis peritus, multaque Galeni Latinitate donavit: verùm poſtea Juri Civili totum ſe addixit, functus Conſiliarii intimi Officio apud Carolum Gelriæ Ducem, atque inde apud Guilielmum Clivium, Ducem Gelriæ electum. Vir fuit ſingulari facundia, famaque doctrinæ oppidò clarus. Scripta ejus vide in *Valerio*.

Obiit Ann. Dom. 1574. Regiomontii in Boruſſia, dum Eleonoram filiam Ducis Cliviæ Alberto Frederico Boruſſiæ Duci deſponſam comitatus in patriam reditum cogitaret, in majore urbis Regiomontanæ templo conditus.

Joannes Campenſis,

JOANNES CAMPENSIS, vulgò *van den Campen*, Tranſiſulanus, Linguæ Sanctæ in Trilingui Gymnaſio Buſlidiano Lovanii Profeſſor, An. 1531. a Leone X. Pont. Max. Romam evocatus, motoriam deinceps egit fabulam, ut ad *Conr. Goclenium* in Epiſtolis poſthumis ſcribit *Eraſmus*. Luſtratis enim Germaniâ, Poloniâ, Italiâ, atque in urbe habitus liberaliter, opimoque auctus ſacerdotio, dum in Patriam cogitat, Friburgi Briſgoiæ Ann. 1538. VII. Eidus Sept. peſte corripitur ac moritur. Scripſit *Grammaticam Hebraicam. Paraphraſin*, ſeu verius, *Ecphraſin in omnes Pſalmos.* Item *in Eccleſiaſten. Commentariolos in Epiſtolas Pauli ad Romanos & Galatas.* Niſi fortè hi alterius ſint Auctoris, diverſi a ſuperiore.

Marc. Gualterus,

MARCUS GUALTERUS, Campenſis Scholæ Rector apud Tranſiſulanos, edidit *Dialogos de Scholis, earum antiquitate, uſu*, &c.

Quir. Chryſoch.

QUIRINUS CHRYSOCHOUS, Campenſis Tranſiſalanus, ſcripſit, ediditque *Querelam Belgii, civilibus bellis nimis diu multumque labefactati.* Swollæ, 1579.

Steph. Vin. Pighius,

STEPHANUS VINANDUS PIGHIUS, Campenſis Tranſiſalanus, cognomen ab *Alberto Pighio* avunculo mutuatus, Græcè Latinéque egregiè doctus, in Italia atque in ipſo orbis terrarum compendio, urbe æterna annos octo verſatus, ſummam Romanæ antiquitatis notitiam ſibi comparavit, doctorum virorum amicitiâ ac conſuetudine beatus. Româ reverſus, *Antonio Perenoto* Card. *Granvellano* ab epiſtolis Latinis & a Bibliothecâ fuit annos amplius quatuordecim. Poſt *Carolo*, *Guilielmi* Cliviæ ac Juliæ Ducis filio, datus Præceptor morumque formator, eidem Anno ſæculari ſacro 1575. Romam Religionis ergo contendenti adjungitur comes; mortuoque Romæ *Carolo*, iter illud omne, pompamque ac vitam *Caroli* complexus eſt libro ſingulari, ſumpto ab *Hercule prodicio* titulo. Antv. typis *Plant.* 1587. 8.

Themis Dea, ſive de Lege divina, & *Mythologia in quatuor anni tempora*, ibid. Anno 1568. edita eſt.

Valerium Maximum ad MSS. Codd. emendavit & annotationibus illuſtravit, ibid. 1567. & 1574.

Denique *Faſtos Capitolinos* ſupplevit, & *Annales Magiſtratuum urbis Romæ*, Tomis III. Fol.

Obiit Canonicus & Scholaſticus Sanctenſis in Clivia Anno 1604. 14. Kal Nov. ætatis 84. Vixit ad extremum vitæ diem valetudine firma, ſtudio indefeſſo, Ordinis & ſtatûs Eccleſiaſtici obſervantiſſimus, amicus omnibus, moleſtus nemini. Vitam illius ſcripſit *Joan. Winterus*, Canonicus & Officialis Sanctenſis, Annalibus præfixam.

THEODORUS PETREJUS, Campenſis Tranſiſalanus, Swollæ ac Daventriæ litteris politioribus pro ætatis captu probè inſtructus, ac Coloniæ Philoſophi titulum & inſignia conſecutus A°. D. 1586. ætatis duodevicesimo Carthuſianorum ibidem inſtitutum amplexus eſt. Multa ſcripſit; nonnulla ab aliis ſcripta Latinitate donavit, quò ad plures manaret utilitas: quædam etiam è SS. Patribus concinnavit, heterodoxis noſtri temporis refutandis utilia, Eccleſiæ Orthodoxæ propugnandæ ac ſtabiliendæ neceſſaria, quæ vide in *Valerio*.] Theod. Petrejus &c.

ISELMUIDEN,

Tranſiſulanæ Provinciæ Pagus & Satrapiæ dignitate illuſtris, quam nuper adminiſtrabat vir nobiliſſimus & *Publicæ Libertatis* ſolidiſſimus Aſſertor *Radbodus Hermannus Schelius*, Venebruggæ & Welbergi Dominus. Eccleſiæ tutelares ſunt hoc in loco *SS. Criſpinus* & *Criſpinianus*, ad cujus Paſtorale munus jus habet nominandi ac promovendi *Lebuinianum* Daventrienſe Capitulum. Iſelmuiden, Divi Tut. Collator,

[Paſtor A°. 1571. D. SIMON JOANNIS.] Paſtor,

In ea *Vicariæ*,

I. *S. Eliſabethæ*, cujus Miniſter à *Cuyndertorphus* aſſumptus gemina vice ad Sacerdotii ſui uſum obligatur. *Vicariæ*, onera.

II. S. *Martini*, quæ feria VI. & dominica die deſervitorem ſuum advocat ad altare.

GENEMUIDEN †,

Sub Iſelmuidana Satrapia Tranſiſulaniæ Oppidulum Aquis nigris à ſiniſtra latere incubum, & ſinui auſtrali proximè conterminum: *Eſt autem munita & pulchra ſatis Arx, in qua perpetuus regio nomine præſidiarius miles eſt*, ſcribebat *Guicciardinus*, ſed quæ ſua modò vix rudera oſtentat. Genemuidæ ſitus, Arx,

Eccleſia Parœcialis à Joanne Naſſovio Epiſcopo Trajectenſi (qui & loco huic Anno 1272. in Vig. S. *Pontiani* Jus Civitatis conceſſit) in honorem S. *Nicolai* conſecrata ſub Patronatu Daventrienſis Capituli conſiſtit: ea Anno 1575. quingentos numerabat, quos ex Ara Parochus vitæ ac vivo pane reficiebat, qui ad offerendum incruentum novæ Legis Sacrificium feria IV. obligatur. Parochia, S. Patronus, Collator, Paſtor; ejus Grex & onus.

† *Navalia* eo ferè ſitu quo *Campi*, vel Mudæ ulterior, *Genemuyden* hodiè dicta, ad differentiam citerioris, quæ eſt in occidua lacus ora ad *Vechtam* &c. Alt. *Not. Germ* part. I. p. 101.

[Pa-

[Paſtor Ao 1571.
D. CHRISTIANUS A DRIEL, *Cornelii Vos* ſucceſſor.]

Vicaria,

Vicaria B. M. V. quæ hic unica eſt, à ſuo Miniſtro, quem Magiſtratus adoptat, feria III. VI. Sabbatho & dominicis ac feſtivis diebus poſt horas matutinas exigit Miſſæ Sacrificium & Organi uſum: cui Sororium *Officium*,

Officia, &c.

I. S. *Catharinæ*, cujus poſſeſſor peragit rem divinam feria III. V. & dominicis ac feſtivis diebus.

II. S. *Jacobi*, cujus deſervitor quotidie operatur ad Aram: utriuſque collatio eſt penes Magiſtratum.

III. S. *Antonii*, quod poſſeſſorem ſuum à Fraternitate S. *Antonii* ſelectum ad Sacerdotii uſum conſtringit in Feſtis, feria V. & VI.

Xenodochium cum Capella.

Xenodochium Spiritui Sancto ſacrum eſt, in cujus Capella locum habet *Vicaria* unica.

Cœnobium olim Virginum.

Monaſterium, cujus in teſtamentalibus ſuis Tabulis benefactorem lego Anno 1431. *Ottonem Mommen* Armigerum, incoluere Virgines ſine profeſſionis vinculo religioſæ vitæ ſectatrices: at cùm alibi ejus mentionem non invenerim, illud mox in ſuo exordio ſuſpicor exaruiſſe.

W I L S U M,

Wilſumi Divus Tut. Collator,

Iſelmuidanæ Satrapiæ membrum & Tranſiſulanæ Provinciæ oppidulum, ſed quod modò vix Pagi vocabulum cum honore tuetur, etſi privilegia illibata conſervet: ejus Eccleſia glorioſum Chriſti Martyrem S. *Lambertum* habet tutelarem ſub patronatu oppidani Senatus.

Paſtor, Officia,

[Paſtor Ao. 1571. ALBERTUS BOELT.]
In qua *Officium*,
I. S. *Crucis*.
II. S. *Annæ*.

Xenodochium.

Xenodochium in ſua Capella unam habet *Vicariam* B. M. V. aſſcriptam, cujus Patronus Anno 1575. inſcribitur *Egbertus ter Beeck* Redituarius.

G R A E F H O R S T,

Ejuſdem Territorii & ſortis cum præcedenti Tranſiſulaniæ municipium, de quo, cùm hic ſimus planè hoſpites, nil à nobis curioſus Lector exſpectet.

C A M P E R V E E N,

Camperveenæ Parochiæ Divus Tut. Collator,

Tranſiſulaniæ Pagus Iſelmuidano Satrapæ ſubditus & per advenas Friſones circa Annum 1260. primitus excultus. Parœcialis Eccleſiæ S. *Nicolai* titulo donatæ patronatum poſſidet *Lebuinianum* Daventrienſe Capitulum, in qua ante abolita ſacra Catholica altaria,

Altaria,

B. M. V.
S. *Annæ.*   } At ſine Miniſtris & cenſibus.
S. *Antonii.*

Et ad Annum 1575. circiter 300. de Menſa Domini participabant.

Paſtor.

[Paſtor Ao. 1571.
WICHBOLDUS GESINCK.]

M A E S T E B R O E C K,

Maeſtebroeckæ

Sallandiæ Pagus: cùm antea palus eſſet ferè invia & publica, eam Anno 1364. aggeribus cinxit ad eluviones fluminis inhibendas *Joannes Arkelius*, Hierophanta Trajectinus, de qua multis ad eum Annum *Bocopius*: continebat 6927. jugera & 114. radios. 600 radii jugerum efficiunt, 16. pedes radium & 11. pollices pedem. Curiale Templum, cui præſidet *B. V. M in Sole*, Miniſtrum poſtulat & obtinet à Tranſiſulaniæ Domino, in quo unicum S. *Annæ Officium*, cui deſervitorem aſſignant Magiſtri Sanctanniani Contubernii.

aggeribus cinctæ. Curialis Templi, B. M. ſacri, Collator,

[Paſtor, Eccleſiæ *D. Mariæ Virg. in Sole*, ex Cod. MS. *Egydii a Monte* non reſidet in *Maeſtebroeck*; agit enim Sacellanum in *Vollenhove*.]

Paſtor, S. Annæ Officium

S A L L I C K,

Sallick Parochia, Div. Patronus, Collator,

Sub ditione Iſelmuidani Satrapæ Tranſiſulaniæ Pagus, in quo rei ſacræ Archiſtrategus eſt S. *Nicolaus* & ad Paſtorale munus cui etiam duo Sacra annexa & ad Annum 1575. ducentorum Commenſalium paſtura) jus habet nominandi Toparcha *in Brouckhorſt*: paſtoratui adjuncta eſt *Vicaria*,

Vicaria.

I. SS. *Petri & Pauli Apoſtolorum*.
II. SS. *Joannis & Laurentii*.
III. B. M. V. cujus patronatu gaudet præfati *Bouckhorſtiani* Prætorii Dynaſta.

Advocatus,

Egerat is olim pro Eccleſia Trajectina Sallandiæ Advocatum, eamque dignitatem Geldrenſi Comiti vendiderat; at conſentientibus emptore ac venditore id Beneficium Epiſcopo & ipſimet Eccleſiæ Trajectinæ contulit Imperator: ejus litteras exſcribo & aſſcribo.

HENRICUS, Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus, univerſis præſens ſcriptum inſpecturis ſalutem & omne bonum. Notum ſit omnibus quod Advocatiam Sallandiæ, quam habuit *Gerardus de Bouckhorſt*, & quam Gerardus Comes Gelrenſis ab ipſo emerat, ab iiſdem nobis reſignatam & liberè nobis vacantem delecto Principi noſtro *Ottoni* Epiſcopo Trajectenſi & Eccleſiæ ſuæ ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum contulimus poſſidendam, & Joannem Notarium ipſius Canonicum S. *Petri* Trajectenſis nomine prædicti Epiſcopi & Eccleſiæ Trajectenſis de manu noſtra proteſtamur recepiſſe. Datum apud Francofurt. Anno M. CC. XLV. X. Kal. Mart.

ejuſque munus.

Erat autem Advocatorum munus non ſolùm Eccleſias, ſed earum etiam jura poſſeſſioneſque tueri, villis ſerviſque imperare, Eccleſiarum nomine juramenta exigere & ſi quæ his ſimilia, quibus idcirco de judiciorum fructibus & emolumentis pars aliqua cedebat: quin etiam tanta eorum auctoritas fuit, ut Eccleſiis & Cœnobiis plerumque citra Advocati conſenſum bonorum immobilium nihil alienare licuerit. Ita enim religioſis Congregationibus tutores conſtituebantur, ne qui divino cultui deſtinati eſſent politicis vacare negotiis cogerentur, in *Hiſtoriæ Baſilienſis Epitome c.* 10. ait *Urſtiſius*.

Priſcus, Paſtor.

[Paſtor ibi Ao. 1571.
D. JOANNES SANDERI A COLDERVEEN.]

E N S.

Ens, Emeloort, Urck,

Extra continentem in auſtrali ſinu ſitum habet, ſubeſt tamen ditioni Satrapæ Iſelmuidani. Parœcialis Eccleſia, dum vacat, à Daventrienſi Capitulo Rectorem nanciſcitur. Hic *Emeloort* vicinum, eſt & inſula altera *Urck*,* cujus Eccle-

* Hodiè Inſula *Lacus Flevonis*.

Digitized by Google

Domini, Eccleſiæ Collator, ſiam avorum memoria allambentes aquæ conſumpſerunt, ejuſque Collatorem antiqua documenta Præſulem Trajectinum atteſtantur: nuper utrumque Amſterodamenſis Civitas emit à *Warvio*, qui acceperat à *Soudenbalgiis* in quorum familia diu hæſerat: memini legiſſe me marina hæc loca olim membra fuiſſe Comitatus Kuynderani; quo autem titulo Tranſiſulaniâ relictâ (cujus articulus eſt præfatus Comitatus) ad Hollandiæ Provinciam tranſierit, fateor me ignorare.

Noviſſ. ævi Paſtores. † [Paſtores harum inſularum a mutato cultu ac regimine,

* D. & Mr. HILLEBRANDUS FUTSIUS, Monachodamus, Sac. Theol. Bacc. form. Paſtor in *Ens*, *Emmeloort*, &c. defunctus 5. Dec. Aº. 1666.

MEINARDUS THEODORI, Sac. Theol. Bacc. inde Paſtor in *Lutiesbrouk*, ibi defunctus 17. Feb. 1669.

CORNELIUS HARTMAN, Amſtelodamenſis, Congregationis Oratorii in Brabantia Presbyter, ex Paſtore in *Ens*, &c. Paſtor in *Oeſtgeeſt*, dein in *Homads*, vicis Leidæ vicinis.

N. VELTHUYSEN, ex pago *Hilus* oriundus, Theologus Lov. modò Paſtor in vicina Ultrajecti ad veterem Rheni alveum.

Hodiè LUCAS BECKER, Enſchedenſis.

† *Urcke* mentio eſt in Dipl. Ottonis M. Imp. Anni 968. eamque repetunt Otto III. 996. & Lotharius II. A. 1134. Vide Alt. *Not. Germ.* part. 1. & part. 2. p. 192.

* *Necrol. Eccl. Bat.*

De Decanatu Swollano,

Sub quo coëunt

SWOLLA.
HASSELETUM.
OMMA.
HARDEMBERGA.
GRAMSBERGEN.
STAPHORST.
ROOVEEN.
YHORST.
WHYE.
HELENDORRN.
HEYNE.
HAM.
HEEMSE.
DALFSEN.
AVER REST.

SWOLLA*,

Swollæ origo, ſitus, TRanſiſulanæ Tripoleos civitas tertia ſub *Wilibrando* xxxv. Trajectino Antiſtite circiter Annum 1233. enata, poſita eſt ad exiguum, ideóque ignobilem torrentem, qui aquas ſuas in *Vidrum* exonerat. Munitum jam olim fuit oppidum; quippe duplici muro & foſſa item duplici incinctum, hodiè autem longè munitiſſimum: (munimenta,) addita quippe ſunt validiſſima munimenta undecim aliaque opera ſecundùm normam belli prout hodiè geritur. Præterea vallum duplex ab oppido ad Iſalam uſque perductum ſuperioribus annis, eique tria valida caſtra impoſita oppidulorum penè æmula & unum minus, variaque cornua & ſemilunæ; idque in eum finem ut è Geldria commeatus & auxilia ſemper in oppidum admitti poſſint, ſi illud fortè contingeret ab hoſtibus obſidione cingi. Floret hodiè variis commerciis, (monetæ cudendæ jus,) civeſque habet locupletes & lautos, ac jus monetæ cudendæ haud ſecus quam Daventria & Campi, ac inter liberas Imperii atque Hanſeaticas Urbes annumeratur: in ea Eccleſiæ II.

Eccleſiæ: Ia. S. Michaelis: Prima S. *Michaeli* inſcripta, quam modò oſtentat magnificentiam, eleëmoſynis debet, quas in fabricæ ſubſidium *plenaria* (ut vocant) *Indulgentiæ* à *Bonifacio Papa* IX. Anno 1399. conceſſæ corrogarunt: turris celſiſſima, quæ ei adſidet, quæque, antequam nupero, (nempe 7. Junii Anno 1669.) fulmineo incendio elatum verticem amitteret, in Belgio noſtro vix parem habebat, è deſtructi Anno 1363. *Voorſtiani* Caſtri lapidibus constructa aſſurrexit, cui aliquot Verſus inſcripti, è quibus hic primus: (ejus initia, turris pridem celſiſſima.)

O MIC*hae*L *SanC*t*e* *V*rrI*s* *aL*t*a* *de*C*orat* *te*.

Reliqui ob evaneſcentes characteres nolunt legi. Eſt in hac Baſilica *Vicaria*, (Vicaria.)

I. *Sanctiſſimæ Trinitatis* & S. *Annæ*, quæ altaris Sacrificium exigit feria v. Sabbatho & in Dominica.

II. SS. *Petri* & *Pauli*, quæ cum onere IV. Sacrorum duobus Miniſtris alimoniam præbet.

III. *Venerabilis Sacramenti*, quæ totidem Miniſtros alit & totidem vicibus occupat ad altare.

* Anonymus Membranæ Traj. & ferè alii Hiſt. Ultraj. Scriptores, plurali num. ZWOLLÆ.

Digitized by Google

Vicaria,

IV. S. *Mariæ Magdalenæ*, cujus opulentia etiam geminos Miniſtros ſuſtentat, qui Sacris operantur vicibus tribus.
V. S. *Judoci.*
VI. S. *Lucæ.*
VII. S. *Michaelis.*
VIII. S. *Georgii.*
IX. S. *Barbaræ.*
} Cum IV. Sacrorum penſo.
X. S. *Catharinæ*, cujus Miniſter non latâ lege ſed voluntariè ſacrificat.
XI. SS. *Antonii* & *Pontiani*, quæ Anno 1517. cum trium Sacrificiorum debito initium accepit & dotem ab *Henrico Hark.*
XII. S. *Crucis*, cujus poſſeſſor incruento paratu tria Sacrificia offert.
XIII. S. *Urſulæ*, quæ vice geminâ Sacerdotii functiones exigit.
Omnibus & ſingulis hiſce Beneficiis ii honorantur, quos Senatus ea gratia dignos indicat.
XIV. S. *Petri* in Choro S. *Antonii.*
XV. S. *Nicolai*, cujus deſervitor vice unica Sacris operatur.
XVI. S. *Severini*, cujus alumnus vice gemina Presbyterium exercet.
Tribus hiſce Sacerdotiis Parochus Miniſtros legit.
XVII. S. *Crucis*, cui incumbit incruenta Sacrificatio in Dominica, feria IV. VI, & Sabbatho, ejuſque Anno 1571. Patronatum gerebat *Heren Derkz* filius *Joannis Baertſchers.*
XVIII. S. *Petri ad Cathedram*, cui Sanpetriani Confratres Presbyterum aſſignant cum onere ſiſtendi ſe ad Aram IV. vicibus.
XIX. S. *Laurentii*, quæ conſiſtit ſub Patronatu *Itterſumiorum* & tria Sacrificia expoſtulat.
XX. S. *Martini*, quæ totidem Sacra præſcribit ſub patrocinio *Gruythuyſiorum* & *Spykloſſiorum.*
XXI. SS. III. *Regum*, cujus Patronatu potiuntur duo ſeniores *Vicarii*, quique ejus Miniſtrum agit ad IV. Sacrificia conſtringitur.
XXII. S. *Agnetis*, ad cujus Miniſterium, quod V. Sacrificiis peragitur, Sacerdotem adoptat *Pichiorum* Familia.
XXIII. S. *Agathæ*, cujus anno quo ſupra patronatum poſſidebat *Georgius Haerſold* Conſul Campenſis, eique annexum IV. Sacrorum onus.
XXIV. S. *Gregorii*, *Ambroſii*, *Hieronymi* & *Auguſtini*, *Jacobi* & *Barbaræ*: eam cum vinculo ad reſidentiam & chorum, ac cum debito IV. Sacrificationum approbante *Friderico de Blankenheim* in Feſto S. Martini ejuſdem anni cum conthorali ſua *Berthâ* inſtituit ac dotavit *Albertus Snavel* Anno 1403. è *Lit. fundat.* collatione, ſed in *Fratrem* è Sangregoriana Domo reſervatâ conſanguineis, quæ Anno jam dicto nempe 1571. in Libro Reverendiſſimi de Monte aſſcribitur *Gerardo à Spol.*
XXV. S. *Thomæ*, quæ Miniſtrum, & ab hoc IV. Sacrificia, accepit à Prioribus Windeſimenſi, Bethlehemitico atque Albergenſi.

Et *Officium*, — *Officium, & onera.*
I. *Sanctiſſimæ Virginis Mariæ.*
II. S. *Michaelis*, utriuſque patronatu gaudet Senatus, & poſſeſſor IV. vicibus tenetur ſacrificare.
III. SS. *Criſpini* & *Criſpiniani*, quo cum onere gemini Sacrificii honoratur, quem Paſtor voluerit honorari.
IV. *Omnium Sanctorum*, quod pro *Fratribus* Sangregorianis cum onere Sacri feria II. IV. VI. & Sabbatho ac cum probâ *Badeuſis* in Feſto S. Bonifacii Anno 1513. inſtituit *Joannes van den Toorne.*

Michaeliticam hanc Ædem Anno 1040. Sanlebuiniano Daventrienſi Capitulo donavit S. *Bernulphus*; donationis Chartam aſſcribimus. — *Ædes hæc a S. Bernulpho donata Capitulo Daventr.*

In *nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.* Notum eſſe volumus cunctis Sanctæ Dei Eccleſiæ Fidelibus tam futuris quam modo præſentibus, quod ego *Bernoldus* Dei ſolummodo gratiâ Sanctæ Trajectenſis ſedis Præſul indignus verè confiſus in Domino cum tranſitoriis acquirere perennis vitæ gaudia, annuens voluntati & petitioni Theodorici Daventrienſis Præpoſiti quandam Eccleſiam ad me pertinentem in Zwolle, Pago Zalland nominato, quam ipſe, dum viveret, habendam à me recepit, pro remedio animæ meæ trado & transfundo in futurum poſſidendam Fratribus Daventrienſis Cœnobii eo tenore & conditione, ut quamdiu vivat illam in ſua poteſtate ſine alicujus contradictione retineat, & omni anno eiſdem Fratribus unam Libram Daventrienſem, ſicut ipſe rogavit, perſolvat unde illis per totum annum omni die dominico unus Tractus, quod Teutonicè dicitur *een gerichte*, tribuatur, exceptis tamen illis diebus dominicis & feſtis, quibus ex conſuetudine Fratribus convivium miniſtratur: poſt ipſius verò ex hac luce diſceſſum Fratres ejuſdem Monaſterii in ſuam poteſtatem eandem Eccleſiam recipiant, & in ſuum ſtipendialem uſum quomodocunque melius poterint vertant: ita ut neque ego ipſe neque ullus Succeſſorum meorum ex illa amplius quicquam redibitionis exigat præter aream & oblationem. Præpoſitus vero Decimam in Villa *Wengheloe*, quam prius in manu ſua tenuit, ſupradictis Fratribus ſua ſponte dedit, ut cæteris ſolemnibus diebus, quibus novem Lectiones leguntur, inde *een gherighte* poſſint habere. Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo, quadrageſimo, Indict. VIII. ſub die VII. Iduum Decembris publicè Daventriæ coram teſtibus idoneis, quorum hic nomina ſubter notantur *Hazeko*, *Wydelo*, *Oddo*, *Tyemo*, *Erſtolffs*, *Robracht*, *Heenraedt*, *Egiltet*, *Avo Narthrathe.* Et ut hæc traditio per ſuccedentium temporum curricula ſtabilis & à ſucceſſoribus noſtris pro Dei amore & animarum ſuarum remedio inconvulſa permaneat, hanc præſentium Litterarum Chartam Sigilli noſtri impreſſione fecimus roborari.

Eam *Conradus* & Anno 1129. *Andreas* Trajectini Antiſtites confirmarunt: & horum trium binis ſuis, una de Anno 1364. in die S. Gertrudis, altera die XIII. Martii ejuſdem anni ratam dixit *Joannes de Erculens* concedens auctoritate ordinaria, quod Capitulum hujus Eccleſiæ fructus percipere & de iiſdem poſſit alimentari, at cum onere deputandi aliquem è ſuo gremio aut *Vicariis* ad ejuſdem Curam Præpoſito pro inſtitutione præſentandum, attamen omni tempore amovibilem. Quam & in craſtino BB. Petri & Pauli ejuſdem anni probavit *Joannes a Vorneborg* ejuſdem in Epiſcopio ſucceſſor. Poſtmodum Capitulo à Senatu lite motâ, huic nil juris in Eccleſiæ Collatione, juribus aut Decimis competere declaravit *Rudolphus de Diepholdt*, ſed quod ſint Eccleſiæ & Capituli Daventrienſis peculium, juſſitque idem, quod & factum, ſuis Litteris teſtari Senatum. — *Donatio a Conrado, & ab Andrea, Traj. Epiſcopis firmata.*

Arti-

Leges ſub quibus regimen ejus Eccleſiæ Mr. Ochero commiſſum.

Articuli, quibus eam Magiſtro *Ochero Frugiſcribæ* 1. Decemb. Anno 1538. Canonici regendam commiſerunt hi ſunt: quos lubet aſſcribere, quo pateant perpetuæ Senatus contra Capituli jura inſidiæ & hujus pro eorumdem tutela adverſus eas ſolertes ac inſomnes vigiliæ.

" Imprimis dictus Dominus ac Magiſter *Ocherus* dictam Eccleſiam tanquam Capituli *Vicarius* laudabiliter in divinis juxta antiquam conſuetudinem reget atque gubernabit, eidemque ut bonum & legalem & ſincerum Paſtorem decet deſerviet: pro cujus regimine & deſervitura dictus Dominus Paſtor habebit omnes & ſingulos fructus, proventus, obventiones & emolumenta dictæ Eccleſiæ S. Michaelis, quos piæ memor. Dominus *Cornelius de Weſop* hactenus uſque in finem vitæ ſuæ habuit, & illis contentus erit neque amplius quicquam exiget quavis occaſione.

" Item *Vicarias*, quas Paſtor ſive *Vicarius* pro tempore dare & conferre habet, dabit & conferet juxta tenorem, modum & formam in Concordia, quam ſe legiſſe confeſſus fuit, inter Dominos de Capitulo & Senatum Zwollenſem facta & inita expreſſos & comprehenſos, ac aliàs dictam Concordiam, quantum in eo eſt, ſervabit ſalva renuntiatione infra ſcripta.

" Item non ſuſcitabit neque per ſe vel alium ſeu alios, directè vel indirectè, quovis quæſito colore vel ingenio aliquas perturbationes, diſcordias ſive diſſidium inter Capitulum & Senatum: at ſi dicto Paſtori aliqua querelandi occaſio obvenerit, ad Capitulum & non ad Senatum convolabit: & ſi ad Senatum conqueri habet, id primum Capitulo ſignificabit, & nullas ad Senatum querelas deferet niſi Capitulo deſuper primitus conſulto.

" Item ſi præfatus Dominus Paſtor malè, quod abſit, dictam Eccleſiam rexerit, aut cum Senatu Zwollenſi ſeu aliis quibuſcunque quoquam modo contra Capitulum colluſerit, conſpiraverit ſive conjuraverit, aut colluſionis, conſpirationis ſeu alicujus conjurationis ſocius fuerit, quod tunc idem Paſtor ſemper ad Dominorum voluntatem erit revocabilis renuntiando in ea parte Concordiæ. Et ſi ipſum revocari contingeret, hujuſmodi revocationi neque per ſe vel alium ſeu alios quovis modo recalcitrabit aut contradicet."

" Item dictus Dominus Paſtor unà cum ſuis Capellanis (duo ii erunt) in executionibus mandatorum pro parte Dominorum & Eccleſiæ Perſonarum emittendorum erunt diligentes & fideles, & ſi quos excommunicari contigerit, hos tanquam tales evitabunt."

" Item Dominus Paſtor hujus Cedulæ contenta nemini revelabit, aut cuiquam communicabit, & non colludet cum Senatu, & intellecta aliqua conjuratione ſive colluſione ſive Senatus ſive aliquarum aliarum perſonarum Dominos deſuper ſecretiori modo certiores faciet."

[Juvat hic dare priſci & moderni ævi, quos aſſequi potui, Swollanæ ad D. *Michaelem* Eccleſiæ Paſtores. Hi fuere, ex antiquis Diplomatibus Anno 1394.

Priſci.

REINERUS DE DRYNEN.

Reinerus hic *Gerardi M.* temporibus Paſtor Swollenſis: ad quem *Chron. Windeſ.* l. 1. c. 1v. *Gerardi M.* extat epiſtola, quâ queritur de Fratre *Bartholomæo*, *Eremitarum S. Auguſtini Campenſis & Swollenſis terminario*, tamquam ſibi maximè æmulo: primus hic Ann. 1395.† in Monaſterio Montis *S. Agnetis* in die Dedicationis Dom. poſt

† *Chron. Mont. S. Agnet. C. 5. p. 1.*

nativit. *S. Joannis* Bapt. ſolemniter Miſſam decantavit.

Ao. 1538. Magiſter OGERUS FRUGISCRIBA, *Cornelii de Weſop* ſucceſſor, Paſtor Swoll. Ex Cod. MS. *Egydii de Monte*, Ao. 1571.

Dmus HENRICUS FOCKIUS, Swollæ, poſtea Daventriæ ad D. Virginem Paſtor.

& hodierni ævi Paſtores.

VOLQUERUS AB HERKINGE, Groninganus, Theologus Colonienſis, Sacræ Theol. illic laureâ decoratus, primùm Lingenſis, loco *Joachimi Hamconii*, exinde ab Anno 1618. Swollenſis Paſtor conſtitutus, poſt *H. Vordenum* Vicarius Daventrienſis, dein cedente munus ſuum *Leon. Mario*, Vicarius Groningenſis a *J. La Torrio*, Archi-Epiſcopo Epheſino creatus eſt.† Huic præter binos e Societate J. Presbyteros, coöperabantur etiam extra oppidum *Arnoldus Wayerus*, poſtmodum & ipſa in civitate Paſtor; *Lambertus Aveſcamp*, & *Joannes de Roode*, omnes S.T. Bacc. form. *Nicolaus Lonius*, Edamenſis, ex Phil. Rovenii *Relat. Rom.* Ao. 1616. Paſtor Swollenſis, *gratiâ verbi multùm pollens, qui carcerem Campenſem ſanctificavit.* Idem qui pridem ad Zelandos excurrit, & demùm alibi creatus & defunctus eſt Paſtor.

Necrol. Eccl. Bat. de *Volquero* hoc habet Elogium: „Ampliſſimus ac Eruditiſſimus D. ac Mr. *Volquerus ab Herkinge*, S.T.L. Vicarius Tranſiſulanenſis &c. Paſtor emeritus Swollenſis, ibidem per plurimos annos fideliſſimus operarius, & multas perſecutiones paſſus tandem plenus dierum obiit Swollæ 2. Decembris Ao. 1662.

* Adeò inſignis meriti vir erat *Volquerus*, ut a Clero Ultrajectenſi in *Philippi Rovenii* adjutorem ac ſucceſſorem unà cum *Jacobo La Torrio*, & uno alterove alio fuerit expetitus.

De eo ſic *Jacobus La Torrius*, jam Epheſinus Archiepiſcopus, Româ ad Sanfelicium Nuntium Colon. 4. Dec. 1655. eundem proponens in ſuum Suffraganeum; . . . Quoad nominatos, fateor „nobis eſſe etiam electione digniſſimum meum etiam aliquando a Clero noſtro electum Paſtorem Zuollenſem, *Volquerum ab Herckinge*, &c.

Ei in Paſtorali Curâ ſucceſſit

CORNELIUS STAKENBURCH, ex *'t Wael*, vico Trajectenſis agri oriundus, S.Theol. Bacc. form. Lovanii, Pariſiis, quo *J. Neercaſſelium* Caſtorienſem Epiſcopum fuerat comitatus, Juris Can. Licentiâ decoratus, aliquandò Paſtor in *Langer-* & *Corter-Aer*, *Ottone Lichtenbergio*, Curam Paſtoralem Ultrajecti deſerente atque ad Oratorium Aſpricollenſe profecto, Ultrajectum in ejuſdem locum vocatus, (de quo ibi plura *Bat Sacr.* p. 121.) Curam Swollenſem ex ſuperiorum Eccl. mandato tradidit *Bernardo van Someren.*

BERNARDUS VAN SOMEREN, Elſtenſis, exinde fuit Paſtor Swollenſis, illic defunctus 31. Auguſti Anno D. 1679.

Succeſſorem habuit

JOANNEM DOBBIUM, Hagæ-Comitanum, Sacræ Theol. Bacc. antè Paſtorem in *Soeterwoude* propè Leydam, deinde in ipsâ urbe Leidenſi.

Verùm cùm paucis annis Paſtorem Swollis egiſſet, Carthuſianus Monachus factus in *Weddeten*, Monaſterio Weſtphalici Tractus intra Civitatem Monaſterienſem & Coelveldiam medio, & poſtea Prior Conventûs ‡ *Xantenſis*, Curam Paſtoralem ex mandato Caſtorienſis Epiſcopi, Vic. Apoſt. dimiſit,

† *Relat. Jac. La Torrii p. 56. & 57.*
* *Acta Vic. Ultraj.*
‡ Non *Calcar.* ut per errorem poſitum ſupra pag. 477.

ALAR-

Digitized by Google

ALARDO BLOCKHOVEN, Cuylenburgenſi, nepoti *Theodori Blockhovii*, in promotione Philoſophicâ primo Lovanii proclamati, Sac. Theol. Lic. Harlemi olim Sacellani Curati, ac ad breve tempus Paſtoris Leidenſis, deinde D. Pulcheriæ Collegii Lovanii multis annis præſidis, ac Canonici ad S. Petrum in eadem civitate, Culenburgi defuncti 20. Januarii A°. 1691.

Alardus hic ex patre nepos, Sacræ Theol. Bacc. form. impenſâ diu ſubſidiariâ operâ Hagæ-Comitanis, Swollas, ut inibi Paſtorem ageret, ob egregias naturæ ingeniique dotes, inter quas donum dicendi ad populum eminebat, a Jo. Caſtorienſi, ut diximus, Antiſtite eſt directus. In ejus ædibus non diu poſt infirmitate ex diutino viſitationis ad unum, & ſeſqui menſem labore contractâ, piè ac religioſè, generali peccatorum omnium exomologeſi ipſi factâ, omnibus S. Matris Eccleſiæ Sacramentis ab eodem tamquam vicem beneficiis ſacris rependente munitus Anno 1686. ad diem VI. Junii animam Creatori reddidit; uti olim circa idem pœnè tempus * Swollis obiit *Egidius de Monte* Daventrienſis Epiſcopus. *Blockhovius* autem pluribus adhuc annis in Cura iſta peractis, ſtrenuus jurium Cleri defenſor, ibidem & ipſe maximo ſuorum totiuſque Cleri mœrore diem extremum clauſit, 21. Julii A. D. 1710.

Succeſſorem nactus

PETRUM NICOLAUM DEROUTIUM, nobilem Ultrajectinum, Theologum Lov. anteà variis locis per Hollandiam operarium.

In Necrologo Harlemenſi notatur,

M^r. JOANNES WEYERUS, Swollis A. Dom. 1620. defunctus, & alter

WILHELMUS WEYERUS, Sac. Theol. Licentiatus, mortuus circa Annum Dom. 1622.

† Præter hos fuit *Arnoldus Wayer*, Swollenſis, coöperator olim *Volqueri ab Herkinge*, Swollenſis Paſtoris, ſed extra oppidum primùm. Exinde contracto fideli populo, & ipſe alter fuit in ipſo oppido Paſtor, Curamque iſtam pluribus ſubſequentibus annis geſſit magno fidei Catholicæ zelo, quo impulſus frequenter augurabatur, ſe non prius e vita diſceſſurum, quàm majoris ac antiquæ Eccleſiæ Cathedram conſcenderet. Quod & reverà actum eſt, Swollenſi oppido ſub Annum 1672. redacto in Monaſterienſis Principis ac Epiſcopi poteſtatem. In domeſticâ ejus Eccleſiâ aſſervabantur oſſa venerabilis Patris, *Thomæ a Kempis*, ex Monte D. *Agnetis*, ubi ex certiſſimis indiciis detecta fuere, ſub dictum annum eò illata, ubi gratum odorem perſæpè ſparſiſſe, a fide dignis teſtibus, qui fragrantiam perſenſerant, præſens Swollis ad obitum Jo. Caſtorienſis Epiſcopi cognovi. Ipſe autem *Wayerus* ſenex dierum & inter Paſtores ſenior, annos natus 86. obiit Swollis Paſtor 16. Aprilis A. D. 1692.

Succeſſorem habuit plurium annorum coöperatorem

JOANNEM DANIELS, Werthenſem ex Geldriæ Hiſp. Brabantum, Sac. Theol. Baccal. formatum.]

II. B.V.M. Altera *Beatiſſimæ Virginis Mariæ* patrocinio nuncupata ad formam Crucis conſtructa eſt, non per vicinos *Maſtebroukianos*, ut vulgi opinione fertur, niſi fortè liberaliori ſtipe, cujus in Ædilium Regiſtris nulla memoria, ſtructuram promoverint, ſed religioſâ curâ Senatus, cujus Litteræ extant, quibus Daventrienſi Præpoſituræ unam puri argenti Marcam quotannis in die S. Martini hiemalis in Zwollana Præpoſituræ domo ſolvendam ſe debere agnoſcit ratione horti Præpoſituræ, quem in emphyteuſin recepit, ubi cum Cœmeterio Eccleſia eſt collocata Anno 1395. cujus fundamentalis lapis Anno præcedenti poſitus erat: quam fabricam poſt quinquennium novæ *Michaeliticæ* Ædis ſubſtructiones ſunt ſubſecutæ; fortè quod Zwollani Campenſibus piâ magnanimitate cedere dedignarentur, qui quod ſuprà vidimus, utriuſque ſuæ Baſilicæ ſtructuram haud ita pridem eodem tempore inchoarant ac ſplendidè conſummaverant. Turris contigua, quæ *Michaeliticæ* celſitudinem æmulatur, amoto priori tecto Anno 1538. ſub Ædilibus *Gerardo ter Borgh* & *Joanne de Steenwijk* ad modernam altitudinem excrevit olim pauperibus inviſam, cùm quod horum miſerias ſolari conſueverat, illa, ut notant Ædiles, ſuo accremento conſumpſerit. Vacat modò Mariana hæc Ædes, nec uſibus aliis quàm oppidi ornamento deſervit, in qua olim *Michaelitici* Capellani die dominico & feſto populum divini Verbi pabulo reficiebant, ubi etiam eſt inſtituta *Vicaria*,

Ejus conditores, turris, pauperibus, olim inviſa. Vicaria,

I. *Beatiſſimæ Virginis Mariæ* & S. *Mariæ Magdalenæ*, quæ per ſuum Miniſtrum offert Sacrificium feria IV. VI. & in Dominica.

II. *S. Annæ*, quæ Sacrum exigit in Dominica feria VI. & ſolemne feriâ III.

III. *S. Antonii*, cujus deſervitori Sacerdotales functiones injunguntur in Dominica feria II. & V. Collatores, onera.

IV. *B. M. V.* cui impoſitum Presbyterii exercitium pro Dominicâ, feriâ III. & cum cantu ac Miniſtrorum aſſiſtentia in Sabbatho.

V. *S. Jacobi*, cujus poſſeſſor Sacerdotio fungitur ad Aram feriâ III. & VI. Eos omnes legit Senatus, qui horum Sacerdotiorum patronatum gerit.

Capellæ II.

Una *S. Laurentii*, in qua *Vicariæ*,

I. *D. Mariæ Virginis* & *S. Matthiæ*, quæ initium & dotem accepit ab *Henrico de Lippia*.

Secunda & Tertia { Utriuſque Patronatus in memoriis Officialis Davent. aſcribitur *Bernardo de Itterſum*.

Altera in Agro Suburbano, *Aſſendorp* vocant, modò duobus pauperum habitaculis appropriata: hic Anno 1566. primitus audita innovandæ Religionis promulgatio, cujus Auditores anno ſubſequenti oſtio vi aperto Templum Marianum ſine tamen Iconoclaſtia invaſerunt: at poſt tres hebdomadas per Comitem Arembergium cedere juſſi, Catholicis Sacris reſtitutum; quæ, cùm Anno 1572. poſt admiſſum Comitem Bergenſem interim vis facta eſſet Eccleſiis, demùm Anno 1580. abrogata & ejurata fuere, de quo in *Heret. Catalogo* Tit. *Iconoclaſtæ Petræus* Campenſis: Parochia, *Aſſendorp*, ſuburbana, violata,

„Zwollani quoque Campenſium noſtrorum imitati Iconoclaſtiam haud ſegnius ea in parte egerunt, quando in Feſto S. Viti Martyris quod eſt XVII. Kal Jul. Templum iſthic B. Michaeli Archangelo ſacrum profanarunt, altaria omnia ſubverterunt, Ædiculam Ven. Sacramenti aureorum aliquot millibus erectam dejecerunt & comminuerunt, ingenti ſane Catholicorum cum dolore, quos eo ipſo die magnam quoque rerum ſuarum jacturam feciſſe conſtat." modò diruta.

Hoſpitalia, in quibus Chriſtiana miſericordia indigis ac miſeris alimenta & fomenta præbet, licet plura ſint, duo tamen eminent præ reliquis. Hoſpitalia.

* 16. *Maii A. 1577.*
† *Relatio ſec. La Torrii Epheſ. p. 309.*

Hoſpitalia; *S. Spiritus*,

Unum ſub patrocinio *S. Spiritus Paracleti*, in cujus Capellâ, quæ quotidie duo Sacrificia exigit, tres *Vicarias*, (ultimæ *S. Barbara* nomen dedit) Majorum pia liberalitas inſtituit.

& *S. Crucis*, eorumque Sacella, & *Vicariæ*.

Alterum à *Cruce* nomen habet, & in ſuburbio ſitum, ideóque quemadmodum illud *Het binnen*, ita hoc nunc appellatur *Het buyten Gaſthuys*, in cujus Capella Anno 1379. luſtricis ceremoniis Religionis exercitio dicata ortum habuit & dotem unica *Vicaria*, cujus Miniſter à Proviſoribus delectus ſacra obit die dominico ac feſto feria IV. & VI. Erat id olim leprâ infectorum, nunc autem eſt pauperie ſqualidorum domicilium.

Aſceteria virilia V.

Cœnobia virilia;

Primum ſub titulo ſeu ducatu *S. Auguſtini* Anno 1308. Canonicis Regularibus conſtruxit, magniſque reditibus locupletavit *Bernardus de Vollenboe*, Daventrienſis Decanus: locum voluit is *Bethlehemum* dici, & glorioſiſſimæ *Virginis Mariæ* clientelam agnoſcere: poſt triennium hanc fundationem ratam dixit *Guido* XLII. Trajectenſium Hierophanta, cujus Tabulas appendimus.

1. *Bethlehemiticum* Can. Regul. cujus conditor *Bern. Vollenhovius*, a Traj. Epiſc. approbatum.

"*In nomine Domini Amen.* Univerſis Chriſti Fidelibus, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, *Guido*, Dei gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Quia ob honorem Dei & cultum ſui nominis glorioſi meminimus nos conceſſiſſe licentiam quondam Domino Bernardo, Decano Eccleſiæ Davent. fundandi Oratorium in allodio ſuo ſito in oppido Zwollenſi, ac inſtituendi ibidem Collegium Canonicorum Regularium, dictuſque quondam Decanus hac fretus noſtra licentia ibid. Oratorium fundaverit, Collegiumque Canonicorum Regularium ibidem inſtituerit, dictumque locum & Collegium competenter dotaverit, prout in litteris ſuper hoc confectis plenius continetur, quarum tenor de verbo ad verbum talis eſt.

"*In nomine Domini Amen.* Ego *Bernardus de Vullenhoe*, Canonicus Eccleſiæ Davent. compos mentis licet languens corpore domum & ſtructuram in Zwollis cui inhabito, cum omnibus areis eidem adjacentibus unà cum domo & bonis ſitis in *Herkeloe*, quæ emi erga *Gerlacum de Herkeloe*: item cum bonis in Middelwijck quæ emi erga *Hermannum* fratrem meum: Item cum bonis emptis erga *Wyckmannum* filium *Egbert*. Item cum bonis emptis erga *Arnoldum Ram* & fratres ſuos: Item cum dimidietate prati empti erga *Engelbertum de Daventria* & *Petrum* generum *Lamberti* cum omnibus curtibus & pertinentiis dictorum bonorum: cum libris, ornamentis, tribus Calicibus: cum braſio, ſiligine, carnibus & omnibus utenſilibus in dicta domo exiſtentibus lego & dono ex nunc ad cultum divinum in Domo prædicta perpetuo habendum. Et locum ipſum cum omnibus ſuis attinentiis ſubjicio Eccleſiæ Bethlehemenſi Ordinis Regularium & transfero in eamdem tali conditione, quod Præpoſitus & Conventus dictæ Eccleſiæ perpetuò teneantur & habere debeant quatuor Fratres, ad minus, ſui Ordinis Presbyteros, qui in dicta Domo continuè reſideant & Deo inibi deſerviant in divinis Officiis exequendis: ita quod omnia bona antedicti loci habita & habenda eidem loco remaneant: itaquod Præpoſitus & Conventus Eccleſiæ Bethlehemenſis abinde ad Eccleſiam ſuam transferre non poſſint; & quod Prior in dicto loco de conſenſu Conventus ejuſdem dum ibidem inſtituendus fuerit, per Præpoſitum Eccleſiæ Bethlehemenſis conſtituatur, & viſitationem & correctionem in loco habeat antedicto Præpoſitus. Cæterum ante dicto loco lego ducentas libras convertendas per manufideles meos in emptionem prædiorum. Item lego eidem omnia pecora mea, ſcilicet boves, vaccas, porcos & omnes equos meos. Et hoc omnibus quorum intereſſe poterit ſub ſigillo meo quo uſus ſui, dum Decanatui præfui Daventrienſis Eccleſiæ, & ſub ſigillis Officialitatis Curiæ Traject. & oppidi Zwollenſis, quæ ad preces meas ſunt appenſa præſentibus, duxi publicè intimandum.

"*Et nos Officiales* Curiæ Trajectenſis, & Scabini Zwollenſ. prædictis ordinationi & legationi præſentes interfuimus unà cum Domino *Frederico* Præpoſito Bethlehemenſis Eccleſiæ, *Ludolpho de Brincko* & *Egberto de Weſenberghe* ſuis Concanonicis ibidem præſentibus, & dictam ordinationem acceptantibus nomine ſuo & nomine Conventus ſui, ſigilla noſtra ad preces prædictorum Domini *Bernardi*, Præpoſiti Eccleſiæ Bethlehemenſis & ſuorum Concanonicorum præſentibus litteris duximus apponenda in teſtimonium præmiſſorum. Datum & actum Zwollis in antedicta domo Anno Domini M. CCC. nono, in die Aſcenſionis Domini noſtri.

"*Nos fundationem* dicti Oratorii, inſtitutionem Collegii ibidem factam, & dotationem loci ipſius ſecundùm ordinationem antedicti quondam Domini Decani ſuperius expreſſam gratas & ratas habentes, eas auctoritate ordinaria in Dei nomine confirmamus, decernentes locum ipſum cum perſonis inibi divino cultui ſub regulari ordine mancipatis & omnibus bonis ſuis habitis & habendis ſub protectione Sedis noſtræ Trajectenſis & noſtra ſpeciali ſuſcipimus, concedentes Priori & Fratribus ibidem, ut in loco prædicto liberam habeant ſepulturam ſepeliendi ibidem Fratres & Sorores ſui Ordinis, ac ſuam familiam domeſticam, qui ibidem diem clauſerint extremum, ac alios qui ibidem elegerint ſepeliri, ſalvo tamen Eccleſiis Parochialibus, de quibus ibidem ſepeliendi aſſumendi, jure ſuo & mortuariorum Canonica portione. Statuentes ut idem locus perpetuò ſubſit Eccleſiæ Bethlehemenſi, ita quod Præpoſitus Eccleſiæ Bethlehemenſis ibidem habeat viſitationem, inquiſitionem & correctionem: & ibidem Priorem poſſit præficere, qui præſit loco & Collegio memorato, qui ibidem ſibi confitentes poſſit abſolvere de peccatis ſibi confeſſis ac pœnitentias injungere ſalutares, ſicut Præpoſitus Eccleſiæ Bethlehemenſis utitur & hactenus uſus eſt in Collegio Eccleſiæ Bethlehemenſis: ac Priorem conſtitutum revocare & alium inſtituere quemcunque & quotieſcunque ſecundùm Deum & conſcientiam ſuam ſibi viſum fuerit expedire. In cujus rei perpetuum teſtimonium & munimen ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum Daventriæ Anno Domini M. CCC. XI. in Octava Epiphaniæ Domini."

Cùm jam fundator prius tamen à Bethlehemitico Prælato Religioſa veſte indutus & ad profeſſionem admiſſus, ante biennium vivere deſiiſſet. Subfuit autem hæc Canonica Bethlehemenſi Præpoſituræ, quæ Dotecomio vicina eſt, quacum etiam ſe Nuyſſienſi Capitulo colligavit, uſque ad Annum 1430. quo eam Prior *Joannes Waelius*, Windeſimenſibus conſeruit, ante quod tem-

ed by Googl

tempus nulla hîc, ſed apud ſolos Dotecomienſes Tyronum inveſtitura & exercitatio, quo etiam ad novi Præſulis electionem hujates evocabantur.

In adoleſcentia ſua, ab ortu ſcilicet XVI. anno, quo, in nocte S. Margarethæ flammas injicientibus Voirſtianis, vix novem ædibus ſalvis totum oppidum conflagravit, cum exprimant hæc Metra:

Poſt M. *poſt tria* C. *poſt* X. *duo*, *quattuor Ique*
Nox Margar tollis igni tu concito Zwollis.

e cinere emerſum, & formâ auguſtiori reſtitutum, interiit.

Etiam hoc Collegium illæsâ ſolâ Eccleſiâ in cineres abiit, e quibus tum quidem revixit formâ auguſtiori, ſed quam iterum delevit nupera Religionis alteratio, quæ Oratorio, Refectorio & paucis ædificiis exceptis, loci Aream in Forum commutavit. Ejus olim tenuere regimen

Rectores,

Ao. 1309. THEODORICUS SCHIET.
1320. HENRICUS STOCKEM.
1330 JOANNES DE RORE.
1367. JOANNES SMEDEKEN, ſub quo aucta familia & ædificia, ac Templi ſepta dilatata, *quod admodum parvum*, habet Chronicon, *feſtivis diebus concurſum populi minimè capiebat, maxime cum Dominus ipſis indies benediceret in donariis & poſſeſſiones ipſis accreſcerent.*
1370. HENRICUS DE KREYENSCHATE.
1380. THEODORICUS WYTENHORST.
1388. WERNERUS DE OMMEN.
1391. JOANNES WAELIUS.
1419. JOANNES ALDENZEEL, ſub quo Anno 1420. florentiſſimi hujus Aſceterii Chronicon conſcripſit *Gerardus Coccius*, cujus ſolummodo fragmentum à nobis viſum.

[Ex Charta pergam. quam teneo, Prior Conventus Bethlehemitici Anno 1435.

Fr. GOESWINUS.

& privilegia,

Charta eadem continet litteras *Juliani* Cardinalis dicti anni 13. Nov. quibus Regularibus illius Cœnobii concedit, ut a quocunque Antiſtite Catholico Sacros Ordines, Oleum S. atque alia ſacra ſuſcipere poſſint, &c]

II. Fratrum Cleric. S Gregorii;

Conditores,

Secundum (quæ erat prima propago Collegii Daventrienſis) ſub patrocinio *S. Gregorii* incoluere Fratres ſeu *Clerici in Communi viventes:* congregarat eos Anno 1386. Dominus *Florentius* ea in domo; è qua in *Nemelenſem* ſive Sanagnetanum Montem veteres Coloni nuper emigrarant: ſed, cùm ibi nollet ſacrum Plantarium excreſcere Senatus, cum proba Sanlebuiniani Davent. Capituli invitante *Reinero de Drynen*, Parocho Zwollano, in Eccleſiæ ſuæ hortum tranſmearunt: (litteræ præferunt diem S. Mauritii & Annum 1394.) in quo eas ædes, quæ etiamnum ſuperſunt & à Ludi Litterarii Præfectis inhabitantur, ſuis impenſis extruxit *Vir potens & dives* (quo cum titulo veteres Memoriæ honorant) *Meynaldus de Windeſim:* is in *Florentii Wevelikhovii*, Trajectini Antiſtitis Aula enutritus & amiſſo Patrono ab iis nonnulla adverſa perpeſſus à quibus pro impenſis obſequiis gratiam ſperaverat, non jam amplius ingratis clientibus ſerviturus cum germano ſuo *Wittone* ſe ſuaque omnia Anno 1393. *Fratribus* aſſcripſit: quibus è Florentiana Davent. Domo præfuit.

Rectores.

I. GERARDUS DE KALKAR, uſque ad Annum 1409. quo cum ad vitæ metam lenta tabes deduxit: in Hulsbergenſium Benefactorum Tabula inſcribitur: *Vir memorabilis, multæ charitatis, maturus, prudens & diſcretus.*

II. THEODORICUS AB HERXEN: is in iiſdem Tabulis nominatur *Vir à pueritia converſationis angelicæ, cujus conſilium lucerna, cujus vita ſpeculum, reverenter morigeratus, circa ſalutem aliorum zelator ſtudioſus.* „Fuit cognatus præ„fati *Meynaldi* & dives valde (ait Biographus) „per Priorem de Windeſcheim *Joannem Vos*, „cùm dubius in vitæ Religioſæ genere eligen„do fluctuaret, perſuaſus ut Zwollenſi Congre„gationi ſe adjungeret, quatenus divitiarum „ſuarum copia illorum ſublevaret inopiam. Præ„fuit non cum imperio ſed in charitate; non „enim mandato voluit metui, ſed voluntate & „charitate exaudiri: Domus ejus tanquam San„ctorum chorus habebatur: ex continuo ſtudio „ſibi nomen comparabat, quo vulgo *Theologus* „*Valens* diceretur. Vitæ moleſtiis dixit valé Anno 1456. regiminis ſui 47. in Windeſimenſi Canonica tumulum nactus, cùm Fratres necdum Eccleſiam haberent, quæ demum poſt annos 40. conſtructa ab *Henrico Scadeboet*, Ericalenſi Epiſcopo & Monaſterienſis Hierarchæ Suffraganeo, Anno 1498. 3. Julii eſt conſecrata.

III. ALBERTUS DE KALKAR, vitæ uſurâ privatus Anno 1482.

IV. HENRICUS DE HERXEN, terminum vitæ ſortitus Anno 1487.

V. LUDOVICUS DE BASILEA; Anno 1500.

VI. JOANNES KOCKMAN: reliqui non innotuere.

Tertium vulgò *ten Breuren:* in quo vitam religioſè exegerunt Monachi *Dominicani:* natalitium loci Annum 1465. in *Monſagnetano Chronico* ſcribit *Thomas de Kempis* & in *Annalibus Belgii* ad Annum 1466. *Roſweidus*, primum ejus Auſpicem *B. Alanum de Rupe*, qui hîc Anno 1475. vitæ terminum & tumulum invenit, quo die intemeratæ Virginis Mariæ nativitatem anniverſaria memoria celebrabat Eccleſia: ejus geſta *de SS. Belgii Ordin. Prædicat. c.* 23. deſcripſit *Hyacinthus Choquetius*, & ex *Trithemio* ſcripta in *Bibliotheca Belgica Deſſelius*, ac in Catalogo *Ambroſius Gozzæus.* III. Dominicanorum; initia;

Vix ſedem hîc fixerant, quin mox in lites inciderint cum Parocho Michaelitico & Sanlebuiniano Davent. Capitulo: at eas præſcriptis & acceptatis ſeqq. conditionibus, cujus arbitrio res delata fuerat, conſopivit *David de Burgundia*, Hierophanta Trajectinus Anno 1469. 2. Junii; cùm novello loco præeſſet *Engelbertus Meſſemaeker.* Lis cùm Parocho a Davide Traj. Epiſc. ſub certis legibus ſopita.

"Imprimis vid. quod ipſi Fratres ſingulis die"bus debeant & teneantur ſuas Miſſas dixiſſe, "cantaſſe & compleviſſe hora 9. ante prandium; "Dedicationis Eccleſiæ, Patronorum ac quando "duæ Miſſæ occurrunt cantandæ, & quoties "prima Miſſa per aliquem eorum Fratrem Con"ventualem cantatur, diebus exceptis: quibus "exceptis diebus licet Fratribus ipſis, ſi volue"rint, ſuas Miſſas ſecundum exigentiam & po"ſtulationem Feſtorum & temporum longius & "diutius protrahere."

"Item Fratres ipſi in anteprandio & ſimiliter "in poſtprandio in IV. Feſtis principalibus ac a"liis diebus & feſtis, quibus in poſtprandio per "Paſtorem vel ſuos ſolitum & conſuetum eſt præ"dicari, nunquam prædicabunt, ſalvo quod ſi "Fratres ipſi voluerint, poterunt in dictis IV. "Feſtis principalibus in & apud dictam Paro-

"chialem Eccleſiam prædicare licentia Paſtoris ſeu ipſius locumtenentis ſuper hoc petita, quam eis ad hoc dare non denegabit."

"Item Fratres & Conventus prædicti ſolum & duntaxat duos eorum Fratres ex præſentatis per eos & admiſſis per nos aut noſtrum *Vicarium* ad audiendam confeſſionem populo in Eccleſia ſeu Monaſterio eorum tenebunt & deputabunt, adjecto quod per unam ſeptimanam ante Paſchæ & Nativitatis Feſta poterunt, ſi voluerint, de licentia Paſtoris ſuper hoc petita, dictis diebus deputatis tertium ſimiliter præſentatum & admiſſum adjungere, quam licentiam Paſtor ipſe ſeu ejus locumtenens ſimiliter eis concedet & indulgebit."

"Item ſi aliquis apud ipſos Fratres ſeu eorum loca ſepeliri voluerit & elegerit, Fratres ipſi pro his, quæ eis per circulum anni poſt primas exequias offerunt & in cereis & aliis ratione dicti ſepeliendi apportantur & deferuntur, dabunt & ſolvent liberè Paſtori ſeu Rectori dictæ Parochialis Eccleſiæ pro quolibet defuncto & apud eos ſepeliendo unum medium ſcutum antiquum Franciæ vel ejus verum valorem: ſalvo tamen quod exequiæ dicti defuncti & ſepeliendi ac alia agenda in & apud dictam Parochialem Eccleſiam æquè benè fient & peragentur, prout in talibus & ſimilibus hactenus fieri ſolitum eſt & conſuetum.

Extat etiamnum, profanis uſibus addictum,

Extat etiamnum ſacrum hoc domicilium, ſed profanis uſibus deſtinatum: quod, ſi priſtinos inquilinos quandoque recipiat, non exigua beneficia ſe ab *Engelberto Wyers* recepiſſe cognoſcet: is hinc oriundus & grave conjugii onus pertæſus cum ſuæ conjugis aſſenſu (quæ Sittardiæ in Juliacenſi agro paucis abhinc annis obiit Dominicanarum Veſtalium Præſes) in Antwerpienſi Prædicatorum Cœnobio levi Monaſticæ Religionis oneri ſuavique Chriſti jugo ſalubriori conſilio ſeſe ſubdidit, & ſuæ patriæ non immemor voluit ut ſui peculii partem haberet hoc noſtrum Zwollanum Aſceterium, ubi illud S. Dominici Nepotibus foret reſtitutum:

novâ dote ſubinde adauctum.

Noch geve ick (habent ejus Tabulæ Teſtamentariæ Anno 1620. 16. Decemb. ſcriptæ, quas Anno 1631. 21. Novemb. Monachi acceptarunt) *het voornoemde Clooster van Antwerpen* (ſcilicet Prædicatorum) *alſodanige Meubelen als ick daer in gebracht hebbe, uytgenomen een groot groen Koffer met witte banden ende alle het gene daer in bevonden wert, ſal hebben dat Predick-Heeren Clooſter tot Zwolle genaemt dat Broeren Clooſter. Noch geve ick 't Clooſter van de Predick-Heeren van Zwolle in gereeden gelden 9000. guld. den gulden tot 20. ſt. welcke voorgenoemde Penn. ſullen beleght worden nu ende ten eeuwigen dage tot onderhout van 't Clooſter tot Zwolle tot de Tafel om daer van te mogen leven: ende dat oock niemant en ſal mogen de Penn. te niete doen nu ende ter eeuwige dage, dan ſullen altijt blijven tot onderholt van 't Clooſter als boven genoemt. Ende dit ſal 't Clooſter van Zwolle genieten, als wy daer openbaer ende vry mogen woonen, alwaert met twee Patres ende alwaert dat ſy moſten gaen in wereltlijck habyt om eenige reeden dat ſy in haer geeſtelijcke habyt niet en mochten gaen. Noch geve ick an 't voornoemde Clooſter van Zwolle alſodanige Ornamenten als ick daer gelaten hebbe, die my toe komen*, &c.

IV. & I. ſuburbanum;

Quartum & primum ſuburbanum, *Mons S. Agnetis*, patrio lexico *Bergklooſter* noncupatur, ex initiis humillimis florentiſſimum, *Canon. Regul. S. Auguſtini* Collegium: originem ſuam debet nonnullis Venerabilis *Gerardi Magni* Diſcipulis, qui

origo,

cùm in oppido frequentiores hominum accurſus ferre non poſſent, hic inter Montium ſolitudinem, (ab Hæredibus de *Bertmen* & *Nemel* eum in finem dono acceptam) quo familiarius Deo adhæreſcerent, conſilio ac ductu ſui Magiſtri ſeſe abdiderunt: ne autem familia nullis adhuc Votorum ligulis connexa aut inconſtantiâ diffluere, aut in Nepotibus deficeret, una fuit omnium voluntas vicinorum Windeſimenſium exemplo provocata eam ſub Canonicâ diſciplinâ S. Auguſtino devovere, ſed cùm optimo huic conſilio ſeſe Zwollani opponerent, *Egbertus Mulart potens Armiger in Haſſelt* (quo illud promoveret) in confiniis de *Gherner* infra Dalfſianam Parœciam eis obtulit Allodium ſuum nomine *Weſterhof*. Religioſum hoc donum & Sanctum eorum deſiderium Anno 1398. 18. Jan. probarat *Fredericus de Blankenheim* Hierarcha Traject. jamque Eccleſia extructa erat & in loco (quem *Hortum B. M. V.* nominavere) IV. Fratres vota fecerant: ſed cùm eum conſtruendo Monaſterio non ſatis idoneum deprehenderent, conſentiente præfato Antiſtite irritoque conatu reſiſtentibus Zwollanis eodem hoc anno ad primum fundum fuere regreſſi, & (cùm interim Venerabilis P. *Joannes ab Ommen*, qui familiæ hactenus præfuerat, poſt eorum reditum cum ſuis Vollenhoviam feceſſiſſet, ubi ſub Tertia S. *Franciſci* Regula in oppidi pomœriis *Campum S. Joannis* conſtituit) à Windeſimenſibus, quibus ſeſe colligarant, Anno 1399. Collegio datus Præfectus primi Rectores,

Conditores,

Approbatio,

primi Rectores.

I. JOANNES DE KEMPIS, qui elato montium vertice valles imas implevit, Eccleſiæ parietes & reliqua ædificia conſtruxit, pomœria & arbores ſilveſtres plantavit, agros & hortos excoluit, ut eo, quo præfuit, novennio integram & jucundam faciem Monaſterium acceperit.

II. WILHELMUS VORNKEN, ſub quo Eccleſiæ fabrica conſummata (quam in honorem *S. Agnetis* Anno 1412. dedicavit *Matthias Budnanenſis Friderici* Trajectini Pro-Epiſcopus) Cœnobii ſepta dilatata ac muro lapideo cincta, arboreta multiplicata, & nova prioribus ædificia ſuperaddita, Præſidem is egit ab Anno 1408. uſque ad Annum 1425. quo ad Windeſimenſem Canonicam reduci hic ſucceſſit.

III. THEODORICUS DE CLIVIS, qui Præfecturæ renuntiavit Anno 1447.

IV. HENRICUS DE DAVENTRIA, uſque ad Annum 1458.

V. GEORGIUS: hactenus è *Thoma de Kempis*, qui hujus Canonicæ civis, accurato calamo ejus Chronicon conſcripſit, eique & ſibi toto terrarum orbe peperit nomen celeberrimum ſuo de Chriſti imitatione libello, de quo L. I. Epigrammatum ſic cecinit *Bernardus Bahuſius:*

Memnonidæ lampas quos Delia prima colorat,
Et Pharetratorum gens Othomannigenûm:
Et tincti mero Mauri, ferrugine Iberi,
Et violâ tinctus Sarmata, Belga roſâ.
Kempenſem cuncti Thomam noruntque leguntque,
Dumque erit aura, ſolum, flamma ſalumque, legent.
In tenebris Thoma non te ſinet iſte Libellus,
Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris.

Quod Opus Thomæ noſtro ſurripere conatus eſt * *Conſtantinus Cajetanus* ex Ordine Benedictino Monachus, ut ſuo cuidam *Joanni Geſſen*,

* *I. Lannoyus*, inter ceteros libellum de vero ejus libri Auctore Gallico idiomate conſcripſit, in tres partes diſpartitum, Pariſiis impreſſum 1643. Controverſia hæc fusè eodem idiomate agitata per *Eliam Pinium* Bibl. Eccl. Tom. XII. pag. 157 & ſeq.

ſive

Digitized by Google

ſive *Gerrſſem*, ſive de *Geſſate* (necdum enim de cognomine ſatis conſtitit) aſſcriberet, quem in Monaſterio S. Gratiani Caſtri Aronæ ad littus Verbani in agro Mediolanenſi olim ſui Ordinis Abbatem finxit, nactus etiam maximè in Galliis acerrimos ſui peculatus propugnatores; ſed ab Harpyarum unguibus *Ordo Canonicus* & *Societas Jeſu* prædam malè abreptam eripuit, & *Kempenſem* abigeatu prohibuit.

Poſt citatos in religioſo hoc domicilio, quod vix amplius rudetum eſt, regimen tenuit

THEODORUS WANINK, in Feſto exaltatæ Crucis Anno 1499. præfecturæ immortuus: aliorum nobis ignota nomenclatura.

V. & II. ſuburbanum *Windeſimenſe;* Quintum & alterum ſuburbanum, auguſtiſſimum & celeberrimum etiam *Canonicorum Regularium S. Auguſtini* Collegium, à clientela & ſitu dictum *Beatæ Mariæ Virginis* in *Windeſem*, agonizanti *Venerabili Magiſtro Gerardo Magno* ſuos aſſcribit natales: cùm enim Diſcipuli ejus patrono ac defenſore per ejus diſceſſum ſe deſtituendos lamentarentur, Cœnobium ſub Regula S. *Auguſtini* & Regularium Canonicorum Statutis quantocius extrui mandavit, è quo haberent quod in ipſo amittebant, ſive conſilium ſive auxilium. Initia; Locus in agro Velavico & Hattemenſibus Pomœriis primitus delectus, ſed à *Florentio Wevelickhovio*, Trajectino Protomyſta reprobatus, qui conſuluit non ſub alieno, ſed in ſuo dominio Præſidium conſtitui, quo privilegiorum ac patrocinii ſui robore illud melius firmaret. Placuit conſilium & *Bartholdo ten Haeve*, quo eum defuncti patris opulentia ditaverat, Allo-Conditores, dium ſuum in *Windeſim* cum agris ac proventibus conferente, cui ſua in vicino Zuythemio xv. agrorum jugera maritabat *Henricus de Wilſem*, nuper Campenſis Scabinus. Prima in illo Anno 1387. Monaſterii fundamenta fuere collocata, &, è quibus nova Familia coaleſceret, inter cæteros delecti *Henricus Clingbile* de Huxaria ſacerdotali charactere inſignitus, *Wernerus Keyenkamp*, de Lohhem, præcitatus *Henricus Wilſem* de Campis, *Henricus Wilde* de Buſcoducis, & antenominatus *Bertholdus ten Haeve* oriundus de Zwollis, uberi omnes divinæ gratiæ rore delibuti ac individuo virtutum comitatu ſuffulti.

Eccleſiam cum tribus Aris, Occidentalem Propagatores, Ambitum cum totidem ei contiguis, domibus, Refectorium, Braxatorium & Culinam intra unius anni ſpatium indefeſſus operariorum labor extruxit, nec ad operis complementum tarda aut ad incolarum alimoniam parca fuit aliorum liberalitas: etenim *Henricus Beerman* 200. & 100. ſcuta Francica donavit *Lambertus Stuerman*, uterque contagionis invidia ante biennium lucis uſura privatus, quibus addidit 136. *Henricus Brielius* Hattemenſis Sacerdos: at inter omnes munificentia fuit eximia, qua *Henrici Wilſemii* conEccleſia cum aris, ſanguinitas novellam plantationem irrigavit; ſiquidem *Jacobus* ejus germanus 600. Coronas Francicas vivus, & omne ſuum peculium ad eam derivavit moriens: ultra 1000. florenos Rhenenſes *Sophia Herikens*, & ſe & omnia ſua obtulit *Alcidis Scutte*, utraque eid. ſanguine conjuncta: pari affectu cum filiorum ſuorum *Alberti* & *Nicolai* aſſenſu plurimos agros & numeroſam pecuniam contradidit *Aleidis Dreyers*, unà cum præfatis Matronis aliiſque piis Virginibus, uſquequo de Laïcis loco eſſet proviſum, inibi in inquilinorum Miniſterio ſolicita Martha. *Fratres* etiam Daventrienſes ſuo ſe peculio denudabant, ut, qui novæ Fabricæ ex Magiſtri ſui conſilio fuerant auctores, ejuſdem quoque ſuis ſuppetiis forent felices conſummatores.

Interim dum operæ fervent & preces Domini *Florentii*, qui *Fratribus* & toti negotio præerat, ab Hierophanta Trajectino poſt dotem à præfata *Aleide Dreyers* magnis acceſſionibus locupletatam fundationis probam impetrarant, primi cives hinc in *Eemſteen*, Dordraco vicinum Cœnobium, emiſſi ſub Præpoſito *Simeone* in Canonici Ordinis ceremoniis exercebantur, & inde reduces Anno 1387. xvi. Kal. Novemb. quo die etiam ejuſdemque inauguratio. ſolemni ritu Eccleſia inaugurata, per *Hubertum* Trajectini Pro-Epiſcopum, cui eos Dominus *Florentius* offerebat, religioſa veſte induti & ad conficienda Profeſſionis holocauſta fuere admiſſi.

Henricum Clingbile Præſulis auctoritas novo Progreſſus, cœtui præfectum dedit uſquequo Canonica electio Priorem nominaret: fuit is *Wernerus Keyenkamp*, ſub quo de licentia Trajectenſis Protomyſtæ Molendinum erectum & ædificia, quæ ultimam manum adhuc deſiderabant, conſummata: at regiminis pertæſus, ejuſque onere, quod Rectores; triennale fuerat, liberatus, Succeſſorem vidit *Joannem Vos de Heuſden*, qui, cùm incolarum frequentiam domicilia non caperent, Eccleſiæ novum Chorum & quatuor Aras reliquis adjunxit: Orientale Dormitorium à primo lapide Occidentale ac Auſtrale ad æqualem cum primo celſitudinem Anno 1399. extruxit: muro lapideo totum Monaſterium circumcinxit, pomario ornavit & valedicturus vitæ mandavit inquilinis (Teſtamentum dixere) *ne ſibi cibum & potum in vaſis ſtanneis, at ligneis & lapideis apponi curarent, ne equites iter agerent, veſtes detritas ac petiatas deferrent, carneſque bullitas aliterve decoctas at nunquam vero aſſatas manducarent.* Huic datus ſucceſſor *Gerardus Naeldwijk*, ſed qui culmen regiminis arbitrabatur tempeſtatem mentis; ideóque primo ſemeſtri ex illo in Ordinem rediit uno omnium voto *Wilhelmum Vornken* è vicina Monſagnetana Canonica nactus ſucceſſorem: hic inter obſervantia; divitiarum affluxum humilitatis & ſanctæ paupertatis amans non niſi importuna Fratrum inſtantia devictus in Occidentalium & Auſtralium domorum fabricam atque Eccleſiæ ampliationem conſenſum dedit: quæ in nupera regiminis ac Religionis alteratione unà cum ædificiis reliquis, exceptâ ſolâ Infirmariâ in qua vicini ſuos cœtus agunt, in rudera & nihilum, hæreditas autem ad Provinciale Ærarium abiit. Ex hac excidium. Canonica Exordium & agnomen ducit

CONGREGATIO, ſive *CAPITULUM WINDESIMENSE.*

Cùm enim ſub præfectura Venerabilis P. *Jo-* Orta inde *Windeſimenſis* *annis Voſſii* hoc in loco Sancta vitæ innocentia & exacta religioſæ exercitationis diſciplina vigeret, maximus undequaque eorum, quos ſanctior aura agebat, ad eum fuit confluxus: alii familiæ ſuæ inſeri, alii ab ea inſtrui, alii etiam inde ad ſe novas colonias pia importunitate deduci obſecrabant, e quorum aggregatione facta eſt præ- Congregatio, fata Congregatio, cujus primordia ac progreſſus & viros illuſtres in ſuo *Chronico Capituli Windeſimenſis* duobus Libris digeſto & Antwerpiæ nuper edito, ac in *Quadripartito Libro de Monaſteriis in Saxonia & adjacentibus Provinciis per eum reformatis*, cujus ego Monſagnetanæ Canonicæ M. S. exemplar aſſervo, latè deſcribit *Johannes Buſſchius* Windeſimenſis Canonicæ civis.

CAPITULUM PROVINCIALE NOVI OPERIS.

Capitulum Prov.

a Cardinale Cuſano approbatum;

Anno 1451. à Cardinali *Cuſano* approbatum etiam auſpicium ſuum & florem noſtris Windeſimenſibus detulit, quibuſcum poſt ſui ab Apoſtolica Sede confirmationem in iiſdem privilegiis, gratiis & indultis participium habuit, eorumque Conſtitutiones (Anno 1552. *Ultrajecti* poſtmodum typis editas) acceptavit: quod, licet ſummâ inſtantiâ, ablegato etiam cum Archipræſulis Magdeburgenſis ſupplica ad Generale Capitulum noſtro *Buſſchio* tum in Sultana apud Hildeſienſes Canonica Præpoſito, cum Windeſimenſibus unionem ambierit, tamen, *quod Præpoſituræ magnæ dignitatis Prælaturæ eſſent, iiſque multæ Curiales Eccleſiæ aux ..æ contra primævæ reformationis inſtitutum per Canonicos regendæ*, admiſſum non fuit ex *L.* 1. *Reform. c.* 12. 13. & 20.

ejus Leges,

& Præpoſituræ;

Lege perpetuâ, dum cœtus ſuos faciebat hæc Reſp. è Windeſimenſi familia aliqui & viciſſim ſingulis trienniis duo ex hoc corpore deputati Windeſimenſium comitiis intererant: *Inſuper volumus* (habent Litteræ Cuſani ad Annum 1451. 28 Julii) *ut ſemper deinceps de triennio in triennium à Capitulo hujuſmodi Provinciali loco & tempore ſæpe dictis celebrando duo ex Patribus ſive Fratribus notabiliores ac in Regula & Statutis experti ad Capitulum & Monaſterium in Windeſim Traject. Diœceſ. dum ipſum Generale Capitulum celebrari contigerit, emitti debeant: quos volumus per ipſos Patres & definitores debere admitti, ad finem, quo in Ordine veſtro regularis obſervantiæ uniformitas & bona concordia teneatur & foveatur.* Præpoſituras, quæ membra erant hujus corporis, aſſcribimus.

I. B. M. B. & S. Alex. &c.

I. *B. M. V.* & *S. Alexandri in novo Opere*: quæ, ut pag. 23. in *Riddagshuſenſi Chronico* notat *Meibomius*, Canonicos excepit Anno 1116. ea juſſu *Guntheri* Magdeburgenſis Antiſtitis per *Buſſchium*, qui & ſeptennio præfuit Præpoſitus, ad vitæ regularis obſervantiam reducta ſitum prope *Halim* Saxonicum, & per xɪ. milliaria Archidiaconatum habet annexum, unde & Capitulo nomen: cœpit aſſurgere Anno 1116. ſic enim de eâ lego apud *Crecceium* in *Orig. fund. Ord. Monaſt. c.* 8. *Adelgothus Archiepiſcopus Magdeburgenſis Comes à Loe auctor fuit Comiti à Revingen, ut ſe mundo abdicaret: ſuſcepto ordine ſacro omnia bona Deo conſecravit; hæc bona Anno Chriſti* 1116. *ab Adelgotho ad ædificationem Monaſterii Novi Operis ante Hallam collocata ſunt.*

II. S. Mauritii.

II. *S. Mauritii* in eodem oppido, cui colligata Parœcialis ibidem Baſilicæ Cura.

III. S. Petri in Monte Séri

III. *S. Petri in Monte Sereno* cum duabus præcedaneis etiam Magdeburgenſis Diœceſeos ab Hallis gemino milliari diſſita, de qua *Fabricius Saxoniæ illuſtrata L.* 5. *Anno Chriſti* 1124. (*Dedo Thimonis* Miſnenſis Marchionis filius primogenitus) *inchoavit D. Petri Templum in Lauterbergo prope Halim Saxonicam: Conradus alter Thimonis filius ditione fratris, qui ſine hærede diſceſſerat, omni potitur, & ex ipſius Teſtamento Cœnobium Lauterbergium, (Montis Sereni nominant) quod nunc D. Petri appellatur ſedulo & religioſe perficit, multaque ei prædia partim de ſuis bonis, partim ab uxore Lutgardi comparata addidit. Religionis cupidus* (ab expeditione Vandalica Anno 1147.) *rediens domum Eccleſiæ Numicenſis* (quam cum Cœnobio non procul à Bitterfeldo ejus parens *Thimon* inchoaverat hujuſque conthoralis *Uda* perfecerat) *detrimenta cernens & Lauterbergi reditus amplificare cupiens miſſis Anſelmo Præſule Havelburgio & Gerardo Præpoſito Magdeburgio ad PP. Eugenium Legatis impetravit, ut reditibus in Lauterbergum tranſlatis è duobus ſocietatibus una fieret.* Cúmque filios inter ſua bona diſtribuiſſet, *arma & inſignia equeſtria in Templo Miſnenſe deponit, inde Lauterbergum profectus veſtem ſacram induit Prid. Kal. Decemb. vitam inde poſt dies* 5. *& menſes* 2. *finiens Non. Febr. Anno* 1156. *ætatis* 69. *ſepelitur ibidem in Templo medio: ad dextrum ejus latus Lutgardis uxor & ad ſiniſtrum Mechtildis ſoror eſt depoſita*, & ex ſucceſſoribus plures alii, quorum ſepulturæ id deſtinatum erat, *imaginibus utriuſque ſexus ibidem quieſcentium de ſectis lapidibus aut auriſcalco ſuper eorum ſepulchra ſuperpoſitis: hæc eſt, ut ajunt Fratres, eorum non parva gloria* 1. *Reform.* 21. inquit *Buſſchius*.

IV. *S. Georgii*, propè Goſlariam Diœceſ. Hildeſ. — IV. S. Georgii.

V. *SS. Juſtini*, *Laurentii* & *Cyriaci* in Etersborgh propè Wimariam Diœceſ. Mogunt. ea bino milliari ab Erfurdia diſtat & parentes agnoſcit *Comites de Glichen*. — V. SS. Juſtini, &c.

VI. *S. Maurentii*, propè Nuemburgum Diœceſ. Nuemburg. — VI. S. Maurentii.

VII. *B. M. V.* in Hederſleve. — VII. B. M. V.

VIII. *S. Spiritus*, propè Soldewelede Marchiæ Brandeburg: oppidum Diœceſ. Verdenſis. — VIII. S. Spiritus.

IX. *B. M. V.* & *S. Joannis Baptiſtæ* in Aldenburgh, etiam Diœceſ. Verden. — IX. B. M. V. & S. Jo. Bapt.

X. *S. Laurentii* in Scheimingen, propè Norimbergam *Marchionum Brandeburg.* fundatio. — X. S. Laur.

XI. *S. Thomæ* in Lippenſi oppido Diœceſ. Marsburg. jacta ſunt ejus fundamenta (ex *Fabricii Saxoniâ L.* 5.) ac Fabrica conſummata ſeneſcente ſeculo XII. per *Dithericum* Luſatiæ Marchionem, qui etiam in eadem Canonicos conſtituit vitâ functus Anno 1222. & *quia ibid. Studium eſt univerſale*, 1. *Reform.* 23. ſcribebat *Buſſchius*, *Schola Juriſtarum & Juris Auditorium in eodem conſiſtit Monaſterio.* — XI. S. Thomæ.

XII. *S. Auguſtini* in Erfurdia Diœceſ. Mogunt. — XII. S. Aug.

XIII. *S. Joannis Baptiſtæ* in Halberſtadio, cujus auſpicem *L.* 4. *Metrop. c.* 10. *Krantzius* ſtatuit *Brandago* Halberſtadienſi Eccleſiæ in infantia ſeculi X. præfectum: de hac Rep. & ei ſubditis Canoniis in *Can. Reg. Tripartita Hiſtoria* apud *Gabrielem Pennottum* nulla omnino memoria, quæ proinde ex his capere poterit incrementum. — III. S. Jo. Bapt.

Nec ſuis tantùm Contribulibus, ſed aliorum quoque bono in utraque Germaniâ Windeſimenſium noſtrorum pietas conſuluit: liberioris enim vitæ luxatæque diſciplinæ ſalubre faſtidium CRUCIGERIS incuſſit, quos ad meliorem frugem reduces in Ordinis *Chronico* ad Annum 1410 ſcribit *Rudolphus*. NORBERTINORUM candorem tetra fuligine obfuſcatum variis in locis primitivo nitori reſtituit: languidum & propè ſenio confectum BENEDICTINORUM vigorem felici induſtria reparavit: etiam *Joannes Northem* primo in *Cluſa*, & deinde Abbas in *Bursfelt Bursfeldienſis Unionis* auſpex non alibi quàm apud Windeſimenſes noſtros Reformationis ſpiritum inſuxit: nam *propter hanc*, *L.* 1. *Reform. c.* 45. teſte *Buſſchio*, *in Windeſim & in Bodike Ordinis noſtri Monaſteria viſitavit, ut veram obſervantiæ regularis formam conſpiceret fide oculari.*

Collegia Canonic. LXXXVI. & Canoniſſarum XVI.

Floruit autem per utramque Germaniam, coæva *Frigdionariæ* per quam Itali Canonici refloruere, hæc noſtra Windeſimenſis Congregatio, fuitque ante mutatam Religionem complexa Canonicorum Collegia LXXXVI. & Canoniſſarum XVI. præter ea, quorum aliquot centena cenſebantur,

bantur, quæ Windeſimenſium legibus & curæ parebant: non injucundum nec à propoſito noſtro alienum arbitror ſi ad omnia domicilia, quæ hanc Remp. conſtituère, Lectorem circumduxero, cùm in hac noſtra Windeſimenſi Canonicâ fuerit ſupremi Moderatoris ſedes & annua Comitiorum celebratio: ſequemur autem ductum & ordinem, quem in Catalogo Coloniæ typis Kempenſibus Anno 1585. evulgato & noſtris illuſtrato notis præſcripſit *Marcellus Lentius* tunc ſummus Gubernator. Eſt autem *Domus*

(margin: i. Domus B. M. V. in Windeſim, &c.) I. *B. M. V. in Windeſim*, propè Zwollam Diœceſis Daventrienſis, olim verò Traject.

(margin: ii. B.M.V. propè Noveſium.) II. *B. M. V.* propè Noveſium Diœceſis Colon. in ruderibus Fani Deaſtro quondam ſacri per Canonicos conſtructa, ad quos è *Gelenii Sacrario Colon.* L. 3. Syntag. 1. §. 1. aliquot illuſtres Clerici temporibus *Reinaldi* Ubiorum Præſulis Anno 1167. defuncti à Colonienſibus Metropolitanis Canonicis ſeceſſionem facientes bonorum communitatem, quæ jam paſſim ceſſabat in Collegiis, retinuerunt & inſtaurarunt: quod L. 1. de Canonicis, c. 14. ad *Philippi* ejus ſucceſſoris tempora rejicit *Molanus*, qui & eoſdem ſtatuit non inſtauratores ſed auſpices. Priſtinas opes & extremam indigentiam, ad monita *B. M. V.* per Venerabilem *Everhardum ab Eza Ameloenſem*, Parochum ſub Præpoſito *Petro de Domo Teutonica* adductis è Zwollenſi Bethlehemo Canonicis reſtitutam Anno 1400. diſciplinam regularem, ejuſque inde in alia Collegia derivationem, ac demùm unionem cum Windeſimenſi: vide apud *Anonymum* hujus Canonicæ Regularem in *Chronico Magno* pag. 348. & ſeqq. nunc autem ſuburbano Collegio funditus everſo Canonici in oppido commorantur.

(margin: iii. B.M.V. in viridi Valle. primi cultores.) III. *B. M. V. in viridi Valle*, propè Bruxellas in Brabantia Diœceſeos Mechlinienſis ſecundo lapide ab oppido, in Silva Sonia primitus Cluſa ſive unius Eremitæ domicilium, quos inter primus numeratur *Joannes à Buſco* ſive *Silvius* ex illoſtri Ducum Brabantiæ familia oriundus, cui *Joannes* eo nomine II. Dux Brabantiæ Anno 1307. dictam Vallem dono dedit, quam ad obitum uſque incoluit, cujus rei fidem perhibent antiqui verſiculi,

I. *quater & mille ter* C. *tunc floruit ille*,
Qui Viridem Vallem *fundavit ad æthera callem.*

Succeſſit huic *Arnoldus Dieſtbenſis* ac tertius *Lambertus*, viri omnes ſanctitate vitæ & morum integritate conſpicui, Anno 1343. *Joannes Hincartius* Canonicus major ad *S. Gudulam* Bruxellis, *Franco Frigidomontanus* ibidem Canonicus minor, nec non *Joannes Ruysbroecquius* Capellanus ejuſdem Eccleſiæ, Deo perfectiùs ſerviturì urbe relicta ad *viridem Vallem* incolendam ſeſe receperunt, quibus ſupradictus *Lambertus* locum ceſſit approbantibus *Guidone* Cameracenſi Antiſtite & *Joanne* III. Duce Brabantiæ. Anno autem ſeq. ibidem Sacellum excitarunt, quo in loco cum *Joanne Leuvenſi* Converſo & aliis ſociis in communi annis v. vixerunt veteri veſte Clericali retenta, monente Priore S. Victoris Anno 1349. 10. Mart. Inſtitutum Can. Reg. S. Aug. per *Petrum* Epiſcopum Cameracenſem ſunt amplexi, *Francone* ibidem Præpoſito conſtituto & *Ruysbroecquio* Priore, ubi plures ſanctitate illuſtres emicuerunt: è Mariana Brabantia *Wichmanni* L. 3. c. 46. ſubmiſit autem ſe Capitulo Windeſimenſi Anno 1417. etiamnum ſuperſtes & Canonicis ac Canonica diſciplina quàm maximè flo[illegible]

IV. *B. M. V. in Bethlehem* Zwollis Diœceſeos Daventrienſis. *(margin: iv. B.M.V. in Beth.)*

V. *S. Pauli in rubea Valle*, propè Bruxellas Diœceſ. Mechlin. erat olim in Sonia Silva Cluſa unius Eremitæ circa Annum 1370. inchoata, & poſtmodum in Can. Reg. Cœnobium commutata, & unà cum viridis Vallis Canonica, cujus erat membrum, Windeſimenſi Capitulo colligata Anno 1413. ca dives eſt variis manuſcriptis Codicibus. *(margin: v. S. Pauli in rub. Valle.)*

VI. *B. M. V. & duodecim Apoſtolorum* in Trajecto Diœceſ. Traject. De initio ejus, cujus non meminit *Buchelius*, etiam curioſiùs (cum *Cornelii Blockii* Prioris ejuſdem Chronicon *M. S.* mihi conceſſum non fuerit) è Monaſterii Regiſtris inquirenti nihil innotuit, niſi quod in Litteris Capituli *B. M. V.* Anno 1289. quo ei ſub perpetua annua penſione ab hoc area quædam acceſſit, vocetur *Monaſterium Ord. Pœnitentiæ Jeſu Chriſti*, qui quoddam Eremitarum genus erat, quique *Saccitæ* nuncupabantur. *Saccitæ primum Domum Regularium in Trajecto inhabitarunt*, (notat calamus domeſticus) *de quibus hic fertur verſiculus*, *(margin: vi. B.M.V. & xii. Apoſt. Ultrajectin. priſcum nomen,)*

Sunt & Saccitæ, quibus ait Papa redite.

Hi deinceps Habitum Regularium aſſumpſerunt, & Antiqui vocati ſunt Anno 1290. *Saccitarum Ordine revocato miſſum eſt ad Præpoſitum Bethlehemenſem propè Dotecum, ut hanc Domum Traject. ſub ſua gubernatione incorporare ſuo Capitulo dignaretur, & huic negotio auxilium ferebat Epiſcopus Traject. nam tunc nuſquam Regulares erant præterquam ibi & in Nuſſia. Gisbertus de Raephorſt Anno* 1397. *partem Templi fundavit*, nunc Catecheſi deſervit Cœnobio in Orphanotrophium mutato, quod Windeſimenſibus conſertum erat Anno 1430. *(margin: immutatio,)*

VII. *S. Salvatoris*, aliàs *Vallis Amoris*, vulgò *Lievendael* in Emſtein propè Dordracum in Hollandia Diœceſeos Traject. de qua *Joannes ab Herxt*, ultimi Prioris manu conſcriptum fragmentum quod inter Chartas meas reperio: *Dominus Renaldus* (è *Buſſchio* 1. Chron. Windeſim, 37. dictus *Minnenbode*, quod ſe pauperibus è *Chronico Goudano ad Annum* 1380. liberalem & affabilem exhiberet, aliàs *de Brakel*, cui in ſua *Hollandia Philippum de Beveren* aſſociat *Oudenhovius*, quique hoſce Regulares dictos annotat *Fratres de Eremo*) *Miles & civis Dordracenſis cum conjuge ſua Domicella Sophia de Ghieſſen circa Annum* 1380. (82. juxtà *Buſſchium* ſup.) *zelo ac devotione moti erga Deum & Chriſtianam Religionem fundaverunt atque benè dotaverunt Monaſterium Can. Reg. in Pago quodam nomine Eemskerck ſito intra Dordracum & Gertrudenbergam, indideruntque iidem nomen à flumine alluente Eemſtein, quod ubi inſigni pietate* 40. *annos floruiſſet, communi omnium malo & adverſa fortuna Anno* 1421. *ipſo die, qui D. Eliſabethæ ſacer eſt, cum* 70 *ferè Pagis illi contiguis ruptis aggeribus inundatione maris funditus interiit, atque etiamnum locus cum optimis & univerſis ferè fundis in interitu jacet. Porrò Patres Fratreſque ejuſdem Domus ut ſanctitate conſpicui, ne nomen & fama tam inſignis & præclari Monaſterii obliteraretur, hoc uſi ſunt conſilio: ut ſcilicet ſinguli in ſingulas Domos ſui Ordinis diſpergerentur, ibique aliquamdiu ſub obedientia alerentur, quod ubi præſtiterunt aliquot annos Prior Monaſterii Officii ſui habens rationem diligentiſſimam cum quibuſdam viris Laicis, Familiaribus, Converſis & Donatis agriculturæ interim operam dans tandem poſt* 12. *annos*, (hactenus Fragmentum) propè Lim- *(margin: vii. S. Salvatoris, &c. Conditores, ſitus, inundatio, reſtitutio,)*

Digitized by Google

Lindam (ex *Beverwijckii Dordraco* c. 9. ubi Priorum Catalogum invenies) ſub Præfecto *Joanne Brunonis de Aſperen*, in Swyndrechtana Inſula emerſit ac revixit, at Anno 1572. poſt trium menſium armatæ manus cuſtodiam à Monachiſmi hoſtibus incineratum non vel lapide relicto ad ejus memoriam ex *Oudenbovio*, & Canonici, qui Priori Silvæducis aliquamdiu cohabitarant, Capituli privati auctoritate 28. Maji apud Trajectinas Brandolienſes celebrati in Brabantina Collegia iterato diſperſi.

VIII. B.M. V. in 7. Font propè Brux.

VIII. *B. M. V. in Septem Fontibus* propè Bruxellas Diœceſ. Mechlin. hujus loci fundator habetur *Ægidius Bredeikius* (è *Wichmanni* Brab. Mariana L. 3. c. 47.) qui cum ſeptem ſociis Urbem Bruxellenſem ejuſque tumultus deſerens ad Silvam Soniam Deo ſoli ſuæque ſaluti vacaturus ſe contulit, *Joanna* Duciſſa Brabantiæ fundum eis & locum dono aſſignavit, qui paulatim piorum largitionibus in Monaſterium excrevit; cujus primus Prior præfatus *Ægidius* eſt conſtitutus, Eccleſia Anno 1388. anno nimirum octavo à loco ab iis primitus inhabitato conſecrata & cum Capitulo Windeſimenſi unita Anno 1413. ſub quo in primitivo flore etiamnum perſeverat.

IX. Font. B.M. propè Arnh.

IX. *Fontis B. M. V.* propè Arnhemium in Geldria Diœceſ. Traject. primogenita Windeſim. Canonicæ filia Anno 1392. ſuſcitata per Venerabiles PP. (inquit *Buſchius* 1. Chron. Wind. 37.) Dominum *Florentium*, *Joannem Gronde*, *Joannem Brinckerinck*, cum cæteris ejuſdem Congregationis Presbyteris atque per Religioſos PP. *Joannem de Heuſden*, & reliquos in Windeſim profeſſos: *providi enim Viri Winandus de Arnhem & Arnoldus Gruithuſen ad PP. præfatorum inſtantiam illuſtrem Principem Dominum Wilhelmum Ducem Juliæ & Geldriæ adierunt humiliter ſupplicantes, ut in fundis & bonis Winandi de Arnhem præfati Monaſterium poſſent conſtruere juxta omnem modum & inſtitutionem Monaſterii in Windeſim, conſenſum quoque Domini Traject. deſuper ipſe procuravit. Monaſterium ergo præfatum in principio fundationis ex diſpoſitione Domini Florentii* 1300. *florenos legales recepit à Joanne Keſſel Coco ejus, quia in illo tempore tanta charitas erat inter illos, ut bona temporalia & Spiritualia Congregationis Daventrienſis Monaſterii in Windeſim & Fontis B. M. V. penè erant illis communia.* Plura videri poterunt apud Capituli Chronographum. Illud *Slichtenhorſtio* celebre à benevolentia in eos, qui cum paupertate conflictabantur, at modò rudetum eſt.

X. Novæ Lucis propè Horn.

X. *Novæ Lucis B. M. V.* propè Hoernam in Hollandia Diœceſ. Harlem. Windeſimenſis Canonicæ 1. *Chron. Wind.* 37. Filia ſecundogenita, quam Anno 1388. Dominus *Gerardus de Hoorn* & *Paulus de Medenblijck* Sacerdotes Diſcipuli Venerabilis *Gerardi Magni* ſuſcitarunt in fundo *Meinardi Eupeſſz*, qui hic Converſi habitu indutus, non ſine fama Sanctitatis obiit. Anno 1550. novum Ambitum accepit Anno 1567. Iconomachos paſſa, ac denique Anno 1573. communi Hoernenſium Civium opera ad declinandam facti invidiam deſtructa eſt atque exciſa: quod ſane dolendum (*Velius* ait ad hunc annum in *Hornano Chronico*, è quo hæc deſumpſimus) cum ædificiorum ſplendore atque amœnitate loci vix ulli Belgico Cœnobio cederet, ideoque *unicum Minoris Friſiæ dictum Ornamentum*, in quo ordinariè 900. ſubinde etiam 1000. pauperes & tenuioris fortunæ cives per hyemem paſci ſolebant, ſuiſque malis ac calamitatibus remedium inveniebant.

XI. S. Joan. Euang. propè Amſtel.

XI. *S. Joannis Evangeliſtæ* propè Amſteldamum Diœceſ. Harlem. quæ dum Veſpertinum Officium in Choro Canonicos occuparet, Anno 1532. vel juxta *Pontani* aliorumque calculum, Anno 1506. in Omnium SS. Vigiliis, igne à Magiſtratu ſuppoſito penitus devorata, cum hic Amſteldamenſes reſtitui nollent Anno 1533. reædificata eſt *in Heylo* propè Alcmariam: at nec ibi tuta; nam eam *Pius* IV Anno 1565 Id. Mart. Harlemenſi Eccleſiæ Cathedrali incorporavit. "Ut "Epiſcopatus Harlemenſis (habet *Bulla* Pontificii) pro tempore exiſtens Eccleſiam ſuam dignitatibus, Canonicatibus & Præbendis, Officiis ac Perſonis Eccleſiaſticis litterarum ſcientia præditis jugiter decoratam habeat, *Monaſterium de Heylo Ord. S. Aug.* olim Traject. nunc "verò Harlemenſis Diœceſis, quod a nonnullis "annis bis deflagravit, ad præſens certo modo "Prioris regimine deſtitutum, ſeu cum vacaverit, & in eo dignitatem Prioratus ſeu Conventuale, ac omnia & ſingula, Canonicales Portiones, Officia, Beneficia regularia, Prioratus "etiam ab eo dependentes, nec non Canonicos "& Perſonas, ac denique Ordinem omnemque "ſtatum & eſſentiam regulares in illis ac ipſis "Canonicis, Prioribus & Perſonis penitus ſupprimimus & extinguimus, illaque omnia & "ſingula ad ſtatum ſecularem reducimus, ac tum "ipſos ſic ſecularizatos. . . . ad præfatam Eccleſiam Harlemenſem. . . . in qua dilecti filii. . . . Canonici ſuppreſſi Monaſterii hujuſmodi poſthac quilibet, videlicet in ſuis dignitate & ordine reſidere debeant, etiam perpetuò transferimus.

Cornelius vander Woude in *Alcmarienſi Chronico*, ex annotatis *Petri Nannii* exortum ejus refert ad Annum 1420. excidium verò ad Annum 1571. ſtudio *Godefridi de Mierlo* Harlemenſis Epiſcopi, cujus Eccleſiæ Cathedrali, ut mox diximus, illud Auctoritas Pontificia inſeruerat. A fundo, in quo ſitum habuit propè *Vernebroeck*, vulgò dicebatur *in de Blincken*.

XII. In nemore B. M. V. propè Noorth.

XII. *In nemore B. M. V.* propè Noorthorn in Benthemenſi Comitatu Diœceſeos Monaſter de qua *Thomas de Kempis* in Chron. Montis Sanagnetani p. 2. c. 10. & 12. *Chron. Windeſim.* L. 1. c. 38. L. 2. à c. 56. uſque ad 62. & accuratiſſimo duplici Libro. *Tabularia* domeſtica: etiamnum ſupereſt, & poſt bellorum litiumque vexas religioſâ familiâ ac diſciplinâ nunc denuo plurimum refloreſcit.

XIII. B.M. in Kerſend.

XIII. *B. Mariæ* in Kerſendonck in Brabantia propè Turnhout olim Diœceſeos Camerac nunc verò Antwerp. ea primordia ſua adepta eſt Anno 1393. & ad preces F. *Godefridi Wevel* Confeſſarii ſui Viridis vallenſis Canonici fundatricem agnoſcit illuſtrem Principem *Mariam* filiam *Joannis* III. Brabantiæ Ducis natu minimam & *Reinaldi* Ducis Geldriæ Viduam: ejus accuratum Chronicon conſcripſit *Joannes Latomus* & Notis ſuis illuſtratum Anno 1644. publici juris fecit *Joannes Hoybergius* Cœnobiarcha XXIX. ea tum loci amœnitate tum ædificiorum ſplendore ac Familiæ frequentia inter ſuperſtites haudquaquam minima.

XIV. Montis S. Agn. propè Swoll.

XIV. *Montis S. Agnetis Virginis* propè Swollam olim Diœceſ. Traject. nunc verò Daventr.

[Hiſt. *Epiſc. Dav.* Cap 7. §. 1. mentio quoque habita Cœnobii Montis S. Agnetis propè Swollam: de permutatione prædii, ad illud Cœnobium ſpectantis, *dat Zielhuys* appellati, ſub Swollenſi ſiti Parochia, nonniſi cum conſenſu V. Collegiorum Ult & Ultra cetera Epiſcopi, extat charta notabilis apud A. Math. *de Nobilitate* lib. III. p. 770. & ſeq.

XV.

xv. B. M. Vall. Angel. propè Leydam.

xv. *B. Mariæ in Valle Angelorum* in Leyderdorp in Hollandia Diœceſ. Traject. Hæc (ex *Buſſchio* L. 1. Chron. Windeſim. c. 39.) infantiæ Seculi xiv. coæva, nunc autem eruderata parentem venerata eſt *Petrum van den Poel.* [De eo vide *Notit. Epiſc. Traj.* pag. 479.]

xvi. B. Eliſabethæ propè Briclam.

xvi. *B. Eliſabeth Viduæ*, propè Briclis in Hollandia Diœceſ. Traject. Hanc in Cœmeterio Curialis Eccleſiæ B. M. V. in Rugge ſub Dominio de Voirn, quam donarat *Albertus* Hollandiæ Comes, Anno 1403 extruxit *Illuſtris Princeps & honeſtus Dominus Hugo Miles Famoſus Dominus in Heenvliet:* cenſum auxère *Joannes Wilhelmi, quidam Ven. Vir Dominus Gerardus dictus Appelman, Hugo Priis, quædam honeſta matrona dicta Maſſa Han Pape, Catherina Kaerſebackers, Theodoricus Hugonis, Nicolaus Jacobi Zoetenz, Aliſſe Hugen, Joannes Hugonis, Walterus Heer Pauljz. è Lit. Fundat.* quas Anno 1404. 6. Mart. *Fridericus* Hierarcha Trajectinus ratas dixit, voluitque ut hic ſurculus Windeſimenſi trunco insereretur, quod è *Buſſchio* L. 1. Chron. Windeſim. c. 39. factum Anno 1406. at igne à fœderato milite Anno 1572. appoſito interiit, & à Gorcomienſium Martyrum nece, de quibus *Eſtius* & *Opmerus*, celebre nomen habet. [Videnda *Not. Epiſc. Traj.* p. 346

xvii. B. M. propè Goch.

xvii. *B. Mariæ* in *Gaesdonck*, propè Goch in Clivia Diœceſ. Colonienſ. cui in Vrendeſwegianis Tabulariis lego inteſtinum horum diſſidium natales dediſſe: cùm enim primus loci Prior *Henricus Kindeshof* tricas pertæſus regimen excuſſiſſet, *unus Fratrum juniorum Hermannus Zelen nomine de Grot* (exſcribo Tabularia) *an per ſe, an electione ſuorum, an de conſilio Prioris de Windeſim, vel aliorum compertum non habetur, de regimine Domus modico ſe tempore intromiſit: ſed quoniam propter reſiſtentiam quorumdam confirmationem ab Epiſcopo Monaſterienſi habere non potuit, à loco recedere cogitavit, quod tandem, cum Presbyter eſſet effectus cum ſuis adhærentibus conſummavit. Eorum autem ſeparationem de permiſſione divinâ ſperamus factam, nam ſolemne Monaſterium per eos exortum eſt in Oppido Goch tandem tranſlatum extra muros:* quod, ex *Thaſſemakeri* Annalibus p. 2. pag. 180. in Cliviaca Hiſtoria cap. 19. apud *Egbertum Hoppium Gaedſdonck.* 1. *Dei Habitaculum* nuncupatur, quod uſque nunc & regulari diſciplina & inquilinorum numero floret.

xviii. B. Cath. Noviomag.

xviii. *B. Catharinæ* in Noviomago in Geldria olim Diœceſ. Colon. nunc verò Ruremund. de qua nihil apud *Pontanum* aut *Slichtenhorſtium.*

xix. Viſitat. B. M. propè Harl.

xix. *Viſitationis B. Mariæ*, propè Haerlem in Hollandia Diœceſ. Harlemenſis, olim verò Traject. hujus Canonicæ Chronographus, ſed non viſus à nobis, eſt *Fridericus ab Heylo* Anno 1455. vitæ uſurâ privatus. L. 1. Chron. Wind. c. 39. Annum 1400. primordialem & Venerabilem Sacerdotem noſtri *Gerardi Magni* Alumnum *Hugonem Goldtſmit* initiatorem, ac poſt ſeptennium cum Windeſimenſibus copulam ſtatuit *Joan. Buſſchius.*

xx. S. Salvatoris propè Snecam.

xx. *S. Salvatoris in Thabor*, propè Snekam in Friſia Diœceſ. olim Traject. nunc verò Leovardienſ. *unde plura antiqua Ordinis noſtri Monaſteria in Friſia vidimus reformata*, verba ſunt *Buſſchii* L. 1. Chron. Windeſim. c. 39. in ſuo fundo plantavit cenſuque liberali rigavit Anno 1407. ſacrum hoc Viridarium Dominus *Ruvenicus* Miles Hieroſolymitanus, qui & ipſe per Archipriorem *Joannem Voſſium* eidem fuit inſertus, nunc excitum eſt. [Fuſiùs de eo in *Notit. Epiſc. Leov.* p 83]

xxi. S. Mariæ propè Lovan.

xxi. *S. Mariæ* in *Bethlehem*, propè Lovanium in Brabantia Diœceſ. olim Leodienſ. nunc autem Mechlin. ut in Bethlehem illo veteri S. Paula, S. Euſtochium aliæque plures SS Matronæ, nec non & S. Hieronymus aliique viri Sancti religiosè vixerunt, ita quoque in hoc Brabantino Bethlehemo plures SS. Viduæ in Clauſa quadam ſeu Recluſorio, quod hîc ante erectionem Cœnobii erat, piiſſimè vixerunt, ſicut & Venerabilis *Godefridus de Curia* Decanus S. Petri Lovan. & Canonicus Nivellen. qui exemplo S. Hieronymi ſeculi tumultibus evitandis ex urbe ſecedens in Oeſterheim, ubi hoc Monaſterium ſitum eſt, ſeſe recepit Curæ Paſtorali ibidem deſerviturus & recluſis inibi Matronis à conſiliis & confeſſionibus, prout S Hieronymus Paulæ & Euſtochio; qui & ad inſtantiam Catharinæ de Birsbeeke hîc incluſæ collato ſuo patrimonio in Monaſterium erexit Anno 1407. unitum Capitulo Windeſimenſ. Anno 1412. in quo uti ante Cœnobii erectionem ita quoque poſt uſque in diem hodiernum incluſio ex obligatione fundationis ſervatur (Wichmanni Mariana Brabantia L. 3. c. 52.) eique Parœcialis Eccleſiæ Cura colligata manet.

xxii. S. Meynulphi ſub Diœc. Paderb.

xxii. *S. Meynulphi Confeſſoris* in *Bodeken* Diœceſ. Paderborn. ex voto, cui ſe Cenomanis in Eccleſia S. Vincentii obſtrinxerat inde cum ſociis Paderbornam allaturus S. Liborii Reliquias, in proprii fundi valle inter geminos celſiſſimos montes ſub *Badurado* II. Hierarcha Paderborn. pro *Dominabus ſub Regula* per *S. Meynulphum* Paderborn. Archidiaconum fundata ac largo cenſu locupletata circumſpicienti aream (inquiunt *Faſti Mariani* ad v. Octob. qui ei feſtus eſt) delapſa cœlo in ſilvas lux & cervas inter Crucem cornu præferens cervus ſignavit, eo igitur in loco Deo & Virginibus ſacris domicilium ſibi tumulum ſtruxit, cui cùm mortuus inferendus eſſet, ecce magna Virgine volente tamdiu vitæ reſtitutus eſt, dum res Templi & Cœnobii componeret: quæ cùm pereunte diſciplina perirent, Canonicos è Swollenſi Bethlehemo evocatos expulſis Dominabus ſubſtituit *Wilhelmus* XXXII Antiſtes, *ſub quibus in omnem decorem refloruit* & Windeſimenſi Familiæ, cujus etiamnum vegetum eſt membrum, ſeſe colligavit, è *Krantzii* Metrop. L. 1. c. 16. & 28. ac L. 11. c. 16. *poſt 6. vel 8.* (colligationis) *annos invenimus ibi* (eſt loquela *Buſſchii* L. 1. Reform. c. 32.) *Fratres Conventuales præſentes* xxvi. *cum Priore, Converſos & Laicos ſive Familiares præſentes* c. lxxiii. *& habuerunt tunc foras in aliis Ordinis noſtri Monaſteriis Fratres* lvi. *S. Meynulphi* vita proſtat apud *Brouwerum* in ſideribus Germaniæ.

xxiii Stagni B. Petri Bommeliæ.

xxiii. *Stagni B. Petri Apoſtoli* in Bommel in Geldria Diœceſ. olim Traject. nunc verò Buſcoducenſ. in initio ſeculi xiv. exordium ſumpſit per Dominam de Brackel, *quæ locum cum omnibus domibus, agris & attinentiis ſuis Capitulo fecit præſentari &, ut Ordinis noſtri Monaſterium conſtrueretur, exoravit:* at exiguo ſui accremento *donec honorabiles Viri Bernardus uit den Enghe*, Canonicus Traject. & Magiſter *Henricus Canneman* Canonicus Daventrienſis *tanta bona, dona & beneficia ipſi conferrent & procurarent, ut brevi poſt tempore* (è *Buſſchio* L. 1. Chron. Windeſim. c. 39.) *ab omni inopia ſublevaretur cunctiſque bonis ſuis ſucceſſivè ditaretur neceſſariis*, nunc autem eſt diſſipatum.

xxiv. S. Throni B. M. propè Grobbed.

xxiv. *S. Throni B. Mariæ* propè Grobbedonck in Brabantia Diœceſ. olim Camerac. nunc verò Antwerp. de qua apud *Miræum* in Donationibus Belgicis L. 1. c. 134. Nos *Arnoldus de Crayenhem*, Dominus in Grobbendonck Eques, & *Joanna de Steinvoirt* ejus legitima conjux notum faci-

facimus omnibus, quod nos pro ſalute animarum & parentum noſtrorum dedimus, & per præſentes litteras damus in puram eleëmoſynam Priori ſeu Præfecto Generali & Capitulo Windeſim. Canonic. Reg. S. Auguſt. bona infra nominanda, ad extruendum Monaſterium, quod per modum Carthuſianorum claudetur, in honorem Dei ejuſque Genitricis Mariæ in noſtro fundo propè Grobbendonck, qui nunc vocatur *Nuewer Moelen*, & impoſterum vocabitur *Thronus B. M.* in Diœceſ. Camerac. pro ſex religioſis Presbyteris ejuſdem Ordinis S. Aug. ad Miſſas & alia ſervitia divina in dicto loco perpetuis temporibus celebranda, &c. Actum Anno 1414.

Cœnobium hoc deinceps mirificè floruit multoſque inſignes pietate & eruditione viros produxit: donec nuperis his Belgicis bellicíſque motibus funditus everſum vix ruinas tranſeuntibus in commiſerationem exhibeat. Religioſis in exilium pulſis, tandem ad ejuſdem Ordinis Canonicam, quæ eſt Lovanii ad S. Martinum, tranſlatis etiam Titulus cum pleriſque bonis per Sedem Apoſtolicam de conſenſu Hiſpaniarum Regis eidem eſt unitus, quæ jam vocatur *Thronus B. M. ad S. Martinum:* pars tamen proventuum Collegio pro Studioſis Congregationis noſtræ Windeſimenſis Lovanii erecto applicata manet. *Hoybergius* in Notis ad *Latomi* Corſendoncam, pag. 100.

xxv. Paradiſ. B. M. apud Zelandos.

xxv. *Paradiſi B. Mariæ* propè *Remmerſwael* in Zelandia Diœceſ. olim Traject. nunc Middelburgenſis ex *Reygersbergii* Chronico Zelandiæ in veteri Aremuyda à *Guilelmo* loci Domino Anno 1438. erecta, largiſque cenſibus locupletata: at cùm ei in adoleſcentia ſua Anno ſcilicet 1462. aquarum alluvies & inſatiata vòracitas, quæ jam Pagum abſumpſerat, minaretur exitium, in tutiorem ſtationem propè Roemerſwaelium olim oppidum Zelandicum per *Henricum* & *Wolffardum de Borſſelen* patrem & filium *Veræ* Dominos tranſlata, ubi quod à Neptuno timuerat ei nupera Religionis innovatio excidium attulit: cujus integra deſcriptio, quam *Deſſelio* teſte dedit *Joannes Latomus*, apud Corſendoncanos legitur. Vide *Notit. Epiſc. Midd.* pag 50.

xxvi. S. Jo. Bapt. Aquiſgr.

xxvi. *S. Joannis Baptiſtæ*, Urbis Aquiſgrani Diœceſ. Leodienſ. hujus incunabula ad Annum 1421. referuntur, ſiquidem cum Equeſtris Ordinis viro *Cononi von den Eychhorn* Aquiſgrani Scabino ejuſque conjugi *Mechtildi Havermans* liberi hæredeſque deeſſent, divino afflata Spiritu matrona hæc viro ſuggeſſit, ut hoſpitalem Ædem pro honore D. *Cornelii* ad fovendos recipiendoſque inibi egenos verſus ſemitam tritam vulgò *Collenſtrats* excitaret aſſignata ſufficiente dote: quod factum Anno circiter 1417. Meditati ſunt deinde pii conjuges Inſtituti Carthuſienſis cœtum accire, & pro eodem Templum adſtruere; verùm aliorum præſertim Domini *Winandi Xanten* ipſis prius à Sacris & Confeſſionibus, ac poſtmodum in eadem domo primum profeſſi ductu ac hortatu mutato conſilio Conventui Canonic. Reg. ſub Capitulo Nuyſſienſi, ac demum ſub Windeſimenſi habitationem aptarunt, illæſo nihilominus permanente proventu pro xiii. Pauperum alimonia: de uberiore largioreque cenſu annuo, quo Hoſpitali qua Religioſis proſpexiſſet memoratus Fundator, niſi ex altero thoro prolem tuliſſet: decedit ex humanis Anno 1483. funeratuſque eſt in Templo antiquo, ut docet epigraphica inſcriptio inciſa ſaxo:

Strenuus in tumulo Miles Cono jacet iſte
Cum Machtilde ſuâ conjuge magnificâ,
Et prole Carolo de thoro ſecundo nativo.

Oſſa horum trium cum Sarcophago Anno 1619. à Priore Ven. P. *Joanne Schutz* tranſlata ſunt ad Odæum novæ Eccleſiæ. Utroque fundatore jam vitâ functo, cùm obortis undequaque tempeſtatum flatibus haud pauci reditus tam Conventui quam Xenodochio ſenſim decederent ac dilaberentur, aſſenſu Leodienſis Præſulis & ratihabitione *Alexandri* VI. fuit Hoſpitalis domus una cum ſuis cenſibus Conventui ac Familiæ Can. Reg. juncta atque incorporata. Templum primitus verſus meridiem ad communem viam exædificatum, ob ſtrepitus verò pertranſeuntium & operariorum diurnis Officiis minus congruum verſus aquilonarem partem Clauſtri tranſlatum & Ordinis expendiis è lapidibus ſectis ſtructum in honorem *SS. Joannis Baptiſtæ* & *Cornelii* Pontificis Tutelarium ſacratum eſt Anno 1504. (*Aquiſgranum Petri a Beeck c.* xi.) & à priſtinis inquilinis etiamnum frequentatur.

xxvii. B. M. apud Amisfurt.

xxvii. *B. Mariæ* in *Bircket*, propè Amersfordiam, nunc *Curiæ B. Mariæ* in Amersfordia Diœceſ. Traject. cum antea Tertiam S. Franciſci Regulam profiteretur ad inſtantiam Hon. P. *Henrici Wilhelmi* Anno 1417. ſub Windeſimenſi Capitulo (è L. 1. Chron. Wind. c. 40.) D. Auguſtino inauguratur. Alibi lego ſuburbanum Collegium in Feſto Tranſlationis S. Martini Anno 1543. in prædam ceſſiſſe militibus Martini Roſſemii, & quicquid horum rapinæ ſuperfuerat, illud ſibi cives Amersfurdianos diripuiſſe: quam autem in oppido ſalutem quæſierat, nupera Religionis innovatio extinxit.

xxviii. Vallis Pac. propè Traj. &c.

xxviii. *Vallis Pacis* propè Trajectum nunc *S. Joannes* in Amersfordia Diœceſ. Traject. L. 1. Chron. Windeſim. c. 40. hujus domicilii auſpex inſcribitur *magnus ille multarum devotarum Congregationum utriuſque ſexus Propagator Dominus Wermboldus Benſchop*, & relicto S. Franciſco ſub Windeſimenſium Statutis Anno 1419. S. Auguſtino aſcribitur. Calamo *Henricæ ab Erp*, Abbatiſſæ vicini Dominarum Aſceterii, notatum invenio ad Annum 1527. à Geldris, qui contra *Henricum* Bavarum Trajectinorum Civium rebellionem fovebant Prid. Kal. Maji incineratam hanc Canonicam, & ad Annum 1528. ejuſdem rudera in urbem advecta locum accepiſſe in mœniis Arcis, quam *Paciſburgum* appellaverunt.

xxix. Vallis B. M. propè Aldenard.

xxix. *Vallis B. Mariæ*, propè *Oudenaerden* in Flandria Diœceſ. olim Tornacenſ. nunc verò Gandavenſ. quæ in illuſtratæ Flandriæ Aldenarda à *Sanders* ſcribitur in *Elzeghem* à *Joanni Eggertio* Hollandiæ Theſaurario Anno 1419. loco ubi Recluſorium Dumi Mariani fuerat, inchoata & ſequenti mox anno Windeſimenſi Capitulo unita.

xxx. B. M. propè Endov.

xxx. *B. Mariæ* in Dumo propè *Endoviam* in Brabantia Diœceſis olim Leodienſ. nunc autem Buſcoducenſ. cujus origo apud *Hoybergium* in Notis ad *Latomi* Corſendoncam pag. 134. ex *Petro Impens* deſumpta talis eſt: erat inter Aulicos *Antonii* Burg. & Brab. Ducis primus pridem ejuſdem Conſiliarius, & poſt mortem ipſius pupillorum filiorum *Joannis* & *Philippi* imò totius Brabantiæ Gubernator deſignatus nobilis Baro de Cranendonq, *Joannes de Schoonvorſt* Dominus temporalis de Monioyen: hic exemplo *Arnoldi Crayenhemii*, cùm prole careret, ſtatuit & ipſe Monaſterium condere, accitoque *Waltero Girulano* Priore Corſendoncano, de ejuſdem conſilio in domo ſua Caſtrenſi juxta mœnia oppidi Eyndhoviani

hoviani ex Caſtro Monaſterium Can. Reg. quod *Domum B. M. V.* appellari voluit, ſub perpetua clauſura fundavit, diverſas hæreditates, pretioſa Eccleſiæ ornamenta & alia jocalia primis Religioſis conſignando. Contigerunt hæc An. ſalutis 1419. plura de hoc Collegio audiri poſſunt è *Gramaio* c. 6. Campiniæ ſuæ & *Wichmanno* L. 3. Brab Marianæ c. 51. quod cum, poſt *Ordinibus* traditam Silvæducenſem Majoriam, certum ſibi immineret hoc in loco excidium, ſalutem quæſivit fugâ & invenit in Weertha ſub Ruremundenſi Tetrarchia Hoornani Comitatus oppidulo.

XXXI. Campi B. Mariæ propè Eſinghen Diœceſ. Bremenſis.

XXXI. *Campi B. Mariæ* in Ooſt-Friſia propè *Eſinghen* Diœceſ. Bremenſis à prima ſui fundatione Cœnobium fuit Sanctimonialium nigri Ordinis S. Benedicti, quod propter vitam earum diſſolutam & regularis vitæ negligentiam ad magnam temporalium & Spiritualium rerum penuriam non immerito pervenit: unde quidam Nobilis partium Friſiæ illius Capitaneus nomine *Hilboldus* ſcripſit Capitulo, ut idem Monaſterium aſſumere cum omnibus ſuis attinentiis dignaretur, ac Fratres ſui Ordinis ibidem collocaret: ipſe enim de Patrum conſilio paucas ibidem relictas mulierculas Moniales vetulas alio in loco ibidem propinquo ipſis inſimul deputando de bona ipſarum voluntate modica habita proviſione facillimè contentaret. Acceptatum fuit Anno 1420. datuſque fuit primus Præfectus *Arnoldus Creveldius* opinione pietatis & virtutum apud Poſteros celebratus ex *Emmii* Friſia L. 23. ad Annum 1444. & nunc habent in *Eſingen* & in grangiis ſibi unitis circa 200. Fratres & Laicos: dedi verba *Buſſchii*. Hoc autem Aſceterium *Hæreticorum malitia penitus deſolatum & profanatum* Cathedrali Eccleſiæ Groningenſi ejuſque Menſæ Capitulari (ex *Bullâ*) Anno 1561. 7 Idus Aug. Pius IV. conſeruit. [Vide not. Epiſc. Gron. p. 17.]

XXXII. Montis B. M. propè Syberch.

XXXII. *Montis B. Mariæ* in *Bodinghen* propè *Sybergh* in Ducatu Montenſi Diœceſ. Coloniæ Imago *B. M. V.* Mundi Salvatorem ex Ara Crucis depoſitum ſinu complexæ (quam divino juſſu nonnemo Incluſus fieri curaverat) huic loco initium & nomen fecit: cum enim ad eam miraculorum illecebris excitus frequens undequaque populus conflueret manuque liberali ſua dona deferret, ex iis L. 1. Reform. c. 3. ait *Buſſchius*, *pulchra lapidea teſtudinata fabricata eſt Eccleſia ſive Capella benè tecta cum tribus campanis, Altaribus, Sacriſtia & aliis ad divinum cultum requiſitis*, uti & quatuor alimenta totidem Miniſtris, qui Aris ac Choro deſervirent, aſſignata fuere: ſed dum hi de Fidelium munificentia tanquam de ſpoliis damnabili cupiditate digladiantur, à ſummo Eccleſiæ Tribunali eorum expulſam & Canonicorum noſtrorum, quæ etiamnum pacifica eſt, ſucceſſionem obtinuit Dux Montium *Adolphus*.

XXXIII. S. Salvat. in Ewich.

XXXIII. *S. Salvatoris* in *Ewich* propè *Attendorn* Diœceſ. Colon. *cujus fundatio*, ut in ſuis ad me ſcribit Reverendus modernus Archiprior *Petrus Santrudonianus*, *facta eſt Anno 1424. à Domino Henrico de Weke Cive & Mercatore Colonienſi in gratiarum actionem pro conſervatione à graviſſimis periculis, relicta ad ejuſmodi fundationem parte aliqua bonorum ſuorum. Eſt Monaſterium ſatis exiguum & imperfectum*, ſed quo etiam hodierni inquilini, qui à Majoribus ſuis didicerunt abundare & inopiam pati, ſunt contentiſſimi.

XXXIV. Paſſ. Chr. & Mar. Tongris.

XXXIV. *Paſſionis Chriſti & Mariæ* in Tongris Diœceſ. Leodienſ. ex *Buſſchio* L. 1. Chron. Windeſim. c. 44. & *Suffrido Petri* in Geſtis Pontificum Leodienſ. ſub *Joanne Heinsbergio* Antiſtite LXXXI. Anno 1424. primum lapidem accepit ab oppidi Conſulibus & primoribus poſitum, cùm antea eſſet Hoſpitale, qui uſque nunc immotus eſt.

XXXV. S. Mar. Wittebergæ.

XXXV. *S. Mariæ* in *Wittebergh* in Saxonia Diœceſ. Hildeſim. primum fuit Monaſterium in Saxonia reformatum, in quo ante 200. annos octo Incluſi ſine aliqua Regula, niſi fortè Incluſorum, habitabant: ſed cùm *Clementina* contra *Bechardos & Beginas* ubique fuerat promulgata, timentes per illam ſe inde exturbari & expelli de conſilio Domini Decani in Monte S. Mauritii viri docti & experti propè Hildeſem Habitum Canon. Reg. portari tunc in Saxonia conſuetum aſſumpſerunt, ita tamen quod Prior eorum ſub perpetua permaneret Clauſura propter primariam eorum inſtitutionem. *Monaſterium ipſum prius Caſtrum fuit unde multæ deprædationes ſæpe fiebant, præſertim cùm circa ſe Silvam magnam habebant in Monte ſitam. Poſtquam autem dicti Fratres ad proprietatem & alias Ordinis tranſgreſſiones declinaverant, quidam eorum corde compuncti & allecti fama diſciplinæ Windeſim. reformari & Capitulo Windeſimenſi incorporari petierunt. *Buſſchius* L. 1. Reform. c. 29.

XXXVI. *S. Martini* in *Lunen Kerke* nunc in Achlum in Friſia propè Haerlingen Diœceſ. olim Traject. nunc autem Leowardienſ. olim Can. Reg. S. Auguſtini illuſtris Abbatia, cui à Viris Nobilibus *Lugdimannæ Familiæ* Anno 1157. initium & à *Godefrido*, Trajectino Antiſtite, datus primus Abbas *Wigboldus*: ſed cùm à religioſæ vitæ norma defeciſſent inquilini, ad eam eos reduxerunt Windeſimenſes & Monſagnetani Canonici, extinctoque Abbatis titulo humile Prioris nomen ſubſtituerunt ac ſuæ Reip aſſcripſerunt. E *Buſſchio* L. 1. Reform. c. 4. *Kempei* Chronico Monſagnetano atque *Ubbone Emmio* ad Annum 1165. quem Rerum Friſicarum L. 7. initialem putat, modò autem in interitu jacet.

XXXVII. B. M. in Sion propè Harl.

XXXVII. *B. Mariæ* in *Sion*, propè Beverwyk in Hollandia Diœceſ. olim Traject. nunc Harlemenſ. *Monaſterium* hoc *in nudo fundo hæreditatis Domini Gerardi ibid. Presbyteri Anno 1429. inchoatum fuit*, è *Buſſchio* L. 1. Reform. c. 5. per eos *Fratres*, quos ex Hulsbergenſi Collegio c. 11. §. 5. diximus egreſſos: *Miles quidam Dominus Bertoldus de Aſſendelft* (ait *Buſſchius*) *ſe nobis ibid. adjunxit non habens uxorem, privatim vivere volens & in quiete ab hominum ſecularium tumultu Domino Deo ſervire. Hic Domum lapideam magnam & bonam non longè ab aquis maris in eodem fundo de licentia noſtra ædificavit, circa quam domum totum poſtea Monaſterium propter ejus convenientiam eſt conſtructum*, ſed quod nupera Religionis alteratio iterum deſtruxit. [Vide *Notit. Epiſc. Harl.* pag. 59. & ſeq.]

XXXVIII. B. M. in Ryckenb. Diœc. Hildeſ.

XXXVIII. *B. Mariæ* in Ryckenberg in Saxonia Diœceſ. Hildeſem: propè Goſlariam *Monaſterium egregium & ſolenne* juxta *Buſſchii* epitheta L. 1. Reform. c. 30. cujus cenſus cùm antea ob malam œconomiam alendo Præpoſito cum 7. Canonicis & rara familia vix ſufficeret, poſt reſtitutam diſciplinam (quod Anno 1414 factum eſt) & ſui cum Windeſimenſibus unionem 73. Canonicis & Laicis abundantem alimoniam præſtabat, de qua fusè præcitatus *Buſſchius*.

XXXIX. Vallis B. Eliſ. propè Rurem.

XXXIX. *Vallis B. Eliſabeth*, propè Ruremundam Diœceſ. olim Leodienſ. nunc verò Ruremund. quæ Canonicis etiamnum hoſpitium præbet.

XL. B. Eliſab. &c. Leodii.

XL. *B. Eliſabeth bonorum Puerorum* in oppido Leodienſi: quæ Domus prius fuerat Hoſpitale Pau-

Pauperum, regebaturque (ab Anno 1092. ex *Anonymi* Reg. Nuvſſ. Chronico pag. 134.) per tres vel quatuor Canonicos Regulares antiquos ſeu veteris Inſtituti, cujus loci proviſor erat Abbas novi Monaſterii S. Sepulchri juxtà Huyum: ſed tandem ſucceſſu temporum per gubernantium incuriam collapſa ſunt omnia bonaque dilapidata, unde Epiſcopus Leodienſis locum è manibus Prælat. ſanſepulchralis eripuit, & *Pueros* donec pubeſcerent educari & juxta morem Fratrum Davent. inſtitui ibid. voluit, quibus quidam Sacerdos Habitum *Fratrum communis Vitæ* Davent. gerens præerat, dicebaturque Prior *bonorum Puerorum.* Sed & hoc aliiſque Curatoribus negligenter agentibus uſitata jam pridem mala renaſci cœperunt in tantum ut nulli juvenes reciperentur: quæ conſiderans Leodienſis Antiſtes *Joannes Heynsbergius* per Conſiliarios ſuos à Lovanienſi Bethlehemo virum petit expertum, qui Monaſterium hoc juxtà Inſtituta Can. Reg. reformare poſſit: mittitur ergo *Oliverius de Campo* cum uno Converſo Leodium Anno 1428. qui reformationi hujus loci tanta induſtria ac diligentia inſtitit, ut poſt paucos annos in perſonis, ædificiis, hæreditatibus ac dilatatione loci, quaſi novum Monaſterium viſum fuerit, idemque Windeſim. Capitulo incorporari curavit, quod deinceps multum floruit: at Anno 1489. Monaſterio Virorum tranſlato ad *S. Leonardum* extra urbis muros quà Trajectum itur ubi hodiéque degunt, locus hic *Bonorum Puerorum* (ex *Hoybergii* Notis in *Latomi* Corſendonkam) Virginibus quibuſdam S. Sepulchri ceſſit.

XLI. B. M. *in Nazar.* XLI. *B. Mariæ* in *Nazareth*, propè Bredefordiam Diœceſ. Daventr. de qua ſupra.

XLII. Mont. B. M. in *Aning.* XLII. *Montis B. Mariæ* in *Aningben* in Friſia, propè Berlicum Diœceſ. Leuward. de cujus exortu nulla memoria apud Ordinis Hiſtoriographos, nec apud *Ubbonem Emmium*, *Winſemium* aut *Schotanum* in ſuis Friſiacis. Canonicos innovata Religio inde exulare coegit.

XLIII. S. Barthol. in Sulta. XLIII. *S. Bartholomæi* in *Sulta*, propè Hildeſium ejuſdem Diœceſ. eam pro Clericis & Presbyteris, quibus & ipſe aliquamdiu convixit, Anno 1024. crexerat *S. Godbardus* XIV. Hildeſienſium Epiſcopus, quibus Anno 1116. *Bernardus* Antiſtes XX. Canonicos Regulares ſubſtituit, quos Anno 1439. ſub *Magno* Præſule XXXIX. regulari obſervantiæ reſtitutos Anno 1440. Windeſimenſi Capitulo conſeruit *Joannes Buſſchius* ex ejuſdem L. 1. Reform. cap. 6. & 10. de qua *Krantzius* L. 4. Metrop. c. 7. *Godbardus in honorem D. Bartholomæi ad muros Civitatis exſtruxit Conventum Regularium ad Salinas vocant, locum hodiè foris & intus prædiis & religione florentem*, & necdum effœtum. Dicitur autem in *Sulta* ſeu ad *Salinas* propter aquas in ea ſalientes, quæ Canonicam circumfluentes per ſubterraneos aquæductus in Civitatis puteos derivantur, eas, cùm antea eſſent ſalſæ & inſipidæ, dulces & potabiles ſua benedictione reddidit *S. Godbardus*.

XLIV B.M. *in Hertzenb.* XLIV. B *Mariæ* in *Hertzenbagen*, juxtà Francofurdiam Diœceſ. Mogunt.

XLV. B.M. *in Mello.* XLV. B. *Mariæ* in *Mello*, juxtà Gandavum in Flandria Diœceſ Gandavenſ. quam ſolo amœno ſitam ad Annum 1431. ut Archiva docent, fundat vir nobilis *Ludovicus van Hole* civis Gandavenſis: fundat autem & dotat pro 8. Canonicis, quorum ſex eſſent Sacerdotio inſigniendi, reliqui verò non, donec Dei munere eidem loco de pluribus bonis foret proſpectum, ſub uno Priore ad 7. Horas Canonicas quotidie decantandas celebrandamque ſolemnem Miſſam pro anima ſua ſuorumque Majorum ac Poſterorum bono, ex *Sanderi* Flandria Illuſtrata Tom. 1. in *Aloſto*.

XLVI. *S. Dionyſii* in *Molenbeecke* Diœceſ. Mindenſ. *Dragonis* V. Epiſcopi Mindenſis tempora (verba ſunt *Krantzii* L. 3. Metrop. c. 8.) inſignivit fundatio Monaſterii Dominarum Canonicarum in Molenbeeke ad Annum Chriſti 896. ſic enim inepti quidam indicant verſiculi, cum rebus Germaniæ præeſſet *Arnulfus* Romanorum Imperator: fundatrix erat nobilis fœmina *Hilbereк* & Sacerdos *Folcardus* uterque locuples: centum pagos cum litonibus, id eſt, colonis feruntur contuliſſe, Pontifex quoque ut in fundatione concurreret partem Decimarum de ſuo dicitur contuliſſe, ea videlicet conditione, ut annuos 5. ſolidos in auro vel argento ad Aram Sanctiſſimi Petri afferrent, & ipſe Pontifex juſta de loco obſequia reciperet quemadmodum de aliis locis ſuo juri ſubjectis. Creatur in eo loco Abbatiſſa inſignis puella fundatricis neptis: *Arnulphus* Imperator multis privilegiis hunc locum inſignivit, ſed & *Otto* II. adauxit, & *Henricus* II adimplevit. Quum autem incendio deperiſſet inſtauratum accepit Patronum *D. Dionyſium* tunc recens è Francia in Ratisbonam translatum per eumdem *Arnulphum* Imperatorem Fertur eadem Fundatrix cum maritum in peregrinatione Terræ Sanctæ abſentem jam deſperaret rediturum ex omni patrimonio amborum IX. Eccleſias conſtruxiſſe annumerato Monaſterio: cùm autem ille inſperatus rediret placatura indignantem prævenit dicens 9. ſe filias abſenti peperiſſe nondum in Chriſto regeneratas: intellexit vir Deo devotus quid loqueretur & annuens per omnia, quæ facta ſunt, approbavit. At *Alberti* è Comitibus de Hoya Mindenſis Epiſcopi temporibus, (ex eodem *Krantzio* L. 11. Metrop. c. 53.) Monaſterium, nunc inſigne, Molenbeccenſe mutatum eſt poſt Canonicas excipiens Fratres Regulares Anno 1441. nam ſub manibus Dominarum dum labitur religio, omnia pariter collabuntur, ruerunt ædificia, perierunt prædia, ad mendicitatem verſa ſunt omnia, nunc ſub manibus Regularium omnia refloruerunt, de quo noſter *Buſſchius* teſtis ocularis L. 1. Reform c. 34. San. Dionyſianum prius fuit Dominarum, in quo unam duntaxat Dominam invenimus & IV Sacerdotes Præbendarios: Prior de Bodike *Arnoldus Huls* dictum Monaſterium juxtà Regulam & Statuta noſtra aſſumpſit reformandum, Fratres ſuos Regulares in illud inducens: rogavit autem me in *Sulta* Patrem, qui ſecum de Capitulo Generali veneram ut viderem ſecum an locus ille aptus eſſet pro Ordine noſtro in illo conſtituendo. Cúmque locus benè placuiſſet, licet ædificia ruinam minarentur, & Eccleſia earum longa & lata multum & alta ſtabulum eſſet equorum & vaccarum fimo & immunditiis plena, benè tamen aptanda & purganda, amota Domina & Præbendariis Capitulo Windeſimenſi acceſſit, in quo poſtmodum, dum viſitatorem ageret, ferè centum numero domeſticos ſe reperiſſe teſtatur. XLVI. S. Dionyſii in Molenb.

XLVII. *Horti* B. *M.* vulgò *Kirsgarten*, juxtà Wormatiam ejuſdem Diœceſ. quem *Henricus* Sarburgenſis Comes Wormatienſium XXXIX. Antiſtes Anno 1234. vitæ terminum ſortitus pro Ciſtercienſibus Veſtalibus plantaverat: at, hiſce omnibus lue peſtifera conſumptis ſeu potius, è *Tritbemii* Chronico, loco depulſis, eum *Fredericus à Domnec* ab Anno 1426. uſque ad 1445. LIX. Epiſcopus Windeſimenſibus Canonicis poſſidendum excolendumque tradidit: quibus dimiſſis nunc eſt Wormatienſis Antiſtitis peculium. XLVII. Horti B. M. juxta Wormat.

XLVIII.

XLVIII. Buſci D. Iſa. juxta Nivell.

XLVIII. *Buſci Domini Iſaac*, juxtà Nivellam in Brabantia Diœceſ. olim Camerac. nunc Mechlin. ab *Iſaaco* Loci Domino nomen mutuata: cùm enim utpote ſtrenuus admodum in armis (è *Wychmanni* Brabantia Mariana L. 3. c. 48.) cum reliquis Belgii Nobilibus ad ſacram expeditionem contra Saracenos perrexiſſet ſiniſtro belli eventu ab iiſdem captivus in carcerem detruſus eſt: quo in ſtatu cum ſupplex ad communem Afflictorum Conſolatricem & Chriſtianorum auxilium Virginem Mariam (cujus Imago ante ejus Caſtrum arbori adhærebat) pro liberatione ſui confugiſſet, adfuit mox illa libertatem addicens ſi in ejus honorem ſacellum erigeret: nec diu tergiverſatus è veſtigio, quod petebatur, promiſit, & ecce mane facto videt ſe vinculis liberatum quibus antea erat conſtrictus, apertoque oſtio carceris nemine prohibente liber egreditur, & in Brabantiam redux liberatrici ſuæ Sacellum & juxtà hoc Cœnobium exſtruxit (Anno 1416. ex Faſtis Belg. *Miræi* ad 8. Septemb.) in quo Canonicos Regulares è Cœnobio VII. Fontium evocatos conſtituit, quorum poſteri ibidem hodiéque perſeverant & florent.

XLIX. B. M. & S. Joan. Evang. in Holſat.

XLIX. B. M. & *Joannis Evangeliſtæ*, juxtà *Segenberg* in Holſatia Diœceſ. Lubecenſ. in primordio Seculi XII. imperatoriâ Lotharii munificentiâ erecta ac dotata, qui eam tradidit *S. Vicelino* Holſatiæ Apoſtolo ac poſtmodum Aldenburgenſi Epiſcopo: a quo poſt devaſtationem tranſlata eſt in Villam Hagereſdorpe propter Fori tumultus & ab Arce militari incommoda quæ Zegenbergæ videbantur, è *Krantzii* Saxonia L. 6. c. 10. tantumque valuit novæ molitionis fama ut *Tietbmarus* Bremenſis Chori-Decanus (cujus vitam ex *Helmondo* L. 4. Wand c. 16. & 17. idem Auctor deſcribit) relicto loco ſuo Falderam petierit, ut à *Vicelino* novæ plantationi præeſſe juberetur. Ad Montis radicem remanſerat in loco priſtino Parœcialis Eccleſia, ſed quod præter Hagereſdorpianum nulla alia eſſet congregatio Cleri in Aldenburgenſi Eccleſia, ad primas ſedes eam reduxit ſucceſſor *Vicelini Geroldus*, ſub quo etiam Aldenburgo Lubecam Epiſcopalis Cathedra tranſmigravit, quatenus in ſolemnitatibus quum Pontificem oporteret adeſſe populo haberet in Clero Sacri Officii miniſterium: labefactatam diſciplinam renovari & Windeſimenſi Capitulo uniri curavit *Nicolaus* XX. Lubecenſium Antiſtes, ex *Krantzii* Saxonia L. 6. c. 4. Wandaliâ L. 5. c. 25. & Metropoli L. 11. c. 37. Ei L. 1. Reform. c. 36. Archidiaconalem prærogativam *Buſſibus* attribuit: Monaſterium in *Zegeuberge* (ejus ſcripta exſcribo) ad quatuor milliaria ultra Lubec ſitum eſt habens Eccleſiam Parochialem, imò in eo Eccleſia Parochialis eſt cum Archidiaconatu per 4. milliaria annexo, quæ per Fratrem unum, qui Plebanus dicitur, regi ſolet, habens Capellanum Sacramentorum adminiſtratorem & Prædicatorem. Dux Holſatiæ in alto Caſtro ſuper oppidum habitans cum omni familia ſua ſexus utriuſque & omnes cives oppidi illius ſolent ibi audire divina & Eccleſiæ accipere Sacramenta, & dominicis & feſtis diebus ibi audire ſermones. At fuimus, fuimus Troës.

L. S. Hier. in Ruremond.

L. *S. Hieronymi* in Ruremonda in Geldria ejuſdem Diœceſ. olim Leodienſ. nunc PP. Societatis Jeſu Collegium ejuſque patrimonium, dum hic Pontificia ſedes conſtitueretur, Ruremundenſi Epiſcopo à *Pio* IV. adſcriptum.

LI. S. Petri in Hegen.

LI. *S. Petri* in Hegene in Comitatu Lingenſi Diœceſ. Wormacienſis, propè Wormatiam in Dumetis ab *Eunucho* Comite Lingenſi circiter Annum 1135. excitata multiſque bonis ac reditibus ſublimata: Eccleſiam Anno 1141. *Burgo* Wormatienſis Hierarcha conſecravit & *Harburgum* primum Præpoſitum dixit, qui ibidem Canonicorum Regularium Vitam primus inſtituit, quam poſtmodum penè emortuam Windeſimenſium induſtria innovavit.

LII. B. M. propè Confluent.

LII. *B. M.* in Inſula (è *Tritbemii* Chronicis, in Vallendor) propè Confluentiam Diœceſ. Trevirenſis, de qua lego pag. 171. apud *Wilhelmum Kyriandrum* in Treverorum Annalibus: *Jacobus de Sirck* Treverorum XII^C. Archimyſta Conventum Minorum in Confluentia Chriſti Anno 1451. ad regularem obſervantiam reduxit: Monachos Regulares in Inſula Confluentiæ & Eborhartſclauſa ab initio reformatos primus inſtituit. Huic autem Canonicæ Zwollenſium Bethlehemitarum exilium circa Annum 1428. initium dedit, de quo præter alios in *Fratrum Daventrienſium* Biographia *Rodulphus Dierius*: *Regulares de Bethlehem captaverant locum in Inſula juxta Confluentiam, ubi jam actu viget diſciplina regularis*, quæ uſque hodiè in nepotibus perdurat.

LIII. B. M. in Sylo prope Emd.

LIII. *B. M.* in *Sylo*, propè Emdam in Ooſt-Friſia Diœceſ. Monaſterienſ. *Ulricus* Orientalis Friſiæ Comes (in Friſicis ad Annum 1444. notat *Ubbo Emmius*) Virgines è Cœnobio Silomonachæo Familiæ Benedictinæ, quæ aliquot jam ſeculis id tenuerant, incertum qua de cauſa Nordam partim, partim Thedingam, quibus in locis ejuſdem Ordinis ſacra Collegia erant, migrare jubet iiſque ſubſtituit Regulares, qui deinceps ad noſtra uſque tempora Cœnobium tenuerunt, ſed è quo modo proſcripti ſunt. [De eo ſub Groninga pag. 44.]

LIV. S. Antonii in Alberg.

LIV. *S. Antonii* Confeſſoris in *Albergen* in Twentha Trajectenſ. olim Diœceſ. nunc autem Daventrienſ. de qua ſuprà.

LV. S. Nicolai in Bergum è propè Leow.

LV. *S. Nicolai* in Bergum, propè Leowardiam & ejuſdem Diœceſ. olim tamen Traject. Menſæ Leowardienſi de congrua dote providere volentes (habet *Bulla* Piana) ac attendentes, quod neque in Civitate Leowardienſi, neque in alia parte Friſiæ ulla ſecularis Collegiata Eccleſia, quam plurium verò ac diverſorum Ordinum Monaſteria reperiuntur, adeò ut præ eorum multitudine non ſatis perſonarum Monaſticam Vitam agere volentium inibi reperitur, motu proprio & ex certa noſtra ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, &c. hæc præfatus Pontifex, Eccleſiæ Cathedrali incorporat Abbatiam Horti *B. M. V.* Ord. Præmonſt. & Epiſcopali menſæ Præpoſituram *B. M. V.* ejuſdem Ord. quæ erat in oppido Bolſwerdienſi ac Monaſterium in Bergum Can. Reg. S. Aug. eo tamen onere ut Canonicis ſuperſtitibus in alium honeſtum locum ordinaria auctoritate transferendis ad eorum vitam ſufficiens annua penſio ſuper fructibus, redditibus & proventibus Monaſterii hujuſmodi aſſignetur .... ipſeque Epiſcopus Leowardienſis pro tempore exiſtens Eccleſiam dicti Monaſterii Bergumenſis in Parochialem erigat & inſtituat, illiſque de idoneo Rectore ad divina ibidem exercenda provideat in præcitatâ *Bulla* Anno 1561. ſummus Pontifex præſcribit. [De eo latiùs ſub Friſia.]

Nec à vero alienum quod inibi aſſerat ob eorum multitudinem inquilinis deſtituta Cœnobia, cum teſte *Schotano* L. 15. VII. Abbatias & nonaginta novem Monaſteria ſola Friſia numeravérit.

LVI. Ven. Corp. Domi. Colon.

LVI. *Ven. Corporis Domini* in Colonia ejuſd. Diœceſ. hujus originem ex Tabulario refert *Tilmannus Bredenbachius* Collat. Sacr. L. 1. cap. 8. Ven. Sacramentum de ore cujuſdam hominis ægritudinis lecto decumbentis, qui communica-

verat, in ſpecie infantuli dinoſcitur effuſum fuiſſe Anno ſe. 1331. & per eandem Foveam, quæ in medio Chori etiamnum viſitur, erectum fuerat Oratorium parvum à matrona quadam nomine *Benigna*, honeſti Civis Colon. *Henrici de Cupino* relicta Vidua & ejus filio *Brunone*, cujus erat loci fundus, vinea puto, de expreſſo conſenſu Dom. *Reinoldi* Præpoſiti *S. Gereonis* & Dom. *Matthiæ* Plebani *S. Chriſtophori* ad unius Sacerdotis ſuſtentationem erectum ac dotatum & magno populorum concurſu frequentatum, ſecundum quod pictura & Scriptura edocent, cum variis ſignis & miraculis, quippe ſubmerſi reſuſcitati, rupti perſanati, infantes ex difficilis partus periculo erepti & alia multa admiranda patrata fuerunt, &c. Denique circa Annum 1423. creſcente devotione Fidelium & pio cumprimis ſtudio laudabilis Viri *Arnoldi Schillink* Civis Colon. ſuperædificata eſt loco ſacro Eccleſia uſque nunc ſpectabilis, quæ per Rectores Presbyteros ſeculares per ſeptem fermè annos gubernata, poſtea circa Annum Domini 1434. privilegiis ſuis per conſenſum devoti Viri Dom. *Henrici Aſel* Paſtoris S. Chriſtophori dotata, donec *Theodorici de Meurſa* Archiepiſcopi Colon. ſtudio idem locus erectus fuit in Monaſterium Can. Reg. S. Auguſt. ex Arnhemienſi Fontana Canonicâ ad Prioratus Officium *Thoma van den Wal* evocato, ſub quo è *Gelenii* Sacrario Colon L. 3. Syntagm. 38. reditibus & ædificiis plurimum auctum, quæ uſque nunc hoſpitium & alimoniam nepotibus præſtant.

LVII. S. Petri in *Daelhem*, Diœc. Paderb.

LVII. *S. Petri* in Daelhem, Diœceſ. Paderburnenſ. fuerat nuper Veſtalium domicilium, at iis amotis Bodicenſi Canonicæ incorporatum, quidam autem Fratres (loquor ex *Buſſchio* L. 1. Reform. c. 34.) conſcientiam inde habuerunt, quod bona illius Monaſterii ſibi appropriaſſent, de quibus integrum vivere & ſuſtentari poterat Monaſterium: placuit tandem omnibus quod juxtà primariam ſui inſtitutionem unum ſingulare Ordinis noſtri ibid. Monaſterium conſtrueretur, Presbyteros, Fratres & Laicos ad hoc deputantes, quorum aliqui ibid. jam ſunt profeſſi: ad unum bonum milliare diſtans de Bodike. Parvam Moniales habuerunt Eccleſiam inter montes cum parvis domibus ſibi adjacentibus, Prior verò modernus *Joannes Sonsbecke* in Bodiken ante profeſſus magnam, longam & latam in cacumine montis intra ſepta Monaſterii tamen de ſectis & quadratis lapidibus conſtruxit Eccleſiam, habentem 180. pedes in longitudine, 34. pedes in latitudine, totum Monaſterium cum novo Dormitorio, Refectorio, &c. in montem illum volens transferre: multos habet Laicos penè centum. Ita *Buſſchius*.

LVIII. S. Viti propè Narden.

LVIII. *S. Viti*, propè *Naerden* in Hollandia Diœceſ. Traject. eſt nunc hæc Canonica, ut non nemo ait, miſerabile cadaver: quo autem ævo quibuſque parentibus ortum habuerit nulla me privata manus neque prælum edocuit. [Vide *Notit. Epiſc. Traj.* pag. 200.]

LIX. S. Nicol. in Trutenh. Diœc. Argent.

LIX. *S. Nicolai* in Trutenhuſen Diœceſ. Argentinenſ. de qua in Epiſcopis Argentinenſibus in *Henrico* I. pag. 240. *Franciſcus Guillimannus:* anno ſecundo dedicavit Monaſterium Trutenhuſanum Can. D. Aug. quod *Herradis* Abbatiſſa Hohemburgi ad ipſius montis pedem extruxerat, ut eorum operâ in adminiſtratione rerum temporalium & ſpiritualium uteretur: habebat *Herradis* fratrem *Guntherum* Nobilem à Winheim & Landsberg Alſatum, cujus auxilium & conſilium ea in re præcipuè adhibuit. *Buſſchius* de Monaſteriis Germaniæ Anno 1181. illud extructum ſcribit, quod Canonicis proſcriptis nunc eſt Landsbergianæ Familiæ peculium.

LX. S. Pancratii in Diœc. Halberſt.

LX. *S. Pancratii* Hamerſleve Diœceſ. Halberſtadienſ. cujus initialem Annum 1108. in Riddagshuſenſi Chronico pag. 22. Statuit *Meibomius:* in ea religioſæ vitæ tyronem egit &, ut quidam volunt, vota nuncupavit magnus ille & inter Aſcetices Magiſtros famoſiſſimus *Hugo de S. Victore, qui poſt ad Univerſitatem Pariſios ſe contulit, & ibi in virum perfectum & doctum excrevit* L. 1. Reform. c. 31. ait *Buſſchius*. Auctoritas *Burchardi* XXXVII. Antiſtitis hoc Collegium Windeſimenſium diſciplinæ ſubdidit & Familiæ uniri voluit, ſub qua poſt multas calamitates modò priſtinum decorem induit.

LXI. S. Spiritus apud Clivios.

LXI. *S. Spiritus* in Udem & *Vallis Gratiæ* in terra Clivenſi Diœceſ. Colon. de quibus in ſua Clivia pag. 180. *Thiſſemakerus Sepulchri Dominici* Udenheimenſe & *Vallis Gratiæ* in villa Ganſwychiana, propè Clivopolim Can. Reg. Cœnobium utrumque ab *Henrico* (non *Raſcopio*) *Raeſio* Præpoſito S. M. Traject. Anno 1456. primo Udenheymii Sacello in uſum pauperum Studioſorum conſtructo fundatum eſt: verùm ex utroque conſenſu & auctoritate *Joannis* nominis I. Cliviæ Ducis II. ex Sacello clauſtrum Can. Reg. ibi erectum & S. Aug Capitulo Windeſimenſi ſubjectum: ex quibus Udenheymenſe quidem Regularibus in *Vallem Gratiæ* tranſlatis Anno 1580. Monachis de Santodiliano Monte ſive S Sepulchro conceſſum eſt: deinde *Valle Gratiæ* Anno 1590. bellis Belgicis vaſtata Regularibus ſuum Udenheymenſe vetus iterum datum, ab iiſque uſque modò inhabitatum eſt.

LXII. S. Jo. Bapt. in Rebd.

LXII. *S. Joannis Baptiſtæ* in Rebdorp, quod Cœnobium præclarum & elegans ad Altmulam ſive Almonum fluvium ſupra Aichſtadium poſt ipſam Arcem Epiſcopalem in longè amœniſſima valle ſitum, fundatum ac extrui cœptum eſt Anno 1159. ſub Epiſcopo Aichſtedenſi Domino *Conrado à Morſpech*, *Friderici* Imperatoris præcipuo ac gratiſſimo Conſiliario ab Imperatrice Domina *Beatrice* Burgundionum Duciſſa *Friderici Barbaroſſæ* ſecunda conjuge, quæ Pagum Rebdorphenſem dono dabat Epiſcopo ad extruendum Monaſterium. Epiſcopus *Conradus* ſibi in eo ſepulturam adhuc vivus ordinavit, in quam mortuus depoſitus eſt Anno 1171. cubat in ead. Eccleſiâ Rebdorphenſi mediâ ferè ſub inſigni ac ſublimi marmore Illuſtris Dominus *Gebhardus*, ultimus Comes Hirsberg: maximus & Cœnobii hujus & totius Epiſcopatus Aichſtedenſis, cui totum Comitatum Hirsbergenſem legavit moriens, benefactor. Habuit hoc Cœnobium initio ſui omnes Canonicos ferè genere Nobiles, quorum Gubernator erat Præpoſitus: hi cùm tandem à virtute Majorum degeneraſſent *Joannes de Quercum* Epiſcopus Aichſtadianus ſubſtitutis moribus obſervantiam regularem introduxit Anno 1458. ſumpta occaſione apud *Ceraſorum Horti* Cœnobium, in quo fuerat, dum ad Wormatienſia Comitia ſui temporis acceſſiſſet, cujus loci diſciplina captus mox domum reverſus ex hac ipſa Præpoſitura ſua S. Auguſtini Prioratum fecit: (hactenus de Monaſteriis Germaniæ fol. 102. *Bruſchius*) & quorum operâ fuerat uſus, Windeſimenſium Capitulo conſeruit: in quorum ſocietate etiamnum degit ac floret, quique ei præeſt, ex data mihi, in Auguſtanâ *S. Crucis* Canonica, inſtructione Pedo, Mitra & aliis Pontificalibus utitur in Sacris.

LXIII. Vallis S. Hieron. ad Leydam.

LXIII. *Vallis S. Hieronymi*, propè Leidam Diœceſ. Traject. At hæc ante Religionis turbas (ex *Orlieri* Lugduno p. 1. deſcript. 7.) tabe inteſtina jam perierat; undè nec ejus meminit in ſuo catalogo noſter *Lentius*. Eam primitus incoluerunt Fratres de Tertia S. Franciſci Regula: quo autem anno ad D. Auguſtinum tranſtulerint non invenio, ſaltem non antè Annum 1450. quo hic Tertiarios generale ſuum Capitulum celebraſſe notat *Adrichomius*. [De eo vide *Notit. Epiſc. Traj.* pag. 478.]

LXIV. B. M. V. in Cluſa Diœc. Trev.

LXIV. *B. M. V.* in Cluſa Diœceſ. Treverenſ. hoc modo emerſiſſe *Bruſchio* prælegente ibid. legitur: erat Anno 1440 laborioſus quidam ruſticæque & vitæ & artis homo ſimplex *Everbardus* nomine ex Pago Eſch oriundus agricola, vinitor & ſector ſtraminum in uſum & paſtum jumentorum, virginitatis ac pudicitiæ ſummus amator, qui ob devotionem, quam à pueris conceperat maximam erga matrem Domini *B. V. M.* ſtipitem quendam in loco iſto tunc temporis deſerto terræ infixit, & in eo ſuperius excavato Imaginem triſtiſſimæ ac doloroſiſſimæ matris in gremio extinctum habentis filium collocavit. Is poſtea à glorioſa Virgine admonitus & coactus domunculam parvam eidem ædificavit, & ſublato ſtipite illam ipſam adhuc eo loci præſentem ſuoque pretio Treviri emptam prius in priori muro domunculæ repoſuit: ubi cùm miracula plurima fierent & oblationes innumeræ quotidie accederent, & hominibus religionis ergo catervatim venientibus, mox his oblationibus adjutus *Everbardus* Sacellum paulo grandius fabricavit, & poſtea circa idem Sacellum Baſilicam in longitudine 26 & in latitudine 12 paſſus habentem fundavit & ædificavit in anno jubilæo, quo mox factus eſt maximus omnis generis hominum concurſus. Hanc Baſilicam *Jacobus de Sirck* C. Archiepiſcopus Treverenſis præſentibus Prælatis plurimis in die Annunt. *B. M. V.* Anno 1449. ſolemniter dedicavit. *Everbardo* autem in pace quieſcente Anno 1451. conſentientibus & id deſiderantibus dominis fundi, imprimis verò Domino *Godefrido de Eſch*, Ordo Canonicorum Regularium S. Auguſtini introductus eſt Anno 1456. Hi novum Chorum ædificaverunt & Anno 1474. dedicari fecerunt, ſtructuras etiam utriuſque Ambitus & multorum ædificiorum erexerunt & Baſilicam majorem, quæ hodie viſitur, antiqua dejecta ac deſtructa ad ſummum compleverunt, cujus dedicatio facta eſt Anno 1502. Habet etiamnum priſtinos inquilinos numeri frequentiâ ac diſciplinæ obſervantiâ vegetos, inibique præfata doloroſæ Matris Statua aſſervatur, quam ad inconſutilem Domini Togam Treveros, à quibus diſtat tribus lapidibus, proficiſcens Anno 1656. coram venerabar.

LXV. S. Mart. Lov.

LXV. *S. Martini* in Lovanio Diœceſ. olim Leodienſ. nunc verò Mechlinienſ. de qua ſupra, eſt adhuc in florido ætatis ſuæ Aprili.

LXVI. S. Aug. in Marp.

LXVI. *S. Auguſtini Epiſcopi* in Marpach. Diœceſ. non Baſilienſ ſed Argentinenſ. condidit idem *Manegoldus* (divini Verbi præco facundiſſimus) Monaſterium Can. D. Auguſtini apud Marpach in Alſatia ſuperiore auxilio & opibus nobilis viri *Burchardi à Gebelſviler*, ſeque unum eorumdem Canonicorum communiter & regulariter viventium eſſe voluit Anno 1094. de Epiſcopis Argentinenſibus in Ottone XLIII. pag. 216. notat *Guilimannus*.

LXVII. in Birchl.

LXVII. *B. Mariæ* in *Birchling* Diœceſeos Herbipolenſis, de qua *Tritbemii* Chronica: circa Annum 1455. in Diœceſi Herbipolenſi non procul ab Hippohnen in quodam loco, qui *Bircklingen* dicitur, in ſolitudine, Imago B. *M. V.* in quadam arbore poſita cœpit coruſcare miraculis, ad quam maximus populi concurſus factus eſt & multæ fidelium oblationes impenſæ, per quas temporis ſucceſſu Monaſterium Can. Reg. de reformatione Windeſimenſi fuit conſtructum & ſufficienter proviſum.

LXVIII. S. Leon. Baſileæ.

LXVIII. *S. Leonardi* in Baſilea ejuſdem Diœceſ. ſupra Minoritas (in Epitome Baſileenſis Hiſtoriæ c. 10. ait *Chriſtianus Urſtiſius*) edito in loco Leonardinum Parochiale Templum amplum ac ſpectabile eminet, collem majori Baſilicæ oppoſitum unà cum Cœnobio occupans: hic olim Arcem ſtetiſſe Wildeccium limoſæ Vallis nuncupatum fama minimè vana accepimus: namque & ipſa ſtructura arcem munitiſſimam fuiſſe etiamnum hodiè loquitur: cúmque olim ante arcem dictam intra mœnia locus ſpatioſus & amœniſſimus foret, qua proſpectus undique pateret, jaculatorium campum civibus præbens adjunxit is *Ezelino* Ordine Diacono majoris Templi Præpoſito Viro religioſo & auctoritatis eximiæ: cùm igitur & locupleti patrimonio inſtructus eſſet, amplumque Sacerdotium poſſideret, à *Rudolpho* Baſileenſi Epiſcopo ſalutis Anno 1002. arcam eam pro erigendo Templo ſibi liberè donari petiit. Epiſcopus igitur pio ejus propoſito facilè aſſentiens, ut ſimul civium quoque deſiderio ſatisfaceret, aſſumptis Cler. Patritiorumque præcipuis loco hoc conſcenſo cum non ſine ſolemnitate *Ezelino* in Oecodomiam talem liberè donavit. Hic ille Templum Parochiale primum conſtrui curavit, quod idem Præſul IV. Non. Novemb. Anno 1073. *Bartholomæi* Apoſtoli & *Leonardi* Confeſſoris Sacris dedicavit. Eandem fundator ſeſquicentum agri culti jugeribus in antiqua villa prope priſcum *Olimontis* Caſtelli locum vulgo Altſchwiler dotavit, obiitque, ut Anniverſariorum Liber habet, Anno 1082. unde cum ad extremam uſque ſenectam perveniſſe colligitur.

Anno poſt 1135. *Adelbero* Baſileenſium Epiſcopus è Comitibus Vroburgenſibus prognatus, *Epponis* Sacerdotis & loci procuratoris precibus adductus, Canonicæ Profeſſionis religionem ſecundùm D. Auguſtini Regulam illic inſtituit *Lothario* III. imperante: *Innocentius* II. inſtitutionem eam Pont. ſui anno x. ratam habuit Anno 1139. Cœnobio huic *Henricus Novocaſtrenſis* Epiſcopus ſalutis Anno 1264. Monaſterium *Minoris Lucelæ* Auguſtinianæ Familiæ ejuſdem Diœceſ. ob redituum tenuitatem, qui nec Prælatis nec Religioſis illic ſuſtentandis ſufficiebant, univit ſtatuitque ut Leonardinus Præpoſitus Lucelenſis quoque Præſul foret.

Verùm Anno 1527. cùm Monaſtica vita votaque multis Germaniæ locis in deſpectum abire cœpiſſent, atque Windeſimenſes Religioſi ejuſque loci Capitulum magnum, cui etiam Leonardini Baſileenſes eò uſque in ſpiritualibus paruerant, publico edicto Ordinem ſuum abrogaſſent, nec quemquam in eum coöptandum amplius decreviſſent (fortè quod repudiato Catholicæ Eccleſiæ Magiſterio Lotheri dogmata amplecterentur) *Lucas Reilenbutius* Tigurinus Prior, *Conradus Robarius* Supprior cæterique Conventum Baſileenſem repræſentantes Monaſterium cum omnibus ſuis juribus atque reditibus perpetuæ donationis titulo, quæ inter vivos fieri ſolet, Senatui Baſileenſi tradiderunt, viciſſim ipſi in Civitatis jus patrociniumque ſuſcepti, aſſignata cuilibet in ſui alimoniam certa penſione.

Google

LXIX. *Roſæ Vall. M.* apud Friſios.

LXIX. *Roſæ Vallis Mariæ* in Haſca in Weſt-Friſia Diœceſ. nunc Leoward. olim verò Traject. [De eo latiùs ſub Friſia.]

LXX. B. Chriſt. in Iterw. Diœc. Argent.

LXX. B. *Chriſtinæ* in *Iterwile* Diœceſ. Argentinenſ. quam (de Epiſcopis Argentinenſibus in *Gebhardo* pag. 237. *Guilimanno* teſte) condidit Anno 1137. *Cunradus* Canonicus Argentinenſis in remedium animarum Patris ſui *Trutberti* & Matris ſuæ *Brechtæ*.

LXXI. S. Jo. Bapt. ſub Diœc. Paterb.

LXXI. *S. Joannis Baptiſtæ* in *Volkerdinckhuſen* Diœceſ. Paderborn. quæ antè fuerat Veſtalium habitatio, ſed juſſu Epiſcopi ac Waldecienſis Comitis conſenſu (ſub cujus dominio conſiſtit) ex *Buſſchio* L. 1. Reform. cap 35. Canonicis & Windeſimenſi Reip. appropriata.

LXXII. B. Mar. Magd. in Franckend.

LXXII. B. *Mariæ Magdalenæ* in majori *Franckendael* Diœceſ. Wormatienſ. quam per *Buggonem* Wormatienſis Eccleſiæ Antiſtitem S. Auguſtini Canonicis Anno 1131. exſtructam in Hiſtoria Hirſaugica teſtis eſt *Trithemius*: Cœnobium quoque Sanctimonialium ejuſdem religionis juxta præfatum Monaſterium conſtituit, (eſt ejuſdem *Trithemii* loquela) in quo multitudinem Virginum Chriſto in caſtitate famulantium proviſis neceſſariis poſuit. Verùm poſt annos fermè 326 tempore *Reinhardi* Wormatienſis Epiſcopi, cùm de conſenſu ejus Fratres Regulares de Windeſim partium inferiorum ipſum Cœnobium *Franckenthal* ad reformandum ſuſcepiſſent & titulum Abbatialem, quo antea ſemper inſignitum fuerat, extinxerunt, etiam Cœnobium fœminarum prædictum expulſis Monialibus Monaſterio fratrum conjunxerunt: quod ſub *Friderico* Palatino Comite noſtri Belgæ ob innovatam religionem extorres è patria in munitiſſimum oppidum perverterunt.

LXXIII. S. M. V. in Swarenh.

LXXIII. *S. Mariæ Virginis* in *Swarenheim* Diœceſ Moguntinenſ. eam per Comitem *Eberhardum* ejuſque matrem *Hedwigem* nuper fundatam Comes de *Sponheim Megenhardus* Anno 1130. (ex *Trithemii Chronica*, ubi etiam Litteræ approbatoriæ recitantur, cui in *Chronicæ Conſtantienſis Genealogia Nellenburgica* adſtipulatur *Jacobus Manlius* eamque ſcribit filiam Sororis *Henrici Claudi* Imperatoris) obtulit *Adelberto* I. Archimyſtæ Moguntino, quem in *Moguntia Serrarius* ex *M. S. Gualtherius* è *Bruſchii Epitome*, ac in *Annalibus Moguntinorum* in *Adelberto Merſæus Cratepolius* Anno 1155. perperam ejuſdem initiatorem ſtatuunt, cùm in litteris Sponheimenſis Aſceterii, quæ Anno 1105. ſignatæ ſunt, hujus noſtræ Canonicæ mentio fiat. Vocat illam uti & *Erbachium* præcitatus *Cratepolius Monaſteria Ringaviæ potentiſſima*.

LXXIV. S. Chriſtop. in Ravensb.

LXXIV. *S. Chriſtophori* in *Ravensbergen* Diœceſ. Moguntinenſis.

LXXV. Compaſſ. B. M. propè Stralen.

LXXV. *Compaſſionis B. M.* in Arena propè *Stralen* Diœceſ. Colon. jam verò Ruremund. hæc cum conthorali ſua *Anna de Straten* parentem agnoſcit *Joannem de Broeckhuyſen*, qui Anno 1452 in Terra Sancta tumulum invenit eam ad Annum 1468. in Annalibus Cliviæ domicilium militum Ord. S. Mariæ perperam inſcribit Teſſchemakerus, cùm iiſdem hoſpitibus, quibus modò adhuc, jam olim habitaculum exhibuerit.

LXXVI. S. Martini juxta Turic.

LXXVI. *S. Martini* juxta Civitatem Turicenſem Diœceſ. Conſtantienſ.

LXXVII. Ven. Corp. Chr. ſub Diœc. Paterb.

LXXVII. *Venerabilis Corporis Chriſti* in *Bloemenbergh* Diœceſ. Paderbornenſ. Seculo XIV. per *Hermannum de Stralen* Priorem Molenbecenſem in Dominio Temporali Domini de Lippia cum illius ejuſque germani *Simonis de Lippia* Præſulis XXXIV. conſenſu ex oblationibus Fidelium in magna copia ibidem quotidie comportatis à *Buſſchio* L. 1. Reform. c. 33. ſcribitur fundata & à primo lapide exſtructa.

LXXVIII. S. Martin. ſub Diœc. Conſt.

LXXVIII. *S. Martini* in *Soldelingben* Diœceſ. Conſtantienſ.

LXXIX. S. Laur. in Huſſa ſub Diœc. Met.

LXXIX. *S. Laurentii* in Huſſa, propè Sarburgum Diœceſ. Metenſis.

LXXX. B. M. in Bardesh. in Holſat.

LXXX. B. *Mariæ* in *Bardesholm* in Holſatia Diœceſ. Bremenſis: in Wippendorpe & adoleſcentia Seculi XII. (ex *Krantzii* Saxonia L. 5 c. 28.) conſitum eſt ſacrum hoc Viridarium manibus *S. Vicelini*, fundum & dotem ſubminiſtrantibus Holſatis, quos ab infami Polytheia avulſos Euangelici Verbi facibus ad Chriſtiana Sacra deduxerat, de quo ex *Helmoldo* idem Hiſtoriographus L. 5. Saxon. c. 29. & L. 4. Wandal. c. 18. & ſeqq. dictum vero fuit *Faldera* & *Monaſterium Novum*, *quanta autem vitæ auſteritate, quanta ciborum abſtinentia omnique Sanctitatis converſatione Falderenſe illud Cœnobium tum claruerit* L. 5. Wandal. c. 39. *non ſatis poteſt explicari: dedit illis Dominus gratiam ſanitatum juxta quod in Euangelio pollicitus eſt: infirmos curate, Dæmones fugate. Obſeſſorum, qui longè advecti ſunt, plena erat domus, ita ut Fratres quieſcere non poſſent clamantibus dæmoniis Sanctorum Patrum præſentia ignes ſuos accendi.* Poſtmodum L. 10. Saxon. c. 36. una cum corpore *S. Vicelini*, quod hîc depoſitum fuerat, in Bardesholm tranſplantatum eſt, ubi etiam ab *Henrico* Holſatiæ Comite ea de cauſa munifico loci cultore, ſæpius audita Choro Fratrum concinens Angelica Harmonia: ſed nunc æſtu Lutherano exaruit.

LXXXI. S. Jo. Bapt. ſub Diœc. Mog.

LXXXI. *S. Joannis Baptiſtæ* in *Merkesbuſen* in Haſſia Diœceſ. Moguntinenſis, in quam, ex *Crececeio* de *Orig. & Fund. Ord. Monaſt.* c. 7. ubi Anno 1527. feliciter ſucceſſiſſet expulſa Ciſtercienſium Monachorum ex *Heinenſi* Abbatia, uti & ex *Hoheim* & *Grenaw*, Canonicis noſtris proſcriptis fœminini generis pauperes & imbecilles introduxit ac inhabitare fecit *Philippus* Haſſiæ Landtgravius.

LXXXII. S. Georgii M. ſub Diœc. Ratiſp.

LXXXII. *S. Georgii Martyris* in Sambaco Diœceſ. Ratiſponenſ. ſita ad fontes rivi Schambach ſupra vicum Altmanſtein & Schamhapt nuncupata, (ex *Hundii* Salisburgenſi Metropoli Tom 3. Titulo Schamhapt) quam nobilis Matrona *Gertrudis* Vidua *Berchtoldi* cum filia *Lutgarda* circiter Annum 1130. erexit: *Henricus* Ratiſponenſis Epiſcopus eodem anno probavit religioſam munificentiam auxitque dono Parochiæ cum filiabus & omnibus Decimis, quæ ibidem erat. At quod in loco minus ſalubri & ſilveſtri conſtructum & ædificiis collapſum exiſtit, magnaque reparatione indiget, & illud à multis Annis citra ab illius Canonicis Regularibus derelictum fuerit, dictique Ordinis Superioribus de eo illiuſque regimine & gubernio nullam curam habentibus e *Bulla Pauli* V. ad *Maximiliani* Bavariæ Ducis inſtantiam hujus Collegii proventus annuos Academiæ Ingolſtadienſi & Domui Regulari S. Auguſtini Heremitarum ibidem Pontifex applicavit.

LXXXIII. Montis B. M. ſub Diœc. Cam.

LXXXIII. *Montis B. Mariæ*, propè fluvium Jaſonis Diœceſ. Caminenſis.

LXXXIV. B. M. ſub Diœc. Conſtant.

LXXXIV. B. *Mariæ* Montisfagorum, vulgò *Beerenberg*, Diœceſ. Conſtantienſis.

LXXXV. Montis S. Georgii ſub Diœc. Hildeſ.

LXXXV. *Montis S. Georgii*, propè Goſlariam Diœceſ. Hildeſim. *Georgiburgum*, in *Epiſcopis Hildeſimenſibus*, vocat *Bruſſchius*, qui ejuſdem *ſummo ſtudio* refectorem inſcribit *Bertholdum* Baronem à Landsberg Hierarcham 44. in quo Anno 1451. inclinata labensque Canonici Ordinis

dici-

Digitized by Google

diſciplina in melius *Buſſchii* noſtri auſpiciis eſt reparata.

LXXXVI. *S. Jo. Bapt. Halberſtadii.* LXXXVI. *S. Joannis Baptiſtæ* Halberſtadii Diœceſ. Halberſtad. quæ ex *Krantzio* 4 *Metrop.* 10. in initio Seculi x. ſui initiatorem agnoſcit *Brandagum* Halberſtadianum Antiſtitem, & poſt annos 451. (è 1. *Reform.* 25.) collapſæ diſciplinæ reſtauratorem noſtrum *Buſſchium* tum Canonicæ *Novoperanæ*, propè Hallas Præpoſitum. Utraque hæc Domus, nempe Georgimontana & Joannitica, diſſoluto ſeu potiùs per prævaleſcentem Lutheraniſmum oppreſſo *Novi Operis* Capitulo, cujus antea membrum erat, Windeſimenſium imperio ſeſe ſubmiſit, ſub quo & civium frequentia & religioſæ vitæ cultu hodiédum floret: quibus annumerandum, quod in Lovanienſi oppido pro tota Congregatione erectum eſt *Seminarium*, Anno 1616.

Et hæ Canonicorum Domus, è quibus (lubet id monuiſſe Lectorem) pleræque veteranæ, quæ ſe Windeſimenſium Statutis ſubdidêre, Seculo XI. exortum habuerunt, quod religioſæ diſciplinæ rigor, quæ in opulentiſſimâ D. *Benedicti* Familia flacceſcebat, apud S. *Auguſtini* poſteros quam maximè efflorerer: nunc ad viſendas Domos Virginales progrediamur.

Virginum Aſceteria; I. *Campi B. M. Amſtelodami.* I. *Campi* B. *Mariæ* in Amſteldamo Diœceſ. olim Traject. nunc verò Harlemenſ. quem è *Buſſchio* L. 1. Chron Windeſim. cap. 43. Anno 1394 *Gisbertus Dou* Ven. *Gerardi Magni* diſcipulus religioſæ vitæ exercitiis adaptavit: ſed quæ poſt abolita Sacra Catholica in eo ceſſant. [De eo vide noſtra ſub Amſtelodamo p. 110.]

II. *Vallis S. Barbaræ Thenis.* II. *Vallis S. Barbaræ* in Thenis Brabantiæ oppido, Diœceſ. olim Leodienſ. nunc autem Mechlinienſ. hujus initio occaſionem dediſſe legitur quidam *Henricus de Hoorn* Prior Canoniſſarum Regularium in Lens S. *Remigii*: qui unà cum Suppriorìſſa & Familia ſua Anno 1388. Thenas ſe tranſtulit ibique hanc Canonicam extruxit: quem cùm ab officio Prioratus Épiſcopalis auctoritas abſolviſſet, Suppriorìſſa Prioriſſæ titulum & dignitatem adipiſcitur, ſed *quod Teutonicum idioma* (ut ajebat) *addiſcere non poſſet*, Anno 1403. officio ſe abdicat, locum cum Epiſcopi licentia deſerit atque cum ſex aliis ad Lentianum domicilium redivit: quæ remanſerant, conſilio & cura Corſendoncani Prioris *Walteri de Gierlis* Anno 1412. Windeſimenſi Capitulo ſunt colligatæ, ſub quo vixerunt hactenus hodiéque vivunt.

III. B. *Mar. & S. Agn. in Diepenveen propè Daventriam;* III. B. *Mariæ* & S *Agnetis* in *Diepenveen*, juxtà Daventriam, Diœceſ olim Traject. nunc autem Daventr. de qua ſupra. [Pag. 162. in noſtra autem editione p. 57. J. Lindebornium latuere confirmati hujus Cœnobii a *Frederico Blanckenheimio* Tabulæ, quas hic damus:

Confirmationis Tabulæ. FREDERICUS, Dei gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, univerſis Chriſti fidelibus ſalutem & ſinceram in Domino caritatem. Inter multas Paſtoralis curæ ſollicitudines ad ea maximè ſicut dignum eſt afficimur, & urgemur, quæ cultus divini concernunt augmentum, & ſaluti deſerviunt animarum. Ea propter dilectarum noſtrarum in Domino *Suederæ de Rechteren*, quondam Dominæ de Runen, ceterarumque devotarum fœminarum cum ea degentium, piis ſupplicationibus inclinati his præſentibus annuimus, & auctoritate noſtra ordinaria concedimus licentiam eiſdem fundandi atque erigendi Monaſterium fœminarum Ordinis S. Auguſtini in loco dicto *Diepenveen* Parochiæ Eccleſiæ B. Mariæ Daventrienſis, ipſumque Monaſterium cum ſuis pertinentiis ſubjicimus & incorporamus Capitulo generali Monaſterii de Windeſem ejuſdem Ordinis. Itaque dictum Capitulum ſeu etiam Superior ejuſdem Capituli pro tempore poterit, quotiens ſibi oportunum viſum fuerit, dicto Monaſterio Confeſſorem inſtituere, qui confeſſiones inhabitantium & familiarium ejuſdem Monaſterii poſſit audire & eiſdem Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, jure Parochialis Eccleſiæ ſemper ſalvo. Viſitationes quoque, correctionem, ac inſtitutionem Prælatæ dicti Monaſterii, nec non velationem perſonarum ejuſdem ad prædictum Capitulum, ſeu ad Superiorem ejuſdem Capituli volumus pertinere; harum noſtrarum teſtimonio litterarum. Datum in oppido Daventrienſi Anno Domini 1402. menſis Maji die 20.

Addam his, ab eodem quoque ignoratas, Sanctimoniales, quæ a fundationis initio obierunt Diepenvenæ: Rectrices, ac Sanctimoniales, aliæ,

Vrouwe *Sweder van Runen*, obiit Anno Domini 1407.
Jutte van den Abuus, die eerſt Abdiſſe te Vreden geweeſt hadde, obiit 1408.
Bate van der Laer, obiit 1413.
Dyme van Ryſen, obiit 1413.
Gertruit van Ryſen, obiit 1416.
Trude Schulten, obiit 1417.
Styn Tolners, obiit 1417.
Gertruit van der Lyſt, obiit 1422.
Merbtelt van Apeldorn, obiit 1422.
Lutgerd van Tyven, obiit 1423.
Femme Rutgers, obiit 1425.
Gertruit Monnicks, obiit 1426.
Katryn van Ryſſen, obiit 1427.
Lubbe Kremers, obiit 1427.
Trude van Beveren, obiit 1428.
Fye van Montforde, obiit 1430.
Gertruid ten Voerde, obiit 1433.
Lyſebeth ten Snellenberge, obiit 1433.
Elſeken van Steenre, obiit 1433
Katryne van Steenbergen, obiit 1433.
Wyſe Wittops, obiit 1437.
Fye ten Dunen, obiit 1439.
Swete ter Poorten, obiit 1439.
Gertrud Roden, obiit 1439.
Griete Algerden, obiit 1440.
Hille Horning, obiit 1440.
Lamme van Hertil, obiit 1441.
Katrine van Naeldwyck, Supprioriнne, obiit 1445.
Nelle Oems, 1445.
Hilie Sonderlants, obiit 1445.
Deric ter Horſt, obiit 1446.
Stine Rovers, obiit . . . .
Lutgert Keiſers, obiit 1447.
Salome Sticken, prima Prioriſſa confirmata, obiit 1449.
Gertruit van Herwen, obiit 1450.
Grete Greven, obiit 1450.
Lubbe Snavels, obiit 1450.
Johan van Rechteren, obiit 1451.
Gertruit Butemans, obiit 1452.
Grete Degens, obiit 1452.
Fye van Galen, obiit 1452.
Katryne Ripſen, obiit 1452.
Eliſabeth van Heenvliet, obiit 1452. die Martini, Epiſcopi Nonne 1427.
Grete Faſtel, obiit 1452.
Gyſel ter Aves, obiit 1452.
Grete Kotekens, obiit 1452.

Digitized by Google

Gertruit ter Poorten, obiit 1452.
Lyſebeth van Tiel, de ander confirmeerte Priorinne, obiit 1452.
Berte van der Liſt, obiit 1452.
Grete ten Kolke, obiit 1453.
Elſeken van Gymmete, obiit 1453.
Wyte Ruſſchen, obiit 1453.
Albeit Kuſers, obiit 1454.
Jutke Breders, obiit 1455.
Helenberch ten Buſſche, obiit 1455.
Grete Molens, obiit 1457.
Katrine Engelbers, obiit 1457.
Albeit Bruens, obiit 1457.
Fenne Byekes, obiit poſt Paſcha 1458.
Grete van den Abucs, obiit die Remigii 1458. Supprioriſſa.
Elſebe Haſenbrökes de alde Procuratrix, obiit die S. Franciſci 1458.
Bele ten Sande, obiit feria ſexta poſt Bonifacii Epiſcopi, 1459.
Fenne ten Merſche, obiit die diviſionis Apoſtolorum, 1459.
Adrians Mants, obiit 1. Octob. 1460.
Jutte van Beſten, obiit die Innocentii, 1461.
Salome van den Wiel, ſenior, obiit 1462
Engel van Damaſe, obiit 1463. feria tertia poſt Servatii Epiſcopi.
Helenberch ten Water, obiit primo die poſt Bonifacii Epiſcopi, 1463.
Gertruit Huginx, obiit 1464. feria 2. poſt Epiphaniæ.
Elsken Vullens, obiit op St. Vitus, 1465.
Aleit Maes Monialis Procuratrix de Campis, obiit 1468. in profeſto Calixti Papæ.
Gertrud Grimmen Monialis de Daventria, obiit 1468. in feſto S. Leonardi.
Margareta Sprac, obiit 1467. in profeſto Tiburtii & Valeriani.
Heylwigis Aſſinck, obiit 1467. in die Ypoliti.
Geertrud ten Beecke, obiit 1469. in die Polycarpi.
Griete Boltens, obiit 1469. in craſtino Conceptionis.
Femme Stuermans, obiit 1470. in profeſto S. Lucæ Euangeliſtæ.
Rixe Jongen, obiit 1469. in craſtino Mauritii.
Nyſſe van Vueren, obiit 1469. in craſtino Conceptionis.
Ermgart van Stralen Prioriſſa, obiit 1470. in die S. Donati.
Nyſſe Dauwers, obiit 1470. in profeſto S. Lucæ Euangeliſtæ.
Wendelmodis ten Buſſche, obiit 1471. in craſtino Potentianæ virginis.
Eliſabeth van den Goy, obiit 1471. in craſtino Viſitationis Mariæ.
Berta Buſſches, obiit 1471. in vigilia Nativitatis Domini.
Gerarda Udemans Prioriſſa, obiit 1472 in feſto Fabiani & Sebaſtiani Martyrum.
Henrica Jonghen, obiit 1472. in octava Agnetis.
Aleydis bi Beſcheide, obiit 1472. in profeſto S. Gregorii.
Salome van der Wiel Woringana, obiit 1490. Prioriſſa.
Daya Dierkens, obiit 1491. Prioriſſa.
Sapientia de Renſſen, obiit 1500. Prioriſſa.
Catharina Lauwers Prioriſſa, obiit 1504.
Ermgart . . . Prioriſſa, obiit 1472.
Bernarda Bitters Prioriſſa, obiit 1508.
Fie van Dorſten Monialis, obiit 14. . .
Theodora van Dorſten Monialis, 14. . .
Aleidis Hudekes Prioriſſa, obiit 1513.
Mechtelt van der Geeſt Prioriſſa, obiit 1546.
Wychmodis de Keppel Prioriſſa, obiit 1558.
Anna de Windeſem Prioriſſa, obiit 1565.
Anna Stuirmans Prioriſſa, obiit 1567.
Helena de Boſelaer Prioriſſa, obiit 1594.
Femme Lunenborch Procuratrix, obiit 1552.
Margareta van Dunen Procuratrix, 1544.

Cœnobii aliquot Converſæ, & quo quæque anno obiit.

Gebbe ten Tyen, obiit 1416. Converſæ,
Evert Hudden, obiit 1416.
Trude van Rokel, obiit 1424.
Judith ten Beecke Converſa, obiit 1452.
Grete van Naeldwyck, obiit 1424.
Fye van Ockenbroeck, obiit 1426.
Kunre Schoenbecken, obiit 1434.
Fye ten Broich, obiit 1438.
Margareta van der Beeck, geeſtlyc geworden 1438.
Lyſebeth Giſeberts, obiit 1441.
Lutgart. Anynges, obiit 1443.
Johan van Dieſt, obiit 1444.
Belie van Duſſedorp, obiit 1444.
Margareta Eſſelingh profeſſide Nonne 1446. Ob. 14...
Johanna van Rhemen, geeſtlyc geworden 1439. obiit 1476.
Jutte Ruſchen, obiit 1446.
Heilewich de Mey, obiit 1447.
Aleyt Combaers, obiit 1452.
Beatrix van der Beeck, 1459. obiit 1500. op St. Criſpyns avont.
Lysbeth van Overlaeck, obiit 1452.
Albeit ten Dunen, obiit 1452.
Eva ten Haeve, obiit 1452.
Elſebet Stockviſches, obiit 1452.
Albeit Hombolts, obiit 1453.
Griete Molens, obiit 1457.
Griete Kerſtekens, 1458. poſt Paſcha.
Lubbe Selandes, obiit poſt Nativitatem Mariæ 1458.
Stine ten Merſche, obiit poſt diviſionem Apoſtolorum 1459.
Grete van Houdaen, obiit in die S. Bartholomæi 1462.
Jutte van Beſtmer, obiit die Innuentii 1460. in principio illius anni.
Aleit Andrees, obiit die Conceptionis Mariæ, 1463.
Fye ten Elſe, obiit die Vincentii, 1469.
Aleit van Holten, obiit poſt Agnetis, 1465.
Anna Scholten, obiit 1467. 20. die Aprilis.
Liſebeth Heiligen, obiit 1467. in die Calixti.
Alyt Kocken, obiit 1467. in die Conceptionis B. Mariæ.
Sophia Barck, obiit 1468.
Hille van Hoſtrende, Nonne geworden 1469. obiit 1501. in profeſto Annuntiationis Mariæ.
Ermgart van Liſſe, obiit 1472. in craſtino Pontiani.
Gerbrecht Ludekens, obiit 1453.

Deſe ſyn ongecledet geſtorven:

Lutgert ter Poorten, obiit 1430. non velatæ
Mette op den Eeſt, obiit 1436.
Albeit Nyehoves, obiit 1433.
Fye ten Sande, obiit 1444.
Tulle Bertoldes, obiit 1447.
Albeit Kocken, obiit 1449.

Albeit

Albeit Stuermans, obiit 1452.
De Alde Lyſe, obiit 1459.
Ermgart van Deventer, obiit poſt Ambroſii, 1464.
Hele Hermans, obiit 1469. in die S. Nicolai.

Prieſters alhier begraven:

Preſbyteri, ac Rectores, in quibus eminet D. Joannes *Brinckerinc*.

Heer *Johan Brinckerinc*, was de eerſte fundateur en Biechtvader deſes huiſes, und licht begraven voor den oudſten altaer in den Choer.
Otte . . . Prieſter en Schoolmeeſter.
Egbert . . . Pater en Rector.
Dirck . . . Prieſter.
Johan ten Water Prieſter.
Johan van Ummen Prieſter.
Willem . . . Prieſter.
Rolof . . . Prieſter.
Henrick van Mengede Prieſter.
Johan de Witte Prieſter.
Geert van Meerſe Prieſter, &c.

Inter Moniales celeberrima *Eliſabeth Heenvlietia*.

Inter Sanctimoniales has recenſetur virgo nobiliſſima *Eliſabeth ab Heenvliet*, Joannis Toparchæ in *Heenvliet* filia, cujus geſta ex authographo, ſcripto ab una ex aſceticis publici juris fecit A. *Matthæus* in Appendice ad *Anonymi Ducum Brabantiæ Chronicon* in 4°. in quo mira de ea ab incubunalis ad profeſſionis uſque tempus, & obitus diem referuntur. *Henricus van Naeltwyck*, cui juncta A°. 1425. *Catharina* dicti *Joannis* ſoror, filiam item habuit *Catharinam*, Monialem quoque in *Diepenveen*, cujus vitam ſe etiam editurum pollicetur *Matthæus*.]

IV. B. M. in Redingh. propè Wageningam.

IV. B. *Mariæ* in *Redinghem*, propè *Wageninghen* in Geldria Diœceſ. Trajectenſis; cujus initialem Annum 1415. L. 1. n. 185. ſtatuit *Slichtenhorſtii* Geldria: ea nuperis Belgii motibus collapſa nunc rudetum eſt.

V. S. Jo. Bapt. propè Campos.

V. S *Joannis Baptiſtæ* in Bronopia, propè Campos Diœceſ. olim Traject. nunc autem Daventrienſis, de qua ſupra

VI. Vallis Angel. Bonnæ;

VI. *Vallis Angelorum* in Bonna Diœceſ. Colon. de cujus origine *Cratepolius* in Annalibus Archi-Epiſcoporum Colonienſ. in S. *Heriberto:* Monaſterium *Vallis Angelorum* Bonnæ initium habuit Anno 1002. per quandam prædivitem ac devotam matronam *Gekelam:* hæc cùm eſſet Deo ac Sanctis Angelis devotiſſima, profecta eſt Romam & obtenta à ſummo Pontifice ædificandi Eccleſiam licentia, in Dei ac Sanctorum Angelorum honorem conſtruxit Collegium & hæreditatem ſuam illi aſſignavit. Cùm autem incendio periiſſet Anno 1246. reſtauratur per Officialem Colon. & Præpoſitum S. Severini. Olim Sanctimoniales iſtæ juxta D. Auguſtini Ordinem vivebant, verùm Anno 1417. Conſtitutionem Capituli Windesheimenſis, id eſt, Regulares profiteri & eſſe cœperunt. *Buſchius* à *Cratepolio* diſſentiens L. 1. Chron Windeſim. c. 42. hujus Canonicæ *glorioſum fundatorem* aſſignat *Joannem Eggert* Wilhelmi Eggerdi Hollandiæ quondam Theſaurarii filium: ea etiamnum in primævo vigore conſiſtit.

VII. Hieruſalem Ultraject.

VII. *Hieruſalem* in Trajecto ejuſdem Diœceſ. cujus fundatores & primi promotores (L. 1. Chron. Windeſim. c. 43. inquit *Buſſchius*) fuerunt Magiſter *Bruno* & *Agatha Erneſti* omnium Religioſorum & præcipuè Ordinis noſtri & Tertiariorum pia mater & procuratrix. Capella iſta (cui adſtructa fuit hæc Canonica) extra Trajectum ſituata (ſcilicet in pomœriis urbis ante portam Hoſpitalem & Bethlehemo vicina) dicta eſt Hieruſalem, quia Sepulchrum Domini ad inſtar Sepulchri ejus quod eſt in Hieruſalem in ea eſt conſtitutum: hanc ipſam Capellam à ſuis proviſoribus *Agatha* præfata maximis inſtantiis tandem obtinuit pro Virginum Monaſterio ibid. conſtruendo, quod à ſui incineratione in Civitatem tranſlatum in ædes privatorum tranſiit, uti & Anno 1661. Eccleſia, poſtquam aliquamdiu catecheticis inſtructionibus ſerviſſet. [Plura de eo in Appendice ad *Notit. Epiſc. Traj.*]

VIII. S. Agnetis Dordraci.

VIII. S. *Agnetis* in Dordraco oppido Hollandiæ Diœceſ. Traject. celebris olim à primæ nobilitatis inquilinis: ejus ad Annum 1326 extare memoriam, Anno 1492. inſtauratam & nunc eſſe S. Spiritus Xenodochium in ſuo Dordraco c. 9. meminit *Beverwijckius*. [De quo & ibidem vide noſtra.]

IX. B. M. in Bethania propè Mechliniam.

IX. *B. Mariæ in Bethania*, propè Mechliniam in Brabantia Diœceſ. olim Camerac. nunc autem Mechlinienſ. cujus initiatricem *Mariam* Domini Bergarum ad Zomam filiam, è M. S. Chronico Bethlehem. in Machlinia, ſcribit *Gramaius*, quæ Anno 1412. curiam ſuam de Peterſſen juxta oppidi muros pro XII. Virginibus Deo ejuſque matri Mariæ donavit: quarum Succedaneæ ob bellicos tumultus & intutam ſtationem annis ſuperioribus ex ſuburbano agro in civitatem ſeſe receperunt, in qua etiamnum perſeverant, è *Wichmanni* Brabantia Mariana L. 3. c. 57.

X. B. M. in Beth. propè Arnhemum.

X. B. *Mariæ in Bethania*, propè *Arnhem* in Geldria Diœceſ. Traject. ad ſolem orientem Virginum Veſtalium ſodalitium fuit, L. 1. Hiſt. Geld. notat *Pontanus*, quod primo omnium habitaculo Anno Chriſti 1404. Civitas Arnhemienſis donavit.

XI. B. M. Gandavi.

XI. B. *Mariæ* in Gandavo Diœceſ. ejuſdem, olim verò Tornacenſ. de qua *Sanderus* Rerum Gandavenſium L. 5. c. 13. Monaſterium B. M. alias *Galilææ* exordium habet Anno 1433. fundatorque ejus exiſtit *Joannes Eggartius* ab Amſtelodamo Batavorum: is eodem anno Gandavum venit, & duas in eo loco filias Deo conſecravit: caſu exuſtum fuit Anno 1515. eique ad Annum 1530. præfuit *Catharina* Burgunda ac aliàs aliæ e præcipua Flandrorum Nobilitate. Ibidem ſepultus cum filiabus ſuis fundator noviſſimam Tubam exſpectat.

XII. B. M. in Facons Antw.

XII. B. *Mariæ in Facons* in Antwerpia Diœceſ. olim Camerac. nunc verò Antwerpienſ. hujus originem ac progreſſum ex *Petri Impens* M. S. Chron. Bethlem: ita accipe (*Hoybergii* vox eſt in notis ad *Latomi* Corſendonckam) locus hic quondam dictus Facons hoff in *Valckenbroeck* poſſeſſorem olim habuerat M. *Falconem* Canonicum B. M. Antwerp. & Monetæ Ducalis Præpoſitum, quo defuncto omnibuſque ejus bonis ad fiſcum Principis devolutis, *Joannes de Witthem* Dominus de Bouterſem hunc locum Fiſci Præfecto emptum ſex Virginibus tertiam Regulam S. Franciſci profeſſis vendidit. Joannes Camerac. Præſul eund. Anno 1421. erexit in Monaſterium B. M. V. Sorores verò conſilio *Walteri Girulani* cum conſenſu Epiſcopi inſtitutum mutantes Ordinem Canoniſſarum Regularium S. Auguſtini amplexæ ſunt, ac deinde eodem *Girulano* coöperante Generali Capitulo Windeſimenſi, ſub quo uſque hodiè florent, unitæ fuerunt.

XIII. B. M. Noviomagi.

XIII. B. *Mariæ* in Noviomago in Geldria Diœceſ. olim Colon. nunc vero Ruremund. *Buſſchio Montis* B. M. V. propè Noviomagum, Anno 1587. Reverendiſſimus Lindanus Sanctimoniales Monaſterii *Marienberg* in unum conjunxit corpus cum S. *Agnetis* Monialibus, quæ extra civitatem habitarunt, caſque reformavit indicta

dicta omnibus clauſura in novis Belgii Epiſcopatibus L. 2. c. 22. lego apud *Havenſium*.

xiv. B. M. Præſent. in Ooſtmal. xiv. B. *Mariæ Præſentatæ* in Ooſtmal: de fundatione hujus hactenus nihil habere potui (in Notis ad *Latomi* Korſendonkam agnoſcit *Havbergius*) quam quod Anno 1494. à quodam indigena ejuſdem Pagi Ooſtmallenſis *Joanne vander Schuren* fratre germano cujuſdem Ægidii Corſendoncæ Anno 1450. profeſſi, & ibid. cum certa ſanctitatis opinione Anno 1483. defuncti initium acceperit, primas Virgines ad leges Regulæ S. P. Auguſtini informante *Henrico Orsbagio* Corſendoncano pariter Canonico & hujus novæ Domus (quam hoc noſtro ſeculo *Paulus Schooffius* Rubeævallenſis Prior Capitulo Windeſimenſi incorporari curavit) initiatore & rectore. Anno tandem 1621. induciis (Hiſpanum inter & unitum Belgium exſpirantibus Monaſterium ipſum & locum fundationis deſerentes Antwerpiam commigrarunt, ibique juxta forum bovinum aliquot domibus coëmptis Cœnobiticam habitationem erexerunt.

xv. S. Petri in Heiningen Diœc. Hildeſ. xv. S. *Petri* in Heiningen Diœceſ. Hildeſim: quinque milliaribus ab Hildeſio diſſita, de qua 2. *Reform.* 18. *Buſſchius*: *Sanctus Bernwardus* Hildeſemenſis Epiſcopus duo Monialium Monaſteria in *Heyningen* & in *Stederborch* fundavit: & cum bonis hæreditariis unius Viduæ & filiæ ejus dotavit Monaſterium in *Heyningen*, atque cum bonis hæreditariis alterius Viduæ & filiæ illius dotavit Monaſterium in *Stederborch*: pro illorum Monaſteriorum in reformatione perſeverantia optima eis Papalia & Imperialia Ducumque Brunſwykenſium privilegia in propria perſona pergens Romam ad Papam ſibi notum impetravit: & uno die in utroque Monaſterio ad duo pene milliaria ab invicem diſtante Virgines Deo ibid. in religione ſancta ſerAbituras inveſtivit & conſecravit, atque Chriſto per coronæ Virginum impoſitionem & annuli ad annularem digitum earum traditionem vice Chriſti deſponſavit: Profeſſionem ab eis ſecundum Regulam almi P. *Auguſtini* ſuſcipiens in Ordine Can. Reg. perpetuo confirmavit Anno Domini 1001. hactenus *Buſſchius*. Noſtræ Heininganæ Canonicæ labefactatam diſciplinam juſſu *Cardinalis Cuſani* & ad ſupplicans Dominæ *Alberdis de Bortfelde* tum Prioriſſæ Anno 1451. renovavit, eamque ab ima paupertie ad ſummam opulentiam promovit. *Bertoldus Semeyer* Prior Sultanus, (de quo fusè 2. *Reform.* 37 prædicatus *Buſſchius*) cujus fructibus poſteræ hodié dum gaudent.

xvi. S. Crucis in Dorſt. Diœc. Hild. xvi. S. *Crucis* in Dorſtadt Diœceſ. Hildeſim. à præcedenti Collegio ad milliaris quartale abjuncta, de cujus reformatione multis 2. *Reform.* 37. & 38 ſæpe nominatus *Buſſchius*: ea colonias ſuas deduxit in Marchiam Brandenburgenſem in Monaſterium, quod circiter Annum 1451. *in Oppido Stendal Conſulatus de novo conſtruxit & fundavit*: at hic ſurculus exaruit, noſtra verò Dorſtadiana Canonica etiamnum extat & floret.

Hactenus de Illuſtriſſimæ Reip. Membris: animus erat etiam Parthenæa ſubnectere, quæ converſationis ſuæ formam ac limam ex eadem habuere olim & etiamnum habent: ſed cùm ingentem numerum conficiant, &, quamvis plurima, ſingula tamen nobis nota non ſint, eorum uti & totius Congregationis Natales atque Annales, quos mea & multorum vota deſiderant, à domeſtico, ideóque exactiori è locorum archiviis notitiâ imbuendo calamo præſtolabimur, contenti eorum vocabula, qui ſummam inibi præfecturam geſſerunt, coronidis loco addidiſſe. Erat ea ante ſui excidium Windeſimenſi Canonicæ annexa, in qua perpetua Archiprioris Sedes: at modò is Patriarcha conſtituitur, quem Optimatum, id eſt, Priorum ſuffragia ad eam evehunt dignitatem.

I. Cùm jam antè per biennium ab Anno 1386. titulo Rectoris Windeſimenſi Collegio præfuiſſet HENRICUS CLINGIBILE, eoque cedente WERNERUS KEJENKAMP auctoritate Prioris uſque Annum 1391. gubernator nuncupatur JOANNES VOS DE HEUSDEN, qui cùm novæ Reip. initium dediſſet, terrenum cum cæleſti Regno commutavit Anno 1424. Windeſ. Congreg. Rectores.

II. GERARDUS DE NAELTWYCK, qui vix uno anno in Magiſtratu exacto eum depoſuit, 1425.

III. WILHELMUS VOORNKEN, officii & vitæ uſurâ privatus, 1455.

IV. JOANNES NAELDTWYCK, 1459.

V. THEORICUS GRAVIUS, 1486.

VI. GODEFRIDUS GRAES, 1493.

VII. TILMANNUS STUERMAN, 1496.

VIII. JOANNES RISEREN, 1499.

IX. JOANNES LEERDAMMIUS, 1507.

X. NICOLAUS DE HARDERWYCK, 1532.

XI. THOMAS STECK, 1540.

XII . . . . . .

XIII. JOANNES GYSSEN DE BALEN è Priore Eymſteynano ſummo faſtigio impoſitus Anno 1541. & ab eodem mortis tyrannide dejectus, 1551.

XIV. LUDOLPHUS DE VOLLENHOE, 1555.

XV. GERARDUS BOSNIS, 1558.

XVI. WALTERUS A WENCHEM ultimus Windeſimenſis Protocœnobii & ex eo totius Congregationis Prælatus, terminum vitæ ſortitus, 1573.

XVII. MARCELLUS LENTIUS Prior Curiæ Marianæ, 1603.

XVIII. MICHAEL DE RIDDER Prior Rubeæ Vallis, 1608.

XIX. WERNERUS TITIANUS Prior Novefienſis, 1615.

XX. ALBERTUS LUCKENIUS Prior Colonienſis: abiit Magiſtratu, 1620.

XXI. PAULUS SCHOOF Prior Rubeæ Vallis vitæ renuntiavit Anno 1627 cùm jam renunciaſſet officio, 1626.

XXII. JOANNES SCHUTZIUS Prior Aquiſgranenſis ac poſtea Budingenſis, 1626.

XXIII. GUILIELMUS HERCKENRODE Prior Tongrenſis, 1632.

XXIV. JOANNES SMISMAN Prior Rubeæ Vallis, 1636.

XXV. MICHAEL GLAESER, S. T. D. Prior Colonienſis, 1642.

XXVI. JOANNES BERNARDZ Prior Buſci Domini Iſaaci, 1651.

XXVII. ADOLFUS KUSEN Prior Noveſianus, 1654.

XXVIII. PETRUS PARYS Prior Viridis Vallenſis, 1656.

XXIX. PETRUS A S. TRUDONE Prior Lovanienſis, quem Deus adhuc ſuperſtitem ſuæ Reip. in annos plurimos conſervet, &, quod eſt votum noſtrum, eo beneficio donet, ut rurſum tali flore eam videat, quo ante ultimas religionis bellorumque tempeſtates à ſuis Prædeceſſoribus fuit gubernata.

Scili-

Scilicet ut cernat deſtructa reſurgere Clauſtra,
Et reddi, hoſtiles quæ rapuere manus.
Non tamen ut repetat victoris militis enſis:
Sit bellum à noſtris finibus omne procul.
At reparet disjecta redux, cum fænore reddat
Ablata antiquæ Religionis amor.

Swollani oppidi Aſceteria femin. I. Tertiariarum,

Sed tempus eſt, ut, poſt fortè nimias in hiſce moras, reducatur calamus ad deſcribenda Zwollani oppidi *Aſceteria Fœminina*, quæ numero ſenario floruere.

Primi (*Conventum* vocant) ſub tertia S Franciſci Regula cultrices fuere Virgines, quæ corporis pudicitiam voti neceſſitate diuriorem non faciunt, *Beghinas* has nominant: verùm cùm jam non amplius in Sacro hoc Viridario grata virtutum plantaria germinarent, ſed vitiorum infelix lolium dominaretur, primæ fæcunditati illud reſtituit pia induſtria *Ven. Viri Henrici Fopponis de Gouda*, qui, ut à *Ven. Magiſtro Gerardo Magno* ad omnem pietatis cultum formaretur, patriâ relictâ Daventriam venerat, ab eoque in poſtmodum transmiſſus Zwollas (loquor è Biographo) ut

primæ fœcunditati reſtitutum.

„confortaret illos quos ibi genuerat Chriſto, ubi „non longè à Conventu Sororum & a Domo „Terminarii Ord. Min. Campenſium emit domum, & egit ſuâ induſtriâ, & pii Magiſtri „juvamine, ut ille Conventus tunc unicus reformaretur ad mores honeſtos: erat enim illius „Terminarii, Confeſſoris & Complicum ejus „honeſtum proſtibulum; erant ſiquidem virgines, ſed ſqualidæ & oppreſſæ amaritudine: at „quia vir erat potens in opere & ſermone favente paſtore & Conſulatu annitente non aſſumebantur plures ad Tert. Reg. ordinantur Statuta, inhibetur acceſſus Terminariorum, corruptæ tædio aſſ ctæ viam Domini ſaſtidientes relicto loco diverticula ſibi quæſierunt: ſicque „expurgato veteri fermento fit nova conſperſio „per Statuta ſalutaria.“

Nonnulla eorum (alia non viſa nobis) è membranis noſtris aſſcribimus:

Leges ei præſcriptæ.

DIT is geramet by den Kerckheeren ende de Scepenen, die van den Rade daer geſat weren op de gebreke tot effene ende to ſlichten, van den gewoenten des huyſes, op datte guedertierlijck in minnen mit malcanderen ommegaen.

Int yerſte ſo ſullen ſe een van den Baginen keſen die verware de verkeſinge des Scepene Brieves, ende die ſal eene tot oer nemen die oer helpe verwaren. *Item* deſe twye ſullen malik een ſleutel hebben tot des huyſes kiſte, ende daer ſal ſe ene neet to gaen buten den anderen. *Item* ſo en ſalmen neemant ontfangen ten ſy by den gemenen Baghynen, meer datſe des alle neet en volgeden, dan ſalmen ſtaen tes Kerckheeren, ter Scepene ende des Rades wiſinghe. *Item* alsmen een Baghine int huys ontfaet, ſo ſalmen oer vorleeten alle de ponten ende guede gewoente des huyſes, ende daer ſal ſee guedertierlike to ſeggen, datſe dat geerne wil doen en ſe hoelden onder der pene des Scepenen briefs oer Pravande to nemen, oft uyt den huys to ſetten. *Item* omme eenheyt des huyſes ſo ſullenſe gemeenlic falen hebben ende de dragen des Hochtides ende des heiligen dages alſt tijtlic is. *Item* omme de mere oetmoedicheyt ſo dragenſe hele mouwen. *Item* datſe des manendages ne geen vleyſch en eten. *Item* datſe van alle Gods hilgen tot Paeſchen des Woendesdages mer eens en eten. *Item* datſe van S. Mertens dage tot . . . des dages mer eens en eten. *Item* ſo ſullenſe des manendages na den ſonendage to Vaſtellavonde in de Vaſten gaen. *Item* als ene Paghine doet is ſo gravenſe oe na oere order mannen. *Item* ſo leſe ene veder Baghine ynnichlic op oeren knyen dagelix xxv *Pater Noſt.* *Item* ſo leſenſe alle jaer 100 *Pater Noſt.* vor de ghene de daer doet ſin. *Item* alſe ten doden of to vigilien of to grave gaen ſo gaeaſe to ſamen, als oer Meyſterſche goed dunckt. *Item* ſo gaenſe eens of twye ter weke to gader, ende bidden vor den Pawes, vor den Biſſcop ende anders vor de ghene de em goet gedaen hebben. *Item* alſe ten Sacramente gaen ſo ſtekenſe enen doeck vor, alſe ſe oetmodelixt konnen. *Item* ſo gan men om des biddens, thent der tijt dat men een beter vind. *Item* als men em goed of teſtament gift daer biddenſe vor in oere ynnicheyt, als dat de Meyſterſche ordineert na oere conſcientien. Soe wye dar deſe vorſ. ponten neet en heelde ende ander ponte de der Scepenen ende des Rades brief in olt, den ſolde de Meyſterſche oer pravande nemen bi rade der ander Baghinen: ende volle daer enige ſwaerheit vorder in, ſo ſoldement uyt den huyſe wiſen by rade des Kerckheeren ende twye van den Rade de daer to geſet ſin na inholt des Scepene brieves.

Immutatio.

Extat etiamnum & à Virginibus inhabitatur; ſed quæ mutatæ Religionis profeſſionem faciant, præcipua ædificiorum parte Comitiis aſſignata, quæ conſtrui vidit Annus 1396

II. S. Cæciliæ; primæ Rectrices, &c.

Secundum S. *Cæciliæ* ſacrum ſub regimine ac *Fratrum* Studiis Virgines ſine votorum ſolemniis religioſam vitam ducentes incoluere: patriâ lingua nuncupatur *'t Kinderhuys*, *quoniam ibi primitus Virguncula commendabantur his devotis perſonis a curis ad inſtitutionem virtutum & operis manualis*, ait prædictati *Henrici* Biographus, cujus etiam cura *prima* ejuſdem *inceptrix*, *mater & gubernatrix* fuit *Aleidis Dreyers religioſa & pia matrona*, quam inter alias Anno 1449 *Cornelia de Roeſel*, & Anno 1486, *Gerburgis Grimmen* in Prælatura ſunt ſubſecutæ. Ædificia, quæ aſſurrexere Anno 1417 nunc parte una Phreneticis, & parte altera ſenio decrepitis hoſpitium præbent.

III. S. Gertrudis; fundatrix,

Tertium initiatricem agnoſcit *Gertrudem Katmeiers*, quæ illud à ſuo nomine D. *Gertrudi* inſcripſit, & in eo Familiam Veſtalium conſtituit, quæ ſub *Fratrum* faſcibus non profeſſionis vinculo, ſed libera voluntate cohæreret: eâ autem extincta, in Fano pro oppidi vigiliis ceſpites reconduntur & divendita ædificia alios Dominos accepere. In qua ad Annum 1462 *Margaretham Elys*, 1486 *Aleidem Viſſchers*, 1520. *Beatricem Swartboſn* & 1542. *Aleidem de Brenen* Matreſfamilias egiſſe invenio. Litteras ſtabilitæ fundationis, quas Anno 1464. Kal. Mart. probavit *David de Burgundia* multiſque gratiis locupletavit, ex ipſo protographo tranſcribimus:

Fundationis Tabulæ confirmatæ, & multis gratiis locupletatæ a Davide Burgundo, Traj. Epiſcopo.

IN *nomine Domini*, *Amen.* Anno Nativitatis ejuſdem milleſimo, quadringenteſimo, ſexageſimo ſecundo, indictione decima, Menſis Septembris die decima, &c. In mei Notarii, &c Devotæ ac diſcretæ fœminæ Grieta Elys Rectrix ſeu Mater, Belia Lambertt, Grieta Henrici, Wibba Bennings, Aleidis de Rees, Femma Bernardi, Mett. Jacobi, Hilla Egberti, Swana de Eem, Bata Henrici, Berta Sobben, Eeſſa Smedes, Zwana Petri, Hadewigis Suters, Aleidis Schilliken, Ghertrudis Gherardi, Lubba Renſijngs, Jutta Kotikens, Ghertrudis Sobben, Lutghardis Wycherdings, Ghertrudis Brands, Betta Gherardi, Betta Wycherdings, Femma Lutekini,

kini, Metta Sobben, Jutta Knoppers, Eeſſa Wycherdings, Swani Scomicken, Gheſa de Derlevoerde, Aleidis Sobben, Eeſſa Henrici, Neſa Henrici, Eeſſa Wolteri, Swana de Anddele, Swana Trici, Aleidis Viſſchers, Gheſa Henrici, Femma Egberti, Beatrix Swarten, Ermgardis Henrici, Jutta Wreden & Gerbrich Vaſters Sorores Domus Congregationis nuncupatæ vulgariter *Kadenetterſhuys* aut Domus S. Gertrudis oppidi Zwollenſ. Traject. Diœceſ. unà cum Arnoldo Tilmanni Laico oppidano Zwollen earum manburno ſeu tutore, quem unanimiter elegerunt in hac cauſa me præſente, melioribus jure, modo & forma quibus efficacius potuerunt & debuerunt, ad honorem Omnipotentis Dei & omnium Sanctorum & præcipuè Beatæ Mariæ ſemper Virginis & Beatæ Gertrudis inibi congregatæ volentes, & modis omnibus providentes, ut in eadem Domo ex hoc & in futurum perpetuis temporibus in humilitate, caſtitate, caritate & pace ceteriſque virtutibus ſub obedientia Sanctæ matris Eccleſiæ à famulabus Deo ibidem collectis fideliter & devotè ſerviatur, matura deliberatione præhabita, ut aſſeruerunt, ad ea quæ ſequuntur concorditer & unanimiter ſe obligaverunt juxtà tenorem cedulæ papireæ, mihi Notario ſubſcripto à Sororibus præfatis per manus mamburni ſui traditæ & porrectæ, quam ibidem alta & intelligibili voce coram ipſis Sororibus & teſtibus ſubſcriptis legi feci, & huic præſenti Inſtrumento inſerui, cujus tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis:

"Wy Griete Elys, Belie Lambers, Griete Henricx en voert die andere Suſteren van Sunte Gertrudenhuys, of anders genoemt *Kaden terſhuys* gheleghen binnen Zwolle by der Stadtmure, bekennen voer ons ende alle die anderen Suſteren, die de weere der vergaderinge voerſ. nu ter tijdt beſitten, of hier namaels beſitten ſullen in reynicheden onſen heeren Gode daer te dienen, dat onſe wille ende begheerte geweeſt heft ende noch is, dat inden ſelven huſe voerſ. van date des briefs tot ewygen tijden toe altoos Gode daer yn gedient ſulle werden in oetmoedigheit, kuysheit, mijnne, vrede ende andere doechden van alle den Suſteren die nu ter tijt daer inne woenen of naemaels woenen ſullen: hier omme hebbe wy ons om die eere Godes voor ons ende onſe nacomenden Suſteren des huſes voerſz. verwilkoert, en averghegheven mit ons mombars voerſ. hant ende conſent dat al ons guede ruerende ende onruerende die totten huſe voerſ. of oock tot enigher Suſter des huſes voerſ. toebehoeren, al woer die gheleghen ſijn, ſullen den huſe voerſ. int ghemeen toebehoeren, en nyemandt ſal an enigen guede eygendom hebben, ende geven die guede voerſ. die wy nu hebben of namaels krighen moghen mit ons mombars hant ſlicht vander hant afſtaende tot ghemenen ghebruken en orbar des huſes voerſ. ende ſullen de guede voerſ. den huſe voerſ. erflick ende ewelick mit avergheven en oplatinge vaſt maken, ſoe veer als wy vermoegen wanneer men dat van ons begheert, alſoe dat niemandt van ons ſunderlijng of onſe erfg. of ock onſe nacomende Suſteren of oer erfg enich recht of anſprake hebben, beholden of moegen hebben an enigen guede des huſes voerſ. mit enighen rechte dat ſi gheeſtlick of werlich. Mede hebbe wy verwilkoert voer ons ende nacomende Suſteren die nae alduſdaner formen en manieren des averghevens in dit huys voerſ. anghenomen ſijn en anghenomen ſullen werden, weert ſake dat enigh perſoen van ons of des huſes voerſ. in oncuysheit viele, of uter weere ſonder volbort ende conſent des Bicht-vaders of der Moeder buten benachtede ſonder noet, of enighen manne trouwe ghave, of niet en wolde mit ruſten leven en mit onderdanicheit alſt behoerlick is ſulken godliken reinen leven, of anders verkiert en onleggelick weer, alſoe dattet huis daer mede verſtuert, miſruchtighet of belwaert worde, wanneer die perſoen om oer verkiertheit en onſeggelicheit twiewerve of driewerve vermaent were, en oer nochtans daer van niet en beterde, dat God verbieden moet in ewicheyden, ſoe ſullen en mogen de bewaerſteren en Bijchtvaeder mitten Suſteren des huſes voerſ. of mitten meeſten deel die perſoen om enige gebreke en punte der gebreke voerſ. wtſetten, op dattet huys altoos in reynicheden, vrede en in Godliken leven ontholden werde: ende die perſoen alſoe wtgeſet of die ſelveren wtgegaen weer, of wtgaen wolde, ſal wtgaen mit oeren dagelixſen clederen, ende en ſal mit genen rechte geeſtlick of werlick enich guet weder moegen eyſchen van den huyſe en Suſteren voerſ.

Super quibus omnibus & ſingulis præmiſſis eædem fœminæ Rectrix & Sorores prædictæ cum Mamburno prænominato communiter & diviſim petierunt à me Notario publico infraſcripto unum vel plura, publicum ſeu publica ſibi fieri & confici Inſtrumentum ſeu Inſtrumenta, &c. Acta fuerunt hæc Zwollis in domo habitationis Sororum prædictarum, &c. Præſentibus ibidem honorabilibus & diſcretis viris Domino *Alberto de Kalcker* & *Wilhelmo Biſſchop*, Presbytero & Laico Traject. Diœceſ. teſtibus fide dignis ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Jacobus Goch Clericus Traject. Diœceſ. Publicus Imperiali auctoritate & ordinaria admiſſione Notarius, &c.

Quartum primitus extra aquilonarem Portam à Venerabili P. *Theodorico ab Herxen* conſitum & exinde in oppidum tranſplantatum ſub tutelâ B. *Agathæ* & nomenclaturâ vernaculâ, quâ *Witenbuys* nuncupabatur, domicilium exhibuit etiam Virginibus non votorum, ſed ſolius bonæ voluntatis glutino colligatis: fundationis Litteras appendimus: *IV. S. Agathes*

In *Nomine Domini*, *Amen*. Anno Nativitatis ejuſd. M CCCC LXII, indict. X menſis Septemb. quinta die, &c. In mei Notarii, &c. præſentiâ perſonaliter conſtitutæ devotæ & diſcretæ feminæ Femme Platen Rectrix ſeu Mater, Hilla Spyſen, Aleidis Goeden, Aleidis ten Berghe, Jutta ter Weden, Aleidis Scotelers, Elſebe Grutеringes, nec non univerſæ & ſingulæ Sorores Domus Congregationis nuncupatæ vulgariter Wytenhuys ſitutæ infra emunitatem oppidi Zwoll. extra muros *in Maſſchen Highen* Trajectenſis Diœceſ. una cum Arnoldo Tylmanni filio laico oppidano Zwollen earum mamburno ſeu tutore, quem unanimiter elegerunt in hac cauſa me præſente melioribus jure, modo & forma quibus efficacius potuerunt ac debuerunt ad honorem Omnipotentis Dei, Beatæ Mar. Virg. omnium Sanctorum & præcipuè B. Agathæ, inibi congregatæ, volentes & modis omnibus providentes ut in eadem Domo ex hoc & in futurum perpetuis temporibus Domino Deo in humilitate, Fundationis Tabulæ.

te,

te, caſtitate, caritate, voluntaria ſubjectione cæteriſque virtutibus ſub obedientia Sanctæ matris Ecclesiæ à famulabus Dei ibidem collectis fideliter & devote ſerviatur, matura deliberatione præhabita, ut aſſeruerunt, ad ea quæ ſequuntur concorditer & unanimiter ſe obligaverunt. In primis quoniam communis vita ſemper in promptu fuit his qui Domino Deo irreprehenſibiliter militare cupierunt, idcirco ipſa Femina Rectrix, Hilla Spyſen &c. Sorores dictæ Domus omnia & ſingula bona ſua, quæ ad ipſas & quamlibet ipſarum noſcuntur pertinere, ut ſunt domus, agri, reditus, proventus, lecti, libri, utenſilia omniaque alia bona mobilia & immobilia, qualitercunque denominata & ubicunque ſituata, præſentia & ea quæ in futurum omni tempore contigerit obtinere, dederunt, donaverunt, tradiderunt omnibus melioribus modo & forma, quibus melius & efficacius potuerunt ſibi invicem donatione inter vivos, ita videlicet quod omnia & ſingula bona erunt eis indifferenter communia abſque proprietate ſingulari, & manebunt perpetuis temporibus pro eiſdem devotis Sororibus, & per eas & earum ſequaces ſub iſta forma reſignationis bonorum ſuorum ad communionem ſuæ ſocietatis & dictorum bonorum aſſumendis. Quam donationem & communicationem bonorum ſuorum pro ſe & ſuis ſequacibus ratam & firmam eſſe voluerun ac perpetuò valituram, ita quod hæredes Sororum prædictarum & ſuarum ſequacium nullum jus hæreditariæ ſucceſſionis in præmiſſis bonis, aut quolibet præmiſſorum quoquo modo poterunt obtinere. Si verò contigerit in futurum dictas Sorores vel quamquam ipſarum quacunque occaſione prædictam habitationem relinquere, illæ vel illa penitus amittent vel amittet omne jus, quod in dictis bonis hactenus habuiſſent vel habuiſſet, nec præter veſtimenta ſua cotidiana quicquam eis vel ei licitum erit ſecum tollere, nec poterunt vel poterit aliquid juridicè petere vel exigere, aut ſuper quibuſcunque bonis alias Sorores dictæ habitationis moleſtare. Si verò, quod abſit, aliqua earum propter exceſſus enormes vel malos & incorrigibiles mores ſuos à cæteris Sororibus vel majori & ſaniori parte earum à Domo amovenda decerneretur & exponenda, illa ſine omni contradictione & rebellione debet exire & recedere, &, ut præmiſſum eſt, præter veſtimenta ſua cotidiana nihil ſecum tollere vel exigere, nec eas ſuper quibuſcunque bonis moleſtare nullo ſubſidio juris canonici vel civilis ſibi penitus ſuffragante aut ſuffragium præſtaturo. Inſuper voluerunt prædictæ Sorores pro ſe & ſuis ſequacibus hujus Congregationis, ut ſi ipſi Domui & Congregationi præfatæ gravamen incumberet, ita quod commodè in loco manere non poſſent, poterunt cum conſilio & conſenſu Confeſſoris & Rectoris pro tempore Domus Clericorum in Zwollis aream præfatam cum omnibus ſuis attinentiis vendere, & pretium ipſum ad aliam aream & locum, ubi commodius & quietius Deo ſervire poſſint, commutare, diſponere & ordinare. Et ſi, quod avertat Deus, per peſtilentiam, profugium vel quemcunque alium eventum numerus perſonarum Domus prædictæ adeò imminueretur, & ad talem paucitatem redigeretur, ita ut ultra quam duæ Sorores pariter in loco Domus præfatæ non remanerent, ex tunc poſſunt Confeſſor Domus & Rector pro tempore Domus Clericorum alias perſonas fœmineas in eandem Domum & eadem bona præfata & modum vivendi præfatum collocare, quatenus inibi devotarum perſonarum congregatio continuetur atque permaneat. Si autem Rectori, Confeſſori & Proviſoribus Domus Clericorum pro tempore videretur, quod ſuppoſita domus ipſius prædicto modo vivendi non converſentur, vel in proprietate vivant, aut talem reſignationem bonorum ſuorum, ut præmittitur, non fecerint, aut aliàs ex cauſis rationabilibus non eſſe pro honore Dei ut ibi congregatio permaneat, debent vendere aream ipſam cum omnibus ſuis attinentiis, & pretium ipſum & bona præfata ad ipſam congregationem ſpectantia ad uſum pauperum bonæ voluntatis, aut aliàs ubi major honor Dei videbitur, applicare. Rogant inſuper ſæpedictæ Sorores ſequaces ſuas, quæ in ſocietatem communionis ſuæ nunc & in poſterum aſſumendæ ſunt, obſecrantes, conteſtantes & onerantes conſcientias earum, ut uſum Domus & bonorum prædictorum ad hoc, ut præmittitur, ab eis deputatorum ſic continuent, quatenus quod ipſæ pro animarum ſalute de ſuis bonis ordinaverunt atque fundaverunt, ſequaces ipſarum ad perniciem ſuam non abutantur. Super quibus omnibus & ſingulis præmiſſis eædem feminæ Rectrix & Sorores prædictæ communiter & diviſim petierunt à me Notario publico infraſcripto unum vel plura, publicum ſeu publica ſibi fieri vel confici inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Acta fuerunt hæc in domo habitationis prædictarum &c. præſentibus ibidem honorabilibus & diſcretis viris Domino *Henrico Swarte* Presbytero, *Ludolpho Suavel* Laico Trajectenſis Diœceſ. teſtibus fide dignis ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Jacobus Goch Clericus Traj. Diœceſ. publicus Imperiali auctoritate & ordinaria admiſſione Notarius &c.

a Davide Burg. Traj. Epiſc. confirmatæ.

Rectrices.

Monialium Anno 1571. numerus.

Quæ cum diverſorum privilegiorum indulto Kal. Mart. Anno 1464 rata dixit *David de Burgundia* Hierophanta Trajectinus. Præter *Euphemiam Platen*, cujus fit mentio in allegatis Literis, invenio ad Annum 1449 *Gerburgem de Haerſten*, & ad Annum 1450. *Tobiam Beernings* hujus Parthenonis gubernacula tenuiſſe: in quo, Anno 1571. in ſua Viſitatione *Reverendiſſimus de Monte* numerabat Sanctimoniales XXVI.

Silva B. M.

Quintum *Silva B. M. V.* vulgò *Bosklooſter*, etiam *Marienbos* nuncupatum, ante portam Saxonicam mœniis adſidet & à Canoniſſis Regularibus inhabitatum cum *Alexandri* VI. proba (quæ Annum 1499 præfert) Windeſimenſium imperium agnovit, cui ſub Præfecta *Eliſabetha de Kinckhuyſen* recepta clauſura ſe ſubmiſerunt Anno 1484. cùm antea *Fratrum* Statutis & regimini ſubeſſent, quando etiam concluſum, ut ordinarius Monialium numerus eſſet 32. Donatiſſarum ſeu Converſarum 20 neque eum augendum, niſi impetratâ Swollani Senatus & Windeſimenſis Patriarchæ licentiâ.

Flammis abſumpta;

Rectrices.

Suburbano domicilio flammas injecere ipſi Swollani Anno 1524. ne Geldros oppido imminentes tutaretur, qui tamen in eo Oppugnaculum conſtituere: Veſtales autem in oppidum ſe ſe recepêrunt Orphanos in ſuo hoſpitio nactæ ſucceſſores, in quorum Aula majori aureis inſcripta litteris pendet ſuſpenſa Tabula: *In 't Jaer* M. D. XIII. *op Sinte Wilbort dagh ſterf die vrome en eerſame Herman Buſche Schultis to Swolle, die deſe weere gegeven heeft tot een Klooſter te timmeren.* Ante præmemoratam *Eliſabetham de Kinckhuyſen* non niſi ad Annum 1450. innotuit nobis *Margaretham*

Digitized by Google

retbam Wiſſandis hic Prioriſſam egiſſe: aliarum Gubernatricum apud nos nulla memoria.

VI. S. Agnetis ſuburbanum;

Sextum & alterum ſuburbanum propè portam Diſerianam, à ſitu *Op de Maet* nominatum, ſub patrocinio *S. Agnetis* Virgines non Votorum ligulis, ſed ſolo piæ voluntatis nexu colligatas cultrices habuit: quod Gertrudiano ac Silvano Parthenoni coævum obſtetricante præmemorato *P. Henrico Goudano* in ſenio Seculi XVII. enatum eſt: ſub *Fratrum* magiſterio maturuit, Annum 1462. & diem 10. Martii ſignant Litteræ ſtabilitæ fundationis (recenſentur in iis *Aleidis Heſſels* Rectrix, *Lubba de Villeren*, *Aleida Bodikers*, *Nenna Goſwini*, *Gheſa Joannis*, *Katharina Halen*, &c.) quas ſuo calculo cum multarum gratiarum additamento Anno 1464. 1. Mart firmavit *David de Burgundia*, ac denique Anno 1588. ultimâ Belgicarum diſſenſionum tempeſtate interiit: è cujus cadavere oppoſita munitio, *den Suykerberg* vocant, aſſurrexit, & fundus Oppidi foſſâ partim abſorptus partim adhuc ſuperſtes in hortos tranſiit.

a Davide Burg. Traj. Epiſc. confirmatum, in munitionem, hortoſque converſum.

Viſis jam Parthenæis luſtrandum reſtat *Muſarum Hoſpitium*

Gymnaſium Swollanum,

Selectiſſimæ juventutis frequentiâ tritum hoc fuit maximè ſub rectoratu *Joannis Celé*, quem & pietatis & ſcientiæ opulentia *Ven. Gerardo Magno* amiciſſimum reddidit „Erat tunc delectabile in „diebus ejus intrare civitatem Swoll: & electam „cernere multitudinem Scholarium frequentan„tem, *c.* 20. habet *Appendix Chronici Montagnetani*, Brabantini cum Flamingis, Hollandini cum „Friſonibus, Weſtphali cum Saxonibus ſub eo „frequentarunt, Trevirenſes cum Colonienſi„bus, Leodienſes cum Trajectenſibus, Cliven„ſes cum Geldrienſibus ibidem fuerunt, & ex „aliis Villis ac Caſtellis, &c. Ditiores expen„ſas ſuas comparabant foro competenti, paupe„res gregatim mendicando manus laudabant ad„jutrices. Novit Pariſia magna, fatetur Colonia „Sancta, agnoſcit Erfordia, nec ignorat Curia „Romana, quantos ex ſe emiſerit Literatos vi„ros Schola Swollana Magiſtro Joanne uſque „ad canos multi temporis ſtudioſè regente: fe„runt enim hunc Ven. Magiſtrum ultra 40 an„nos rexiſſe Scholares, cujus Biographum *L.* 2. „*Chron Wind. c.* 68. & tribus ſeqq. agit *Joannes* „*Buſchius*.

dudùm celeberrimum.

Ejuſdem Gymnaſii uti & Collegii, quod ibid. pro Muſarum alumnis *Fratres* inſtituerant, honorifica memoria extat apud *Middendorpium* in *Aca*„*demiis Orbis Chriſtiani L.* 2. *pag.* 313 Swolla„nam Scholam obiter præterire non poſſum nec „debeo, quippe ubi me olim humaniter tracta„tum, ac ſub *Joanne Telzio* & *Joanne Lingio* piis „illis quidem & eruditis viris optimiſque Recto„ribus liberaliter inſtitutum, libenter profiteor. „Præclarum ibi *Fratrum de communi vita* ſive *bo*„*næ voluntatis* Cœnobium habetur, quo & ſacræ „concionis & conſcientiæ expurgandæ pietatiſ„que gratiâ crebro juventus ventitat. Egre„gium illi Collegium pro Studioſis adoleſcenti„bus erexerunt, unde doctiſſimi Magiſtratus in „Chriſtianam Remp. prodierunt, qui non modò „Swollanæ Urbi, ſed univerſo Belgio totique „Eccleſiæ Dei uſui atque ornamento exiſterent: „ut meritò omnes boni ac Patriæ publicæque „ſalutis amantes viri hoc iſtorum *Fratrum* Cœ„nobium cum illo Collegio atque Schola hono„rare, tueri, & defendere debeant. Ego qui„dem illi prima qualiſcumque eruditionis meæ „rudimenta libenter accepta fero.„ Dedi verba *Middendorpii*.

De Præfato Collegio, cùm exſtrueretur, in *Oratione ad Scholaſticos Swollanos*, hæc habet *Gerardus Liſtrius* hic trium Linguarum Interpres: „Prætereundum non eſt ſilentio quod longè ma„gnificentiſſimum (ſcil *Fratres*) ædificant Con„tubernium, quod nunc propemodum abſolve„runt: quibus Dii boni laboribus quantiſque ex„penſis! tam ſpatioſum ut ducentos admittat „Scholaſticos, quod haud ſcio majorine Reip. „noſtræ ornamento an cum omnibus Scholaſti„cis tum Pauperibus (in quorum uſum illud æ„dificarunt) ſit futurum commoditati.

[Scholæ Swollanæ ſubnecto Eruditos, quos Zwolla dedit, inter quos numerantur,

ARNOLDUS AB HAERSOLTE, Swollæ natus, J.C. doctiſſimus, qui dedit *Adverſaria de Actionibus tam civilibus quam criminalibus* in partes VII. ſecundum ordinem Pandectarum digeſtis, typis Plant 1583. 8. — Viri eruditi.

FRANCISCUS SONSBEKIUS, Swollanus, J. C. clariſſimus, ſcripſit *Commentarios ad uſus Feudorum*, quos Lovanii Feriis Auguſtalibus publicè enarrarat, excuſos ibidem 1554. fol.

HERMANNUS TORRENTIUS, Swollanus, Alexandrum Hegium nactus Daventriæ Præceptorem, inſignis eâ tempeſtate fuit Grammaticus. Quid eâ in arte præſtiterit vide in *Valerio*. Floruit ſub initium ſæculi decimi ſexti.

LUBERTUS BERNERUS, Swollenſis, inter luminaria prima Clericorum Congregationis D. Hieronymi atque Gregorii in Daventria, diem obiit extremum Zutphaniæ Ann. D. 1398. 8. Kal. Septemb. *Ejus vita & exercitia pia* leguntur cum operibus Thomæ Kempenſis.

PAULUS BUSIUS, *Joannis* fil. Swollanus, in Franckerenſi Academia Juris Anteceſſor, ſucceſſorque *Marci Lycklama à Nyeholt*. Scripſit quædam juridica. Vide quoque *Valerium*.]

HASSELETUM,

Tranſiſulanæ Provinciæ Oppidum ambitu complexuque exiguum, lautum tamen & dives, ac beneficio ſitus & artis contra vim hoſtilem intrepidum: adſidet dexteræ Vidri fluminis ripæ ad tertium à Zwolla lapidem. — Haſſeleti ſitus,

Eccleſia S Stephani Proto-martyris, honoribus dedicata ſub Capituli Daventrienſis patronatu conſiſtit, in qua *Vicariæ*, — Eccleſia S. Stephano ſacra, Vicariæ,

I. *S. Laurentii*.
II. *S. Job*, cui annexum onus IV. Sacrorum.
III. *S. M. V.* & *SS.* IV. *Coronatorum*, cujus Miniſter ad ſacrificales actiones obſtringitur quoties requiritur à Senatu, qui horum trium Sacerdotiorum patronatu gaudet. — Collatores, onera,
IV. *S. Crucis*, quæ trinum Sacerdotii uſum demandat ſuo alumno, quem hoc beneficio beat Paſtor cum Scabinis. — Fraternitas,
V. *S Nicolai*,
VI. *S. Bartholomæi*, utriuſque patronatum obtinent Conſules & Scabini.
VII. *S. Hieronymi prima* ſub Scabinorum patronatu.
VIII. *S. Hieronymi ſecunda*, cujus collatio penes *Muylartios*.
IX *SS. Petri* & *Pauli*, iiſdem collatoribus.
(V.–IX.: Cum debito IV. Sacrorum.)
X. *B. M. V.* ſub *Smithiorum* patronatu.

Et Officium *Fraternitatis*:

I. *Ven. Sacramenti*.
II. *B. M V.*
III. *S. Jacobi*.

[Paſtor

Digitized by Google

Paſtor.

[Paſtor ibi Anno 1571.
JOANNES CORNELII]

Ven. Sacr. Capella; ejus Vicariæ, earumque Collator.

Capella a Ven. Sacramento agnomen obtinuit: ejus & quatuor, quæ hic enatæ ſunt, *Vicariarum* patronatum Tranſiſulaniæ Dominus ſibi vindicat. Natales illius curioſius etiam indaganti non innotuerunt, eos autem ſuſpicor illam à miraculis habuiſſe, quæ hic iterata ſæpius certa relatione didici: conſtat avorum memoria eam publicis votis oneratam ac frequentiſſimo advenarum accurſu tritam, præcipue autem Dominica infra Octavam Ven. Sacramenti, *Weſter Aflaet* dicta, fortè a ſpiritualibus favoribus, quibus hunc diem Eccleſiæ Præſules honorarunt. Poſt abolita Sacra Catholica Reformationis procella abſorbuit hoc afflictorum & miſerorum Aſylon.

S. Spiritus Xenodochium.

Xenodochium Spiritui Sancto adſcriptum in Capella locum conceſſit *Officio* unico, cujus deſervitori quatuor vicibus celebrandum eſt Miſſæ Sacrificium.

Tertiariarum Aſceterium B. M. V. ſacrum;

Aſceterium, quod hic unicum fuit, ab infantia Chriſtiani Seculi XIV poſſederunt Veſtales, quæ à *S. Franciſci tertia Regula* ſub Trajectenſi Capitulo cognomen derivarunt. Eas in Chronico Montis *S. Agnetis c.* 22. ab Hoſpitalitate commendat *Thomas Kempæus*, qui & Præfectum earum *Wilhelmum Segerz*, cùm Eccleſiam needum conſtruxiſſent, Anno 1422. in Montagnetana Canonica ſcribit ſepultum, eique ſuffectum *Gerardum Trecht*. Virginum Reginæ B. V. M. patrocinio nuncupaverant hoc ſacrum Gynæceum, cujus patrimonium, uti & ceterarum Ædium Sacrarum, nunc oppidi Ærario illatum eſt.

ejus origo,

Hæ Colonias ſuas deduxerunt in *Neuſtadt* Lubecenſis Diœceſeos oppidum, quæ felici fœcunditate peperere iterum gemellas Congregationes, unam propè Roſtochium Diœceſis Swerinenſis, & alteram in Emporio Lubecenſi; ſed quæ nunc cadavera ſunt.

O M M A,

Ommæ ſitus, jura,

Sub Sallandica Præfectura Tranſiſulaniæ oppidum dexteræ Vechtani amnis ripæ impoſitum: jus & privilegia Civitatis ab *Ottone* III. Traject. Hierarcha, & à *Florentio Wevelinckhovio*, quibus modò nudatum eſt, Anno 1382. mœnia accepit.

Eccleſia S. Brigidæ ſacra; Collator, Vicariæ, onera, &c.

Eccleſia titulum habet S. *Brigidæ*, & patronum agnoſcit Tranſiſulaniæ Principem cum onere Sacri feria III. V. & VI. in qua *Vicariæ*,

I. *S. Crucis.*

II. *B. M. V.* cujus miniſter Sacrificat in Sabbatho.

III. *S. Antonii*, quæ ſuo deſervitori feria IV. & omnibus prædicabilibus Feſtis demandat Sacerdotii uſum: ejus patronatum poſſidet Parochus cum Scabinis.

priſci, & hodierni ævi Paſtores.

[Paſtor Ommenſis Ao. 1571.
D. ARNOLDUS SLOT.

Ommam, & tractum vicinum a mutato regimine curavit *Simon Ecckhof*, incolens arcem *Vilſteren*, propriam dudùm Prænobili viro *Gerardo van Vilſteren*, Toparchæ in *Laerne*, *Ter ſtraeten*, *Aertſelaer*, &c. eo mortuo per alteram ejus uxorem devolutam ad Comitem de Bergeyck.

Poſt plurimos ea in Curâ difficili ac tenui exantlatos labores, ex phthiſi illic defungitur Paſtor ſenex 18 Febr. Anno 1650. relicta in uſum ſucceſſoris Bibliothecâ ac ſupellectili. Succeſſores ejus,

GERARDUS WEYER, Swollanus, Theologus Lov. & eò decedente, ut Deo ſibique vacaret,
FREDERICUS KLOPPERS]

Xenodochium S. Spiritus cum Vicaria.

Xenodochium *Spiritui Sancto* ſacrum in ſua Capella locum indulſit *Vicariæ Sanctiſſimæ Trinitatis* cum debito Sacri feria IV. & VI. cujus patronatum Anno 1575. gerebat *Erneſius Mulart*.

Parochialitium Ommenſe, & illud ei vicinum.

Parochialem Eccleſiam, quæ eſt in *Ommenſi Fortalitio* ab *Omma* ad ſeſqui milliare diſſito, excitavit innovata Religio; uti & alteram horæ ſpatio diſtantem in Swollana regia in *Lauſſen*.

H A R D E N B E R G A,

Hardenbergæ varium nomen, ſitus, Conditores,

Aliàs *Nieuſtede*, ſiniſtro *Vidri* brachio innixum Tranſiſulaniæ Sallandiæ oppidulum per *Joannem Arckelium* XXXVII. Traject. Hierarcham mœnium decore reſtitutum: *Et oppidum Montis Duri (aut Hedi) quod Hardenbergh dicunt, delecto monte foſſis & propugnaculis munivit, ubi antiquitus municipium & validum & amplum fuiſſe* commemorat, fortè à Romanis conditum, de quo in Annalibus Drenthiæ ad Annum 1339 & 1340. & in ejuſdem Antiquitatibus diſſ. XXVI. *Joannes Picartius*.

Parochia, S. Radbodi, Collatores,

Eccleſia Parochialis, in qua S. *Radboli* viſcera ſepulta annotavit Illuſtriſſimus *Sanboldus*, ex Ordine D. Benedicti à *Nigraquenſium* Præpoſito Rectorem adipiſcitur: in qua non dubitem plurima fuiſſe Sacerdotia, licet unius ſolummodò *Vicariæ* mentionem invenerim, cùm hic ſæpius reſederint Proœmyitæ Traject. e quibus Anno 1393. feria VI. in Paraſceve ibid. in Prætorio ſeu Caſtro, cujus imaginem ad eum annum exhibet *Bocopius*, à ſe magnificè conſtructo obiit *Florentius Wevelinckhovius*, Trajecti ad S. Martini tumulum nactus.

Vicariæ, & Flor. Wevelinkhovii Traj. Epiſcopi ſunera. Capella, vetus, deſtructa.

Capella, quæ oppido imminebat & modò jacet in rudeto, non vanis ſuſpicionibus à *Picardo* ſupra adſcribitur *Pipino*, & inter prima Majorum noſtrorum (poſtquam relicto Idolorum cultu ad Euangelii lucem oculos aperuiſſent) Oratoria reponitur.

Monaſterium Zibekelonſe, B. M. V. in Galilæa dictum;

Monaſterium intra hanc Parœciam in *Zibekelo* titulo B. M. V. in *Galilæa* enatum, hunc in modum Tabularia domeſtica deſcribunt.

ejus initia,

Univerſis & ſingulis præſentibus & futuris notitiam præteritarum rerum de fundatione & initio hujus Domus habere volentibus cunctis fore notum, quod Anno Domini 1406 prout ab Anteceſſoribus noſtris recepimus ac in litteris noſtris conſpicimus, Domus iſta in hac vaſta & ſteriliſſima ſolitudine à paucis quibuſdam ſimplicibus & pauperibus, ſeu, ut ita loquamur, ſecundum ſeculi ſapientiam ſtultis hominibus, quorum divinæ pietatis incomprehenſibilis clementia corda ad hoc commoverat, in inaudita paupertate & ſimplicitate fuit inchoata & fundata nullo ſpeciali fundatore, ut fieri ſolet, ad hoc eos adjuvante licet diverſarum utriuſque ſexus perſonarum copioſa eleemoſynarum largitione divina adminiſtrante gratia in ſtatum, qui nunc conſpicitur, ſurrexerit & excreverit: quorum quidem primorum Fratrum ſimplicitatem ſeu paupertatem ex ſubſequenti narratione cujuſdam evidenter licet intueri, qui cum primis initiatoribus præſentem ſolitudinem divina inſpiratione aggreſſus, poſtea matrimoniali vinculo aſtrictus ad ſeculum eſt reverſus, qui ob rogatum quorumdam & præcipuè primi Prioris de prænomi-

nata inchoatione Hiſtoriam talem contexuit, prout in quadam Chartula manu ſua ſcriptam invenimus in hunc modum.

Deſcriptio. ROGATUS & coactus à dilecto Priore iſtius loci, ut eo minus lædat & tædeat vos, ſi aliqua difficilia vobis occurrunt: ſic incepimus iſtum locum, qui anteà fuit horribilis, deſertus & inhabitabilis ab origine Mundi, quia nunquam vidimus hîc aliquod veſtigium habitationis humanæ creaturæ, & fuit aquoſus multum, ſic quod graviter potuimus venire de uno latere ad aliud. Venit quidam devotus Presbyter de Haſſia nomine *Joannes Clemme*, qui multum deſideravit iſtum locum, & alius quondam Cuſtos Daventriæ Eccleſiæ S. Nicolai ad Ven. & Religioſum virum Priorem Regularium Zwollis cum adjutorio honeſti viri *Gerardi ten Buſſche* morantis extra muros Civitatis ejuſdem. Procuravimus primò Decimas groſſas & minutas perpetuè annuatim pro uno groſſo Regis Franciæ à Venerabilibus viris Decani & Capituli Daventrienſis (Litteræ ſignant Annum 1406 & feriam v. poſt Epiphaniam) Inſuper omnes libertates Eccleſiaſticas pro uno groſſo Flandrienſi à benevolo & religioſo viro *Gotfrido Boſijckens* Ord. S Bened. Curato in Hardenbergh cum conſenſu Præpoſiti & Capituli Nigræ Aquæ, (erat is *Ghiſelbertus van der Heute*, Litteræ habent Dominicam infra Octavam Corporis Chriſti) qui idem Curatus præparavit nobis per multum tempus panem & potum in Domo ſua, & miſit illac tam propinquè ſicut potuit, ut ulterius portaremus ſupra dorſum: deinde præparavimus omnia utenſilia & victualia in Domo Gerardi prædicti Zwollis, & perreximus primo in die Cineris poſt meridiem.

Progreſſus, ANNO Domini, ſicut in Privilegiis habetur, apud Caſtellum Rechtere ad Domum cujuſdam *Vicarii* nomine *Diderici Duercoep*, qui multum lætabundè nos accepit lavendo bonis ſuis & proprio corpore, ſed ſicut poſtea ſe exhibuit mane facto perrexit nobiſcum in Beerze ad Domum honeſti viri militaris Diderici de Voirſt, qui gratioſè nos ſuſcepit & dedit nobis expenſas per XIV. dies: qui idem immediatè dedit nobis parvam Domum, quam depoſuimus, & poſt meridiem reſtauravimus in loco propinquiori, ubi ſperabamus viam præparare, quam domunculam Dominus Johannes Klemme *Marienborch* nuncupavit, cujus parietes cum ceſpitibus munivimus: ibi jacuimus ſuper terram uſque Philippi & Jacobi, & cepimus fodere à rivulo Vechtæ ad illam domunculam: & tunc venit ille dilectus Curatus de Hardenbergh cum omnibus ſuis civibus & mercenariis expenſis propriis celebrata Miſſa in crepuſculo & foderunt ultra LXXX. virgas una die. Et tunc incepimus pergere ad iſtum Sanctum locum, quem diu deſideravimus: accepimus nobiſcum victualia, quantum potuimus portare, unus tranſivit iſtac, alius illac, unuſquiſque quæſivit meliorem viam, & tunc fuerunt nobiſcum omnes iſti antea præſcripti, & incepimus ædificare habitationem primam ſuper quatuor arbores ſtantes in recta linea deſuper amputatos in parte occidentali propter locum agriculturæ ibi magis aptum, qui locus poſtea nominatus eſt Antiquum Clauſtrum, & omnia ligna illius Domus portavimus à palude orientali ſuper humeros noſtros, quod adhuc non habuimus currum, & tectum totum de myrica. Jacuimus autem per duas ſeptimanas ſub divo, & quaſi continuò pluit: erat autem ibi magnus cumulus formicarum miræ magnitudinis ad altitudinem unius hominis, latitudine decem pedum, quem circumpoſuimus igne, ut deſtruerentur, quia fuerunt juxtà habitationem noſtram, circa quem ignem jacuimus per alias duas ſeptimanas requieſcendo in nocte, & quando exſiccavimus nos ab una parte, tunc humidi fiebamus ab altera, quia quaſi continuè pluit: erat autem capſa noſtra cibariorum ſaccus pendens in arbore propter mures & vermes: attulerunt tres vel quatuor quotidie ex noſtris de Marienborch cibaria nobis & potum, deviantes in via unus hic, alius ibi, quilibet quæſivit viam meliorem, & ſic tardè venientes eſurivimus & ſitivimus, venientes autem immediatè ebibimus totum & poſtea bibimus aquam. Creſcente autem paſcua attulimus beſtias & pecora nobis data in numero quadraginta vel circiter, & propter difficultatem viæ & defectum potus attulimus unum cacabum & vas & farinam & braxavimus tenuem potum, unde multum exultavimus: conſummatoque primo cùm braxavimus ſecundariè, non habuimus aliquod vas ad imponendam fecem de primo, ut invitè effunderemus ſuper terram, quia habuimus duos porculos ter Marienborch: effudimus autem fecem in ſacco, ut denſior pars obtineretur. Unus Fratrum portavit ſemel unum ſcepel ſiliginis Hardenborch ad molendum, & reportavit, unde braxavimus tenuem potum. Fuit autem illud deſertum circulariter tam mollis & aquoſa, quod raró aliquis pertranſivit ante illum aquæductum, quin fuit quaſi exanimis, quod bis accidit cum illo honeſto viro Domino Swedero Canonico Oldenſalienſi, qui contulit nobis majorem partem Domus agriculturæ & multa alia bona, & credo quod Fr. *Didericus Duercoep* aliquando probavit. Et propter iſtas difficultates & labores incepimus unum parvum aquæductum facere verſus Vechte ad probandum utrum aqua vellet declinare illac, quia ſemper antea declinavit verſus occidentalem partem, & quia multum timebamus utrum vellet illac declinare vel non, fecimus illum aquæductum in latitudine duorum pedum profunditate unius quaſi in recta linea ſicut viam ſperabamus poſteà præparare. Venit autem quidam carpentarius, qui præparavit nobis unam parvam naviculam, quam nominavit *borve*, eo quod leviter evertebatur, cum qua traximus inter nos quatuor vel quinque panes unius modii, unde multum gaviſi ſumus, quod non erat nobis opus ulterius ſupra dorſum portare: traximus autem illam parvam naviculam indifferenter ſupra aridam terram ſive ſupra aquoſam. Requievimus ſupra terram in mirica à Philippi & Jacobi uſque ad Feſtum Margarethæ Virginis: tandem venerunt ſerpentes & viperæ dormientes nobiſcum, & ab illis coacti fecimus parva ſcamna ſuppoſitis tegulis & miricà, ſuper illa dormivimus: poſt hoc paravimus unum currum, cum quo duobus bovibus tranſtulimus de uno loco ad alium quicquid habuimus. In loco autem prædicto ædificavimus unam parvam Capellam, in qua in Feſto S. Virginis Margarethæ primam Miſſam in honorem Omnipotentis Dei cum magna devotione celebravimus, quam Matthias Buduanenſis Epiſcopus unà cum tribus Altaribus & Cœmeterio conſecraverat, cujus litteræ præferunt Annum 1406. diem verò XXIII Octob. Ubi interfuerunt omnes vicini tam nobiles quam alii numero CCC. L. circulariter habitantes, quos omnes ſufficienter refecimus virtute mirabili Dei Omnipotentis, quia tot fragmenta ſuperaverunt in cibariis & potu, quod

quod multum mirabamur. Non habuimus olera per alterum dimidium annum, habuimus autem fabas pro potagiis per longum tempus: Glebam unde fecimus primum furnum attulimus de Beerze per longum tempus cum magno labore. Anno ſecundo incepimus ædificare in loco illo vulturnali ſicut ab initio concepimus. Tranſveximus de Barlehaere duos lapides Altarium mirabili & incredibili modo, habuimus illo tempore foſſatores ſic quod fuimus inter nos XII. vel XIII. quilibet noſtrorum accepit tot tegulas in brachiis ſuis quantum portare potuit, & illos ſuppoſuimus ſingillatim retro boves ſub curru, & cito recurrendo reaccepimus, & iterum ſupponendo, ſic quod currus ſemper per illas tegulas. Habuimus unum reverendum cocum, qui miſcuit nobis omnia potagia aliquando, ne perirent, in unum, fabas, pultem & olera ſimul in una olla, ſic quod non poteramus conſiderare quid fuit: interrogatus ſemper dixit: potagium eſt: & piſtorem, qui miſcuit in paſtam omnem fecem de cerevisia & de tenui poto, quando pinxuit, & fiebat optimus panis. Corrigatis de incongruo propter Deum, quia non dictavi infra triginta annos tantum Latinice: Orate pro me dilecti Fratres, coactus à relicta mea receſſi ab hinc, ſum tamen mentalis multoties vobiſcum, &c. Hæc è MS. Monaſterii hujus Codice, è quo Seriem Priorum ſubnectam, ubi Litteras Fundationis præmiſero.

Fundationis Tabula 1. Prima hinc præfert titulum: Reſignatio hæredum *de Bergentbem* loci *de Zybeckeloe* cum attinentiis ſuis coram Judice in *Hardenberch*, & confirmatio ejuſdem Judicis.

Ic Rolof ten Zande in dier tijt geſworen richter ten Hardenberge ons lieven genadigen Heren van Utrecht, maken kundich allen luden en tughen mit deſſen openen brieve, dat voer my quamen in 't gerichte van den Hardenberghe in eynen gehegeden heymael vor Kornoeten en gerichtes lude hier na beſcreven Juncker Henric van Grammesberge, Albert Kornute, Korte Fenne en Egbert hoer echte man, Geert Waterman, Robert Myddelſtorping, Schele Maes, en Johan Pademan, en bekanden des eenpaerlijc mit horen vryen moetwillen vor hem en vor alle hoer rechte erfg dat zy hebben avergezien dat al guet koemende is van Gode van Hemelrijcke, en geen guet wiſſer en mogen hebben, dan dat ſy Goede geven, en van den zijnen mededeylen: En want onſe lieve Heer hem zelven rekent gedaen zo wes men zinnen minneſten doet in zinen namen. Hierom hebben zy merckende guetwillicheit en minne eens eerbaren Preyſters geheiten *Johan Clemme*, de hy heft onſen Heren Goede to dienen en ander lude to den dienſte Goedes to trecken, den ſelven her Johanne en den genen de hy van Preyſteren en anderen guetwilligen menſchen tot hem nemen wil, om Goedes willen, gegeven en geven ſlecht van der hant tot erflikerbezittinge al alzodanich recht en to zeggen, alze zy en hor vorvaren hebben gehat en hebben an der wilderniſſe geheyten Zebbekeloe, gelegen inden lande van Zallant mit torve, mit twijgge, mit water, mit weyden, mit holte, mit velde, mit alle zijnen tobehoren hoege ende ſiedealzo alze dat gelegen is, to hebben, en to bruken, to bezitten en to maken tot hoer beſter orbaer, daer op to tymmeren en to wonen, en ene vorgaderinge van gueden menſchen de onder den gebo len Goedes en der Hijligen Kercken willen leven en hoer broet mit arbeydene wijnnen, daer to hebbene in alzulken ſchijne en vorwaerden dat Her Johan vorſ. en de gene de hi tot hem nemen wil en hoer nacomelijnge hoer woenſtat op Zibbekeloe vorſ hebben en holden zullen. En want zy deſſe voerſz. ſtede en guet deſen vorſ. guden luden alſo gegeven hebben, dat men daer af onſen Heren Goede aldaer denen ſal mit miſſen en anderen gueden werken alze geeſteliken luden tobehoert, zoo zint oec vorwaerden, waert ſake dat zy tot meere eeren Goedes enen confirmierden oerden aennemen of hulp en raet daer to en om meere ſtanthaſticheit hoers guden begryps onder eenen orden ſic ghaven, dat zy dan dat vorſ. guet of dat daer af komt, oft datmen daer oppe winnet en verwervet, nerghent van daer tot anderen ſteden vortrecken en zollen dan tot behoef der vorſ. woenſtede en der geenre de daer op wonen, en dat ten mynſten al daer mit anderen guden luden weſen en woenen ſullen een Pryeſter of twe ten dienſt Goedes daer daeghelix to doen, en den anderen guden luden eyn onderſtant in geeſtelijcken dijngen to weſen als dat behoerlijken iſt, ſunder alle argeliſte. Voert meer waert ſake, dat dit neet geholden en woerde alſe vorſ. is na dien dat de vorſ. ſtede volcomelijken begrepen en to gemaket is, zoo ſal deſe breef en alle giftinge de hier in begrepen is, doet en ongegeven weſen, alſe was voer gifte deſes brieves, en ſal Zebbekeloe mit al ſijnen toebehoren, alle vorſ. is weder comen an onſe erve en tot eenre gemeente liggen tot behoef der geenre, dien de erve dan tobehoeren de her to daer an gewaert hebben geweſtet ſonder yemants weder zeggen. En Jonker Henric van Grammesberge, Albert Kornute, Korte Fenne, en Egbert hoer man, Geert Waterman, Robert Middelſtorping, Schele Maes en Johan Pademan hebben vor ſic en vor hor erfg. Heren *Johan Clemmen* en anderen Preyſteren en guden menſchen overgegeven, geveſt en opgedragen in mijne hant alſe in gerichtes hant, en hebben uytgegangen der erfnis en wilderniſſe to Zebbekeloe vorſ. en daer van vertegen mit ordel en mit rechte, mit hande en mit monde erflick, ewelic en ommermeer alle van rechten ſolden to behoef Heer *Johan Clemmen* en anderen geeſtlijcken luden en hoer nacomelingen vorſ. alſo onſen Heere Goede al daer to denen en vor ſy en hoer erfg. Goede to bidden, in alre maten alſe vorſ. is, al argeliſt en nije vonde hier in uyt geſproken. Hier waren over en an alſe Koernoeten en Gerichtes lude Eerenſt van Redeze, Gheert ten Buſche, Gheert van der Kibbruggen ende Gheert de Vreze, en anders gueder lude genoech. In verkunde en tuech der waerheit zo heb ic Rolof richter vorſ. mijn Zegel an deſſen breef gehangen om bede willen Jonker Henrix, Alberts, Fennen, Egberts, Gheerts, Robertes, Maſes en Johans vorſ daer wy Henric van Grammesberghe en Albert Kornute vorſ. vor ons en vor onſe erfg. onſe Zeghele hebben mede an deſen breef ghehangen, alle deſe vorſ. ponten ſtede en vaſt to hoelden: daer wy Fenne, Egbert, Gheert, Robert, Maes en Johan vorſ. mede onder gelien aller deſſer vorſ. ponten voer ons en onſe erfg gegeven in den jaer ons Heren duſent vierhondert en vive, op Sante Barbaren dach der hiliger Joncvrouwen.

Wy *Gheert* de Haveſche en Hadewijch mijn echte wijf, maken kundich allen luden dat wy mit gueden beraden en ganſen wille overgegeven hebben, en overgeven vor ons en vor onſe rechte erfg. om Goedes willen onſe waerſchap ende recht dat wy hebben an Zebbekeloe, de wy hebben van onſer waer en erve to Bergenthem Her *Johan Clemmen* en de hi mit hem nemet van geeſteliken luden onſen lieven Heere God al daer to denen in alſodanen vorwaerden en manieren, alſe deſe principael breef inholt, daer deſe breef een transfix of is en dor den principael breef geſteken. In oerkunde en teuch der waerheit ſo heb ic mijn zegel vor my vor Hadewyge mijn echte wijf en voor al onſe rechte erfg. an deſen breef gehangen, daer ic Hadewich vorſ. mede onder gelve aller vorwarden vorſ. gegeven in den jaer ons Heeren duſent vier hondert en zeſſe, des Donredages na *Invocavit*.

II. Secunda habet hanc Inſcriptionem: Reſignatio Hæredum de *Beerze* loci de *Zybekeloe* cum attinentiis ſuis coram Judice in Ummen, & confirmatio ab eodem Judice loci noſtri de *Zybekeloe*. Ea facta eſt Anno 1405. in feſto S. Nicolai ſub Judicatura *Alberti de Averbeyne* per *Deric van Voerſte*, *Berent de Rode*, *Gheert de Gruter*, *Wycher de Haveſche un Beerte ſiju echte wijf*, iiſdem omnino verbis & conditionibus, quas altera exprimit, hac ſolummodo immutata, quod Congregatione ſeu Monaſterio evaneſcente fundus cum annexis revolvi debeat ad Hæredes pro tempore *de Beerze*.

III. Tertia hac epigraphe notata eſt: Conſenſus & Reſignatio *Egberti* Domicelli *de Almeloe* & *Beatricis* matris ejus loci de *Zybekeloe* cum attinentiis ſuis ſub conditione &c. Quæ coincidit cum præcedentibus, & requirit ut diſſoluta Congregatione redeant omnia ejus bona ad Almeloanum Dynaſtam: ſignata eſt Anno 1406. in feſto S. Gregorii Pontificis & Doctoris.

E quibus eluceſcit hunc fundum incerti tunc fuiſſe Domini ſive Dominium ejus ſibi à pluribus arrogatum, undè & Almeloenſis Toparcha eum, qui Fiſco ceſſerat, haud ita pridem at irrito ſucceſſu ſibi appropriare conatus eſt.

Nunc ad Aſceterii hujus Nutricios progrediamur.

primordia. Anno à Nativitate Domini 1406. Domo iſta in maxima paupertate a paucis inchoata primo rexit eam ſex annis tam Rector quam Prior

Rectores. F. JOANNES BUNINCK, Regularis in Bethlehem Zwoilis profeſſus, à ſuo tunc Priore *Joanne de Wael* dicto cum quibuſdam aliis Fratribus ejuſdem Domus ad hoc directus. Qui Prior *Joannes de Wael* vir admodum ſagacis ingenii exiſtens ad hunc locum primò manum appoſuit, illius devoti Sacerdotis primi initiatoris *Joannis Clemme* dicti fideliſſimus promotor in omnibus exiſtendo & *Ordinem Regularium* primò in eo erigendo. Et poſt ſex annos loco iſto de Ordine Regularium ad *Ciſtercienſium* tranſlato idem *Joannes Buninck* adhuc præfuit Prior quinque annis vel circa, vir pius & mitis & in paupertate ſuſtinenda longanimis.

II. F. JOANNES CLEY Sacerdos ſecularis & quinquagenarius de propè Steinvordiam oriundus Anno Domini 1407. in Iſelſtein profitetur, & Anno Domini XIIII. Monaſterio de Warmonda inchoato primus Prior efficitur, & non multò poſt ibi officio cedens huic loco tunc vacanti eligitur in Priorem: vir ſtrenuus & ſingularis devotionis, tribuſque annis in regimine hujus Domus] vel circa ſollicitè peractis in Abbatem Scholæ Dei aſſumptus eſt. Sed poſt paucos annos Abbatiæ cedens in hoc loco profeſſus eſt, & poſt hoc ſecundariè in Warmonda Prior eligitur, ibique poſt annos duos ceſſit officio & ad hunc locum rediit, ubi in bona ſenectute centum quaſi annorum vitam finivit. Anno Domini 1445. ipſo die Galli Abbatis.

III. F. JOANNES BUNINCK rurſus eligitur, tantùmmodo per annum & circa in officio perdurans de peſtilentia moritur Anno Domini 1421. Nón. Jun pluribus de Fratribus & præcipuè Laicis in eadem peſte eum ſecutis.

IV. F. JOANNES LEYDIS de Ordine Teutonicorum in Iſelſtein in principio loci profeſſus, & ibid. per aliquot annos Cellerarius & Prior, ſub quo & Warmonda cœpit ex Religioſis ſuis Fratribus de Iſelſtein ibi per eum conſtitutis, ubi & ipſe poſt plura etiam Prior factus, huic loco ſic vacanti Prior de Warmonda eligitur aut potius poſtulatur: vir prudens & religioſus, Deo & hominibus non parum dilectus, non gaudens murorum erectione ſimplicitatis amator, ſed morum inſtructione Religionis zelator, quia ſub eo regularis obſervantia primitus in hoc loco cœpit: & ſuper omnia non quærens quæ ſua erant ad Dei honorem promovendum & animabus lucrandis uſque in finem ſingulariter fervebat, quod optimè patuit in reformatione Monaſterii de Jeſſe & Beurlenſium Monaſteriorum ad Ordinem noſtrum tranſlatione, rebus & perſonis etiam ſibi neceſſariis minimè parcendo. Etiam fuit præ cæteris Patribus principalis practicator & promotor trium Monaſteriorum invicem colligationis propter humilitatem & ſimplicitatem perpetuè ſervandam. Qui poſtquam ſtrenuè præfuerat huic loco 29. annis obiit in ſenectute laudabili uſque in finem devotus Anno Domini 1456. Kal. Aug. ſuæ verò ætatis LXXIII. plus minus.

Colligationis ſeriem interſero.

Nos Fratres *Joannes* Abbas Monaſterii Campenſis & Boyngus Abbas Scholæ Dei Ord. Ciſterc. Colon. & Brem. Diœceſ. univerſis præſentia viſuris, audituris vel intellecturis: cupimus fore notum publicè proteſtando, qualiter pro parte religioſorum PP Priorum & Fratrum Monaſteriorum Montis Dominæ noſtræ in Iſelſtein, *B. Mariæ in Galilæa* de Zebekelo, *Portus B Mariæ* in Warmonda Ord. præmiſſi Traject. Diœceſ. fuerat coram Ven. & R. P. D. Ciſtercii generalis noſtri Capituli fungente auctoritate propoſitum, quod ipſi PP. & FF. præmiſſi omnium Domino, cui ſe devoverunt, in victus parcitate & veſtitus vilitate juxta Ordinis Ciſtercienſis inſtituta purè deſervirent: ſed quia nonnulla in eiſdem continentur Statutis, quæ ipſorum Sancto propoſito minimè congruerent, quatenus idem Dominus Ciſtercii auctoritate ſua præmiſſa ipſis aliqua de eiſdem Statutis immutandi & quædam de novo inſtituendi licentiam & auctoritatem gratioſè vellet impertiri. Dominus igitur Ciſtercienſis hujuſmodi eorum Sancto congaudens propoſito nobis auctoritatem ſuam litterali teſtimonio, in forma quæ ſequitur, legaliter indulſit, cujus quidem auctoritatis tenor noſcitur eſſe talis. — Colligationis ſeries.

Nos F. *Joannes* Abbas Ciſtercii Gen. Capituli Ciſterc. fungens auctoritate Religioſis in Chriſto nobis dilectis Coabbatibus Campenſi Colon. Diœceſ. & Boyngo aliàs Abbati in Schola Dei, ſalutem in Domino & in commiſſis diligentiam laude dignam. Ad noſtrum noveritis auditum certa relatione deductum, qualiter dilecti

lecti filii noſtri & Fratres Domini Priores Monaſteriorum in Iſelſtein, Galilæa aliàs in Zebekelo & Warmonda Ord. noſtri Ciſter. Traject. Diœceſ. cum eorum ſuppoſitis toto niſu omnimodæ puritati regularis obſervantiæ juxta primas Ordinis noſtri traditiones & inſtituta nituntur inſervire: de quorum laudabili propoſito, cùm filius ſapiens gloria ſit patris, ipſis paterno congaudemus affectu fiduciam in Domino gerentes quemadm. Ordinis noſtri Ciſtercienſis ſacra inſtitutio à paucis fuerat initiata & in condenſam ſilvam, prout ad oculum cernitur, Domino cooperante profecit, ſic paucis benè regulatis in partibus inferioribus poſſe numerum Deo in Ordinis puritate deſervientium exſurgere copioſum, puſillus enim eſt grex cui Pater diſpoſuit dare Regnum. Eſt verum quod pro parte dictorum Priorum & ſuppoſitorum eorundem fuerat coram nobis propoſitum, quod, ut Deo liberiùs, cui ſe ſolemni voto devoverunt, poſſent deſervire, vellent more Sanctæ plantationis Ordinis Carthuſienſis perpetuò includi, Prioribus & Procuratoribus eorumdem, quorum ſollicitudini exteriorum incumbit ſollicitudo, duntaxat exceptis: etiam quod aliqua in diffinitionibus novellis & annalibus continentur Statuta ipſorum ſancto propoſito minimè deſervientia, & nonnulla ipſis juxtà qualitatem Patriæ ad conſequendum ſui ſancti propoſiti laudabilem finem in ipſis ſtatutis nondum continerentur. Nobis igitur humiliter & devotè ſupplicare fecerunt, quatenus ad præmiſſa ipſos licentiare atque in ipſis auctoritate noſtra præmiſſa diſpenſare dignaremur. Nos verò, quia de præmiſſis, prout voluiſſemus, ad plenum non poteramus informari de veſtra legalitate & ſagaci providentia plenariè confiſi vobis his præſentibus damus in commiſſis, quatenus perſonaliter auctoritate & vice noſtra imò Capituli Generalis accedatis unum præmiſſorum Monaſteriorum, quod magis decreveritis eligendum. Et convocatis aliorum duorum Monaſteriorum Prioribus cum tribus de ſuis domibus ſenioribus, & auditis juxta præmiſſa ipſorum motivis, & rationibus diligenter examinatis, quæ ad Dei honorem & Ordinis noſtri Ciſter. decus unà cum dictarum Domorum Prioribus & Fratribus ſibi ut præfertur adjunctis vel ſaltem majoris partis aſſenſu, etiamſi præter Ordinis noſtri inſtituta fuerint, vel aliquibus, ut præmittitur, obviantia, & quæ ipſorum ſancto propoſito magis videritis poſſe deſervire, in quibus veſtras & ipſorum oneramus conſcientias, decreveritis ordinanda, deſtituenda & inſtituenda ſecundum Deum & rectam rationem vobis vices noſtras & auctoritatem, qua fungimur, Capitularem ad confirmandum ea, his præſentibus gratioſè impertimur. In præmiſſorum igitur fidem & teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus ex certa ſcientia duximus appendendum. Datum in Sacro Sancto Conſtantienſi Concilio Anno Domini 1417. quinta die Menſis Julii, Sede vacante.

Poſt quarum quidem litterarum præſentationem nos Commiſſarii præmiſſi convocandis convocatis, & in Monaſterio B.M. in Galilæa de Zebekelo præmiſſo in unum juxta commiſſionis formam nobis traditam congregati, Articulos quos maturo præhabito conſilio judicarunt penè omnium voce ſuo ſancto poſſe deſervire propoſito inibi conceperunt, & nobis humiliter ipſos examinandos atque confirmandos auctoritate nobis decreta obtulerunt. Nos igitur ipſis diligenter inſpectis & examinatis invenimus ipſos non nimium à communibus Ordinis inſtitutis, ut patet luculenter inſpicientibus, exorbitantes, quorum quidem Articulorum tenorem hîc decrevimus inſerendum, & eſt talis.

Imprimis quod iſti tres Conventus in perpetuum maneant Prioratus, & in omnibus actibus, & obſervantiis ſuis intus & extra ſint uniformes, & in habitu colore albo vel gryſeo ſolùm perfruantur in Monachis & Converſis, & quoad Donatos habitus uniformes habeant. Articuli eis præſcripti;

Item poterit liberè fieri electio de una iſtarum trium Domorum, excepto quod Priores non eligantur, vel Prior de Jeſſe, & Prior Electi eum inducere debet, ut conſentiat electioni de ſe factæ.

Item ſi aliquis fuerit extra gremium Conventus ritè & Canonicè præſente Viſitatore electus in Priorem, ſtatim Monachus illius Domus cum decreto electionis ſub ſigillo Conventus mittatur ad Electum, qui Electus conſentiens vel ad conſenſum inductus accedat ad Viſitatorem in quocunque Monaſterio ipſum habere potuerit ſaltem noſtri Ordinis, recepturus ibidem ſuæ electionis confirmationem, & poſt ea diſpoſitis diſponendis ſe transferat ad Domum ad quam electus eſt.

Item nullus eligatur in Priorem, niſi prius per triennium in una iſtarum trium Domorum laudabiliter fuerit converſatus, ſine conſenſu trium Conventuum iſtorum vel majoris partis uniuſcujuſque Conventus.

Item Prior noviter electus promittat, antequam confirmetur, quod contra Statuta noſtræ mutuæ colligationis non impetrabit per ſe vel per alium, in parte vel in toto.

Item Prior electus & confirmatus ſit in victu & veſtitu & aliis obſervantiis Ordinis intus & extra humiliter Fratribus conformis.

Item certo tempore anni, quando viſitatio uni iſtarum Domorum primo eſt impendenda, Prior illius Domus Viſitator cum duobus ſociis à ſuo Conventu ſibi electis ad eandem veniet, ſimiliter & tertius veniet Prior, cum duobus ſociis ſimiliter electis ibidem præſens erit: tunc ibi tractatus erit per duos ſaltem dies de ſtatu ſingularum Domorum, ſi quid fuerit emendandum tam in capite quam in membris: & primo fiet tractatus de Priore & Domo ejus ubi ſunt præſentes, quo incepto Prior exibit locum, ubi alii Priores convocati cum ſuis Fratribus conſidebunt, tunc venient à ſenioribus incipiendo Fratres illius Conventus & recitabunt ſingula emendanda ſuæ Domus, & an Prior retinendus fuerit vel abſolvendus ſecundum ſuas conſcientias ſuum ſentire intimabunt, cauſas ſuper hoc allegantes, quibus intimatis & allegatis alii duo Priores cum Fratribus ſuis ſuper propoſitis ſingulis deliberabunt, & ſi major pars Conventus Priorem abſolvi petierit, & cauſæ legitimæ & ſufficientes pro religionis & pacis conſervatione eorum judicio fuerint, Viſitatori committent, qualiter ſuper ſingulis propoſitis faciet, & quod majori parti Conventus ſatisfaciens Priorem abſolvat, quam quidem abſolutionem unuſquiſque Prior in primo Capitulo viſitationis humiliter venia antecedente petat: quo facto Prior illius Domus cum duobus Fratribus à ſuo Conventu electis, qui convocationi interfuerunt, ut ſupra reintrabit: tunc alter Prior, cui Domus juxta tempus eſt, conſequens exibit, Fratres verò ejuſdem ex parte ſui Conventus Litteram ſigillatam ſigillo Conventus tunc oſtendent, in qua ſinguli Fratres de ſtatu Domus ſuæ & de Priore ſuum ſentire intimabunt, qua lecta & intellecta, etiam tunc iſti duo Fra-

tres exibunt, & tunc alii duo Priores prout ſupra per omnia procedent: de tertio quoque Priore & ejus Domo conſimiliter fiat.

Item admonemus, ut Fratres eligantur in ſocios convocationis & viſitationis, qui in conſiliis dandis prudentes ſint & diſcreti, ſeipſos non quærentes, ſed quæ Jeſu Chriſti, qui in actibus prædictis æqualis cum Prioribus ſint auctoritatis. Si verò aliquis Prior inciderit aliquam cauſam depoſitionis in libris Ordinis contentam notoriè, irretractabiliter deponatur.

Item inſtante tempore, quo prima viſitatio eſt facienda, & electis Fratribus qui ad convocationem tendere debent, quilibet Subprior aſſidentibus ſibi his Fratribus ſaltem duos interpolatos habeat tractitus cum Conventu in publico & privato de capite & de aliis in Domo ſua emendandis, qnibus terminatis Fratres ituri ad convocationem recipiant ventilata ſub ſigillo Conventus tradituri & propoſituri Patribus & Fratribus ad convocationem venturis, & tractatus ibidem & in convocatione habendi maneant Capitulares, & quicunque aliquid extra revelaverit incidat pœnam ſecreta Ordinis revelantibus inflictam.

Item Prior abſolutus maneat in Domo, in qua præfuit, vel ſi de alia Domo aſſumptus eſt, ad eandem redeat, vel ſi alium Priorem cum Conventu noſtræ colligationis liberum ad ejuſdem receptionem invenerit, ad eoſdem tranſire poteſt.

Item in qualibet viſitatione facienda eligatur à Conventu ſocius Viſitatori, qui in actu viſitationis cum ipſo æqualis ſit auctoritatis, ſicut ſuperius eſt tactum.

Item Subprior & Fratres ſecluſo Priore poſſunt eligere unum Monachum de propria Domo illis familiarem voto obedientiæ altrictum, per quem intimare poſſunt omni tempore Viſitatori defectus vel pericula Domus ſuæ, ſi opus fuerit, & hoc literaliter fiat.

Item majores Officiales, ſcilicet Subprior & Cellerarius, in qualibet viſitatione petant abſolutionem officii ſui, quos Viſitatores abſolvere poſſunt, ſi viſum fuerit expedire de conſilio ſeniorum, reſervato tamen cuilibet Priori & Conventui jure inſtitutionis Officialium poſt receſſum Viſitatorum.

Item Monachi reſtringantur quo ad emiſſionem, ſcilicet ſi aliquis in cauſam emiſſionis inciderit pro culpa in unam trium Domorum mittatur, & in illa corrigatur, & ultra non mittatur niſi de conſenſu ſui Conventus & aliorum duorum Priorum.

Item nullus Monachus impetrabit privilegium transferendi ſe ad aliquod Monaſterium noſtri Ordinis niſi ad unum iſtorum trium.

Item admonentur Fratres iſtorum trium Conventuum de non exeundo Clauſtrum, uſus B. *Bernardi*, & diffinitiones Capituli generalis ſolito melius obſervare, & ut Priores pro modulo ſuo eiſdem, quantum ad hoc ſint exemplares, monentur & ipſi levi occaſione non exire: & quando exituri ſunt & præcipuè exterius pernoctaturi Subpriori aut Cellerario innoteſcant, cauſam ſimul ſi expediat intimantes, imò, ſi aliquanto longius ſunt ituri & diutius moraturi, de ſcitu plurium vel totius Conventus hoc faciant, ſi viſum fuerit expedire.

Item maneat in diſpoſitione Prioris legere de ſtatutis vel privilegiis, quæ eos tangunt annuatim in Capitulo, aliis dimiſſis, ſcilicet de Studentibus, de Monialibus ac ſimilibus.

Item ſalvo judicio melius ſentientium ſeniores Monaſteriorum, qui melius noverunt interiora & exteriora Fratrum & Monaſterii, videntur Subprior, Cellerarius & duo Confeſſores per Priorem ordinati.

Item numerus Converſorum non excedat dimidietatem Monachorum, niſi profectus & neceſſitas loci fuerit, nec tamen ſine conſenſu trium Priorum fieri licet.

Item Præbendarii non recipiantur niſi de conſenſu trium Conventuum vel majoris partis uniuſcujuſque.

Item ad humilem inſtantiam Domini Boyngi, quondam Abbatis in *Schola Dei*, devotæ noſtræ Sorores Sanctimoniales in *Jeſſe* cum perſonis ſuis præſentibus & futuris inibi regularibus in ligam iſtam ſunt admiſſæ ſub forma tali: Primo in actu & habitu, colore & ſingulis obſervantiis Fratribus prædictarum Domorum conformabilibus ſint concordes & uniformes, & ipſæ Sorores ut jam cœperunt ſub perpetua permaneant clauſura. Secundo Prior & Fratres Domus d. Zebekelo pro ſe & ſuis ſucceſſoribus bona fide & ſolemni prævia ſtipulatione promiſerunt ipſum antedictum Monaſterium Sanctimonialium à ſua ſollicitudine Paſtorali non deſerturos. Tertio deputetur ſingulis annis in Convocatione Priori de Zebekelo, ſi requiſierit, per Convocatos Prior de *Iſelſteyn* vel de Warmonda, vel alter diſcretus Frater iſtarum duarum Domorum, qui ſecum locum de *Jeſſe* in æquali auctoritate viſitet. Quarto confeſſor prædictarum Sororum ſingulis annis Convocationibus interſit delaturus ibidem & propoſiturus convocatis, ſi quæ habuerit expedienda pro ſuo loco, etiam uſurus una voce in illis cauſis quibus fuerit aſſignandus. Quinto ſenex vel exhauſtus Frater iſtarum duarum Domorum ſcilicet de *Iſelſteyn* & Warmonda maturus moribus poterit ad requeſtam Prioris de Zebekelo Confeſſori de *Jeſſe* de conſenſu Prioris & Conventus ſui pro ſolatio & ſubſidio deputari.

De ſingulis his ordinatis volumus ut ſinguli Conventuales ſint contenti, quia per iſta ab injuſta oppreſſione, quæ à ſuis Superioribus, quod abſit, eis poſſet impendi, ſunt aſſecurati: ipſi tamen in hoc ſe non extollant, ſed ſi in modicis ſunt reſtricti, videre poſſunt, quod Priores reſpectu ipſorum in pluribus, ad quæ non tenebantur, ſe propter Chriſtum & Sacræ religionis noſtræ diutius ſtabilimentum reſtrinxerunt.

Hos igitur Articulos eiſdem Prioribus & Fratribus præfatis nobis viſcerosè dilectis auctoritate nobis commiſſa confirmamus, reſervantes tamen nobis uſque ad triennium declarationem, correctionem vel emendationem omnium, quæ iſtam ſalutarem tangunt colligationem vel tangent in futurum. Securius tunc Dei gratia talia perpetuaturi cum præfatorum Priorum & Fratrum poterimus uti conſiliis in ordinationibus præfatis melius expertorum & probatorum, in charitate Chriſti eoſdem admonentes, ut in eadem juxta conſuetam ambulent & abundent magis, quia in capite Chriſto veraciter, cujus membra ſunt, videntur colligati, & ergo ſi patitur unum membrum, omnia membra compatiantur, ſi unum Monaſterium aliquo accidenti gravatum fuerit, videlicet gravi paupertate, ſecularium vel extraneorum injuſta moleſtatione, conſulimus, ut juxta poſſibilitatem ſibi alterutrum conſilio & auxilio aſſiſtant & ſuccurrant. In quorum omnium fidem ac teſtimonium Nos F. Johannes Abbas Monaſt. B. M. Campenſ. præfatus ſigillum noſtrum præſentibus duximus appendendum:

Nos

Digitized by Google

Nos v. F. Boyngus aliàs Abbas Scholæ Dei, quia pro præſenti ſigillo non utimur, ſupplicavimus Venerabili & religioſo Patri noſtro Domino Abbati ad S. Benedictum in Menterna, ut ipſe pro nobis his præſentibus ſub ſigillo ſuo velit teſtimonium perhibere. Et nos Hermannus dictus Abbas ad S. Benedictum in Menterna rogatu Venerabilis & religioſi Patris Noſtri Domini Boyngi, quondam Abbatis in Schola Dei, his præſcriptis etiam ſigillo noſtro teſtimonium perhibemus. Datum Anno Domini 1418. feria ſecunda poſt diem Sanctæ Pentecoſtes.

Forma ſecunda iſtius Colligationis.

Forma Colligationis altera.

Nos F. Petrus Prior Monaſterii *Montis Dominæ noſtræ* in Ifelſteyn, F. Johannes Prior B. *Mariæ de Galilæa* in Zybekelo & F. Gerardus Prior Monaſterii *Portus B. Mariæ* in Warmonda Ord. Ciſter. Traject. Diœceſeos, univerſis hanc litteram inſpecturis vel audituris ad ſanctiora quæque provehi pro ſalute. Notum facimus quod Anno Domini 1423. octavo Idus Maji ad laudem & honorem Dei Ordiniſque noſtri decorem in Domo noſtra in Ifelſteyn unà cum Fratribus noſtris ſuper hoc nobis deputatis à Conventibus noſtris plenaria voce & vice fungentibus omnium Fratrum Conventuum noſtrorum præfatorum convenimus tractantes de finali diu protelata per multos annos concluſione, & noſtræ mutuæ Colligationis confirmatione ſufficienter jam dudùm probatæ & ejuſdem attinentiis, ut infra patebit, qualiter diutius examinata valerent approbari: invocatoque, ut opus fuit, Spiritu Sancto de unanimi & omni omnium Conventuum & Fratrum conſenſu præhabita matura & triduana cum præfatis Fratribus diſcuſſione in ſubſequentibus Articulis concordavimus, quorum confirmationem, quod à Statutis paucis Ordinis parumper videantur declinare, petivimus nobis & obtinuimus à Commiſſariis Capituli Generalis auctoritate in hac parte fungentibus, ut in litteris deſuper confectis clarius patet &c. Quos quidem Articulos noſtro laudabili propoſito in adminiculum & perpetuum ſtabilimentum non modicum profuturos ſperamus ſuffragante nobis Capituli Generalis auctoritate præfata, quo ſubnixi nos ipſos mutuo & noſtra ſuppoſita tanquam glutino charitatis ſubjecimus atque conjunximus, attendentes quod funiculus triplex difficilè rumpitur. Quod quidem ſalutare vinculum noſtræ Colligationis cum omnibus ſuis proprietatibus inferius notandis nos Priores & Fratres præfati & quilibet noſtrûm in ſolidum & poſteris noſtris promiſimus, & his præſentibus promittimus, inviolabiliter ſervaturos, ſic quod nec per nos nec per noſtrorum Conventuum aliquem aliquo modo, vel per interpoſitam perſonam, illorum relaxationem impetrabimus vel obtinebimus, & impetratis ſuper eiſdem diſpenſationibus vel impetrandis nos promittimus perpetuo carituros.

Imprimis, quia charitas initiatrix & conſummatrix omnium bonorum non quærit quæ ſua ſunt, ſed ſui ipſius eſt omnibus communicativa, perſonas & Fratres Domorum noſtrarum eligibiles in Priores eligendos ſpontaneo conſenſu liberè reſignamus & reſignabimus ipſos electionem, ſicut Ordini conſonum eſt, per Priores inducendos, exceptis Patribus noſtris Prioribus, niſi Filius fuerit profeſſionis Domus deſtitutæ: extra gremium autem noſtræ Colligationis nullum in Priorem eligimus, niſi ſe velit humiliter ſubdere noſtræ Colligationi & ſtatutis ſeu ordinationibus ejuſdem, Priorum nihilominus conſilio requiſito, aliàs electionem factam irritam fore decrevimus & inanem: contra cujus Colligationis ordinationem etiam quilibet Prior undecunque aſſumptus promittat antequam confirmetur, ſe nec futurum, nec privilegia procuraturum, nec procuratis ullo tempore fruiturum. In quorum Priorum electione nullus vocem habebit vel activè vel paſſivè, niſi prius laudabiliter per triennium fuerit in Ordine converſatus, electus quoque Clericis in habitu ut victu & regularibus obſervantiis Fratribus ſuis humiliter ſe ſtudeat conformare: Priores non abſoluti vel cedentes profiteantur, ſi voluerint, in Domo cui præfuerint vel unde aſſumpti ſunt, aut ſi in alia Domo noſtræ Colligationis gratiam receptionis obtinere poterunt, profiteantur in eadem ulterius non tranſituri, quorum ſic cedentium vel abſolutorum ſeu etiam decedentium ſigilla in ciſta Conventûs, cui præfuerunt, uſque ad novi Prioris ſubſtitutionem incluſa reſerventur. Prætereà ut omnia debitè fiant & ordinatè, quilibet Prior Domum ſuæ viſitationi immediate ſubjectam juxtà conceſſionem Domini Abbatis Campenſ. in plenaria poteſtate ſub Patre Ordinis ad minus ſemel in anno viſitabit per modum diſciplinæ, pacis & charitatis conſervativum, juxtà quem ad requiſitionem ſanioris partis Conventus, ponderatis eorum cauſis & allegationibus Prior quilibet retinebitur vel abſolvetur, ſuam abſolutionem in ſingulis viſitationibus humiliter petiturus: in quibus Prior Viſitator cum ſocio proprio conſiliis perfruetur alterius Prioris ſui Viſitatoris & ſocii ejuſdem: qui quidem ſocii ſingulis Prioribus à ſuis Viſitatoribus poſt peractam viſitationem cum conſilio ſeniorum Monaſterii viſitati deputabuntur, quaſi auctoritate cum ſuis Prioribus in actu viſitationis & cæteris eundem actum reſpicientibus perfuncturi: contra quos videlicet Priorem & Viſitatorem & ſocium ſuum ſi quærimonia per ſaniorem partem Monaſterii viſitati ad Viſitatorem eorum ſuper viſitatione juxta commiſſionem vel conſilium facta, fuerit delata, & iſdem Viſitator admonitus litteratoriè a ſuo ſuperiore ad defectum corrigendum poſt viſas litteras infra menſem hoc facere diſtulerit: omni hebdomada poſt hoc tribus diebus ſentiat levem culpam, unum eorum in cereviſia & pane indiſpenſabiliter amplioris ſententiæ comminatione & poſteà per eundem ſuum Viſitatorem ſcandalo orto de hujuſmodi delatione ſecundum arbitrium plectendus, niſi rationabiliter per evidentem infirmitatem vel notabilem neceſſitatem ſe potuerit excuſare: ipſam namque quærimoniam de proprio Viſitatore ex tali cauſa eis facere liceat ad ejuſdem Viſitatorem ſicut & contra ſuum Priorem ad proprium Viſitatorem eis volumus licere pro quacunque notabili orta cauſa vel defectu, quem Prior emendare in ſe vel in alio noluerit, vel ejus adventum demandare, ut per hoc Domorum noſtrorum vigor & diſciplina paxque continua perſeveret, & accreſcat: & quia de ſanitate capitis totius corporis ſalus dependet, admonemus & hortamur Fratres omnes Domorum noſtrarum, ut humiliter & cordialiter emendationem & admonitionem Prioris per ſe vel Subpriorem aut alium ſcilicet Confeſſarium vel Seniorem procurent & faciant publicè vel privatim zelum amarum & obſervationem maximè devitantes. In iſtis ſupra notatis Articulis ſufficienter & luculenter examinatis nos tres Priores Domorum præfatarum unà cum conſenſu omnium Fratrum noſtrorum concordavimus. In quorum Articu-

ticulorum obſervatione in Liga noſtra caritativa nos feliciter ſperamus progredi & diutius conſervari. In teſtimonium & robur perpetuum præmiſſorum Sigilla trium nimirum Priorum & Conventuum præſcriptorum tribus Litteris iſta continentibus ſunt appenſa, quarum unam quilibet Conventus in ſua Cifta obtinet & conſervat. Datum anno, menſe & die, quibus ſuprà.

Habuit autem *Mons Dominæ noſtræ* ſub occaſum ſeculi XIII exordium ſuum ab *Arnoldo* Egmondiæ & Iſelſtadii Domino Anno 1392. vel 1394 primo extra muros erectus, inde in Iſelſtadiense oppidum tranſplantatus, & Anno 1412 (e *Miræi Chron. Ciſterc.*) Monaſterio Campenſi ſubjectus: primò quidem Abbatiæ gloria illuſtris, poſtea verò Prioratus humilitatem amplexus: cujus peculium ceſſit Principi Auriaco, & Satrapæ ædificia quæ etiamnum ſuperſunt.

Portus B.V. Mariæ in Warmont è *Chron. Holland.* Divis. 27. c. 10 circa Annum 1409 in Caſtri, dicti veteris *Teylingen*, ruinis ab *Alberto* & *Wilhelmo* Comitibus Hollandiæ, ad quos feudali jure redierat, eum in finem obtenti fundator extitit & dotator *Joannes de Mouie* Dynaſta Warmondanus Anno 1417. defunctus & hic ante principem Aram tumulatus: *Miræus* in eo erronee Moniales collocat.

De *Jeſſeo* Parthenone in veſtibulo L. 9. rerum Friſicar. hæc habet *Ubbo Emmius*: *Non procul Groninga eo in agro, qui Præfectura ſuburbana continetur, ad Annum Chriſti* 1216 *novum Cœnobium inſtitutum fuit auctore Theodorico quodam Sacerdote Groningano, quod ex nomine loci, in quo conditum eſt, Eſſeum primò, deinde Jeſſeum nuncupatum, nunc prius nomen retinet. Inſtitutum hoc ab Ottone Epiſcopo Ultrajectino præſente inſpectum & confirmatum eodem anno. Sed tenuis in initio res paucos intra annos plurimum incrementi cepit. Familia Virginum Ciſterc. illic collocata Præſeſque Collegio data Abbatiſſæ titulo*: quæ & ex eo in *Chron. Ciſter.* exſcripſit *Miræus*. Sed ad noſtri Zybekeloenſis Cœnobii Rectores regrediamur.

V. Fr. ARNOLDUS DE DORSTEN, hujus Domus Conventualis & Cellerarius, vir admodum literatus & religioſus, ſed quia omnibus placere non valuit nec forte voluit, poſt annum abſolvitur: qui tamen poſtea Subprioris officio per plures annos functus in pace quievit Anno Domini 1481. habens annos ætatis LXXI. plus minus, manſionis vero in loco LI quo ſic, ut præfertur, ab officio abſoluto,

VI Fr. JACOBUS DE DORDRACO, profeſſus in *Iſelſteyn* & Cellerarius ſtatim eligitur, vir religioſus & dulcis, primuſque lateres coquere cepit in *Bartebaer*, & annis circiter quatuor in officio peractis à ſua matre *Iſelſteyn* tunc vacante revocatur & Prior efficitur: quo ſic revocato,

VII F. GERLACUS, hujus Domus Conventualis Monachus profeſſus, natus de *Kranenborch* (primus Prior Monaſterii Majoris Beurloe poſt tranſlationem ejuſdem de Ord. Heremitarum S. Wilhelmi ad noſtrum Ciſterc. Ordinem illud laudabiliter & religioſè tempore etiam diſcriminis maximorum periculorum & internarum guerrarum 7. annis rexit, promovendo ab ima paupertate ad competentes Fratrum proviſiones corporales in ferventi Ordinis noſtri diſciplina) eligitur, revocatur, confirmatur in Priorem Domus hujus vacante ea vir admodum religioſus & diſciplinatus, maturus moribus, animo virilis, conſtans propoſito, virtutibus plenus, ab omnibus viſus atque dilectus præſertim à ſecularibus & magnatibus terræ, prudens conſilio, Sanctus operibus & quaſi *Alter Bernardus* pluries ab eis dictus & reputatus, nimirum quia vir dulcis, eloquens, benevolus, compaſſivus & maximè in exhibitione operis charitatis extitit. Qui Prioris officio noſtro Monaſterio præfuit maximo ſuo labore & anguſtia poſt Prioratum 7. annorum Majoris Beurloe annis 37. & eo amplius meliorando Monaſterium noſtrum mediante divina gratia & adminiculo amicorum ſecularium, Eccleſiaſticorum & religioſorum non parum in rigore regularis obſervantiæ & diſciplinæ, augmentatione redituum & emptione prædiorum, in conſtructione Eccleſiæ & erectione plurimorum ædificiorum, nec non in comparatione & procuratione multiplicium Eccleſiæ clenodiorum, atque congregatione, retentione, ac informatione multarum tam Monachorum quam Fratrum-laicorum perſonarum: ſed tandem inedia & ſenio confectus metuens ſe regimini invalidum ceſſit officio ſponte, liberè & anhelanter illud reſignans Anno Domini 1491. poſt cujus reſignationem & abſolutionem ipſe Venerabilis Prior uno ferme ſupervivens anno obiit Anno Domini 1492. ipſo die S. Viti Martyris, anno vitæ ætatis ſuæ LXXX. Anno vero converſionis ſuæ & manſionis in Zybekeloe pariter & in Majori Beurloe LXX. pro quo Fratres de Zybekeloe, Fratres de Majori Buerloe, Fratres de Minori Buerloe, (cujus Domus curam permaxima ſolicitudine & labore geſſit) nec non Fratres de Iſelſteyn, quos paterna pietate longo tempore viſitavit: ac quam plurimum Moniales de *Jeſſe* cum omnibus Fratribus Laicis & Sororibus ſuis pro quibus ferè intolerabiles labores aſſiduè pertulit, fideliter, cordialiter atque devotè tenentur orare eique infinitas gratiarum actiones & orationum recompenſationes in æternum refundere. Iſto ergo Venerabili patre ſic, ut præſcribitur, ab officio Prioratus ceſſante & abſoluto,

VIII. F HERMANNUS OLDENZELL, noſtri Monaſterii profeſſus Monachus & Cellerarius, Monaſterii Monialium in *Jeſſe* eodem tempore altera S. Joannis Baptiſtæ eligitur, & in Priorem hujus Domus confirmatur, qui in omni humilitate & devotione præfuit vir miræ patientiæ: etiam conſtrui fecit magnis expenſis novum Refectorium noſtrum, ad quod lateres tegulas ipſe coqui fecit: poſtque quam plures labores ſuos ipſe ſua ſponte reſignavit propter multiplices infirmitates ſuas Anno Domini 1504 die S. Nicolai Epiſcopi: poſt verò reſignationem ſuam vixit in omni puritate vitæ, devotione & ſanctitate multis gravibus infirmitatibus laborans, quas tamen cum quanta patientia ipſe pertulerit, non facilè dixerim, ſicque vitam ſuam omnibus exemplum exiſtens ad finem deducens diem clauſit extremum Anno Domini 1513. eodem die reſignationis ſui officii Prioratus. Iſto ergo, ut præmittitur, Venerabili patre ab officio abſoluto,

IX. F. GERARDUS LEIDIS, noſtri Monaſterii profeſſus Monachus ac Subprior, eodem tempore eligitur in Priorem hujus Domus, & per Reverendiſſimum Patrem & Dominum Remigium Abbatem Morimundi, qui tunc præſens erat, confirmatur; nec non Anno 1506. poſt Pentecoſten feria quarta, non propter ſua demerita, ſed propter cauſas aliquas non malas tamen deponitur: quo depoſito eadem die,

X. Fr. EVERHARDUS DE ZUTPHANIA, Monachus profeſſus hujus Monaſterii, in Priorem eligitur & confirmatur per Dominum Johan-

Johannem Abbatem Campenſem, qui tunc præſens erat: qui prædictus Pater eodem anno die S. Mauritii diem clauſit extremum; quo defuncto ac in loco capitulari ſepulto

XI. Fr. GODFRIDUS DELDEN, hujus Monaſterii Monachus profeſſus & infirmarius, in Priorem eligitur & confirmatur per Dominum prædictum Campenſem, qui tandem multis infirmitatibus laborans reſignavit ſuum officium quinto die Martii Anno 1542. quo & plenus dierum obiit.

XII. Fr. LAMBERTUS CAMPIS, hujus Monaſterii Monachus & profeſſus & Subcellerarius, eligitur & confirmatur per Dominum Abbatem Campenſem Anno 1542. obiit autem anno XLIV. in capitulari loco ſepultus.

XIII. Fr. REINERUS CAMPIS eligitur, qui fuit Cellerarius in *Jeſſe:* electus à Fratribus & à Reverendiſſimo Domino Abbate Campenſi confirmatus, præfuit in Prioratu annum unum & aliquot menſes ac poſtea morbo correptus dialyſi Prioratu abſolvitur ac in *Jeſſe* revertitur, ibique ad annos XI. moratus moritur ſenectute bona; quo ſic ab officio abſoluto

XIV. Fr. FRANCISCUS ZWOLLIS Cuſtos in Priorem eligitur, qui quidem vir prudens & pius præfuit laudabiliter circa 10. annos, quumque ritu ſolito feria III. hebdomadæ Sanctæ in Marienborch auditum Confeſſiones Fratrum ibidem iviſſet, atque ibidem feria IV. ſacrificaſſet, ſumptoque jentaculo & paulo hilarius potatus cum ſuo collega & ſocio Hermanno Daventrienſi Domum repetens in foveam borealem viæ illius ſubmerſus deprehenditur; eoque ſic defuncto

XV. Fr. SANDERUS ZWOLLIS eligitur Anno Domini 1556. ipſo die Pentecoſtes, qui erat Cuſtos & profeſſus hujus Conventus: præfuit laudabiliter, liberavit Conventum ære alieno, conſtruxit organa, ac poſtea certas ob cauſas anno LXV. circa S. Michaelis Prioratum reſignavit factus Prior in Aſſen; quo ſic ab officio abſoluto

XVI. Fr. JOANNES CAMPENSIS eligitur in Priorem, hujus Conventus profeſſus ac Prior in *Eſſen* Anno 1566. qui præfuit annis quinque, ac poſtea ab officio abſolutus rediit in Eſſen; eoque ſic ab officio abſoluto

XVII. Fr. HERMANNUS DAVENTRIÆ eligitur in Priorem Anno LXX. in Feſto Michaelis, hujus Conventus profeſſus: præfuit annis duobus circiter, ac poſtea relicto officio & Commiſſario loci ejus conſtituto quodam *Joanne Horſtani Fr. Wilhelmus Opgen Ray* coactus in *Zybekeloe* 24. Maji Anno LXXIII. à R. P. Abbate Campenſi intruditur ſine Fratrum electione ad Prioratum de *Zybekeloe*, quem ſine Fratrum conſenſu taliter qualiter retinuit circa menſes novem; quumque Anno LXXIV. poſt *Lætare* R. D. *Joannes à Wachtendonck* Abbas Campenſis in hunc Conventum armata manu quibuſdam Hæreticis & Geuſis ſtipatus comitibus acceſſiſſet, vi eumdem F. *Wilhelmum* obtruſurus Conventui, tandem Fratribus tam Presbyteris quam laicis ſeſe opponentibus D. Abbas cum ſuo intruſo ac toto ſatellite violentiis præſtitis abierunt: atque ſic

XVIII. auxiliante Deo in Anno eodem die Sancto Palmarum iterum ea vice eligitur in Priorem Venerabilis D. *Sanderus Zwollis*, apud *Eſſendianas* Virgines per Reverendiſſimos Prælatos de *Clarencampio*, de *Menterna*, nempe *Grieſemoniken*, & de *Hieruſalem*, aliàs *Berrikens Kloeſter*, ipſo die Mariæ Magdalenæ nempe 22. Julii Anno quo ſupra; & eſt confirmatus & inſtallatus in *Zybekeloe* per Venerabilem doctum D. ac Commiſſarium D. *Joannem Krigium* ejuſdem Ord. Notarium publicum à Generali Capitulo Ciſterc. electum, deinde 28 Julii Anno quo ſupra. Quo *Sandero* 10. circiter & paulo amplius menſibus in Prioratu agente præfatus *Johannes à Wachtendonck*. Camp. cum *Guilhelmo* ſuo intruſo ſtipatus vi armata Satrapæ Sallandiæ per male narrata invitati redit atque F. *Sanderum* vi à ſuo Prioratu expulit, & Guilhelmum reintruſit die 4. Junii Anno 1575. Quumque F. *Sanderus* hinc migraſſet, ſimul etiam cum eodem abierunt Cellerarius & omnes Fratres exceptis duobus tantum, quorum alter *Lambertus Nummæ* Senior ob ſenectutem & alter junior & necdum Pater F. *Joannes Haſſelt* propter infirmitatem manſerunt. Verùm poſtea menſis Septemb. 25. idem *Sanderus* ad Prioratum ſuum per reverendiſſimum Ciſtercienſem auxiliante Regiæ Majeſtatis protectione reſtituitur & *Guilhelmus* expellitur, Abbas verò Campenſis viſitationis officio perpetuò privatur.

Hæc calamus domeſticus de florentiſſimi hujus Aſceterii exortu & ducibus, cui in *Chron. Ciſterc.* ad Annum 1403. præter Clericos ordinarium laicorum octuagenarium numerum aſſcribit *Miræus*, & ad Annum 1406. hoſpitalitatem ac largas eleëmoſynas *Bocopius*, ubi etiam ſitum loci deſcribit & quid in eo egerit Fratrum induſtria, quibus An. 1412. 14. Septembris *Joannes* Abbas Ciſtercii, cæterique Diffinitores Capituli Generalis in *Patrem Abbatem* præfecere Cœnobiarcham Clarevallenſem: Anno 1660. 20. Julii quæ præſens viſitavi non ſupererat niſi Templi rudetum & piſtrinum, ædificiis reliquis dirutis planè & eviſceratis, reditibus provinciali Ærario illatis: ei ab Anno 1478. ſub fuit *Majus* & *Minus Beurloe Hortus* & *Vinea B. V. M.* utrumque apud Weſtphalos Virorum Aſceterium ex ordinatione *Alexandri* Epiſcopi Forlivienſis & per Germaniam Nuntii Apoſtolici, qui & *Vicariam* ab *Egberto Bilrebeeck* Presbytero Anno 1419. hic fundatam ad inſtantiam Prioris Anno 1475. 11. Aug. Monaſterio incorporavit. Atque hæc ſufficiant de *Zybekeloe*, de quo idcirco fuſius egimus, cùm *Chryſoſtomo Henriquez* in Faſciculo SS. Ord. Ciſterc. L. 2 diſt. 40. & 42. c. 6. aliiſque Ordinis Scriptoribus ſolummodò nomine tenus ſit notum.

Rectorum exitus, atque Cœnobii immutatio.

GRAMSBERGEN,

Sub Sallandica Satrapia Tranſiſulaniæ Oppidulis annumeratum hodiè vix Pagi dignitatem tuetur, in cujus Parœciali Eccleſia tria inſtituta ſunt Sacerdotia: primi & ſecundi patronatum titulo fundationis Anno 1607. 12. Apr. prætendebat Toparcha in *Aeſwijn ex lit. ad Sasboldum:* & tertii collationem ſuppreſſo titulo aſſcribebat Satrapæ Iſelmuidano.

Gramsbergæ Vicariæ, & Collatores.

STAPHORST,

Sub Prætoria Haſſelenſi Tranſiſulaniæ pagus, ad hujus Eccleſiæ Paſtorale munus is promovetur, quem idoneum judicat Daventrienſe Capitulum.

Staphorſtiæ parœciæ Collator.

ROOVEEN,

Roovena, natalibus Phil. Rovenii, Philipp. & Ultraj. Epiſcopi, illuſtris.

Sub eadem Prætura Tranſiſulaniæ pagus, & Illuſtriſſimi *Philippi Rovenii** Archiepiſcopi Philippenſis & per Unitum Belgium II. Vicarii Apoſtolici locus natalitius, de cujus Parœcialis Eccleſiæ Sacerdotiis nulla ſit mentio in Archidiaconi Daventr. Syllabo, aut Reverendiſſimi Daventr. Viſitationis Libro.

YHORST,

Yhorſta, Dickening. Ciſterc. Abbatiæ vicina.

Eidem Prætoriæ ſubditus Tranſiſulaniæ pagus, Parœcialem Eccleſiam, cùm Ducem non habuerim, perluſtrare non licuit: ei, ſed in Drenthano Territorio, adjacet olim celeberrima *Dickeningenſis Monachorum Ciſtercienſium Abbatia*, de qua apud *Picardum* in *Annalibus Drenthiæ* & alios Ord. Ciſterc. Hiſtoriographos altum ſilentium.

WHYE †,

Wyhæ Parochiæ Collatores.

Hujus Loci, qui Sallandicæ Satrapiæ annumeratur, Curiale Templum conſiſtit ſub Patronatu Santlebuiniani Daventrienſis Capituli, in quo *Vicariæ*,

Vicariæ,

I. *S. Crucis*, cujus Miniſtro impoſitum onus ſacrificandi feria III. V. & VI.

II. *S. Annæ*, quæ triadem Sacrificiorum expoſcit: ejus patronatum gerit Toparcha *in Harxen*.

III. *S. M. V.* cujus deſervitori ab Ædilibus adoptato bina Sacra præſcribuntur.

[Paſtor Ao. 1571.
D. ALEXANDER DANSSE.]

Paſtor antiquus, Sacellum a Miraculo, & peregrinationibus celebre.

Horæ ſpatio hinc abeſt Arbor, quam *Sanctam* (*Rongen* vel *Hilligen Boom*) appellant, de qua nihil habeo præter vulgatam famam: in proximo Caſtro *Weſenburgico* famulam à famulo domeſtico corruptam & occiſam fuiſſe; qui rem patrarat ſceleris accuſatum, dum opus in agro facit, arrepto ex curru paxillo, eoque in terram defixo Deum teſtem invocaſſe tam ſe certo innoxium eſſe quam certus ſit nunquam ex illo paxillo arborem enaſcituram: ſtatim fronduiſſe lignum & in quercum ingentem excreviſſe. Locus exinde peregrinationibus celebris fuit. *Sacellum* in proximo erat, quod cum arbore nuper exciſum.

HELENDOERN,

Helendoernæ priſcum nomen, Parœcia S. Sebaſtiano ſacra, Vicariæ octo,

Sub Sallandica ditione Tranſiſulaniæ Pagus, à *Pighio* in *Hercule Prodicio* ab Æliis Romanis Æliturris, id eſt, *Heletoern* nuncupatus: Eccleſia *S. Sebaſtianum* veneratur & à Daventrienſi Capitulo Parochum adipiſcitur, in qua *Vicariæ*,

I. *B. M. V.* cujus Miniſter in ſummis Feſtis hic peragit rem divinam.

II. *S. Mariæ Magdalenæ*, quæ ſacrificare jubet feria IV. & VI. utriuſque patronatum Anno 1571. quem & in ſeqq. tenemus obtinebat *Domicellus Joannes à Boitzelaer*.

III. *S. Crucis*, cujus poſſeſſor ad bina ſacra obligatus debet eſſe *altera manus Paſtoris*, qui eum etiam aſſumit ex *Lit. Fundat.*

(* Ejus vita, geſta & ſcripta vide *Bat. Sac.* part. 2. p. 74 & ſeq.)

(† Baldricus, vir nobilis, inter alia dona *Ludgero* Traj. Epiſcopo, ex Beda tribuit WIAM, dum viveret utendam fruendam 850.)

IV. *S. Annæ* ſub patronatu *Domini Reineri à Covorden*.

V. *SS. Antonii* & *Annæ*, quæ ſuo deſervitori per Paſtorem, prænobilem *Schaepium* atque Sant-Antonianæ Fraternitatis Proviſores ſelecto Sacerdotii uſum demandat in dominica, feria III. & V.

[Paſtor Ao. 1571.
D. HENRICUS MARTINI.]

Paſtor antiquus, Caſtrum ter Mollen, ubi pridem Capella.

Fundum hujus Parœciæ occupat Prætorium ſive Caſtrum *ter Mollen*, in cujus *Capella* hebdomadatim incruenta Hoſtia litat ex matrice Eccleſia Vicarius Marianus, in qua circa Annum 1513. unicum inſtitutum eſt Officium ex notis *Willibrordi Bonnigerhof* in Syllabo Davent. Præpoſituræ.

HEYNE,

Heynæ, Parœcia S. Nicolao dicata, Collatores.

In hoc Sallandico Pago rei ſacræ Archiſtrategus eſt *S. Nicolaus*, & ad paſtorale munus jus habet nominandi Sanlebunianum Davent. Capitulum, in qua *Vicariæ*,

I. *B. M. V.* cum debito II. Sacrorum.

II. *S. Catharinæ*, quæ Euchariſtiæ Sacrificium expoſcit in dominicis, feſtis & feria VI. potitur utriuſque patronatu Toparcha *in Rechteren*.

[Paſtor Ao. 1571.
D. JACOBUS HARDERWYCK.]

priſci ævi Paſtor.

HAM,

Hamæ, B. V. M. inſcripta Eccleſia.

Sub regione Sallandica Tranſiſulaniæ Pagus: Eccleſiæ, quæ B. V. M. inſcripta eſt, patronatum obtinet Præpoſitus S. Petri Traject. in qua *Vicariæ*,

Vicariæ,

I. *D. M. V.* cujus poſſeſſor obligatus ad ſacram Hoſtiam offerendam feria IV. & VI. Parochi (qui cum præcipuis Parœciæ Hæredibus ejus patronatu potitur) ſubſidiarium agit.

II. *S. Annæ*, cujus patronatum gerit Paſtor cum Ædilibus.

III. *S. Antonii*, cujus deſervitor muneri ſacerdotali ſatisfacit in ſabbatho, feria III. & V. eum Parochus aſſumit: qui etiam cum Hæredibus (ſic vocant Villarum Dominos) Eccleſiæ Cuſtodem aſſignat.

[Paſtor Anno 1571.
D. HENRICUS LUBBERTINCK.]

Seculi præcedentis Paſtor.

HEEMSE,

Heemſe, Tranſiſul. pagus.

Sub territorio Sallandico Pagus Tranſiſulanus: de cujus Curialis Eccleſiæ Sacerdotiis ignorantia ſilentium nobis impoſuit.

DALFSEN,

Dalfſæ, Parochia S. Cyriaco nuncupata, Collator, Vicariæ.

Tranſiſulaniæ Pagus Sallandicæ Satrapiæ membrum, cujus Eccleſia *D. Cyriaco* ſacra à Tranſiſulanorum Principe Rectorem nanciſcitur, in qua *Vicariæ*,

I. *SS. Innocentum & Catharinæ*, cujus collatio penes *Voorſtianos*.

II. *B. M. V.* & *SS. XII. Apoſtolorum*, quæ à ſuo Miniſtro per Parochum ſuffecto trina Sacra expoſcit.

III.

Digitized by Google

III. *S. Stephani*, cui II. Sacrorum onus annexum: ei poſſeſſorem aſſignant Hæredes ſive Prædiorum Domini in *Itterſum*.

IV. *S. Antonii*, quæ ad Aram citat ſuum Miniſtrum ab Ædilibus acceptum feria IV. & VI.

V. *S. Cyriaci* cum debito unius Sacri, cujus patronatu Anno 1571. gaudebat *Hermannus de Voorſt*.

Capella; Vicaria, Huic Parœciæ ſubditur *Capella*, quæ ſedem invenit in *Rechteren*, in qua enata *Vicariæ*:

I. *B. M. V. SS. Georgii* & *Theobaldi*.

II. *S. Antonii*, quæ ſuo Miniſtro bina vice Sacrificium Miſſæ imponit, cum procurant Hæredes *de Rechteren*.

III. *S. Joannis Evangeliſtæ*.

[Paſtor in *Dalfſen* Anno 1571.

D. JOANNES OVERTYDEN.

Paſtores priſci, Swollenſes Paſtores ac Presbyteri in Tractum Maſtenbroucanum vicinoſque pagos excurrere ſolebant. Verùm aſſignati ſubindè pago *Dalfſen* proprii Paſtores; primus

HENRICUS VAN DEVENTER, Oldenzalienſis, Theologus Colon. inde Paſtor Arnhemiæ, ibidemque defunctus. Illo inde diſcedente

ac moderni. NICOLAUS ABBING, Paſtor, in arce *Broekhuiſen* mortuus 13. Sept. Anno 1679.

GUILIELMUS VAN METELEN, Amſtelodamenſis(antè Daventriæ ſecundarius Paſtor) habitans in arce *Broeckhuyſen*, ibidemque defunctus 30. Martii Anno 1695.

WYNANDUS HELMICH, Enſchedenſis, quinque annorum in *Dalfſen* Paſtor, ex febri defungitur 3. Maji Anno 1700 ætatis 33.

JOANNES JOSEPHUS CATTENVELT, Swollanus, Theologus Lovanienſis.

Viciniæ Oldbeeten, ac pagorum conterminorum Paſtores ac deſervitores. In viciniâ *Oldbeeten* ſub Zallandica Satrapia primus Paſtor,

HENRICUS BEER, Otmarzienſis, Theologus Lov. ſe inſcribit Paſtorem in *Hellendorn*.

Sub eadem hac Satrapia nuperrimè duæ aliæ ſtationes erant, quibus PP. Societatis præerant; una ſcilicet pro pagis *Oſt* & *Wybe* ac quorundam nobilium adjacentium ædibus: altera pro pago *ter Heyne* viciniſque nobilibus.]

AVERREST,

Averreſt, Sallandiæ pagus. Drenthiæ finitimus Sallandiæ Pagus, de cujus Parœciali Eccleſia & Sacerdotiis nulla nobis ſuggeſta notitia, quam proindè dare non poſſumus.

DE DECANATU OTMARSENSI,

Qui complectitur

OTMARSUM,	LAERWOLDE,
ALMELOE,	DENICHAM,
WEERSELOE,	FRISENVEEN,
ULSEN,	WIERDEN,
VELTHUYSEN,	TUBBURGEN.
EMBLICAMP,	

OTMARSUM*,

Otmarſi origo antiqua, TUBANTIÆ oppidum valdè antiquum, & juxtà *Tritbemium* ab *Odmaro* Francorum Rege, cujus & nomen gerit, extructum, idque ad tumulum ipſum *Vecbtani* magni & familiaris ejus Amici: alii etymon & natales à *Veteribus Marſis* derivant.

vetuſtiſſima Parochia, Divi Tor. Collatores, *Eccleſia* Parochialis *SS. Apoſtolis Simoni* & *Judæ* inſcripta conſiſtit ſub alterno patronatu Summi Eccleſiæ Præſulis & *Weerſeloanæ* Prioriſſæ: hu us Præfectus ad Parœciæ (quam totius Tubantiæ vetuſtiſſimam notat Illuſtriſſimus *Rovenius*) & altaris miniſterium quotidianum geminos alit ſubſidiarios Sacerdotes: in ea *Vicariæ*,

Vicariæ, I. *S. Crucis*, cujus Miniſter in dominicis, feſtis & feria VI. primus operatur ad Aram: eum adoptat Parochus cum Scabinis & Priore Sibbekeloano.

II. *S. Annæ* cum penſo III. Sacrorum.

III. *S. Joannis Evangeliſtæ*: cujus poſſeſſor primam Hoſtiam immolat feria II. III. & IV. utriuſque patronatum obtinet Parochus cum Scabinis. omnes, &c.

IV. *SS. Antonii* & *Mariæ Magdalenæ*, quæ ſubeſt Albergenſis Canonicæ patronatui & Sacrificiorum triadem expoſcit.

V. *S. Catharinæ*: cujus deſervitor bina vice Sacerdotio fungitur.

* Membrana Traj. *Omerſem*, & *Otmerſheim*, perantiquum Tuentiæ oppidum Radbodi, Ultraj. Epiſcopi, obitu ab Anno 971. nobile, & iterum conſlictu inter Trajectinos, & Caſtellanum Benthemenſem, Otthonem Palatinum, de quo vide M. Altingium *Germ. inf.* part. 2. p. 137.

Digitized by Google

Paſtores prici,

[Paſtor Otmarſ. Eccleſiæ Anno 1571.

Dom FREDERICUS A DELDEN.

HENRICUS STRUTHIUS, ex pago *Alen* Weſtphalus, Theologus Monaſterienſis, Otmarſenſes & IV. viciniarum Catholicos fideles primùm foris degens curavit. Sub Annum autem 1701. obtentâ facultate oppidum Otmarſum inhabitandi, dictas vicinias ceſſit Sacerdotibus fruentibus menſâ prænob. Dni *Brekelkampii*, quorum primus fuit R. D

& hujus ævi.

WILHELMUS HOED, Lingenſis, Theologus Lov.

Dein JOANNES WESSELS, Enſchedenſis, Theologus Lovan

JOANNES HARTMAN, ſicuti natalibus, ſic & ſtudio Monaſterienſis.

N. KERSTENS, ex Lingenſi Comitatu ortus, Theologus Lovanienſis.]

Xenodochium S. Spiritus.

Xenodochium Spiritui Sancto ſacrum in ſuo Sacello habet unicam *S. Antonii Vicariam*, quæ ſuo Miniſtro Sacerdotii uſum demandat feria V. Sabbatho & in Matrice Eccleſia feria III. in quo cum illud inviſeret Anno 1571 viginti Alumnos numerabat *Reverendiſſimus de Monte*.

Aſceteria II. intra hujus Parœciæ limites ſedem poſuere.

Cœnobia; I. Equitum Teutonicorum.

Primum, quod oppidi pomœria enutricrunt, ſub patrocinio *S. Georgii* inquilinos fovit *Equites Teutonicos B. M. V.* [Ejus initia ex Vet. Charta:

initia,

Int jaer ons Heeren CIↃ CC. *ende* XC. *ſo was een eerbaer ſchilthoutich Burger tot Oldenſeel int Overſticht van Utrecht in Twente, ende hiet* Lifredus,

conditores,

ende hadde groot goet. Die ſtichte t'huys tot Oetmarſen, ende ginck ſelver in der Oirden. Nae wort by een Bernardyt tot Aduwert. Die Grave van Benthem ende meer andere Ridderſchap hebben daer ſint meer toe gegeven, ende het is na aen der Baiye van Munſter van Weſtphalen. Ende dat heeft Heer Dirck van Enghuſen *ende Heer* Zweder Cubbinck *gemaeckt, dattet nu behoort aen der Balye van Utrecht.*]

Subeſt hæc Commenda Monaſterienſi Cameræ Priorali & ſola in nobili Tranſiſulanorum Comitiorum Areopago ſuum *Præceptorem* præſentem ſiſtit: at ab *Ordine* alienata & 30000. flor. *divendita* modò hæreditarium Dominum agnoſcit *Theodorum ab Heiden*: inter alios huic loco præfuere,

Præfecti, &c.

Anno 1443 & 70. FREDERICUS DE BEVEREN.

1499 HENRICUS DE BODELSWINGH.

1554 BERNARDUS A SCHEDELICH.

In Necrologio Vallis B. M. propè Trajectum ad XIV. Kal. Decemb. obiiſſe notatur *Arnoldus de Almeloe Teutonicus t'Otmarſum Frater Dominæ Barthæ Abbatiſſæ noſtræ.*

II. Canonicorum Regul. ſitus, primi conditores.

Alterum viâ mediâ hoc oppidum inter & Almeloam ſub D. *Antonii* præſidio primitùs Fratres ſive Clerici in communi viventes, deinde *Canonici Regulares S. Aug. ſub Windeſimenſi Capitulo incoluerunt:* "Fuerunt in partibus Twentiæ (ait *MS. FF.* "Davent. Codex) Parochiâ de Ootmaerſen in "Burſcopia de Albergen duo ſenes probique ru-"ricolæ germani Fratres, nomen unius *Weſſelus*, "alterius *Albertus Schulte*: hi pariter concluſe-"runt quod in prædio ſuo & loco manſionis di-"cto *Hobergen* fieret Congregatio Devotorum "Deo in communi vita, ut Daventriæ & Zwol-"lis, ſervientium. Anno igitur Domini 1406, "miſerunt legationem ad D. *Gerardum Calkar* "tunc Rectorem in Zwollis deſiderium ſuum illi "pandentes, qui, habito cum Fratribus ſuis "conſilio, miſit quoſdam bonæ voluntatis laicos "converſos à ſeculo cum quodam devoto Cleri-"co, poſtmodum Presbytero, *Henrico ter Weteringe* nomine, Zwollis oriundo, & cum illo quen-"dam Fratrem Domus ſuæ honeſtum *Arnoldum* "*ten Broeck*, ut inciperent novam Congregatio-"nem" (hactenus MS) eiſque præfecit *Henricum Weter* è Markenſi Comitatu exortum, qui Capellam in loco erexit cum conſenſu Otmarſenſis Curati Anno 1413 Acceſſit confirmatio Epiſcopi Ultraject. & deinde Prioriſſæ in *Ter-ſelo* Anno 1414, quo eam luſtricis cæremoniis Religionis exercitio dicavit *Matthias* Biduanenſis Epiſcopus: exemptionem a teloniis indulſit *Rudolphus à Diepholt* Anno 1445. pridiè S. Martini, qui &, cùm à Clericis poſſeſſio loci tranſlata eſſet in Regulares S. Aug eam tranſlationem ratam habuit Anno 1447. 14 Junii, conceſſitque Anno 1449. ut altaribus veteribus deſtructis nova in decentiorem locum reponerent. Ædificata eſt inde Eccleſia ex conſenſu *Epiſcopi Davidis Burgundi* Anno 1470. eam conſecravit *Goswinus* Epiſcopus Ieropolitanus 23 Junii Anno 1471. Cœmeterium ampliato pomœrio *Godofridus* Epiſcopus Tricolenſis 19. Jul. Anno 1480. Privilegia omnia confirmavit *Pius* Pontifex Anno 1462. 6. Id. Mart.

primordia,

Oratorii extructio ac dedicatio,

Ex ædificiis etiamnum reſtat Eccleſia cum II. Aris, Sacriſtia & Aula Capitularis cum parte Ambitus, Refectorium cum parte Dormitorii; reliqua conciderunt. Locus certè ad vacandum Deo propter quietam ſolitudinem & amœnam quercuum frequentiam, quibus circumdatur, vel maximè conveniens, nunc autem reditibus provinciali Ærario adſcriptis à Monaſterii colonis inhabitatur.

immutatio,

Præfuerunt in hac pietatis Officina,

Rectores.

I. HENRICUS WETTER Marckanus, renuntians Officio Anno 14. & vitæ 1466

II GODEFRIDUS SCHERPINGH Daventrienſis, Treveris poſtmodum factus Monachus Benedictinus.

III. REINERUS DE TEXEL, ſub quo relicta Clericorum vita Regularibus Windeſimentibus ſeſe hæc Familia aſſociavit in Feſto S. Monicæ Anno 1447.

IV WALRAMUS DE MOERSA è Nemore B. M. V eductus Anno 1448. quo & Windeſimenſi Capitulo colligata eſt: quo cedente,

V. REINERUS DE TEXEL è Silano Prioratu communi Fratrum ſuffragio revocatus hic iterum præficitur Anno 1554 ſub quo Domus vel maximè divitiis ac agris novaque Eccleſia accrevit: regimen depoſuit Anno 1472. vitâ functus Anno 1483.

VI. GERARDUS UBACH.

ANDREAS DE DIEPENHEIM Anno 1548.

SUEDERUS BEURBANCK DE ZWOLLIS Anno 1556.

Ultimus JOANNES AB ARNHEIM Fratrum cineribus appoſitus Anno 1611.

[Fuit & *Capella* in *Dieubergen*, cujus Anno 1571. Vicarius erat Dnus *Sartoris* cum onere trium quatuorve Miſſarum per hebdomadam, infirmos viſitandi, & infantes baptizandi; cujus Collator, Paſtor Otmarſenſis.]

Capella vicina.

ALMELOA,

Almeloæ dignitas,

Tubantiæ municipium & Dynaſtia, unica in Tranſiſulanæ agro, quæ, ſed ex precario Provinciæ indulto, capitalem juriſdictionem habet anne-

Digitized by Google

Situs, annexam: ſita eſt ad torrentem ignobilem, qui in *Vidrum* ſeſe exonerat.

Parochia *S. Georgio* dicata; Collator, Vicariæ, Eccleſia Parochialis cum debito quotidiani Sacri ſolemnis glorioſum Chriſti Martyrem *S Georgium* tutelarem habet ſub patronatu Almeloani Dynaſtæ, in qua *Vicariæ*,

I. *SS. III. Regum*, cujus poſſeſſor poſt lectum Offertorium Miſſæ ſolemnis quotidiè jubetur ſacrificare.

II. *S. Annæ*, } Cum III Sacrorum
III. *S. Georgii*, } penſo.

IV. *S. Mariæ Magdalenæ*, quæ bina Sacrificia matutina & unum ad placitum celebrantis requirit.

Conditores, V. *S. Antonii*, quæ ſuo Miniſtro bina vice Sacerdotii uſum demandat.

onera, VI. *B. M. V.* quarum omnium patronatum poſſidet Almeloanus Toparcha.

VII. *S. Andreæ* & *Antonii*, cujus deſervitor bis Sacerdotio fungitur.

VIII. *B. M. V.* & *S. Nicolai* cum proba *Friderici de Blanckenheim* Anno 1426 17. Julii per Conventum Almeloenſem, *Mechtildem vander Sowwe* ejus Miniſtram, cui etiam

Collatores, reſervata Collatio, *Joannem Pothof* & *Hermannum Huperts* Presbyteros fundata & dotata in Parochiali Eccleſia de *Kathen*: verùm ad inſtantiam Miniſtræ per *Rodolphum de Diepholt* in profeſto decollationis S Joannis Bapt. Anno 1447. in Aſceterii Oratorium tranſlata: *quia non ſolum dicta Eccleſia in Kathen* (habent Epiſcopales Litteræ) *verum etiam Vicaria ſeu Capellania utriuſque deſolationis deplorant incommoda.* Eam hîc recenſemus, quod illi Anno 1443. in Feſto S. Margarethæ quatuor Sacrorum annexum onus, quæ annis ſingulis in Almeloano hoc Fano ſunt peragenda.

Quibus addidit Sacrum funebre feria II. & Marianum in Sabbatho Anno 1502. in Vig omnium *SS. Wilhelmus de Munſter*, hic Vicarius ex *Litt. Fund.* in quibus ejus Miniſter requiritur non beneficiatus in hac Eccleſia.

Inter Parœciæ Præſides publicam famam meruit Ven. Dominus *Everardus ab Eza*, poſt fœdera conjugalia & Medicinæ profeſſionem huic Eccleſiæ præfectus, & ex acerrimo adverſario factus intimus amicus Ven. *Gerardi Magni*, cum veræ devotionis ſpiritum in domo Florentiana (ubi aliquamdiu Fratribus convixit) avidus imbibiſſet, eumdem in Clericos & Laicos, quos in familiam ſuam aſſumpſerat, abundanter transfudit. Ne autem defuncto Nutritio cœtus diffiueret & accenſus pietatis ardor intepeſceret, in *Vrendeſwegen*, propè oppidulum Northornenſe traductos, ubi Monaſterium conſtruxit *Bernardus* Comes Benthemenſis, vulgò *Pater Bernt*, ſub Ordine Canonicorum Regularium An. 1394. obtulit *S. Auguſtino*, quod poſt ſexennium Windeſimenſi Capitulo colligatum etiamnum extat, & *Nemus B. M. V.* nuncupatur. Noſter autem Parœcus 1. Apr. Anno 1404 beatam animam Creatori ſuo reddidit, & non infimo loco inter

priſci benefactores à Urendeſwegenſi Canonica computatur.

Paſtores, [Paſtor ibi Anno 1407. JOANNES HELBINCH, de quo infra & A. 1571 D. JOANNES.]

Xenodochium; *Xenodochium*, in quo malis ſuis ac calamitatibus remedium invenit pauperies & ſenectus, unicum eſt; at, ob profuſiſſimæ charitatis officinam in vicino Parthenone, dum adhuc exiſteret, parum, à multis annis vacuum & ſine alumnis.

Tertiariarum Parthenæum, quod oppido adjacet, D. *Catharinæ* inſcriptum, ſedem præbuit *Sororibus* Conventualibus *Tertiæ Regulæ S. Franciſci* ſub Capitulo Traject. initium habuit ſub ſenium ſeculi

Aſceterium, initia, XIII, at eo in fundo, in quo nunc exſtat, Anno 1407. quo illum F. *Joannis ab Ummen* Campi S. Joannis Miniſtro ſub unico veteri ſcuto Franciſco annuè in medio hiemis ſolvendo cum aſſenſu matris & filii *Beatricis* & *Egberti de Almelo* in emphyteuſin conceſſit *Joannes Hilbingh* tunc Parochialis Eccleſiæ Rector: is autem eum tranſtulit ad Sorores *Aleide Hilbingh* pro tunc exiſtente Miniſtra Anno 1409. 22. Octob. approbante Traject. Hierarcha *Friderico* Anno 1414. feria III. poſt dominicam *Cantate*: erat autem Eccleſiæ peculium & paſtoritii domicilii ſolum.

Oratorium ejuſque dedicatio, Oratorium Anno 1471. Divæ Virginis Viſitantis Feſto per *Goſwinum* ex Ordine Carm. Ieropolitanum Epiſcopum ſub *Davide Burgundo* conſecratum & ædificia reliqua ipſiſſimam redolent *S. Franciſci* pauperiem & humilitatem, præter Dormitorium amplum & excelſum ſolido opere a fundamentis inter auſpicia ſuperioris ſeculi excitatum, cui ſimilem meditabantur Eccleſiam, ſed poſitis ſolummodò fundamentis & parietibus Chori Anno 15·9. (quem Portæ Epigraphe oſtentat) perfectis ex parte, manſit opus imperfectum.

Dum Anno 1664. hujus Aſceterii Archivium perluſtrarem, prodidit ſe ejus Præfecturam geſſiſſe,

Aleidis Hilbingh, Anno 1407. Rectrices priſcæ,
Mechtildis vander Sowwe, 1431. & 51.
Gerbergis Werninck, 1458.
Geſa Sparwerinck, 1479.
Suſanna Jeghers. 1481. & 1533.
Gertrudis Helmichs, 1541.
Ida van Rheede, 1562.
Judith van Eeſchede.
Aleidis ter Weeme miniſt. & officio defuncta, 1664.

Paula Knoops: ſub qua fundo cum ædificiis Toparchæ Almeloenſi donato, qui ex iis in ſuo vicino Prætorio Equile extruxit, & XXVIII. Monialibus (tot enim erant ſuperſtites) 12000. flor. ſummâ addictâ ab Ordine Equeſtri Anno 1665. avitis Sedibus excluſæ ſunt: exules in loco Glanenſi Tubantiæ finitimo conſident; *Fuga B V. M.* in *Ægyptum* is nuncupatur.

ac novæ; * [*Paula Knoops*, quæ Anno 1664. cœpit Præfecturam Parthenæi Almeloënſis, ex Anno 1665. puſillarum Virginum Præfecturam geſſit in *Fuga B. M. V.* uſque ad Annum 1679 cui tum mortuæ, ſucceſſit ſub regimine permiſſo Rev^mi^ Vicarii Apoſtolici

Joanna van den Ketel; cui Anno 1686. mortuæ ſucceſſit

Colomba Terhoente, cui expræfectæ per mortem 1704. ſucceſſit

Euphemia Middendorp, ſub qua Anno 1708. Epiſcopus Monaſterienſis ad ſe retraxit regimen *Fugæ B. M. V.*

Rectricibus jungo nomina illorum qui † præfuerunt Parthenonii, propè Almeloam S. *Catharinæ* dicato, ac præfecturæ ſunt immortui,

Rectores, Rever. Dominus JOANNES HILBINCH.
R. D. ARNOLDUS GRAES.
R. D. WENCESLAUS van ELVERIK.
R. D. CONRADUS ten BROOK.
R. D. HENRICUS KONINK.
R. D. HERMANNUS vander MARS.
R. D. EVERHARDUS van SUTPHEN.
R. D. HERMANNUS van HASSELT.
R. D. ARNOLDUS ten THOORN.
R. D. PETRUS KLEIS.

* [Ex Annot. D. D. *Herm. Terhoentii*, &c. de quo infra.
† Ex ejuſd. Annot.]

R. D. BONAVENTURA ter HOENTE.

* *Bonaventura* hic Oldenzalienſis, Ordinis Capucinorum, Almelöenſium in Tubantia Monialium tertiæ Regulæ D. *Franciſci* Rector, non ſolùm Aſceterium illud, ſed & Tubantiæ magnam partem ferventi zelo ac fructu ſub ingenti perſecutionis æſtu excoluit, coöperatores habens *Wayerum a Voorſt*, & *Ottonem* " *Terhoente*, Sacr. Theol. Baccalaureos. Sacra Con-" gregatio, ut ex litteris illuſtriſſimi *Phil. Rovenii* " 27. Apr. An. 1648. ad *Jacobum*, Epheſinum Arch. " didicimus, Sylvæ Ducenſibus Patrem Bonaven-" turam deſtinarat. Sed ſupplicavit idem Archi-" Epiſcopus, ut Almelöenſibus, quibus magis ne-" ceſſarius erat, relinqueretur." Præclarus hic Rector viris Eccleſiæ Batavæ primariis ob indefeſſum zelum, orationis quo præcellebat ſpiritum, morumque ſanctitatem conjunctiſſimus vixit; præcipuè verò Ampl. Dom. *Abrahamo Briemo*, atque *Henrico van der Graft*; undè & adhuc hodiè in ædibus ipſorum religioſiſſimi Patris iſtius viſitur prototypum. Ad eundem *Henricum*, ut ſub ipſo *Bat. Sacr.* p. 267. diximus, non litteras ſolùm, ſed & ſalutaria monita dedit circa carnis tentationes, *brevemque methodum* miſit, *qua ad converſionem infidelium utebatur, quam hæredes ejus ſtudiosè adſervarunt*.

" Obiit autem R. Pater *Bonaventura*, Capu-" cinus in Almeloo 15. Septembr. Anno D. 1652. " *indefeſſus*, ex *Eccleſiæ Bat. Necrologo*, *animarum Zelator*, & *cum opinione ſanctitatis*, juxtà *Relationem Rom. Jacobi La Torrii*, Archiepiſcopi Epheſini, *defunctus*. Duobus antè obitum annis ſalutis ſuæ a Deo certior redditus fuiſſe creditur; certè cubiculum fragrantiſſimo odore moriens repleſſe, atque adſtantes, quantumlibet de deceſſu ejus mœſtos afflictosque, incredibili gaudio affeciſſe fertur.

FRANCISCUS ter HOENTE, ex *Goor* Tubantiæ oppidulo, patrui *Bonaventuræ* loco Paſtor ac Rector Monialium in Almeloo, mœſtus decumbentis adſtans lectulo, ex morientis ore audivit; *Noli mœſtus eſſe; non poſt triduum ut Syxtum Laurentius, ſed poſt ſexennium me ſequêris.*

Obiit autem eodem in loco *Franciſcus* ille 16. Septembris Ann. 1656.

MATTHIAS van RYN, ex Pynacker Delphenſis agri pago oriundus, qui R. D. *Cornelio Vermeulen*, Stompwycano Paſtori ſtrenuam aliquandò navarat operam, defuncti R. D. *Franciſci*, Patris in Almeloo adjutor, a piis Monialibus in ipſius ſucceſſorem expetitus, per triennium earum curam geſſit; unde ad Curam Ryſwycanam evocatur.

Poſt triennalem itidem Præfecturam

JACOBI van LUYCK, indè Paſtoris in *Duyvendrecht*,

HERMANNUS ter HOENTE, Oldenzalienſis, *Franciſci Terhoente* germanus Frater, Theologus Colonienſis primùm, dein & Monaſterienſis, cum Oldenſalienſes aliquo tempore curaſſet, in Curam fidelium Almelöenſium ac Virginum ejuſdem Aſceterii præfecturam Anno 1662. ſucceſſit.

Cum Monialibus iſtis in *Glaniam* Anno 1665. profectus, Oldenzalienſes ad ſacra ob vim perſecutionis eò accurrentes, in idem ovile benignè excepit, ac ſollicitè multo tempore pavit, donec Oldenzalienſi oppido ſub Annum 1672. per Monaſterienſem Epiſcopum occupato, vindicatâque ab alienis poſſeſſoribus D. Plechelmi Eccleſiâ, ſub Principis iſtius tutelâ Collegiatæ ejus Eccleſiæ Decanum egerit. Poſtquam verò retractis Monaſterienſium copiis Oldenzalia in Fœderatorum Ordinum poteſtatem rursùm redacta eſt, non tantùm Aſceterio Monialium, ad quod regreſſus fuit, conſuluit, terris ad ſegetes & quercus per ejus ambitum comparatis: verùm etiam vicinorum oppidorum pagorumque fidelibus latè diſperſis & ad animarum pabulum longius pergere coactis, de animarum Curatoribus providit; totis per Tractum Tubantinum erectis fundatiſque Eccleſiis.

* *Relatio Rom. Jac. La Torrii etc. pag. 315.*

Ex quo enim Regio hæc abactis Marchionis *Spinolæ* præſidiis Fœderat. Ordinum ſub A. 1626. ceſſit potentiæ, Eccleſiis & exuviis ſacris orbata, gravem fugatis Presbyteris ſuſtinuit perſecutionem; uno vix alterove Sacerdote, latebris abdito, ad diffuſos latè fideles latenter excurrente magno ſui diſcrimine. Sic *Gerardus Eilerus*, non ignobilis apud Oldenzalienſes familiæ Sacerdos, Colonienſis Theologus, Provinciam hanc primùm ſolus exercuit ſub maximis laboribus, ærumnis ac cruciatibus, non ſemel a perquiſitoribus captus, poſt equum raptatus, atque alia dira perpeſſus.

Huic GERARDUS POTCAMP, Borno-Tubantinus, Theologus etiam Colonienſis, ac quidam *Meyers*, ejuſdem agri Tubantini Presbyter, ſubinde additi, qui comparatâ ſibi vetuſtâ Tractus Monaſterienſis quam incolebant Domo, *Ooſthuis* dicta, in eaque exiguo extructo Oratorio illuc adventantes undecunque fideles Tubantinos excipiebant, atque ad illos latè vagéque diſſitos furtim excurrebant. Cùm autem circa Annum 1672 occupato a copiis Monaſterienſibus patrio ſolo, Presbyteri Cath. ſingulorum oppidorum pagorumque Eccleſias ſibi vendicaſſent; ii rurſus, cùm loca ea in Ordinum Fœd. poteſtatem redigerentur, ex illis fugati, latenter tamen hic & illic hæſere extructo ibidem cum ædibus Oratorio.

Prædictus autem *Herm. Ter Hoentius*, omninò ſenex in Parthenone *Fugæ B. M. V.* Monaſterienſi Epiſcopo modò ſubdito, Anno hoc 1715 15 Oct. vitâ deceſſit, ætat. 79 Sacerdotii 56 in Oratorio illic conditus ſub epitaphio quod tenemus. Succeſſor ejus *Henricus Meyer*, ex *Ryſſen* Tub. pago, Thelogus Monaſterienſis.]

WEERSELOE,

Parœciali Eccleſiæ præeſt *S. Remigius*, eique annexus eſt *Virginum nobilium* Prioratus, cujus uberem notitiam ſuggeret appenſa *Fundatio Monaſterii de Werſelo*. Weerſeloe, Parochia *S. Remigio ſacra*: Virginum Nobilium Cœnobium; Fundationis Tabulæ.

Miles quidam ſtrenuus *Hugo* nomine de *Buren* Villa, quæ ſita eſt in Bathua, divinâ inſpirante gratia de cœleſtis regni perennitate ac de mundi hujus inſtabilitate meditari cœpit quid ageret, quo ſe verteret: cum uxore ſua ſatis religioſa habito conſilio elegit abjectus eſſe in Domo Dei magis quam habitare in Tabernaculis peccatorum: egrediens igitur de terra ſua & de cognatione ſua cum uxore ſua cum filiis & filiabus, cum famulis & ancillis, venit in partes remotiores Thuringiæ ibique locum occupavit *Apterothe*, in quo Deo ſervire decrevit. Sequebatur autem eum Miles quidam, nomine *Arnoldus* cum conjuge *Berthilda* & filia *Berna* & alii multi: ubi cum per biennium manſiſſet, locus & gens vicina illi diſplicere cœpit, fœminiſque præcipuè, quæ die ac nocte incumbebant *Hugoni* ut aptiorem locum ad ſerviendum Deo quærere curaret. Ille tandem ſociorum ſociarumque victûs precibus rediit in Twenthiam ad cognatum ſuum *Hugonem de Goer* Virum nobilem Trajectenſis Eccleſiæ Advocatum, & re geſta narrata illum conſuluit, in quo loco animam ſuam potius ſalvare vale-

Digitized by Google

valeret: qui gaviſus de reditu illius obtulit ei Eccleſiolam quandam in *Werſloe* ſitam, ut ibi Deo cum ſuis ſerviret, ipſumque idem ſe facturum Deo annuente in voluntate habere dicebat. Ambo igitur Dominum *Harbertum* piæ mem. Trajectenſem Epiſcopum adibant ſupplicit r pro Eccleſiola prædicta deprecantes; quorum petitioni acquievit Advocato quicquid juris habebat in ea in manus Domini Epiſcopi reddente, ipſoque Fratri *Hugoni* tradente ſuos, qui erant in Thuringia ad locum prædictum cum gaudio *Hugo* reduxit; ipſi verò ſub regimine Monachorum, quos ei Dominus *Henricus* Abbas de S. Paulo accommodaverat vir religioſus, ſatis honeſtè ac religioſè vixerunt, *Hugone* bonæ voluntatis viro omnes qui ad eum confluxerunt ſuſcipiente, non multum curante nec interrogante quid vel quantum Eccleſiæ conferrent, ut ſaltem animas eorum ſalvari gauderet. Ubi cùm per decem annos & amplius manſiſſet *Hugo* de victu & veſtitu ſuorum ſollicitus latiorem quærens locum venit ad Comitiſſam de Benthem matronam venerabilem nomine Gertruidem flexis genibus eam deprecans, ut paludem quandam, inter villas Baerloe & Loen ſitam, *Wytmerſch* dictam ad colendum ibi Deum & hominibus regnum Dei quærentibus habitaculum tradere dignaretur: quæ de mariti ſui *Ottonis* Palatini Principis glorioſi morte triſtiſſima pro ejus animæ remedio omnem voluntatem Fratris *Hugonis* petentis adimplevit, illeque ſine mora paludem ingreſſus colere viriliter inchoavit: ſed quia plus eſt anima quam corpus ſub regimine Abbatis degere cupientes Monachum quendam *Hildebrandum* dictum Priorem de S. Paulo in Abbatem elegerunt, quem per annum renitentem adjutorio Domini Epiſcopi *Hermanni* tandem acquiſierunt, qui ordinatus in Exaltatione S. Crucis Anno ab Incarnatione Domini 1152. Anno autem primo regni Domini Fritherici glorioſi Romanorum Imperatoris *Werſeloe* per prædictum *Hugonem* ductus cum gaudio magno a pauperibus Chriſti Deo inibi ſervientibus ſuſceptus eſt.

Iſta præſcripta excopiata ſunt ex quadam magna Littera patente & ſigillata, in qua ea quæ ſequuntur nullam deinceps faciunt mentionem de *Werſloe*, ſed tantum de *Wytmerſchen* cum Privilegiis & Bulla Domini Apoſtolici, nec non de ſuper Domini Monaſterienſis confirmatione, &c.

Sequentem Scripturam invenit Dominus *Hermannus de Belen*, Paſtor in *Werſloe*, in quodam Libro Monialium in earum Choro.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Anno 1178 Indictione XI pridie Non. Aug. dedicatum eſt principale altare in *Werſloe* in honorem S. *Remigii* Archiepiſcopi & Confeſſoris à Domino *Hermanno* Dei gratia Monaſterienſi Epiſcopo præſulatus ejus anno V. regnante glorioſiſſimo Imperatore Frederico regni ejus anno XXVI. primo anno Balduini Traject. Epiſcopi, præſidente huic loco Hildebrando Abbate primo dominatus ejus XXVIII. anno. Priore tempore Hildebrandi Abbatis prædicti Eppone ſic dicto.

Ex præmiſſa fundatione apertè videtur, quod Monaſterium in *Werſloe* ex prima inſtitutione fuit Monaſterium Fratrum Monachorum & habuit Abbatem & Priorem, ubi primus Abbas, ut prætertur, aſſumptus, electus & datus fuit eiſdem ex Monaſterio S. Pauli in Trajecto, P. *Hildebrandus* fuit dictus, Prior vero ex eodem fuit Monaſterio Eppo nominatus: ex quo primò ſatis claret, quod Monaſterium de *Werſloe* inſtitutum eſt ex prædicto Monaſterio S. Pauli in Trajecto, & Abbas ejuſdem Monaſterii eſt & erit proprius Viſitator & Proviſor Monaſterii . . . . etiam ſicut per aliquot annos elapſos audivi (*Hermannus* ſcilicet de *Belen* hic Paſtor) aliquas antiquas Moniales dixiſſe, ſcilicet, quod hoc audiſſent à ſenioribus Monialibus Abbatem de S. Paulo in Trajecto eſſe Viſitatorem proprium Monaſterii in *Werſloe*.

Viroruꝫ primùm,

Fuerunt poſt præfatum *Hildebrandum* & alii Abbates ibidem: nam ego inveni in Libro earum ſcilicet in Kalendario, ubi memoriæ & nomina defunctorum Monaſterii habentur, aliquorum Abbatum nomina inſcripta: nam VI. Kal. April. habetur ſic: obiit *Reggardus* I. Abbas in *Werſloe*. In Profeſto Nativitatis Mariæ obiit *Gerwinus* Abbas. Item *Eppo* Prior. XV Kal. Jun. Abbas *Wychmannus*. Item Kal. Junii *Adaccoldus* Abbas. Item *Gerconis Ulſtenus* Abbas cum cæteris. cujus Abbates diverſi recenſentur,

Quum igitur verum ac certum clareat ex ipſa præmiſſa Fundatione, quod primò in *Werſloe* inſtitutum fuerit Monaſterium Virorum, quæri poteſt non inconvenienter, quomodo & qua ex cauſa ſit factum ut, ſicut cernimus, mutatum ſit in Monaſterium Fœminarum

Ex quo Monaſterium in *Werſloe*, ut notum eſt, fundatum & inhabitatum olim fuerat à Fratribus Monaſterii S. Pauli Ord. S. Bened. in Trajecto, quæſtio rationabiliter proponi ab aliquo poſſet, cui vel quomodò tranſmutatum ſit ſeu tranſlatum ad perſonas fœmineas? Ad hoc dicendum, quod Monaſterium præfatum poſt inhabitationem & fundationem primùm à Fratribus emiſſis à Monaſterio S. Pauli inhabitatum ac dilatatum fuit in perſonis & bonis: poſtmodum elapſis pluribus temporibus propter nimiam inopiam & penuriam, quæ in terris, ut refertur, propter Guerras Spectabilium rapinaſque eorum & devaſtationes nimias in terra facta acciderat, viſum eſt eis loco cedere, habitoque inter ſe conſilio valedicentes Monaſterio ad S. Pauli domicilium redierunt: quapropter Spectabiles terræ, ne Monaſterium vacuum & ſine fructu remaneret, petierunt ab Abbate ac Conventu S. Pauli, ut gratiâ eorum ac permiſſu liceret eis in eodem ſuas filias aut neptes introducere, & inibi Habitu Sancto inveſtiri & ad Regulam S. P. Benedicti ſolemniter profiteri. Quo ſic eiſdem conceſſo ab hinc uſque nunc permanſit Monaſterium Fœminarum: quibus ibidem diu Domino in munda Religione ſervientibus idipſum, quod Monachis prætatis accidit, ſupervenit detrimentum, in tantum quod præ nimia inopia victum & veſtitum pro ſua competentia habere non valebant. Verùm pius Dominus Famulas devotas in ſua tribulatione non deſeruit, nam erat eodem tempore Epiſcopus quidam Traject. vir pius & miſericors *Godefridus* nomine, quem ego F. *Joannes Oldenſleel* inveni in Kalendario Monialium in *Werſloe*, quod obierit VI Kal. Jun. ubi juxtà notatum fuit ſic: qui dedit Eccleſiam Otmerſem huic Eccleſiæ ſcil. *Werſloe*, &c. Hic ergo prædictus Epiſcopus fama vulgante comperit Chriſti famulas arctâ penuriâ premi, qui ejuſdem compatiens dedit eiſdem Eccleſiam Otmerſchem pro levamine ſuæ neceſſitatis: & ne Sanctum fraudaret Martinum per præfatæ Eccleſiæ largitionem quinque prædia de ſuo patrimonio in Parochia de Ullen ſita in recompenſam Sancto tradidit Martino. Poſtquam ergo Eccleſia antetacta dein Virginum domicilium,

tacta ſic, ut præfertur, in ſortem ceſſit Monialium, ſuum in ea Confeſſorem Paſtorem populi præfecerunt, in quatuor ſummis verò Feſtis prædictæ Moniales conſueverant pergere, ut dicitur, ad Eccleſiam antedictam & ibidem in Choro ſegregato conſtitutæ cantare cantica divinæ laudationis quæ pertinent ad Officium Miſſæ, Officioque peracto ſumptis ſecum Fidelium oblationibus cum gaudio ad ſuum remeabant Monaſterium, & ſic ex proventibus hujus Eccleſiæ longo tempore ſatis bonam & pinguem ſuſtentationis fructum percepêre.

Nunc de Eccleſiæ præfatæ abalienatione ſeu amiſſione qualiter acciderit paucis enarrabo: erat quidam Canonicus Eccleſiæ Oldenzalienſis ante noſtra longa tempora, qui habens neptem inſtabat apud Moniales in *Werſloe* pro loco, quæ quia Militaris non erat accepit Epiſtolas refutatorias, dolenſque hoc præfatus Canonicus meditatus eſt huic reſponſo referre talionem, quod & fecit. Fuit eo tempore Monachus ille, quem Moniales præfecerant Eccleſiæ Oetmerſchem Paſtorem, vir juvenis & plus quam decuit ſua utens libertate, levis ad luſum pilæ. Sciens ergo Canonicus præfatus iſtius Monachi conſuetudinem, quia cum ſecularibus ſolitus eſſet ludere cum pila & inter ludendum Habitum ſuæ Religionis ſolere deponere, quapropter ut ſuo rancori concepto ſatisfaceret, tempus aptum ad hoc curioſius obſervabat. Venit ergo die quadam cum Notario ad locum, ubi Monachum prædictum noverat cum ſuis ſodalibus ludentem, & inveniens eum depoſuiſſe Religionis Habitum acceptis teſtibus petiit à Notario ſuper hoc ſibi fieri Inſtrumentum, & breviter fecit eum citari ob hoc ad Romanam Curiam & obtinuit contra eum victorioſè Eccleſiam Oetmerſenſem. O quam malus fuit ille ludus in quo heu miſer evaſit nudus! Verùm inſpectis omnibus diligenter claret, quam injuſtè lucratus fuit illam Eccleſiam, quia non erat Monachi, ſed Monialium: non erat ibi tunc ſapientia nec adjutorium fidele, verumtamen fiebant, ut refertur, plures dietæ & conventiones ad ſedandum & concordandum negotium, ſed parum nimis profecerunt amici Monialium & viri Spectabiles. Tandem multis tractatibus inter ſe celebratis non niſi hoc unum potuit vix obtineri, ſcilicet quod alternata tantum collatio maneret Monialibus cum Domino Papa ſuper præfata Eccleſia cum uno prædio ſita juxtà Civitatem Oetmerſen, quod Monialium foret perpetuò.

Hæc omnia præfata accepi ex relatu Domini *Hermanni de Belen*, Paſtoris in *Werſloe*, qui curioſè inveſtigans eadem perceperat & mihi ſingula, quaſi è libro legiſſet diſtinctè, enarravit, & ego eadem, ne oblivione obliterata evaneſcerent, litteris commendavi. Hæc è Charta M.S.

Vidi Litteras, quibus divina miſeratione Prioriſſa totuſque Conventus Sanctimonialium Clauſtri in *Werſlo* Ord. S. Bened. in die S. Viti Anno 1280. pro Decima ſolvenda Caſam in *Herkenſlo* ſitam tres modios ſiliginis Davent. menſuræ ſolventem *Henrico* cuidam Clerico vendiderunt.

Sed ante abolita Sacra Catholica jam à pluribus annis obſoleverat votorum uſus & ad Canoniſſarum Inſtitutum Moniales tranſierant.

Situ amœno, cui *Vicaria* una aut altera.

Horâ circiter ab Oldenſalia diſtat hoc Aſceterium, ſitum in ſilva quercina, habenſque irriguum inferius & ſuperius. Eccleſiæ Codices MS. *Vicarias* XI. M. Virginum & *S. Antonii* aſcribunt; verùm non niſi *Vicariæ B. M. V.* in ſuis Annotatis meminit *Reverendiſſimus de Monte*, fortè priores ſenio jam defecerant.

Wytmarſerſ, olim Benedictinarum Monialium, Cœnobium nunc quoque ſecul. Canoniſſarum hoſpitium.

Wytmarſenſe Cœnobium (cujus in præmiſſa Charta ſit mentio) *Virga B. M. V.* vulgò *Sunte Marienrode* nuncupatum, etiamnum quidem perdurat; at non jam amplius à Benedictinis Monialibus, quas Anno 1438 *Otto Scrodères Præpoſitus* & *Margaretha van Senden Prioriſſa Conventus* gubernabat, ſed à *Semimonialibus* incolitur, ſic enim L. 2. *de Continentia*, c. 12. ſeculares Canoniſſas intitulat eruditiſſimus *Eſpenzæus*, earumque Collegia nonnemo alius *Nobilium Hoſpitalia*.

U L S E N,

Comitatus Benthemienſis Pagus, ejuſque Parochialis Eccleſiæ præfectura ex dono *Andreæ* Præſulis Traject. penes Capitulum S. Petri Trajectenſis: en doni teſtimoniales.

Ulſæ Parochia, Capitulo S. Petri Ultrajecti ab Andrea Traj. Epiſc. donata;

In *nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.* Notum ſit omnibus Chriſti Fidelibus tam futuris quam præſentibus, quod ego *Andreas* Trajectenſis divina miſericordia Epiſcopus Eccleſiam quandam in *Twenta* in *Villa*, quæ *Ulſen* vocatur, conſenſu & petitione Fidelis noſtri *Harberti* Perſonæ ejuſdem Eccleſiæ Beatiſſimi Principis Apoſtoli Eccleſiæ Fratribus in perpetuam mei & ipſius memoriam tradidi, ita tamen, ut dum ipſe vixerit nec . . . . abrenunciaverit, liberè abſque ulla conditione eam, ut hactenus, obtineat. Poſt obitum verò ejus de prædictæ Eccleſiæ reditibus Marcam unam Canonicis Majoris Eccleſiæ Canonici B Petri ſingulis annis ad vincula S. Petri perſolvant, reliquum verò inter novem Præbendas; quæ in Eccleſia B. Petri quotidiano vino carent, æqua portione annuatim dividendum cenſuimus. Ob hoc autem prædicta dona inter plures diviſimus, ut poſt obitum utriuſque noſtrum duarum Eccleſiarum anniverſaria interceſſione & quotidiana commemoratione pii Redemptoris noſtri miſericordiam multiplicatis interceſſionibus mereamur invenire, & in die tremendi Judicii ſalvari. Et ut hæc traditio firma & inconvulſa permaneat, hanc Chartam ſcribi juſſimus & Sigilli noſtri impreſſione ſignari. Data Trajecti An. Dominicæ Incarnationis 1131. Indict. IX. anno regni Lotharii tertii VII. noſtri verò Epiſcopatus IV. Huic autem traditioni interfuerunt idonei Harmannus Præpoſitus de S. Bonifacio. Luzo Præpoſitus de S Petro Hugo Præpoſitus de S. Maria. Lubbertus Decanus de S. Martino. Wichardus Decanus de S. Bonifacio. Watzo de S. Joanne. Arnoldus Decanus de S. Maria. Laici Miniſteriales Alfero Sculteтus. Arnoldus Caſtellanus. Albero. Gerardus. Egbertus. Lutbertus & Hugo.

Quibus aſſociamus alias, quæ in eadem Eccleſia perpetuum Lumen accenderunt

Ad plurimorum notitiam Ego *Swederus de Brectlare*, Famulus Caſtellanus in Benthem cupio pervenire, quod *Nicolaus Meyerinck*, *Henricus*, *Robertus*, *Luce* & *Nicolaus* ſui filii de conſenſu unanimi pro ſalute animarum ſuarum Decimam Domus dictæ *Sonnenbergginck* contulerunt *Eccleſiæ in Ulzen* ad luminare in honorem B. M. V. in ead. Eccleſia perpetuè reparandum: in cujus donationis teſtimonium Ego *Swederus de Brectlare* jam dictus ſigillum meum præſentibus appoſui ad petitionem omnium prædictorum. Datum Anno Domini 1332. ipſo die Nativ. S. Joannis.

Ciſter-

Ciſtercienſium Monialium Cœnobium,

Ciſtercienſes Veſtales, quæ in littore torrentis A Covordiam inter & *Schoenebeecke* loco ob frequentes aquarum illuvies incommodo conſidebant, ad hanc Parœciam tranſitum meditabantur: ſed cùm Tencteri, qui ex conditionibus pacis cum Trajectino Hierarcha *Ottone* III. Anno 1233. initis Monaſterium ibid. fundaverant, eas finibus ſuis egredi nollent, in *Duyrſe* ad ripam fluminis *Rolde*, ac demùm exſtructo magnifico Domicilio (in quo poſt ſacrarum Virginum exilium comitia & alii actus publici à Tencteris celebrantur) in *Aſſen* ſtabiles ſedes poſuerunt, non Anno 1234. ut vult *Picardus*, ſed ſeriùs; quod ſequentibus Litteris (quibus hîc propriè locus eſt) teſtatum damus.

in *Aſſen* tranſlatum;

Guidonis,

In *nomine Domini Amen.* Nos *Guido* Dei gratiâ Epiſcopus Traject. notum facimus univerſis, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, quod nos quondam Reverendi Patris ac Domini, Domini *Henrici* Dei gratiâ Epiſcopi Traject. prædeceſſoris noſtri litteras non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua ſui parte vitiatas vero ſigillo ſuo ſigillatas, prout prima facie apparebat, vidimus in hæc verba.

& Henrici, Ultrajectinorum Epiſc.

Henricus, Dei gratiâ Traject. Epiſcopus, omnibus præſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Accedentes ad præſentiam noſtram Abbatiſſa Conventus *S. Mariæ de Campe* juxtà *Coverde* Ciſter. Ordinis in Chriſto dilecti & devoti nobis de ſtatu paupertatis ſui Monaſterii ſeriatim & efficaciter expoſuerunt, inter cætera dolenter conquerentes & referentes, quod propter agrorum ſuorum paucitatem & nimiam ſterilitatem, nec non aquarum frequentem inundantiam in eodem loco de manuum ſuarum laboribus nullatenus commodè valeant ſuſtentari; propter quod ſuper eorum neceſſitatibus noſtræ providentiæ conſilio in hac parte ſibi miſericorditer ſubveniri ſupplicarunt, poſtulantes humiliter & devotè, quatenus ipſis ob eorum neceſſitates & anguſtias evidentes Conventum loci ſupradicti ad loca quæ dicuntur *Berlebare* & *Sebekeloe* transferendi licentiam concedere dignaremur, ſperantes ibidem tam ſanctam & Deo dilectam Congregationem fortunâ pinguiori debere ſalubrius in poſterum pullulare. Nos verò divini nominis cultum ſemper augere cupientes, piis & juſtis precibus Abbatiſſæ & Conventus prædictorum inclinati, in locis nominatis ab eiſdem optatis & quam plurimum deſideratis ædificandi Monaſterium, in omnibus ſuis officinis Monaſterio neceſſariis, ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti & honorem Virginis Mariæ Dei genitricis, in memoriam perpetuam & ſalutem noſtræ, parentum noſtrorum dilectiſſimorum *Henrici* Comitis & *Margaretæ* Comitiſſæ Vienenſis animarum, liberam conceſſimus facultatem, ſine præjudicio juris alieni, concedentes eiſdem ut eorum ædificium melius valeat conſummari in perpetuum Decimas minutas & groſſas, quæ de cultura prædictarum terrarum in futuro quibuſcunque modis poterunt provenire, proviſo ut ex nunc in antea in ſæpe dicto Monaſterio per Conventum loci ſingulis hebdomadibus unus dies, quem Conventus elegerit, in Vigiliis & Miſſis animarum in noſtri & prælibatorum parentum noſtrorum remedium & ſalutis æternitatem cum omni humilitate & devotione ſtudioſius excolatur: Abbatiſſam & Conventum memoratos in noſtram recipientes protectionem ſpecialem, mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ & per pœnam excommunicationis diſtrictè præcipiendo, ne quis perſonas memoratas rebus ſuis Eccleſiaſticis & mundanis, mobilibus & immobilibus, locis nominatis, decimis, paſcuis & veno uſque *Venebrugge* circumjacentibus contra hanc noſtram noſtræ conceſſionis gratiam aliquatenus præſumat moleſtare. In cujus rei teſtimonium & robur perpetuum præſens ſcriptum ſigilli noſtri munimine conſignavimus, & Venerandorum Prælatorum nec non dilectiſſimorum Capitulorum Traject. ſigillis petivimus & fecimus roborari præſenti teſtimonio Litterarum. Actum & datum Gore Anno Domini 1252. menſe Martio, præſentibus *Hermanno de Salmis* Præpoſito S. Pauli Leodicenſis, *Johanne*, *Hermanno* Canonicis Traject. *Daniele* noſtro Capellano, *Henrico de Almelo*, *Frederico de Arret*, *Hetſelo de Ockenbroke*, *Hermanno de Saterſloe*, *Arnoldo de Rethem*, *Nicolao* & *Jacobo* fratribus *de Thya* militibus, & aliis pluribus.

Quas Litteras cum omni ſuo effectu, licèt dictus Conventus ad prædicta loca, videlicet *Berlebare* & *Zebekelo*, ſed ad locum alium, videlicet *Aſſen*, tranſlatus extiterit, & apud *Berlebare* locum prædictum tantum grangia cum attinentiis ſuis ad ipſum Monaſterium ſpectans, quam in præſentiarum Monaſterium in *Aſſen* obtinet, ædificata extiterit, gratas & ratas habentes & approbantes eadem auctoritate ordinaria confirmamus, intuitu divinæ pietatis ad confovendum Conventum dicti Monaſterii in tranquillitate & pace, ut divinis officiis & operibus miſericordiæ, quibus Ordo Ciſter. divina præſtante gratia, pullulare dinoſcitur, liberius intendat, Nos dicto Monaſterio & perſonis ejus ut pecora, beſtias ſuas ad grangiam de *Berlebare* ſpectantia ſeu ſpectantes liberè ubicunque in locis vicinis prædictæ grangiæ, in locis deſertis & incultis & in terra communi, quæ *Meenthe* vulgariter dicitur, uſque ad amnem qui fluit per *Venebruggen* ad partem Meridionalem ipſius amnis minare & paſcere valeant, conceſſimus & in his ſcriptis concedimus, recipientes nihilominus dictum Monaſterium, perſonas ejus cum omnibus bonis dicto Monaſterio attinentibus in diſtrictu noſtro ſitis, & ſpecialiter cum duabus domibus *Pathuſen* & *Venehuſen* cum earum attinentiis ſitis juxtà *Coverden* ſub protectione & tuitione noſtra; mandantes omnibus Officiatis & Fidelibus Eccleſiæ noſtræ, ut prædictum Monaſterium cum omnibus bonis ſuis, quæ nunc juſtè poſſidet, & quæ in futurum juſto acquiret titulo, intuitu Dei & noſtri à quibuſcunque eidem injuriam inferre volentibus tueantur. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus Litteris duximus apponendum. Datum Anno Domini 1312. in die *B. Mariæ Magdalenæ*.

Grangiæ fabricam (de qua in Litteris præcedentibus) cùm intenta Cœnobii tranſplantatio ſuum non ſortiretur effectum, præſentibus E. Præpoſito Tylenſi, *Hermanni de Zaterſlo*, *Arnoldo de Almelo*, *Jo. Dapifero* Militibus præfatus *Henricus* Trajectinus Antiſtes Daventriæ probavit Anno 1254. in craſtino *B. Luciæ*: in quam jam ante Comes Benthemenſis conſenſum dederat, cujus Litteras aſſcribimus.

Dilectis in Chriſto *Abbatiſſe* & *Conventui Beatæ Mariæ in Campen*, *Otto Comes in Benthem* quicquid poterit promotionis: Devotioni veſtræ notum facimus & omnibus viſuris præſentia, quod

atque Ottonis Comitis Benth. in fundationem conſenſus.

quod nos, accedente conſenſu Caſtellanorum noſtrorum, videlicet *Engelberti de Veret*, *Nicolai*, filii *Boudekini*, & *Nicolai* de N. qui in Campo Villæ ſcil. *Itterbeke* partem habent ratione feudi quod tenent à nobis, licentiam vobis concedimus ædificandi Domum in Campo jam dicto in loco Campi, vid. qui *Moertkule* nuncupatur, omnem terram, quam circa locum prædictum poteritis aratris è Domo prædicta excolere, vobis liberè ad honorem B. M. V. conferentes, & omne jus, quod nobis in novalibus per aratra prædictæ Domus excolendis poſſit competere ſive in Decimis ſive in aliis quibuſcunque utilitatibus, veſtro Conventui ob ſalutem animæ noſtræ & prædeceſſorum noſtrorum in perpetuum aſſignantes, ut bonorum, quæ in veſtro Conventu Domino inſpirante feceritis, effici participes mereamur. In hujus itaque rei teſtimonium præſentes Litteras noſtro ſigillo vobis tranſmittimus roboratas. Datum Anno 1254. ipſo die *Lamberti*.

Sed cùm, ob loci diſtantiam, ſede in *Aſſen* collocatâ, primis poſſeſſoribus minus utilis eſſet hic fundus, eum ſub Abbatiſſa *Lutgarde Polmans* Anno 1416. cum omni peculio, quo in hac Parœcia potiebantur, noſtris *Zibbekeloenſibus Galileis* vendidere.

VELTHUISEN,

Velthuiſa,

Citerioris Benthemii & Tubantiæ finitimus pagus, cujus Eccleſiæ filia eſt *Nieubuyſii* Parœcia, quod ejuſdem Comitatus oppidulis annumeratur.

EMBLICAMP,

Emblicamp,

Itidem Benthemienſis Territorii membrum ac pagus.

LAERWOLT,

& Laerwolt, cit. Benthemii pagi, Comiti Benthem. ab Ultraj. Epiſcopo in feudum dati, &c.

Hunc & tres præcedaneos citerioris Benthemii pagos ab Ultrajectino Præſide in feudum obtinuit Comes Benthemenſis, de quo ad Annum 1418, videri poteſt *Bocopius*, inde inter ejus Miniſteriales ſupremus *Camerarius* nuncupatus. Suberant antiquitus Oldenſalienſi Archidiaconatui, & cum eo ad Daventrienſem Epiſcopatum tranſmearunt: non illos inviſit *Reverendiſſimus de Monte*; nam ſeceſſione facta ab Eccleſia Romana, cum ſuo Domino Catholica Sacra jam ejurarant. Plura in hiſce Eccleſiis fuiſſe Sacerdotia ex Oldenſalienſium Officialium Regiſtris conteſtantur *Notæ Rovenianæ*: ſed cùm illa non recenſeant, nec nobis Officialium Chartas perluſtrare licuerit, ad notiora ſtylum provehimus.

DENICHAM,

Denicham, Eccleſiæ, Collatores,

Sub imperio Tubantinæ Satrapiæ Pagus Tranſiſulanus, cujus Eccleſiæ patronatu alternis vicibus potiuntur ſupremus & Daventrienſis Eccleſiæ Hierarcha: in qua *Vicariæ*,

Vicariæ,

I. *S. Antonii*, cujus poſſeſſor Organiſtam agit & ad tria Sacrificia obligatur, eum cum duobus Æditiuis ſenioribus aſſumit Paſtor.

II. *SS. Catharinæ*, *Agnetis* & *Barbaræ*, cujus Miniſtro demandatur Eccleſiæ Cuſtodia & trina incruenti Sacrificii oblatio: ejus patronatu gaudent Paſtor, Benthemienſis Comes & Æditui ſimul ac indiviſim.

Ann 1572. Paſtor, & hodierni Paſtores,

[Paſtor in Denicham A°. 1572.
D. ac Mr. GERARDUS BISE, & poſt Annum 1672.
Et poſt Ann. 1672.
BOSCHARDUS HESTERMAN, Monaſterio Mettelenſis, Theologus Monaſterienſis, indè Anno 1696. creatus Paſtor Oldenzalienſis.
HERMANNUS PESE, Denichamenſis, primùm Monaſt. dein Lov. Theologus, anteà in Friſia apud *Cynſmeer* Paſtor]

Capella ei ſubdita,

Huic Parœciæ ſubditur *Capella* in *Seingræven*, in qua ſingulis hebdomadibus ſemel Catharinianus Vicarius ſacram Liturgiam obit.

FRISENVEEN,

Friſenveenæ Divus Tut. Vicariæ, Collator,

Sub Almeloana Dynaſtia Tranſiſulaniæ pagus: Eccleſia D. *Antonio* ſacra ab Almelöenſi Dynaſta Parochum nanciſcitur cum debito Sacri menſtrui funeralis in Sabbatho & feria VI. de Sancta Cruce ex fundatione *Bernardi Weſſelmick* Presbyteri: in ea ſedem poſuerunt *Vicariæ*,

I. *S. Crucis* } cum penſo II. } Sacrorum.
II. *S. Antonii* } cum penſo IV. } Sacrorum.
III. *S. Annæ* } cum penſo III. } Sacrorum.

Earum patronatum poſſidet prænominatus Almeloanus Toparcha.

Anni 1571. & moderni Paſtores.

[Friſenveenenſis Paſtor Ao. 1571.
D. GOSUINUS ROMMELM N.
Hujus ævi Paſtores qui & vicinos *Geeſterenſes* curant,
JOANNES SCHUUREN, Friſeveenenſis, Theologus Monaſt. Et illo poſt XXXVI. annorum Curam ab annis duobus circiter mortuo,
GERARDUS COFLSVELT, Enſchedenſis, Theologus primùm Monaſt. dein & Lovanii, defunctus 15. Febr. 1717.]

WIERDEN,

Wierdæ Divus Tut. Vicaria, A. 1571. Paſtor, &c.

Parochialis Eccleſia hujus Tubantici Pagi titulum habet *S. Joannis Baptiſtæ*, in qua cum debito II. Sacrorum unico *B. M. V. Vicaria*: utriuſque autem patronatum gerit Almeloenſis Dynaſta.

[Paſtor Wierdenſis A°. 1571.
D. JOANNES NYENHOF.]

TUBBURGEN,

Tubburgæ, olgo, Parœcia S. Pancratio ſacra,

Ex nomine *Tiberii Auguſti* & fortè à Romanis hic excitato Prætorio hujus Tubantini Pagi vocabulum nonnemo componit. Parœcialis Eccleſiæ, D. *Pancratio* dedicatæ, patronatum prætendunt Prænobiles Domini *de Eſchede* & *Fleringen* ſive *Herinckhave*, in qua unica *Vicaria* cum debito III. vel IV. Sacrorum, cujus collationem Parocho Ootmarſienſi aſcribit *Reverendiſſimus de Monte*, è quo etiam colligo illius hanc noſtram eſſe filiam & Paſtoratui *Vicariam* connexam.

Vicaria, Collator.

Hujus temporis Paſtores.

[Paſtores hoc ævo Tubburgenſes,
JOANNES BENSCHOP, Lingenſis, Monaſter. Theologus.
Et illo poſt XV. annorum ibi labores defuncto,
JOANNES WESSELS, Enſchedenſis, Theologus Lovanienſis.]

D E

De Decanatu Harderviceno,

Sub quo conveniunt

HARDERVICUM,
ELBURGUM,
DOORNSPYCK,
NUNSPEET,
ELSPEET,
ERMEL,

PUTTEN,
GARDEREN,
COETWYCK,
APELDOORN,
BEECKBERGEN.

HARDERVICUM*,

Hardervici varium nomen, ſitus, grave incendium.

[In veteribus Tabulis *Hardewich*, vulgò hodiè *Harderwijck.*] Sub Velavica Tetrarchia Geldriæ oppidum, poſitum eſt ad ſinum lacus Flevi, vulgò *de Zuyder Zee.* Arſit inauſpicatò hoc oppidum A. 1503. tam pertinaci incendio, ut quinque tantùm vel ſex domibus exceptis vix trium horarum ſpatio totum abſumptum ſit, & plures quam mille homines incendio & murorum ruinis exſtincti, *ex Fratrum Neomagenſium Annali:* rem neſcio admiratione an miſeratione potius proſequendam: ſed omnia ſtatim reparata & oppidum multò quam antè pulchrius ac munitius evaſit.

Eccleſia primaria; Divi Tutel. Jus Collationis,

Eccleſia Parochialis D. *Martino* † inſcripta, hodié-dum ignis injuriam deplorat; ejus fabrica auguſta eſt & ſplendida: exigit à ſuo Miniſtro quotidianum altaris Sacrificium & diebus dominicis ac feſtivalibus Sacræ Concionis jentaculum atque merendam.

Legi Litteras *Caroli* Ducis Geldriæ Sabbatho poſt S. *Matthei* Anno 1511. Sanctmariani Capituli apud Ultrajectinos Decano ſcriptas, quibus cum agnoſcit hujus noſtræ Eccleſiæ Paſtorem ac Præſidem: &, cùm pecuniaria ſubſidia, quæ in ultimo Jubilæo ex eleëmoſynis ad Ædis combuſtæ reparationem conceſſerat *Cardinalis Raymundus* per utramque Germaniam Nuntius Apoſtolicus, nonnemo, qui ſe Summi Pontificis Cubicularium inſcribebat, auferre moliretur, rogat ut illius auctoritas Rectori ac buſto ſervet, quæ ad hujus reſtaurationem prodiga incolarum commiſeratio donarat. Hæc aſcribimus, ut conſtet quibus ſuppetiis ſanata ſint ambuſtæ Eccleſiæ vulnera, & ad quos ejuſdem collatura pertineat, cujus Codex *Gramaii*, aut *Reverendiſſimus de Monte* non meminit.

ſubindè varium,

[Circa Collationem diſcrepantia invenitur; In Præfat. quippe L. *Fund. Eccl.* per A. Matthæum, ad *Gerbardum de Wit*, Eccleſiæ Coll. B. Mariæ Ultraj. Præpoſitum hæc legimus: "*Gerbardus Wit*, " aliàs *Soudenbalch* 1312. Hic tentavit conferre " Eccleſiam de Harderwijck, ſed tandem per ſen- " tentiam Epiſcopi *Guidonis* cecidit cauſâ, & Ca- " pitulum triumphavit."]

Vicariæ,

In ea *Vicariæ*,

I. *B. M. V.* trina vice Sacerdotis uſum demandat ſuo deſervitori, quem Anno 1572. ei aſſignabat *Joannes* & *Gerlacus Pedanus* ſive *Voet*, quæ hic fuit patricia Familia.

II. *SS. Petri* & *Pauli Apoſtolorum*, quæ totidem Sacrificia expoſtulat, & Anno, quo ſuprà, ab *Hermanno Vorenbergh* Rectorem nanciſcebatur.

III. *S. Catharinæ*, vult ea Miniſtrum ſuum à Magiſtris Fraternitatis *S. Catharinæ* ſelectum Sacerdotio fungi feriâ VI.

IV. *S. Bartholomæi Apoſtoli*, quæ vice gemina Rectorem ſuum occupat ad Aram.

V. *S. Margarethæ.*

VI. *S. Laurentii*, cujus poſſeſſor quatuor vicibus hoſtia incruenta recolit cruenti Sacrificii memoriam.

VII. *Ageraethiana*, cujus Beneficiario impoſitum trium Sacrorum onus.

Officia,

Et *Officia*,

I. *S. Judoci*, cujus poſſeſſor bina vice ſacrificat.

II. *Bilers* ad Aram S. Georgii cum debito III. Sacrorum.

III. *De Poeths* in *B. M. V.* altari.

IV. *Verlaer:* hæc tria ultima à ſuis fundatoribus nomen mutuata ſunt.

Anni 1571. Paſtor,

[Ex Cod. M. S. *Ægidii de Monte* Ao. 1571. Hardervicenus Paſtor, D. *Rutgerus à Baer.*

de vita licentioſa,

Ægidius hic, Daventr. Epiſcopus, hunc in causâ Paſtoris Hardervicenum de licentioſa vita accuſati, epiſtolam dedit ad Senatum Hardervic.

Den hoichwerdighen Heeren Biſcop tho Deventer, hebbende verſtaen durch diverſche

(* Tranſmarina navigatione inclytum celebratur in litteris *Gerhardi Holſatiæ* Comitis & Conſulum de Hamburch A. 1280. Item ut inſignis Univerſitas in litteris *Daventrienſium* Anni 1291. Vide Pontanum H. G. L. 6. & Alting. Hiſt. *Germ. inf.* part. 2 p. 82.
† Jac. La Torrius, Ephel. Arch. etiam B. M. Virginem ejus Eccl. Divam Tutelar. ſcribit in *Rel. Rom.*)

Digitized by Google

claechten ſoe wel van den Borgeren und Ingeſeten der Stadt Harderwijck, als van menige andere fromen menſchen, die enormen exceſſen, misbruycken, und quade leven der Paſtoir tho Harderwijck, heeft daer op niet willen verbeyden breeder informatie te doen nemen, ende daeromme tot dien meyninge heeft hy ons alhier in alle diligentie gheſonden, om van ſoedanighe exceſſen und misbruycken to vernemen, hebbende dan die Vicarios und koſter dair op onder wettelijcke eedt gehoirt und geexamineert, bevinden dat hy niet (als eene Paſtoir behoirlick is) ghelevet heeft: Begheerende daerom van weghen onſeren voirſz. Hoochw. Heeren den Biſcop tho Deventer, van den Burgermeeſteren, Schepenen, und Raedt der voirſz. Stadt Harderwijck, henlieden meyninge und goetdencken, te weten, oft den voirſz. Paſtoir, bequaem, nut, und profijtelick is voer de voirſchreven Stadt, ende oft hy tot noch toe ſijn Schaepkens geleert, und goede exempel ghetoont heeft, als eene goede oprecht Paſtoir te doenen ſchuldich is, oft nicht; Ende oft zy niet wel begheren ſouden voorſienen te zijn mit een andere Paſtoir die van beter und deuchdelicker leven weſen ſoude; hier op begheerende Antwoordt.

accuſatus.

Datum Harderwijck den 28 January,
Anno 1574. *ſtilo communi.*

Durch den Vicarius Generael des voirſz. ſijnen Hoichw.

Ægidius de Monte.

Miſſæ ibi decantari ſolitæ.

Solebat in Eccleſia Hardervicenſi ſingulis diebus una aut altera Miſſa decantari ſtatutâ horâ, tempore ſcilicet æſtivali horâ ſextâ, hyemali autem horâ ſeptimâ; die Lunæ in altari S. *Bartholomei*; Martis in altari S. *Annæ* & *Antonii*; Mercurii in altari S. *Laurentii*; Jovis in altari Venerabilis *Sacramenti*; Veneris in altari S. *Crucis & Catharinæ*; Sabbatho in altari D. *Virginis de Poets*.

Paſtores a mutato regimine,

MODESTUS STEPHANI SNECKSIUS, juxtà Necrol. Harl. *Senckius*, Sac. Theol. Doctor, Canonicus Daventr. & ad S. *Urſulam* Colon. Hardervici natus, primus a mutato regimine patriæ oppidi & vicinæ Velaviæ fideles Cath. curavit, fidemque avitam illic & conſervavit & propagavit. Ex veterum Traditione excepi *Modeſtum Stephani* Aquas veteres etiam primum curaſſe: exindè deſignatus Collegii Batavi Præſes; cùm annis plurimis digne ei præfuiſſet, è vita, apud Ubios deceſſit 5. Julii Anno 1655. cujus elogium ſic breviter texitur in *Necrologo Harl.*

Admodum Reverendus & eximius vir ac Dominus, *Modeſtus Stephanus Senck*, Sac. Theol. Doct. & quondam Collegii *SS. Willibrordi & Bonifacii* digniſſimus Præſes, obiit Coloniæ Agrippinæ 5. Julii, Anno 1655.

Modeſto Stephano aliàs evocato, Hardervicenſis oppidi & vicini Velaviæ Tractus fideles per aliquot annorum decurſum curavere è Societate Jeſ. Presbyteri: ſed illis oppidi curæ præ tenuitate ſeſe ſubtrahentibus, oneri humeros denuò ſubmiſere ſequentes de Clero Presbyteri;

ac deſervitores.

. . . VANDER MEER, qui obiit Paſtor Hardervici 11. Jan. Ao. 1681.

ADAM CASTER, Paſtor Hardervici defunctus 31. Julii Ao. 1700.

WILHELMUS VANDER LINDE; Horſtanus Diœc. Ruræm anteà Paſtor in Baar & Lathem.

LUCAS BACKER, Enſchedenſis, Theologus Lov.]

Capella S. Nicolao ſacra modo diruta.

In oppidi Pomœriis proximè ad mœnia exſtitit Capella D. *Nicolao* ſacra, fundata, ut creditur, à *Reinaldo* I. Geldriæ Duce, cujus amplitudinem cœmeterium ruderumque reliquiæ etiamnum oſtentant ex *Suchtenborſtio*. In Codice Viſitat. *Reverendiſſimi de Monte* hujus nulla fit mentio, quia fortaſſis tunc modò everſa in rudeto jacebat.

Xenodochia bina.

Xenodochia II. præ cæteris eximia ſunt: primum *Spiritui Sancto* nuncupatum, etiam indigis peregrinis triduanum præbet hoſpitium.

Virorum Cœnobia;

Secundum, ſed ſuburbanum ſub vocabulo S. *Georgii*, fovet leprâ contaminatos, in cujus Capella eſt unica S. *Georgii Vicaria*.

I. Franciſcanorum.

Monaſteria Maſculina numero ternario comprehenduntur. Primum cum Eccleſia magnifica è regione Curiæ poſt initium ſeculi XIII. *Fratribus Conventualibus S. Franciſci* conſtruxit religioſa munificentia *Eleonoræ*, quæ erat *Eduardi* Angliæ Regis filia & *Reinaldo* II. Geldriæ Duci conjugata: Anno 1503. quo totum penè oppidum exuſtum, etiam ipſum flammis ſepultum eſt: at reſuſcitatum ejectis Anno 1563. *Conventualibus Fr. Angelus ab Averſo* Commiſſarius Apoſtolicus tranſtulit ad *Obſervantes*, noviſque ædificiis auxit Dux Albanus, quod poſt Religioſorum exilium proprio demùm igne iterum periit ſuoque excidio forum vicinum ampliavit.

II. Clericorum in communi viventium; Rectores primi,

Secundum, Clericorum ſeu Fratrum in communi viventium ſub D. *Georgii* præſidio Collegium, hic ſuſcitavit Venerabilis P. *Theodoricus ab Herxen* ſecundus Rector Zwollanus: ejus gubernacula à fundatore admotus tenuit primus *Godefridus de Kempis*, ſucceſſit *Joannes de Goch*, & agmen clauſit *Theodoricus Franciſcus*. In hoc domicilio ſedem fixit *Illuſtre Gymnaſium* ſuperioribus annis Ordinum Geldriæ auſpiciis inſtitutum, in quo omnium facultatum Profeſſores juventutem erudiunt.

& immutatio.

III. Suburbanum, Melitenſium;

Tertium in oppidi Pomœriis amœniſſimo fundo ſituatum (*Vallem S. Joannis* appellant, vulgò *'s Heeren Loo*) ſub regimine Commendatoris poſſederunt Ord. *S. Joannis Jeroſolymitani* ſive *Hoſpitalarii* hunc potiſſimùm in finem (ex Conſtitutionibus primorum Magiſtrorum *Gerardi & Raymundi de Puey* Reg. 1.) Anno 1106. approbante Honorio II. Anno 1124. inſtituti, ut pro Religione Chriſtiana, hoſpitalitate & peregrinantibus Hieroſolymam contra Saracenos, Turcas, alioſque barbaros ejus Milites dimicarent; undè Hoſpitalitatem & militiam ſectantes dicti ſunt *Hoſpitalarii Milites*: inde Rhodii appellati, quia debellata per Saracenos Syria è Ptolomaïde, ubi ſedem belli, quemadmodum & antè Jeroſolymis, conſtituerant ad Rhodum Inſulam conceſſerunt: nunc autem *Melitenſes* dicuntur, poſtquam per Solimannum Rhodo ejecti fortiſſimum Reip. Chriſtianæ propugnaculum in Melita Inſula exſtruxerunt, ex quo in præſens tempus bella cum Turcis ſtrenuè gerunt. Eſt autem diviſus hic Ordo in Milites ſive Equeſtris Ordinis viros, Clericos & Laicos: quorum illi Militiæ, iſti Choro incumbunt & tanquam Capellani Militibus adſunt, hi autem ad domeſtica miniſteria adhibentur: omnes etiam nigræ togæ albam Crucem aſſuunt profeſſionis ſuæ indicium & diſcrimen.

Ultrajectinæ Commendariæ ſubditum:

Annotatum invenio in antiquis *Schedis Viſitationum* hujus loci ad Annum 1495. quod ſit membrum Præceptoriæ Ultraject. tria altaria fuerint in

in Eccleſia & quinque Sacellanos aluerit, qui ex iiſdem ad Annum 1540. numero ſenario deſcribuntur: quodque omni anno ratione arrendationis 40. florenos aureos ſolvere conſueverit Trajectinæ Cameræ Provinciali, ad Annum 1595.

Fundationis notitiam ſuppeditabit, quam ſubnecto, Commendatorum Perioche.

Primordia, 1333. GERRIT VAN HAMERSTEIN, JOHAN TEN VELDE, Stadthouderen.

1352. NICOLAES VANDER A.

1356. JACOB RIDDER.

1381. GUILIELMUS GROENEVELT.

1403. *Is dit Godtshuys tot S. Jansdael in het Loo by Harderwijck geſticht van* Rutger Pauwels *Commandeur S. Catharine onder de Bailie tot Utrecht, confirmiert van Broeder* Heſſe Slagelhols *M. der Duyſſcher Landt* Rectores, *Commanduyrien tot Lemgouwen S. Jans Ordre des H. Hoſpitaelſs van Jeruſalem ende begiftiget met Calenbroeck.*

1406. H. GERRIT NAEGEL.

1413. ARENT VAN DOONEN.

1416. H. DERRICK VANDEN SPIEGEL, Commandeur in het Loo: ende GERRIT NAGEL, Commandeur in Calenbroeck.

1431. STEVEN VAN GRUYTHUYS, alibi *Groothuys.*

1440. JOHAN DE VISSELER, alibi *Viſſeler.*

1451. NICOLAUS VANDER A.

1461. LAMBERT VANDEN SPEULDE.

1476 JOHAN DE BEER.

1486. HELMICH VANDEN SPEULDE.

1489. ENGELBERT DAEGERAET.

1514 GERRIT VAN DYCKHUYSEN.

1568. JOACHIMUS DE SPUELDE, cui eo Anno ſub titulo clariſſimi graviſſimique viri L. 1. Moralium Epigrammatum Mortis & Adoleſcentis colloquium inſcripſit *Petrus Alpherdianus.*

1617. GERARDUS PROEVER, obiit ultimo Aug. ex Necrologo Vallii B. M. T. Traject.

1636. WILHELMUS DE ZUYLEN A NYEVELT.

Immutatio. Nunc autem Joannitica hæc Vallis ſuis ruinis & ruderibus exiſtit oppleta.

Parthenones etiam ternarium numerum con- Monialium, Aſceteria; feecrunt.

I. S. *Franciſci* ſororum Griſiarum. Primum (ex *Slichtenborſtio*) *Sorores Griſeæ* 1. ſtrictioris obſervantiæ Regulæ S. *Franciſci* inhabitarunt, quibus præerat Anno 1504. *Dorothæa de Harderwijck*, inſcripta Conventus Hardervicenſi Ord. S. Franciſci Obſervantiſſarum Mater, in quo nunc eſt Geldricæ Provinciæ Officina Monetaria.

II. D. *Agnetis* Canoniſſ. Regul. Secundi D. *Agnes* tutelaris & Auguſtiniana proles, quæ Canoniſſis Regularibus accenſetur, incola exſtitit: ad forum frumentarium ſitum habuit & à Windeſimenſi Capitulo annuam Viſitationem: venerabilis hic erat memoria *P. Jacobi Wolffii*, qui ex Hulsbergenſi Collegio, cujus aliquando fuerat Oeconomus huc tranſlatus *hanc Domum annis 43. ſumma cum laude gubernavit: invenit eam pauperem* (Scribit *Hermannus de Bercka* Hulsbergenſis Necrologus) *& gratia Dei propoſita & ſua diligentia dimiſit eam ſpirituali & arcta diſciplina & temporalibus bonis, in reditibus, ædificiis & aliis bonis benè proviſam ad honorem Dei*, obiit Anno 1477. in Feſto S. Bonifacii, tumulum nactus in hujus Parthenæi Oratorio quod ipſemet erexerat, cui ex eodem Collegio aſſumptus *Hermannus de Meer* Chorum adjunxit, ſimiliter & piſtrinum & multa commoda & neceſſaria pro Sororibus, ait idem Necrologus: is obiit Anno 1490. ipſo S. Matthæi & hic noviſſimam tubam exſpectat.

Tertius ſub vocabulo S. *Catharinæ* & Trajectenſi Capitulo Tertiariam S. *Franciſci* progeniem aluit, cui & ſuus non parùm profuit Rector P. *Gerardus Weeſp* etiam Hulsbergenſis & prædicti *Wolffii*, qui utrumque hoc Monaſterium quandóque rexerat, haud degener ſucceſſor, de quo in prææallegato Necrologio: *Conſilio Patrum ordinatus in Confeſſorem & Rectorem Sororum Domus S. Catharinæ in Harderwijck invenit eam valdè pauperem, ſed propoſita Dei gratia valdè eam promovit in temporalibus, ædificiis ac reditibus, ſervans ab intus bonam diſciplinam & pacem & ſeipſum ſervans in omni honeſtate & virtute, expletis in regimine* XXVI. *annis cum magnis laboribus & diligentia, ſubitanea morte Anno* 1483. *in Feſto Purificatæ Virginis tranſiit ad meliora, corpus in Oratorio ſepultum.* Exſtat etiamnum & eorum receptaculum eſt, quos ex hoſpitiis propriis contagioſa lues expellit. Utrumque autem hoc Aſceterium poſt auſpicia Chriſtiani ſeculi XIV. natales ſuos habuit. III. S. *Catharinæ* Tertiariarum.

[Claruit urbs ea natalibus *Petri Guinelli*, *Arnoldi Barenſonii*, *Hegimanni*, aliorumque, quos Viri clari. celebrat Pontanus *Hiſt. Gel.* l. 1. p. 39. & 40.]

ELBURGUM,

Sub Velavica Tetrarchia ſinui maris auſtralis Elburgi Etymon. aſſitum Geldriæ oppidum, ſic dictum ab agro *El*, cujus dorſo inædificatum eſt, Anno 1395. per Arnoldum Bocopium Velaviæ Judicem ſub Duce Wilhelmo I. mœniis cinctum: aliis magis arridet etymon deductum ab *Elia Gratili* ſub *Nerone* Belgarum Præfecto.

Eccleſia Parœcialis titulum SS. *Nicolai* & *Mariæ Magdalenæ* oſtentat, ejuſque patronatu potitur Archimandrita Weerthinenſis: quæ Anno 1575. quo eam ſecunda vice inviſebat *Reverendiſſimus Daventr.* numerabat 1100. fideles, qui ſacram ſynaxin frequentarent. Parœcia SS. *Nicolai & Mariæ Magd.* inſcripta; Collator, Paſtor, fidelium numerus.

[Paſtor ibi Ao 1571.

D. THODORICUS DORREN.]

In ea *Vicariæ*, *Vicariæ*,

I. *SS. Joannis Baptiſtæ & Evangeliſtæ* } Cum debito

II. *SS. Petri & Pauli Apoſtol.* } IV. Sacrorum.

III. *SS. Jacobi Apoſtoli, Annæ & XI. M. Virginum.* } Cum obligatione ad V. Sacra.

IV. *S. Antonii.* }

V. *S. Catharinæ*, quæ in una ſeptimana quinquies & in altera quartò Sacerdotii uſum Miniſtro ſuo demandat.

VI. *SS Hieronymi, Laurentii, Ludgeri & Barbaræ* cum onere Sacri quotidiani fundata & dotata ex bonis *Joannis Nacke* Presbyteri Anno 1467. vitâ functi pro ejus ejuſdemque Fratris *Magiſtri Theodorici Nacken* anima per *Martinum Schendel*, *Jacobum Hagen* & *Nicolaum Goel* Sacerdotes ac *Bartoldum de Tangeren* Anno 1468. altera poſt Ponciani, approbante *Davide de Burgundia* 17. Febr. Rectores duo, ab Hulsbergenſium Præfecto nominandi, obligantur ad reſidentiam & Chorum, neque eis alii reditus indulgentur quam ſolius Beneficii. Ex *Litt. Fundat.* officia, & eorum onera.

Et *Officium*,

1. *S. Sebaſtiani.*

II. *S. Georgii* cum onere Sacri ſolemnis in dominica.
III. *B. M. V.* Feria II.
IV. *S. Annæ* Feria III.
V. *S. Antonii* Feria IV.
VI. *Ven. Sacramenti* Feria V.
VII. *S. Crucis* Feria VI.

Xenodochium, & Cœnobium unicum.

Xenodochium nuncupatum eſt *Spiritui Sancto*, Et Monaſterium quod hîc unicum fuit, *D. Agneti* inſcriptum, hoſpitium præbuit Virginibus, quæ ſub Capitulo Trajectenſi & *Tertiariarum* Habitu D. *Franciſcum* ſequebantur.

DOORNSPYCK,

Doornſpyci Parochia, Collator,

Velaviæ Pagus, in cujus Eccleſia Parochiali *Werthinenſi* Abbatiæ ſubdita, quæ Anno 1575. circiter 500. convivas ad Menſam dominicam excipiebat, eſt unica *Vicaria B. M. V.* cujus Miniſter *ex Litt. Fund.* animam ejus per altaris ſacrificium divinæ pietati commendare tenetur, cujus hîc corpus ſepulturæ traditur, & ſimul cum puerpera, dum illa ad Templum venerit, pro felici partu divinæ benignitati gratias agere, adhæc ſingulis principalibus feſtis iterare functiones ſacerdotales. Eſt etiam ibidem unicum *D. M. V. Officium*. (Officium,)

A. 1571. Paſtor.

[Paſtor ibi A°. 1571.
D. WILHELMUS NAGGE.]

NUNSPEET,

Nunſpeeti Vicaria, Officium,

Parœcialis Eccleſia hujus loci, qui Velavico Territorio ſubeſt, habet unicam S. *Antonii Vicariam* cum onere unius Sacri, & *Officium*,
1. *S. Crucis.*
2. *B. M. V.*

A. 1571. Paſtor.

[Paſtor Anno 1571.
D. HENRICUS LOETEN.]

ELSPEET,

Elſpeeti Vicaria, Officium, onera,

Ælii hoſpitium in *Hercule Prodicio* vocat *Stephanus Vinandus Pighius*: ad hujus Pagi Velaviæ annexi Paſtorale munus jus habet nominandi Paſtor in *Ermelen*. Eccleſia poſſidet unicum S. *Catharinæ Officium* & unicam S. *Antonii Vicariam*, quæ ad functiones ſacerdotales gemina vice obligat ſuum poſſeſſorem.

A. 1571. Paſtor,

[Paſtor Anno 1571.
D. ANTONIUS JOANNIS.

ERMEL,

Ermelæ,

Curiale Templum hujus Pagi Velaviæ membri conſiſtit ſub patronatu Archimandritæ S. Pauli Trajecten. Titulum edocet ſubſequens Charta è Latino in Belgicum idioma tranſlata, & qualem inveni in compendium contracta.

Fundatio antiqua, Collator,

In name, &c. Hoe ick *Auffridus Biſſcop* hebbe doen timmeren een Celle in der ſteede, die Hoogerhorſt hiet, inden eeren ons Heeren Jeſu Chriſti, ſijnre H. Moeder, S. Peter, S. Paulus ende S. Martijn mijn Patroon; dat Monicken ende Broeders begeerende te leven onder den Regule van S. Benedictus hier moegen onderhouden worden, gevende daer toe al dat ick plach te beſitten in Driel in den Lande van Teyſterbant met allen luden, dienſten en verbant. Te fuetge half den thins ende van tollen ende van der munten, en dat vierendeel van den Boſſche dat Fuetgehaut hieet. Voort tuſſchen den Dorpe Heeze ende Zoes 14 hoeven met den hoeven te Hohorſt met allen toebehooren, Boſche, Greunlant, Weyde, Neerlant, Wateren, &c. Nielandt van Bergeh Horſt tot Backevoort, noch die Kercken van Armelo, Greuningen, Maſemunſter, Livemunſter, Legre, Zwijndrecht, Hameriche, Luſden. Dit is geſciet openbaerlijck voor een weerdigen getuygen in der Kercken onſer Vrouwen ende S. Martijn te Hohorſt, op ten dach als die Kercke gewijdt wert den XIV Kal. Decemb. onder ons teycken, in 't jaer ons Heern M ende VI. by Keyſer Hendrix tyden den anderden van dien naeme in 't V. jaer.

Hanc autem Abbatiam in Trajectinam Civitatem tranſplantavit S. *Bernulphus* etiam Trajectenſis Epiſcopus.

Officium ac Vicaria,

In noſtra Ermelenſi Eccleſia enatum eſt Officium S. *Antonii* & *Vicaria* unica S. *Catharinæ* ſub alterno patronatu Paulini Abbatis & Geldriæ Ducis, quæ Miniſtrum ſuum obſtringit Choro & Infirmorum ſolatio.

& A. 1571. Paſtor.

[Paſtor Anno 1571.
D. GEORGIUS DE COETH.]

PUTTEN,*

Puttæ Parochia S. Pancratio dicata,

Velaviæ Pagus, cujus Eccleſia ſub tutela conſiſtit S. *Pancratii* & patronatu Abbatis Paderbornenſis, ad quem hoc jus derivatum à S. *Meinwerco* filio Wikingi Geldriæ Tutoris, vel, ſecundùm alios, *Imodi* Comitis de Teiſterbant & *Reneum* x. Paderbornenſium Epiſcopo: qui cum Henrico Imperatore ex Italia redux è Cluniacenſi celeberrimo Benedictinorum Monaſterio XII. ſecum Fratres abduxit, quibus in ipſa Civitate ſua ſplendidum Anno 1015. extruxit Aſceterium *Abdinckhof* dictum, quod ſeq. Anno 32 conſecravit & è bonis ſuis patrimonialibus, inter quæ & *Putten* & alia in Velavia, magnis reditibus locupletavit, Sorore ejus *Azele* Eltenſi S. Viti Monaſterio ſuam hæreditatem inferente, in quo Monacham erat profeſſa. De S. *Meinwerko*, qui plura velit, is conſulat *Krantzii Metropolim* L. 4. c. 4. *Brouweri Sidera Germaniæ*, & *Stangefolti Circulum Weſtphalicum L.* 3. (Conditor, Collator;)

Eſt huic Abbatiæ Cella inſignis inhabitata à Monacho, bonorum (quibus etiamnum fruitur) receptore, & in Eccleſia *Vicariæ*, (Vicariæ,)
1. *B. M. V.* quæ Miniſtrum ſuum obligat ad III Sacra.
II S. *Andreæ Apoſtoli*, quæ bina vice vult ſatisfieri muneri ſacerdotali: utriuſque patronatum obtinet Abbas Paderborn.

Officia, onera,

Et *Officia*,
1. *Ven. Sacramenti*, cujus Miniſter altera vice offert Euchariſtiæ Sacrificium.
II. *S. Crucis* } cum debito
III. *S. Antonii* } unius Sacri.

A. 1571. Paſtor, &c.

[Paſtor in Puttèn Anno 1571
D. BRUNO FABRITIUS.]

GARDEREN,

Garderæ Divus Tut.

In hoc Velavico Pago rei ſacræ Archiſtrategus eſt S. *Gangulphus* & Anno 1571. per *Corne-*

* Andreas Cuchenſis, quò ſopiretur quæ erat inter Eccleſias, majorem & S. Salvatoris Civitatis Ultrajectinæ, controverſia, attribuit majori Eccleſiæ ex pagis ſuis, intra Veluam ſitis, *Puttæ & Ermelæ* reditus perpetuos, ipſe ſtipendia appellat. Pont. *Hiſt. Geir.* L. 6. p. 105.

lium

ſium ten Herenbavens conferebatur munus paſtorale: in eo *Vicaria* unica B. M. V. cujus poſſeſſori bina vel trina vice peragenda res divina: & unicum S. *Antonii Officium*, quod anno præcitato cum conſenſu *Reverendiſſimi Daventr.* exſtinctum combuſtam Eccleſiam fecit reviviſcere.

Vicaria unica, Officium.

[Paſtor ibi Anno 1571.
D. EGBERTUS KIFFLIUS, ſeu *Wilhelmi*.]

Anni 1571. Paſtor.

C O E T W Y C K,

Coetwyck pagi exilis ſitus.

Pagus modicus, ſitum is habet in loco ſterili & medio Velaviæ dorſo, ſub quo tantùm quatuordecim Familiæ, quæ nunc alternis vicibus Parœcialis Eccleſiæ cuſtodiâ funguntur.

A P E L D O E R N †,

Apeldoernæ priſcum vocabulum, ſitus, *Vicariæ*, Officia, Collatores.

Occupat Velaviæ umbilicum *, cujus Eccleſiæ patronatum, juxtà antiqua MSS. Præpoſitus *B. V. M.* Traject. ſed juxtà notas *Reverendiſſimi de Monte* obtinet Dux Geldriæ: in ea *Vicariæ*,

I. *Compaſſionis B. M. V.* quæ à ſuo Miniſtro Anno 1571. à *Gisberto de Huyſcamp* adoptato unum in dominica & bina Sacra exigit infra ſeptimanam.

II. *S. Catharinæ*, cui idem omnino onus annexum: ejus patronatu potiuntur Parochus & Ædiles: at Anno 1608. 23. Febr. ab iis fabricæ applicata.

Et *Officium*,

Capellæ	Collator	Paſtor cum Ædilibus.
S. Annæ	Ao. quo	*Wilhelmus Telgius.*
S. Huberti	ſuprà	*Philippus Waerick.*

† In Diplom. Ottonis III. & Lotharii II. Imp. *Applenthernæ*, voce una, non duabus.
* Ad caput amniculi, cui *Griſt* nomen.

Capellæ commiſſæ binæ.

Viâ, quâ in Sourianam ſilvam aſcenditur Pago adjacet Capella D. *Antonio* nuncupata, in qua unica *Vicaria*, cujus Miniſtro bina vice peragenda res divina hic & totidem vicibus in Eccleſia Matrice ad Aram SS. Reliquiarum: ea patronos agnoſcit Antoniani Contubernii Magiſtros.

[Paſtor Anno 1571.
D. CORNELIUS VOETS.]

Anni 1571. Paſtor.

Sub ejuſdem Parochiæ Diœceſi cenſetur Capella altera, dicta *Broecklands Capell*, quæ via media matricem inter & Neopaludanam Eccleſiam ſitum habet & modò annuatim unam concionem.

B E E C K B E R G E N,

Beeckbergæ, etymon, Parochia, Divi Tut. Collatores varii. *Vicariæ*, onera, &c.

Velaviæ Pagus, cui multiplices rivulorum ſcaturigines nomen fecerunt: Eccleſia dedicata eſt honoribus *SS. Fabiani* & *Sebaſtiani*, in aſſignando ejus Patrono variant Annotata: *Gramajus* cum agnoſcit Præpoſitum S. Petri Trajectenſ. alii D. Mariæ: *Reverendiſſimus de Monte* Ducem Geldriæ inſcribit. In ea *Vicariæ*,

I. *B. M. V.* quæ deſervitorem ſuum à Parocho & Parochianis aſſignatum quatuor vicibus occupat ad altare.

II. *S. Catharinæ*, quæ poſſeſſori demandat Sacerdotii uſum in dominica & illo feriali die, quo devotionis ſpiritu ducitur ad Aram.

III. *S. Annæ*, cujus Miniſter ſatisfacit muneri ſacerdotali in dominica & feria VI.

[Paſtor Anno 1571.
D. JACOBUS WORM.]

Ann. 1571. Paſtor. Capella Loenenſis, modò Parochia.

Intra diſtrictum hujus Parœciæ enata eſt Capella in *Loenen*, de cujus Beneficiis nihil nobis innotuit: eam innovata Religio in Parochialem erexit.

DE DECANATU DRUSIBURGENSI,

Quem conficiunt

D R U S I B U R G U M,	D I E R E N,
D R E M P T,	S P A N K E R E N,
A N G E R L O,	B R U M M E N,
L A E T H E M,	H A L,
E L L E K O M,	V O E R S T.

D R U S I B U R G U M,

Druſiburgi origo, incerta, ſitus.

A *Druſo* * Imperatoris *Auguſti* Privigno XIII. annis ante natum Salvatorem exſtructum aut potiùs renovatum, deducta huc uſque à Rheno in Iſalam (cujus faucibus incubat) foſſa ut claſſe in Friſiam penetraret. Comitatus Zutphanienſis eſt oppidum, *Guiciardino* teſte lautum, frequens ac validè admodum nuper adverſus hoſtiles inſultus munitum: [Mœnibus ſub Ann. 1672. deſtitutum.]

(* Sed ſine auctoritate, ſine teſte, ait Altingius, illud deducens à *Doede* viri nomine.)

Eccleſia primaria, D. Martini ab Iſala olim abſorpta.

Eccleſia Parœcialis D. *Martino* inſcripta eſt: eam mœniis olim & portæ, cui à ſale nomen, affinem Anno 1340. exorbitans Iſalæ gula deglutierat; verùm eo in loco, ubi hodiedum ſubſi-

ſtit,

Digitized by Google

ab igne dein devaſtata,

ſtit, dono & emptione acquiſito religioſa Civium pietas reſtituit, ſeu potius geminæ ignis inſolentiæ expoſuit: unâ Anno 1483. & altera graſſata eſt Anno 1547 uſquequò pabulum omne devoraſſet: ultima hæc calamitas non tam à pia incolarum liberalitate, quam ab inſtituto cum aſſenſu *Caroli* V. per Belgium ſortilegio deſideratum ſolatium accepit.

denuò reſtituta,

[Extat donatio *Henrici de Monte*, conſentiente Wilibrando, Epiſcopo Traj. facta Anno 1228. qua Jus Patronatus Eccleſiæ de *Doesborch* Wilhelmo Præpoſito & Fratribus B. *Mariæ* in *Bethleem* conceſſum eſt.

Jus Patronatûs variarum.

Ex Cod. MS. *Ægydii de Monte* collatio curæ Druſiburg. erat penes Commendatorem terræ; quod a *J. Lindebornio* mox infrà confirmatur.]

In ea *Vicariæ*,

Vicariæ, Officium,

I. *SS. Petri & Pauli Apoſtolorum:* at ea in paſtoratus alimoniam conceſſa tranſiit in ſubſtantiam aliti.

II. *SS.* XI. M. *Virginum* & *S. Barbaræ*, quæ vult peragi rem divinam in Sabbatho & IV. Scuta antiqua in pauperum ſolamen diſtribui.

III. *SS. Jacobi Majoris* & *Nicolai.*

IV. *S. Catharinæ Virginis, onus utriuſque liberum* (Anno 1571: notat *Reverendiſſimus de Monte*) *videlicet tot Miſſæ quot Spiritus Sanctus inſpirat celebrandas.*

Collatores, onera, &c.

V. *B. M. V.* in nova Capella, cujus Miniſter (quem adoptant duo temporarii Conſules) obligatur ad altaris Sacrificium, dum eum ad Aram invitat internum Spiritus Sancti lenocinium.

VI. *D. M. V.* quo beneficio ex indulto Parochi locupletatur Capellania cum onere Sacri alternis Septimanis, cui Parochus reſpondet.

VII. *SS. Antonii, Laurentii* & *Stephani*, cujus poſſeſſor à duobus actu regentibus Conſulibus conſtitutus feria IV. ſacris operatur.

VIII. *D. M. V.* & *SS.* III. *Regum*, quæ poſſeſſorem ſuum, dum interiori Spiritus inſtinctu ſe perſentiſcit advocari, ad Aram propellit.

IX. *SS. Antonii, Barbaræ, Fabiani* & *Sebaſtiani*, quæ ad uſum Sacerdotii quatuor vicibus obligat ſuum deſervitorem, quem Anno 1571. *Wilhelmus Veer*, Zutphan. Conſul delegit.

X. *S. Georgii* ab onere certo libera.

XI. *SS. Joannis Baptiſtæ* & *Euangeliſtæ*, eadem libertate donata, cujus eodem anno quo ſupra Patronatu potiebatur *Fredericus van der Heiden.*

XII. *S. Galli.*

XIII. *S. Catharinæ Senenſis.* } Cum debito

XIV. *S. Urſulæ* juxta fontem baptiſmalem. } II. Sacrorum.

XV. *S. Oncommeræ*, id eſt, *Liberatæ*, cujus Patronatum obtinet Civitas Druſiburg.

XVI. *S. Catharinæ*, quæ incruentum novæ Legis Sacrificium exigit quatuor at incertis diebus.

Et *Officium* unicum S. *Georgii*, quod deſervitori ſuo vice duplici actionem Liturgicam demandat.

[Lotharius II. Imp. Anno 1134. duo talenta annua aſſignavit *Altinenſi* Cœnobio ex cenſu quem in *Duisborch* habebat. Altinarum vicinia penè perſuadet *Doesburgum* ad foſſam *Druſianam*, non *Duisbergam* ad Rhenum ſuperiorem intelligi.]

Nobilioris ſexus ſacra Domicilia II. viſuntur: unum eſt Ord. *B. M. V. Equitum Teutonicorum* ſub Provinciali Camera Ultrajectina: cujus Commendator eſt præfatæ Sanctmartinianæ Baſilicæ Paſtor: quo munere lego functos

Cœnobia maſcul. duo; Equitum Teutonicorum;

[Aº. 1416. JOANNEM KERSTANTII.]
1444 F. JOANNEM DE NAELTWYCK.
1474 JOANNEM CONEN.
[1496. WILHELMUM DE HAESTRECHT.
1522. ALBERTUM SNELLERT.
1530. JOANNEM DE BARETWYCK.]
1571. JOANNEM WORMIUM.

Præfecti,

Quibus autem auſpiciis Equeſtris hic Ordo anchoram in hoc oppido fixerit, nec me privata manus, neque *Pontani* aut *Slichtenhorſtii* præla edocuerunt.

[Ejus initia habe ex vet. Charta MS.

initia, &c.

Int jaer ons Heeren CIↃ. CC. ende LXVI. ſo creech die Duytſche Oerden die Kerck van den klooſter van Bethlem van de Regulieren, dieſe willichlyck den Oerden overgaven tot beteringe om ſaken wil, die ſy tegens der Oerde mitdaen hadden.

Inter Curatum verò, & Vicarios dictæ S. Martini Eccleſiæ cum diſcordia circa diſtributiones aliave Eccl. emolumenta orta eſſet hæc coram Magiſtris civium, Scabinis & Conſulibus civitatis Doesborgenſis inita eſt tranſactio ac concordia:

Articuli concordiæ inter Paroch. Eccl. Curatum, & Vicarios.

In *nomine Domini Amen.* Nos *Joannes Kerſtantii* Presbyter, Fr. Ordinis Theutonicorum, Curatus Parochialis Eccleſiæ Doesborgenſis, Trajectenſis Diœceſis, *Theodericus Gruter* Rector altaris Sanctæ Catharinæ, *Gerardus Bockhamer* Rector altaris S. Jacobi & Nicolai, *Everardus Bingerden* Rector altaris SS. Petri & Pauli & Thomæ, *Henricus Wyele* Rector altaris S. millium Martyrum & Barbaræ. *Theodoricus Weſterwyck* Rector altaris S. Mariæ in nova Capella propè Chorum, *Henricus de Reno* Rector altaris S. Joannis Baptiſtæ & Euangeliſtæ, *Henricus Veer* Rector altaris S. Gregorii & Auguſtini, *Henricus Trier* Rector altaris SS. trium Regum, Presbyteri beneficiati Eccleſiæ prædictæ, *Thomas Rocuer* Clericus, Rector altaris SS. Stephani, Laurentii & Antonii ejuſdem Eccleſiæ, & *Gerardus Olburghe* Clericus, Rector altaris S. Antonii in hoſpitali noſtro; ad honorem Dei & pro bono pacis ſervandæ, ac etiam pro diſcordiis, litigiis ac diſſenſionibus ſedandis, quæ de præſentiis ſeu diſtributionibus, emolumentisve, quæ in mortuorum anniverſariis, ſeu etiam in feſtis SS. in Eccleſia noſtra ſupra dicta inſtitutis, ſeu etiam inſtituendis, ſæpius exortæ ſunt, ac in futurum oriri poſſent, ad univerſorum quorum intereſt, ſeu intereſſe poterit, & maximè ſucceſſorum noſtrorum, & omnium in futurum in dicta noſtra Eccleſia beneficiandorum deducimus per præſentes, quos nos articulos infra ſcriptos pro nobis & noſtris ſucceſſoribus unanimiter inſtituimus, & ordinamus perpetuis temporibus inviolabiliter obſervandos. Volentes ſi qui de præſenti vel in futurum eis vel alicui illorum obviare, vel quicquam de eis interrumpere voluerit, a dictarum præſentiarum perceptione, donec reſipiſcat, ipſo facto ſit ſuſpenſus. Et ſi contra nos agere ordine juris voluerit, ei concorditer reſiſtemus.

In primis igitur ordinamus, quod omnes dictas præſentias percepturi, ſi & in quantum cum Deo ſeu Canonicè poterunt, ad earum augmentum laborabunt.

Item

Item quod ipſe Curatus cum ſuis ſociis Presbyteris ordinis ſui ſibi commorantibus, & Eccleſiam prædictam ſecum, prout moris hucuſque fuit, quotidie officiantibus, habebunt unuſquiſque unam portionem Presbyteralem, ordinationibus tamen ſupra & infra ſcriptis ſemper ſalvis.

Item nullus niſi Beneficiatus & in Parochia noſtra continuam in ſuo beneficio faciens reſidentiam perſonalem percipiet dictas præſentias. Cuſtos tamen Eccleſiæ, ſi & in quantum gratiosè ac benignè in officio ſuo nobiſcum converſatus fuerit, ac præſentialiter nobiſcum, ut moris eſt, deſervierit, dimidiam habebit portionem Presbyteralem, niſi in aliquibus litteris portio ſibi major aſſcribatur.

Sed quia modicum eſſet præſentiam corporalem exhibere, & officium non exſolvere: ſtatuimus & ordinamus, quod nullus etiam quantumcumque reſidens vel præſens dictas præſentias percipiet, niſi cantando & legendo cum cæteris eiſdem præſentia deſervierit corporali. Vigiliis ac Miſſis a principio uſque ad finem intereſſendo, infirmis & ſenibus & inevitabili neceſſitate conſtrictis, ac in communibus Eccleſiæ negotiis exiſtentibus (quos jura demere videntur) exceptis. Curatus etiam & ſui ſocii, quoties in his, quæ curam animarum, ſeu Sacramentorum adminiſtrationem reſpiciunt, occupantur, (quod eorum conſcientiis relinquimus) hac conſtitutione non ligentur, ſed inter præſentes decernentur.

Item quia dictæ præſentiæ maximè reſpiciunt officium ſacerdotale, & pro Sacerdotibus maximè impoſitæ & factæ ſunt, Clerici beneficiati, quamdiu in ſacris non ſunt, non percipient niſi dimidiam portionem Presbyteralem.

Item ſi quis de nobis ad Vigilias ſimpliciter non venerit, vel ad primam lectionem non venerit, etiamſi tunc ad finem permanſerit, media parte ſuæ carebit portionis.

Item ſi ad Miſſam animarum non venerit, vel poſtquam Euangelium inceptum fuerit, etiam ut ſupra media parte ſuæ carebit portionis. Et quicquid iſto modo de neglectis præſentiis collectum fuerit, Procurator pro cereis & aliis neceſſariis reſervabit. Et ſi iſta ad illa non ſufficerent, de communibus ſuppleantur. Simili modo etiam in feſtis jam inſtitutis, ac in poſterum inſtituendis, procedatur ſcilicet, ut ad primas Veſperas & Vigilias ante *Magnificat* in Veſperis non veniens tertia parte ſuæ carebit portionis. Ad Matutinas autem & ad Miſſam animarum ante primam lectionem in Matutinis non veniens, ſimiliter tertia parte ſuæ carebit portionis. Ad ſummam verò Miſſam & ſecundas Veſperas ante Euangelium in Miſſa non veniens, ſimiliter tertia parte ſuæ carebit portionis. Quæ ſic neglecta ſimiliter ut ſupra dicitur, pro cereis & aliis neceſſariis reſerventur.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod quodlibet noſtrorum pro uno anno ordinariè ſuccedendo dictarum præſentiarum ſeu diſtributionum erit Procurator, monitor ſeu diſtributor, cum hac tamen moderatione, ex quo tale officium foret uni nimis oneroſum, habebit ſucceſſorem in ordine ſibi adjutorem, veluti jam aliquamdiu obſervavimus, & de facto obſervamus, ſcilicet quod ille qui anno præterito Miſſam ſervavit animarum, anno ſequenti erit præſentiarum monitor & diſtributor, cujus ſucceſſor in anno adminiſtrationis ſuæ erit Miſſarum obſervator, & ita perpetuis temporibus ſuccedendo. Qui duo tamen in monendo reditus ſe invicem, prout melius poterunt, adjuvabunt. Adminiſtrator verò in anno ſuo ſingulis anniverſariis ſeu feſtis, etiam ſi de debitoribus non levaverit, ſingulis tamen ſuas portiones, ne murmur oriatur, de propriis miniſtrabit. Si tamen tempore debito juris ordine ſervato, reditus expoſtulare non potuerit, vel reſiſtentiam juris habuerit, damnum in ſimul ſufferemus. In qua reſiſtentia cum pro poſſe ſimul juvabimus cum effectu. Qui quidem Procurator poſtquam per annum in ſua procuratione perſtiterit, prima feria poſt Petri ad Cathedram coram tota congregatione de receptis ac miniſtratis, ac étiam de expoſitis, ſi qua ſunt, ac de his quæ pauperibus miniſtranda ſunt, legalem computum faciet, ut de omnibus omnes certificet, & omnis ſiniſtra ſuſpicio ab omnibus depellatur.

Item ſtatuimus & ordinamus, quod ſi cujuſquam memoria ita evenerit, quod Miſſam animarum die Sabbathi, Dominica die, in feſto duplici celebri vel majori oporteat obſervari, illa memoria ad diem proximum ſequentem magis convenientem per Adminiſtratorem præſentiarum transferatur, & aliis ſchedula Sacriſtiæ valvis infixa, ut moris eſt, intimetur.

Item ſtatuimus & ordinamus, ut omnes beneficiati, ſive etiam beneficiandi ſervent ordinem ſtandi in Chore, lectiones in Vigiliis legendi, & proceſſionaliter eundi juxta morem in jure expreſſum, & in collegiis conſuetum. Auſu verò temerario contra faciens, ſi monitus a ſociis non deſtiterit, a ſuarum præſentiarum portione donec reſipiſcat ſit privatus.

Item volumus & ordinamus, ut pro communibus rebus & litteris noſtris fiat arca firma & communis cum tribus ſeris & clavibus, vel prout ſufficit benè munita, in qua res noſtræ & litteræ communes fideliter cuſtodiantur. Nec quiſquam clavem extra muros civitatis noſtræ unquam mittat, vel deportet; ut ſemper, cùm utile & neceſſarium fuerit, ad eandem liber ſit ac pateat acceſſus.

Item omnes ac ſingulas litteras de dictis præſentiis confectas ſeu conſcriptas ac in poſterum conſcribendas ad dictarum conſtitutionum conſonantiam (ſi fortè in aliquo diſſonare videantur) unanimi decreto reſtringimus, interpretamur, ac limitamus. Rectori tamen Scholarium ſua portione, in quibuſdam feſtis ac anniverſariis ſibi debita, ſemper ſalva: ſalvo tamen, quod pericula ſeu emergentia damna nobiſcum tam ipſe quam etiam Cuſtos tolerabunt. Exceptis etiam duobus anniverſariis Dni *Wilhelmi Boye*, in quibus Curato cum ſuis ſociis ac Cuſtodi portio eorum, beneficiatis verè portio eorum per Curatum miniſtranda deputatur. Et Miſſam animarum in his Curatus obſervabit. Et ſimiliter in anniverſario *Theodorici de Hicker*, cujus adminiſtratio ad Curatum perpetùis temporibus dinoſcitur pertinere.

Item ſtatuimus & ordinamus, ut nullus noſtrum adverſus aliquem noſtrorum ullas contentiones, rixas aut conſpirationes aſſumat, vel aſſumenti faveat, nec etiam extraneis contra aliquem noſtrorum injuſtè motis aſſiſtat, ſed pro poſſe reſiſtat. Sed ſi ſimultas vel diſcordia (quod abſit) inter aliquos noſtrum exorta fuerit, quam diſcordantes inter ſe ſedare non potuerint, congregatione convocata eligant diſcordantes de noſtris arbitros duos, qui eos concordabunt. Et ſi ſic electi inter ſe concordare non potuerint, de noſtra congregatione eligant ſibi tertium, ut deciſis diſcordiis, Deo in pace ſerviamus. Quod

ſi hi tres negligentes fuerint, a portione ſua præſentiarum ſuſpenduntur ipſo facto, donec injunctum arbitrium compleverint pronunciantes. Arbitrio verò pronunciato, ſi diſcordantes ſervare contempſerint, plenè ſua carebunt præſentiarum portione, donec plenè ſe pronuncient aſſenſiſſe.

Item volumus & ordinamus, ut cùm de noſtris negotiis in armario vel alio loco honeſto collaturi congregamur, quod nullus alium injurioſis ac convitioſis verbis provocet vel offendat; ſed diſcretè ac modeſtè (prout Sacerdotes decet) unuſquiſque ordinariè ſuam proferat ac denunciet rationem. Et ſi quis ibidem tractata ſeu diffinita alienis publicaverit, ſi de hoc convictus fuerit, ſua careat præſentiarum portione, donec ſuper hoc noſtræ congregationi emendam debitam præſtiterit & condignam.

Item ſtatuimus & ordinamus, ut ſi quæ in futurum pro gloria Dei, communi utilitate, & bono pacis, de communi conſenſu Curati & beneficiatorum inſtituerentur, cum prædictis omnibus ejuſdem ſint roboris & firmitatis.

Item volumus, inſtituimus & ordinamus perpetuis temporibus obſervari, ut quando & quoties aliquis de novo alicui Beneficio jam fundato vel fundando inthronizandus fuerit vel inveſtiendus, quod prius copia iſtarum noſtrarum ordinationum ei intelligibiliter prælegatur, qua perlecta ponat manum ſupra pectus ſuum & dicat: Per ſancta Euangelia & ſuam conſcientiam ſupradicta omnia & cæteras laudabiles conſuetudines noſtræ Eccleſiæ pro poſſe & noſſe ſe obſervaturum, nec ſcienter a propoſito ſe contra facturum ullo modo. Et in caſu quo hæc facere noluerit, a perceptione noſtrarum præſentiarum ſeu diſtributionum ſit penitus ſequeſtratus, & privatus. Et ſi contra nos propter hoc ordine juris agere voluerit, concorditer & de communibus ſumptibus eidem reſiſtemus, in omnibus prædictis omni dolo & fraude ſemper excluſis.

Nos igitur Magiſtri civium, Scabini & Conſules prædicti, bonum pacis in noſtra civitate ſummopere diligentes, quia omnia prædicta audivimus & vidimus, & quia compromiſſiones, concordantiæ, inſtituta, ac ordinata prædicta, nobis rationabilia videntur, & juri conſona, volumus & in quantum poſſumus, nos & poſteros noſtros aſtringimus, ut hæc inviolabiliter teneantur. Rogatuque Dominorum Curati & beneficiatorum prædictorum Eccleſiæ noſtræ Parochialis de Doesborch prædictæ, propter majoris roboris firmitatem & munimen, in teſtimonium veritatis omnium præmiſſorum, ſigillum civitatis noſtræ præſentibus duximus appendendum. Actum & datum Anno Domini 1416. altera die poſt feſtum beatæ *Mariæ Magdalenæ*.

Copia confirmationis Epiſcopalis.

Confirmatio *Frederici*, Traj. Epiſc.

Nos *Fredericus*, Dei gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, dilectis nobis in Chriſto Curato ac cæteris Presbyteris perpetuè beneficiatis Eccleſiæ de Doesborch noſtræ Diœceſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Ex parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut ſtatuta cum ſuis attinentiis, quæ pro diſcordiis inter vos exortis abolendis, ac vinculo pacis ac unitatis ſtabiliter in poſterum obſervando, pro vobis & ſucceſſoribus veſtris piè ſtatuiſtis & ordinaſtis, de quibus fit mentio plenè in litteris ſuper hoc confectis, ſigillo civitatis Doesborgenſis roboratis, quibus hæc noſtra præſens littera eſt transfixa, confirmare dignaremur. Nos igitur veſtris piis precibus inclinati, prædictis litteris diligenter examinatis & inſpectis, ipſa ſtatuta cum ſuis attinentiis ac omnibus & ſingulis in eiſdem contentis Canonica & Juri conſona, nec Eccleſiaſticis conſuetudinibus diſſona, ea in nomine Domini auctoritate noſtra ordinaria confirmamus, ratificamus, approbamus, auctorizamus, perpetuis temporibus duratura, jure Matricis Eccleſiæ ſemper ſalvo, harum noſtrarum teſtimonio litterarum. Datum Anno Domini 1416. in profeſto ſanctæ *Barbaræ* Virginis.

Forma Juramenti.

Juramenti formula.

Juramentum facturus ponat manum ſuper pectus ſuum dicens: Ego N. juro per ſancta Chriſti Euangelia, & per conſcientiam meam, jam lecta ſtatuta, & cæteras laudabiles conſuetudines Eccleſiæ noſtræ Doesborgenſis pro poſſe & noſſe obſervare, nec ſcienter a propoſito contra facere ullo modo. Sic me adjuvet Deus & omnes Sancti ejus.

Poſteriora Curatorum Doesb. de Vicariorum conſenſu ſtatuta.

Notum ſit omnibus hæc ſcripta lecturis & viſuris, quod Anno Domini 1496 honorabilis & diſcretus Dominus *Wilhelmus de Haeſtrecht* Curatus Eccleſiæ Doesborgenſis unà cum conſilio & communi conſenſu olim Vicariorum reſidentium ordinavit & inſtituit, ordinaverunt & inſtituerunt vigore ſtatutorum propter lites futuras ſedandas ſuper reſtantiis debitorum, & ne contra ordinem juſtitiæ aliquis in futuro accedat ad meſſem aliorum, & metat quod non ſeminavit, ut de cætero nemo particeps præſentiarum erit, niſi prius imponat ſummam quatuor florenorum Rhenenſium. Inſuper inſtituit & ordinavit, inſtituerunt & ordinaverunt, ut quicunque Miſſam animarum per ſe vel per alium non cuſtodierit vel celebrari diſpoſuerit, ſed confuſio per eum in Choro fieret, dum ad eum Miſſa ſpectaverit, per quartallum anni, portione præſentiarum carebit. Et inſuper Chorum cum aliis participibus viſitabit. Et ſi in Vigiliis vel in Miſſa ſe abſentare præſumpſerit, pœnam cum ſupradictis participibus de abſentia licet illo tempore quo præſentiis carebit. Servabitque idem tranſgreſſor infra illum terminum per ordinem Miſſam cum participantibus, ac ſi ipſe cum eiſdem particeps fuerit. Et ſi deinceps negligens extiterit, termino primæ negligentiæ expirato, iterum eadem pœna plectendus erit, & toties quoties hoc fieret, toties puniendus erit.

Notum ſit omnibus hæc ſcripta lecturis & viſuris, quod Anno Domini 1522. honorabilis & diſcretus Dominus *Albertus Snellert*, Curatus Eccleſiæ Doesborgenſis, unà cum conſilio & communi conſenſu olim Vicariorum reſidentium ordinavit & inſtituit, ordinaverunt & inſtituerunt, quod unuſquiſque vice ſua, qua contigerit ipſum eſſe Procuratorem, per ſe ſeu per alium omnes reditus annuales monebit & ſublevabit, ac conſuetis feſtivitatibus capacibus præſentiarum Dominis adminiſtrabit ſecundum antiquam ac laudabilem conſuetudinem. Et ſi quid ante computationem factam non monuerit, aut ſublevaverit, nihilominus computatione facta ſublevabit, monebit, ac adminiſtrabit. Sine dolo tamen, ſi juſtitia viguerit in noſtra civitate. Sin autem, cum pax fuerit & juſtitia floruerit, monebit, ſublevabit, ac adminiſtrabit quibus debe-

Google

debetur. Quod ſi non fecerit per annum præſentiis carebit,

ANNO Di. 1530 decimo octavo die menſis Julii tempore ſævientis in oppido Doesborgenſi peſtilentiæ Epidemialis, honorabilis ac providus vir Dominus *Joannes de Bardewick*, Commendator ac Curatus Eccleſiæ oppidi ante dicti unà cum conſocio ſuo Domino *Arnoldo de Steenwick*, & reliquis infra ſcriptis Vicariis reſidentibus atque id temporis remanentibus, videntes quibuſdam Vicariis aliò tranſmigrantibus, & ſtationem ſuam & reſidentiam perſonalem deſerentibus, quantum rebus divinis decedat: ſimulque audientes populi murmur adverſus Vicarios in dies magis magiſque creſcere. Ad honorem Dei, cultus divini augmentum, & populi commotionem & oblocutionem ſedandam, lectis diligenter diſcuſſiſque ſtatutis, quibus ob juramentum præſtitum citra perjurium contravenire non licet, exemplo vicinarum civitatum, quæ hoc ipſum tempore peſtilentiæ in civitatibus ipſorum fecerunt, capitulariter congregati omnes unanimiter ſtatuerunt & ordinaverunt, ſtatuunt & ordinant, veterem conſtitutionem innovantes, quod nullus Vicarius niſi qui in Parochia noſtra Doesborgenſi, quo ad habitationem, & in beneficio ſuo, quantum ad Miſſarum celebrationem, continuam fecerit reſidentiam perſonalem, percipiet præſentias. Nam quid hoc propriè ſit continuè & perſonaliter reſidere, pleræque quorundam Vicariorum fundationes atteſtantur, quæ cogentes ſuos poſſeſſores ad perſonalem reſidentiam, nil aliud voluêre, niſi quod præſentes per habitationem ſe exhibeant, & miniſterium ſuum ſacerdotale intra muros atque adeo in ipſa Parochiali Eccleſia juxtà fundationem continuè exerceant. Neque enim eſt fas credere fundatores ipſos (præſcriptis tot pulchris negotiis Dei gloriam & populi ædificationem cernentibus, utpote Miſſis, feſtis ad minus diebus & ſolennibus proceſſionibus) ad Vigilias mortuorum & Miſſam pro defunctis ſolummodo eos arctaviſſe, & ſi illis interfuerint duntaxat, tunc pulchrè poſteros ſuos reſidere putaſſe. Cùm conſtet ante conſtitutiones latas, & ab Epiſcopo roboratas, de præſentiis ſcilicet ſublevandis & non ſublevandis fundationes hujuſmodi talium Vicariorum, ad perſonalem reſidentiam perpetuis temporibus coactorum, tunc temporis extitiſſe. Nam ibi Dominus *Theodoricus Gruter* & D. *Henricus de Wiel* quarundam Vicariarum in Parochiali Eccleſia Doesborgenſi fundatores famati ſpeciatim nominantur, qui per ſuas fundationes ſeque & ſuos ſucceſſores ad perſonalem perpetuis temporibus coëgerunt reſidentiam, nimirum volentes, ut ipſorum Officium Eccleſiæ Parochiali in Doesborch deſerviat. Itaque prædeceſſorum ſuorum conſtitutionibus ante dicti Dom. Commendator cum Vicariis infra ſcriptis firmiſſimè prout debent & juraverunt, & unuſquiſque eorum in ſolidum juravit, inhærentes, decreverunt, nihil ſtatutorum novorum (id quod per occaſionem talem licitè potuêre) imponentes, nec impoſita (quod abſit) immutantes, ſed innovantes vetera, & quod diſtortè minuſque rectè, ſecius quam impoſitum erat indulgendo quorundam negligentiis, oſcitanter & neglectim aliquamdiu jam eſt præteritum, ad perpendiculum rectitudinemque priſtinam ac nativam redigentes: quod quiſquis Vicariorum non reſederit in Parochia ac in Beneficio ſuo continuè, præſentia tam diu careat quoad juxta modum præſcriptum ſe habeat, & ſe ſecundum ſtatuta, quæ inviolabiliter obſervare juravit, regat. Neque id viſum eſt eis alienum eſſe a ratione & Scripturis. Siquidem Apoſtolus ait: Cùm eſſemus apud vos, hoc denunciabamus vobis; quoniam ſi quis non vult operari, non manducet. Audivimus enim inter vos quoſdam ambulantes inquietè, nihil operantes, ſed curiosè agentes: iis autem qui ejuſmodi ſunt denunciamus & obſecramus in Domino Jeſu, ut cum ſilentio operantes ſuum panem manducent:

Joannes de Bardewyck, Commendator.
D. *Joannes de Eeſſchede*, placet.
D. *Arnoldus Steenwyck*, placet.
Ego *Stephanus*, Presbyter ten Grotenhuys.
D. *Joannes Wolff*, placet.
D. *Albertus de Wyſe*, niſi proceſſio aliquid emolumenti advexerit.
D. *Joannes Gyginck*, placet.
Henricus ten Have, Presbyter ſubſcribit.

Senatus Doesburg. conſenſus.

Sequitur dein in Libello hoc MS. Concordiæ inter Curatum & Vicarios Conſulum, Scabinorum ac Senatus oppidi Doesburgenſis confirmatio vernacula.]

Fratrum in communi viventium, conditor, initia,

Alterum ſub titulo *Montis B. Mariæ*, inhabitarunt Fratres ſeu Clerici in communi conviventes: quod *Venerabilis P. Theodoricus ab Herxen*, Fratrum Zwollenſium Rector, rejecto *Suedero de Culenburg* (cui Ultrajectinam Infulam Roma conſignarat) *Diepholdio* (quem in Præſulem poſtulabat defenſabatque ſuperior Diœceſis) adhærere nollet, Anno 1425. in die Sancto Paraſceves juſſus cum ſuis exulare, &, cum aliquamdiu apud Hulsbergenſes in Monte S. Hieronymi ſubſtitiſſet, Drutiburgum digreſſus huic Collegio initium dedit, & primum Rectorem *Theodoricum Rees, virum* (ut ait *Herxii Biographus*) *latæ charitatis & fervidæ exhortationis*:

Rectores primi;

quod cùm poſtmodum vacillaret & à primæva inſtitutione ad Regulares Canonicos advocato jam Windeſimenſi Priore, ut Fratres religioſo Habitu indueret, deflectere moliretur, per Venerabilem P. *Egbertum* v. Rectorem Daventr. Fratribus fuit ſervatum: *qui cùm percepiſſet hoc* (ait ejus Biographus) *ſtatim advenit, & Fratres aliter informavit, & Priorem de præſumptione redarguit: qui cùm diceret: Quid mali feci promovendo Fratres à ſeculari Eccleſiaſtico ſtatu ad Religioſum? reſpondit: Non ob hoc vos convenio quod ſeculares ad Religionem transfertis, ſed quod contra charitatem loca noſtra vobis uſurpatis: locus iſte Fratribus noſtris datus eſt ut Fratres noſtri illum inhabitent, qui Monachi fieri deſiderant hunc relinquant & ad loca Monachorum accedant, ſicque Prior infecto negotio confuſus diſceſſit.*

immutatio.

Manſitque Fratribus, uſque dum poſt Diploma Pianum Anno 1571. 8 Junii approbante *Reverendiſſimo de Monte* relictâ vitâ communi Eccleſiæ matrici ſeſe inſeruerint.

Ægidius de Monte, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Civitatis & Diœceſis Davent. Epiſcopus, notum facimus univerſis & ſingulis præſentia viſuris, lecturis ſeu legi audituris, quod Anno à Nativ. Dom. 1571. die Veneris 8. Menſis Jun. coram nobis perſonaliter conſtituti Venerabiles Domini Gerardus Noviomagus & Lambertus Weert, Fratres Domus dictæ *Montis Mariæ* in oppido Doesborgh habitantes, ab omnibus dictæ Domus Fratribus ſpeciale mandatum & plenariam commiſſionem, uti fidem fecerunt legitimam, ad ſollicitandum, ſupplicandum & inſtandum, quatenus juxtà voluntatem Sanctiſſimi Domini noſtri moderni Pontificis maximi Pii V.

(qui Diplomate edito Anno 1568. v. Kal. Decemb. de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ decrevit, ut, quicunque religioſo habitu à ſecularibus differente uterentur, infra præſcriptum tempus compellerentur etiam ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna arctiori & approbatæ ab Eccleſia Romana Religioni ſe ſubdere, vel habitu mutato ad ordinem ſecularium Sacerdotum ſe conferre) infra ſcriptos nobis exhibitos articulos confirmare, approbare, ratificare ipſiſque per omnia & in omnibus conſentire dignaremur: quorum quidem articulorum tenor ſequitur ad verbum & eſt talis:

Ratio & modus Conventum

FRATRUM DOESBURGI,

Incorporandi cum matrice Eccleſia Doesborgenſi, & in ſex Vicarias perpetuas auctoritate Reverendiſſimi Daventr. diſpertiendi, atque erigendi ſub certis conditionibus & articulis ſequentibus.

Norma unionis Fratrum cum matrice Eccleſia.

PLacuit univerſis & ſingulis Conventus in Doesborgh Fratribus hoſce articulos & conditiones ſubſequentes erigi ac per Reverendiſſimum Davent. confirmari, reſervata tamen ſuæ Reverendiſſimæ Paternitati augendi, minuendi, corrigendi, mutandi ac prorſus tollendi poteſtate. Ac imprimis placuit ac ſupplicarunt ut prædicti Conventus prædia, paſcua, agros cæteraque omnia bona, unà cum paſcuis *Vaelweert* & *Ganſepoel* dictis in uſum pauperum donatis, item totius Conventus ædificia unà cum hortis in ſex habitationes partita eadem Reverendiſſima Paternitas perpetuis temporibus mortificare dignetur, idque ne prædicta bona ac poſſeſſiones ullo unquam tempore diſtrahendi alienandive tribuatur poteſtas. Item novitii Vicarii ad præſentias antiquorum Vicariorum ex tota maſſa bonorum ſuorum dabunt 400. Daleros, ad 30. ſtuiveros in ſingulos, ſtatuendis temporibus & modis communiter promerendis. Item præfati novitii Vicarii ſingulis ſeptimanis quidam ex ipſis tria, quidam IV. Sacra legere tenebuntur, ex quibus Sacris unum quotidie legere in Eccleſia Conventus ſui, reliqua verò in Eccleſia Parochiali, quibus legendis ſufficiunt illis tria altaria, ita ut duo Vicarii unum altare habeant cùm eorum numerus ad ſex ſit redactus. Item novi iidem Vicarii obligati erunt ſingulis dominicis & feſtivis diebus unà cum Scholæ Moderatore, Cuſtode ac Scholaſticis, aliiſque Vicariis præſentibus, preces matutinas, ſummam Miſſam ac Veſperas decantare, aliis verò diebus ferialibus ſummam Miſſam ac Veſperas tantum decantabunt. Item IV. ſeniores novitiis tempore pomeridiano ſingulis dominicis ac feſtivis diebus prædicabilibus in Eccleſia ſua Parochiali concionem ad populum habebunt: duo verò juniores per vices iiſdem feſtivis & dominicis diebus poſt Veſperas in Eccleſia Conventus ſui pro Scholaſticis concionabuntur, tempore verò Vigiliarum pro defunctis obſervandarum ſeptem vel octo ex ipſis Scholaſticis decantationi ipſarum intererunt, cæteri ad concionem properabunt. Item Eleëmoſynarius ex tribus ſenioribus per ſuffragia electus fundatas Eleëmoſynas juxtà litterarum ſigillatarum tenorem ita fideliter pauperibus erogabit & adminiſtrabit, uti de iis coram tremendo judicio extremo rationem redditurus: inſuper de ſingulis receptis & expoſitis coram Commiſſario Reverendiſſimi (ſi ita res poſtulet) ac coram Commendatore ſive Paſtore, ac duobus ſenioribus ex ſex novitiis Vicariis deputatis cum duobus Scabinis oppidi Doesborgenſis computum ac rationem reddet. Item prædictus Eleëmoſynarius aut ſex novitiorum Vicariorum ſenior conſtituetur Proviſor, Rector ac Confeſſarius Domus Viduarum, prout anteà Fratres Conventus ſuſceperant & adminiſtrarunt juxtà litteras deſuper erectas ac ſigillatas. Item ex tribus Vicariis junioribus novitiis per ſuffragia eligetur Procurator Domus Clericorum pauperum, qui eandem Domum diligenter ac fideliter reget & adminiſtrabit, deque receptis & expoſitis quotidianis coram iiſdem computatoribus ad computum Eleëmoſynarii deputatis rationem reddet. Et ut eadem Domus ejuſque Seminarium augeri ac melius ſuſtentari queat, de conſenſu Reverendiſſimi ac Dominorum Vicariorum Conventus Fratrum acceſſerunt reditus ac proventus terræ ſive paſcuorum *de Ganſepoel* dictorum: quæ omnia ut benè pauperibus Scholaſticis erogentur magna erit habenda diligentia. Item cùm hoc præſenti tempore in Conventu Fratrum decem unà cum duobus Clericis ſuperſint perſonæ, ita ut ſex Vicariis jam erectis quatuor abundent, juxtà ſenium quatuor juniores ſuccedent in locum è vivis excedentium: intereà tamen & ipſi juniores quatuor gaudebunt fructibus & bonis Conventus Fratrum cum ſex ſenioribus, quoaduſque decennarius numerus ad ſenarium pervenerit, ita etiam ut ſex ſint numero Sacerdotes: & quotieſcunque ex tunc contigerit unum ex illis ingredi viam univerſæ carnis, ejus Vicariæ collatio ac proviſio plenè ad Reverendiſſimum Daventr. ſpectabit, qui pro ſua ſingulari prudentia ex Seminario Daventr. vel etiam aliundè eandem honeſto ac docto viro & imprimis filio civis oppidi Doesborgenſis, ſi talis tempore vacationis reperiri & per Conſules ejuſdem oppidi præſentari poſſet, conferet, qui infra unius anni ſpatium ſacerdotio fungi ac concionari in Eccleſia Parochiali Doesborgenſi valebit.

Conſideratis ſuper hiſce propoſitis articulis & petitionibus meritò conſiderandis, & attentis maximis emolumentis & utilitatibus ſpiritualibus inde proventuris in cultu nempe divino, ad quem prædicti Domini Conventus Fratrum aſſiduè & fideliter perſolvendum erunt aſtricti, magno etiam animarum lucro & fructu, qui nedum ex perſolutione divini cultus & officii, ſed etiam ex prædicatione divini Verbi tam in Eccleſia Parochiali quam in Eccleſia dicti Conventus certò ſperatur provenire poſſe. His & multis aliis graviſſimis cauſis matura deliberatione penſatis, præcipuè verò voluntate & Decreto Sereniſſimi Domini noſtri Pii V. præfati obedire & ſatisfacere, cultumque divinum ſemper augeri cupientes annuimus & conſenſimus conditionibus à dictis Dominis propoſitis, annuimuſque & conſentimus per præſentes: atque ulterius conceſſimus ut liberè illis liceat mutato Habitu aſſumere honeſtum ac decentem ſecularium Sacerdotum habitum, & omnia atque ſingula bona prædicti Conventus cum ſpecificatis ſupra bonis in uſum pauperum donatis mortificavimus, & ad erectionem ſex Vicariarum in Parochiali Eccleſia Doesborgenſi auctoritate noſtra ordinaria applicavimus dicti Conventus bona, ipſiſque ſex Vicariis incorporavimus, nec non ipſos Dominos ſeculariſamus & ſuper Vicariis trium altarium D. ſcilicet *Georgii* Mart. S. *Catharinæ* & XI. M. Virginum in Parochiali Eccleſia Doesborgenſi cum ſolemnita-

nitatibus debitis & conſuetis introduci fecimus, prout concedimus, mortificamus, applicamus, incorporamus, ſecularizamus, & ipſos Vicarios ſecularizatos ac introductos, ipſorumque omnia bona mortificata, & ſex Vicariis incorporata perpetuis temporibus ab univerſis omnibus & ſingulis cenſeri & haberi volumus per præſentes, ſub certis tamen (præter præmiſſas) conditionibus, ſtatutis & legibus ſubſequentibus inviolabiliter obſervandis.

Imprimis videlicet quod poſt ceſſum vel deceſſum modo ſuperſtitum Dominorum collatio & quævis alia dictarum ſex Vicariarum jam noviter erectarum diſpoſitio pleno Jure Patronatus ad nos & legitimos noſtros ſucceſſores Epiſcopos Daventrienſes perpetuis temporibus ſpectabit & pertinebit, prout cautum eſt in propoſitis ac jam ratificatis ac approbatis Dominorum prædictorum articulis. Item quod noſtra auctoritate nedum delinquentes corrigere, ſed criminoſos qui ſecundum ſanctiones Canonicas & præſtitum juramentum eſſent privandi ſuis Beneficiis ſive Officiis niſi admoniti ſe correxerint, ſuis privare beneficiis liberè ſine contradictione ſeu oppoſitione etiam quorumcunque poſſimus. Item quod Eleëmoſynarius pro pretio fidelis laboris annuè habebit xv. daleros, ad 30. ſtuferos in ſingulos: totidem quoque Procurator ſeu Præſentiarius ipſorum Vicariorum novitiorum ratione vigilantiæ & aſſidui ſui laboris habebit. Item quod eleëmoſynæ pauperum & ordinatione & fundatione debitæ in qualibet hebdomade augeri debeant medio ſchepelino ſiliginis, & ordinaria diſtributio fiat ſine negligentia vel aliqua intermiſſione ſingulis tertiis & ſextis feriis. Item quod novitii Vicarii omnibus rebus divinis, ut prædictum eſt, intereſſe debeant: & ſe ſine licentia Superiorum abſentantes luent pœnam & mulctam unius ſtuferi Brabanticæ monetæ pro quolibet die niſi legitimè impediti fuerint, quo minus & ex eis unus communi ſuffragio eligendus erit qui abſentium rationem habebit. Item novitii Vicarii qui volunt alere familiam, intra ſepta Conventus habitare tenebuntur. Omnia Conventus & pauperum bona ſub actione ſine anticipata pecunia ſemper debent elocari & ad requiſitionem noſtram ſeu Succeſſorum dicti novitii Vicarii ſcriptis mandabunt & tranſmittent omnium bonorum ſuorum annuum verum valorem, ut cognoſcere poſſimus quid ſucceſſu temporis illis accreſcat: debentque omnia onera ac gravamina, annales ſcil. & redimibiles penſiones, quibus ipſa bona jam gravata ſunt, infra ſpatium ab hinc ſex annorum exſolvere, redimere & libera demum reddere. Item novitiorum Vicariorum omnium junior erit ſemper Templi Conventus Cuſtos: inſuper curam & reſpectum habebit bonum ut ejuſdem omnia & ſingula ornamenta conſerventur, atque Horologium ibidem de die in diem regatur, & omnium impenſis de neceſſariis inſtrumentis, quibus ad operandum opus habebit, provideatur. Item numerus Pauperum Clericorum in Domo fraterna ex proventibus & fructibus prati dicti *de Ganſepeul* augeri & copioſior fieri debet quatuor perſonis ſcholaſticis, quorum omnium ſummam curam habebit novitiorum Vicariorum unus ad hoc communi voto eligendus & promovendus. Item ubi contigerit aliquem ex illis novitiis Vicariis per Dei voluntatem diem claudere extremum relinquet ſucceſſori ſuo & non heredibus ſeu creditoribus omnes ſuos libros & utenſilia Domus ſuæ: & ſi talis teſtamentaria ordinatione aliquid legaverit ſeu aliàs diſpoſuerit, debent imprimis & ante omnia poſt hujuſmodi mortem, ſi quæ ſint contracta debita exſolvi, & exequiæ aliaque conſueta funeralia celebrari, deinde ad executionem teſtamenti ſeu ultimæ voluntatis defuncti procedere licebit in quantum ſe extendunt relicta ſua bona exceptis ſemper libris & utenſilibus Domus. Item non gaudebit mortuus ex novitiis Vicariis ſeu potius ipſius heredes vel conſtituti executores & manu fideles anno gratiæ relicti ſui beneficii, ſed ſaltem pro rata diſceſſus & à die obitus fructus & emolumenta Vicariæ percipient.

Super his propoſitis, confirmatis, approbatis ac ab iiſdem novitiis Vicariis receptis articulis, ſtatutis, legibus conditionibuſque, præſtiterunt omnes ſæpè dicti novitii Vicarii, atque eorum ſucceſſores præſtabunt juramentum in forma quod ſequitur: Ego N. juro per hæc ſancta Dei Euangelia, quæ manu mea corporaliter tango, quod Antiſtiti meo Reverendiſſimo Domino Epiſcopo Davent. ac Commendatori ſive Paſtori Eccleſiæ noſtræ Parochialis eorumque ſucceſſoribus obedientiam, nec non Eleëmoſynario ex ſenioribus noſtri Conventus electo reverentiam exhibebo: Concilio Trid. prout jacet per omnia, quantum fragilitas humana permittit, obedire & ipſum facere ſtudebo: Statuta Eccleſiæ, ordinationes, fundationes ac articulos præfato Reverendiſſimo Domino Daventr. exhibitos, vel per ipſum ordinatos & adhuc ordinandos fideliter ſervabo: Conciones ſacras, Miſſarum ſolemnia cæteraque omnia officia divina mihi injuncta per memetipſum & non per alium niſi legitimè impeditus complebo: Bona Eccleſiæ & maximè Conventus noſtri non alienabo, alienata & diſtracta pro poſſe & noſſe recuperabo: Officia noſtro Conventui incumbentia per majora vota Confratrum mihi impoſita fideliter inſervire curabo: juxtà Concilii Tridentini Decretum me caſtum & ab omni ſuſpecto conſortio mulierum liberum ſervabo, idque ſub pœna privationis Beneficii: propter onera meæ Vicariæ annexa ipſemet corporaliter reſidebo, quod ſi contrarium fiat, nec de corpore Vicariæ meæ, nec de præſentiis quicquam gaudebo, & nihilominus expenſis propriis miniſterium, ad quod obligor, fieri curabo: domum meam mihi aſſignatam ejuſque utenſilia ac ſupellectilia, Altare meum ejuſque ornamenta omnia conſervabo ac meliora facere ſtudebo: Decreta noſtræ Eccleſiæ noſtrique Conventus celabo nullique revelabo: inter Confratres meos & maximè noſtri Conventus rixas, contentiones, diſſenſiones non movebo nec moveri faciam, ſed magis paci & concordiæ ſemper ſtudebo: ſic me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Evangelia.

In quorum omnium & ſingulorum fidem ac teſtimonium præſentes litteras ſigilli noſtri majoris appenſione & Notarii noſtri jurati ſubſcriptione communiri fecimus. Datum Daventriæ Anno Domini 1571. die Martis 26. Menſis Junii. Et nos novitii Vicarii ſigillum noſtri Conventus in teſtimonium & robur omnium præmiſſorum inferius appoſuimus anno & die præſcriptis.

Mandato prælibati Domini Reverendiſſimi
MATTH. SETTH. *Notarius.*

Ex ipſo autographo, cui appendebat ſigillum Reverendiſſimi in rubea ac neotericorum Vicariorum in cera viridi.

[In Libello MS. quem teneo hæc præmittuntur.

De noſtri inſtituti (ſcilicet Fratrum) mutatione in Vicarios, de noſtra ſeculariz.atione, ſtatutis & vivendi ratione, &c. Anno 1571.

Diploma *Ægidii*, Dav. Epiſc. quo Fratribus Poteſtatem facit relicto domicilio ad ſtatum ſecul. tranſeundi;

In *nomine Domini Amen.* Tenore publici Inſtrumenti præſentis cunctis pateat evidenter, & ſit notum, quod Anno Domini 1571. die verò Veneris, octava menſis Junii, coram Reverendiſſimo Domino, D. *Ægidio de Monte*, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopo civitatis & Diœceſis Daventrienſis, inque mei Notarii publici teſtiumque infra ſcriptorum præſentia perſonaliter conſtituti venerandi Domini *Gerardus Noviomagus* Prior Domus Fratrum dictæ Montis Mariæ in Doesborch, & *Lambertus Weert*, Confeſſarius Sororum majoris Conventus ibidem, & prædictæ Domus Fratrum medio ſuo juramento affirmarunt & atteſtati ſunt, ſe plenariam commiſſionem habere ab omnibus dictæ Domus Fratribus Sacerdotibus producendi & exhibendi certos articulos per ipſos ſubſcriptos. De & ſuper ſecularizatione, ac ejuſdem Domus bonorum mortificatione, ipſaque bona omnia mobilia & immobilia perpetuis temporibus applicandi ad erectionem ſex Vicariarum in Parochiali Eccleſia Doesborgenſi, ſub certis legibus & conditionibus eidem Reverend. a dictis Patribus præſentatis & exhibitis. Qui quidem Rmus matura deliberatione in tanti momenti negotio præmiſſi, conſiderans inprimis voluntatem Sanctiſſimi Pontificis maximi jam moderni Pii quinti, qui Diplomate edito Anno Domini 1568 quinto Calendas Decembris, de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ decrevit, ut quicunque religioſo habitu a ſecularibus diſcreto uterentur, infra præſcriptum tempus compellerentur, etiam ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, arctiori & approbatæ ab Eccleſia Romana religioni ſe ſubdere, vel habitu mutato ad ordinem ſecularium Sacerdotum ſe conferre. Attentis etiam maximis emolumentis & utilitatibus ſpiritualibus inde proventuris. Inprimis in cultu divino, ad quem aſſiduè & fideliter perſolvendum prædicti Domini erunt aſtricti; magno etiam animarum lucro & fructu, qui nedum ex perſolutione divini cultus & officii, verùm etiam ex prædicatione divini verbi, tam in Eccleſia Parochiali, quam in dictæ Domus Eccleſia certò ſperatur provenire poſſe. His & multis aliis graviſſimis cauſis matura deliberatione penſatis conſenſit ſæpe dictus Rmus, & per præſentes conſentit conditionibus a dictis Patribus propoſitis. Nempe ut liberè liceat mutato habitu aſſumere honeſtum & decentem Secularium ſacerdotum habitum: & prædictæ Domus quæcunque bona mortificentur, & ad erectionem ſex Vicariarum applicentur, ſub certis conditionibus & legibus præſcribendis inviolabiliter obſervandis. Hac tamen lege ut poſt deceſſum vel ceſſum modò ſuperſtitum Dominorum collatio & diſpoſitio dictarum ſex Vicariarum plenario jure ad Rmum & ejus legitimos ſucceſſores perpetuis temporibus ſpectet & pertineat; poſſitque dictus Rmus ſua auctoritate, nedum delinquentes corrigere, ſed criminoſos etiam, qui ſecundum ſanctiones Canonicas ſuis Beneficiis vel Officiis eſſent privandi (niſi admoniti ſe correxerint) ſuis privare Beneficiis. Et hac lege ut prædicti Domini & eorum ſucceſſores polliceantur Rmo in omnibus licitis & honeſtis per ipſum ordinandis & ſtatuendis obedientiam & fidelitatem. Salva ſemper corrigendi, augendi, & minuendi poteſtate, prout videbitur Rmo expedire. Acta ſunt hæc Daventriæ ſub Anno Domini & die præſcriptis, præſentibus ibidem venerabili Domino & Magiſtro *Bernardo Herinck*, Cathedralis Eccleſiæ Daventrienſis Canonico, nec non honorabili Domino *Everardo Stephani Steenwicenſi*, ibidem Vicario, & diſcreto *Joanne Buſman*, teſtibus fide dignis ad præmiſſa ſpecialiter vocatis atque rogatis. In hujus evidentius teſtimonium præmemoratus D. Rmus præſens Inſtrumentum ſigilli ſui ſub impreſſione, & mei Notarii publici infra ſcripti ſubſcriptione fecit ac juſſit muniri, Actum uts.

Ita eſt, quod ego Matthias Setther, Notarius publicus, hac propriæ manus meæ ſcriptura atteſtor.

Copia Commiſſionis Commiſſariorum.

eandemque Provinciam committit Magiſtro *Herinck* Can. Dav.

Ægidius *de Monte*, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus civitatis & Diœceſis Daventrienſis, dilecto nobis in Chriſto venerabili Domino & Magiſtro *Bernardo Herinck*, Cathedralis Eccleſiæ Daventrienſis Canonico Confratri noſtro ſalutem in Domino ſempiternam. Quandoquidem ad aures noſtras pervenit, quod venerandi Fratres Doesborgenſes Sanctiſſimi Domini noſtri Pii Papæ quinti conſtitutionibus & decretis, noſtriſque monitis tanquam obedientes filii obtemperare, & ſeſe ad ſecularem habitum ſeu veſtem recipiendam accommodare velint, certis tamen ſtatutis & conditionibus per nos propoſitis & proponendis, ac per ipſos ſtrictè obſervari præcipiendis & mandandis. Cùm igitur propter prægnantes cauſas & varias occupationes, quibus quotidie innodamur & gravamur, ipſi perſonaliter adeſſe non poſſumus, hinc eſt quæ de veſtra induſtria, diligentia & ſedulitate confiſi, vobis & noſtro infra ſcripto jurato Secretario plenariam poteſtatem & omnimodam Commiſſionem damus & concedimus, ipſos Dominos Fratres Domus Fraternæ dicti oppidi Doesborgenſis auctoritate noſtra ordinaria ſecularizandi, ac perpetuos Vicarios ibidem in Parochiali Eccleſia faciendi, inveſtiendi, & introducendi, omniaque alia quæ in hujuſmodi negotio requiruntur, agendi, gerendi, ordinandi, diſponendi & faciendi, (ſalva ſemper nobis in hiſce rebus augendi, minuendi, immutandi & corrigendi auctoritate & poteſtate) prout latius in noſtris exinde confectis & erectis ſtatutis & mandatis & fundationibus hiſce adjunctis continetur. Promittentes nihilominus per præſentes omne id & quicquid per vos in præſenti cauſa actum, factum, geſtum, ordinatum, & quovis modo diſpoſitum fuerit, ratum, gratum & firmum perpetuò habiturum. Harum noſtrarum teſtimonio litterarum ſigillo noſtro præſentibus ſubimpreſſo munitarum. Datum in Steenwyck, Anno a Nativitate Domini 1571. die decima nona menſis Junii.

Mandato Rmi Domini prædicti

MATTHIAS SETTHER,

Secretarius Juratus Sst.]

Se-

Hoſpitia feminina; I. Domus viduarum. *II. B. M. V. Conventus major;*

Sequioris ſexus numerantur religioſa Hoſpitia III. Primum ab incolarum conditione dicitur *Domus Viduarum*, de qua in præcitatis Litteris

Secundum (cui Anno 1506. præerat *Alеidis de Uſt*, Anno 1543. *Everarda Mommem*, & Anno 1581. *Elizabetha ten Holte*) *foſſa B. M. V.* & vocabulo Belgico *Mariengrave* nuncupatur, vulgò *'t groote Convent*:

hujus Rector & Rectrices:

[Charta qua Conventus hic Capitulo *S. Lebuini* Davent. quædam, ibi memorata, vendidit, in manus noſtras incidit:

WI *Johannes van Leup*, Prieſter en Pater, ſuſter *Alijt van Wiſt*, Miniſterſche, ſuſter *Eefze ten Hacbuys* Procuratryſche, ende voert wi ghemeyne ſuſteren des Convents van Marien grave binnen Doesborch vander derder Oerden S. Franciſci, doen kondt ende bekennen overmids deſen openen brieff voer ons ende onſe nacomelingen, dat wi mit onſen vryen wille ende voerbedachten berade in eenen gerechten, ſteden, vaſten erfkoep, erflick ende ewelick hebben verkoft voer een ſumme gelts die ons toe gueder tijdt wal to willen ende to dancke vernueget ende betaelt is, ende wi in oerber ende profijt ons Convents voerſz. gekiert hebben, den erſamen Heren des Capittels van Sinte *Lebuinus* Kerke binnen Deventer ende oeren nacomelingen, hercomende van Her Johan Biſcopos Selbrant, dat ſelige Her Aelbert Haefken jaerlix plach te geven wt ſinen hute, dat hier nu mede van drien guldenen gevryet is: Welke drie guldenen van gewichte of ander guet golde payement, voer die weerde daergelijck guet voer weſende, in tijdt der betalinghe wi jaerlix ende alle jaer op Paeſchen nae datum s'Brieffs wt onſen weide-lant geheiten die Horſt, ſoe die gelegen is in den Kerſpel van Angerloer in den gerichte van Doesborch, mit allen ſinen celden ende nyen to behoeren, ende voert wt alle onſes Convents guede voerſz. viertien dage voer of nae onbegrepen, to Deventer an den Capittel voerſz. gelaven te betalen, onder een pene der pendige, als men doen mach voer verſchenen Heren pacht. Welke pendinge weert ſake dat die voerſz. jaerlike renthe niet betaelt en worden als voerſz. is, dat God verhueden moet, ſoe ghelaven wi niet te wederſlaen mit enigen rechten ofte privilegien geeſtelick of werlick. Ende voert ſoe geloven wi den Capittel voerſz. wer dat ſake dattet oen tot eniger tijt van noeden were te hebben vorder veſteniſſe, die gelave wi voer ons ende onſe nacomelingen binnen viertyn daghe gern twillen laten geſchien, ende doen oerre ghelynne daer ſy dan mede verwaert ſin, beholdelick hier en tendens dat wi oft onſe nacomelinge onſes Convents voerſz. van de voerge Capittel tot allen tijden ons dat believet loeſſen ende quijt moeghen kopen deſe drie golden rinſche gulden jaerliker erf-renten mit ſetlich golden overlenſche rinſche gulden guet van golt, ſwaer van gewichte, voer datum s'Brieffs ghemunter, op allen hochtijt van Paeſchen viertyn dage voer oft nae onbegrepen, mit allen achterſtedigen jaer renten onbetaelt; ſonder al argeliſt. In oerkonde der waerheit, ſoe hebben wi tſamen voerſz. voer ons ende onſe nacomelingen mit conſent des Convents, onſes ſelvens Convents ſegel an deſen openen brieff gehangen. Ghegeven in 't Jaer ons Heren 1506. op Sinte Marcus Evangeliſten dach.]

Edoctus ſum ex hujus Cœnobii Chartis ad Annum 1576. ratione diſmembrationis Matrici Eccleſiæ illud annuè pendiſſe quatuor Florenos: octo aureis ſedecim ulnas panni candidi & calceos: ſingulis quatuor anni temporibus Vas halecum & ſex ſiliginis menſuras quindecim aureis emptas Pauperum neceſſitatibus diſtribuiſſe.

Vicariæ, quæ in Eccleſia fuit, Fundator inſcribitur *Everardus de Bingerden*, & Sacri hebdomadarii inſtitutor *Rudolphus Reuſſen*.

III. Montis S. Catharinæ, Conventus minor.

Tertium inſcribitur *Mons S. Catharinæ*, aliàs *'t Kleyne Convent*; utriuſque cultrices ſub Capitulo Trajectino Tert. Regulæ S. Franciſci ſectatrices fuêre. Lego in MS. Vita *Theodorici ab Herxen*, *Theodoricum Reeſium* primum Fratrum Rectorem ad Chriſti gremium collegiſſe Virgines, earumque Eunuchum egiſſe: *qui cum Virgines ad Chriſti collegiſſet gremium* (ait Biographus) *poſtea illarum regimini præficitur, & poſt obitum ejus revelatur cuidam, quia ſolemni cum proceßione Virginum apparuiſſet ante Dominum* Undè colligo cum hiſce Aſceteriis poſt adventum *Fratrum* dediſſe originem, quorum ultimum Anno 1586. ſervato ſolo Templo à milite Anglo exciſum eſt, quo etiam inſtructiſſima *Fratrum* Bibliotheca publicis in foro flammis ejuſdem petulantiâ periit & in fumum ac cineres abiit.

Nec ſola Religioſa vita cum *Fratribus* oppido illata, ſed & litterarum ſtudia, quæ eorum curâ ac induſtriâ hic aliquandò multum viguerunt, excitato etiam Seminario & neceſſariis cenſibus dotato in hoſpitium & alimoniam eorum, quos, dum eos ad ſua Sacra Muſæ pelliciunt, noverca fortuna remoratur. *Seminarium.*

Sed ad pauperum ſolatia tranſeamus: etenim effecit provida Majorum ſolicitudo & liberalis miſericordia, ut, etiam noviſſimo teſte *Slichtenhorſtio*, rarum aut penè nullum hîc domicilium habere poſſit paupertatis calamitas.

Si enim ſit infantia aut pueritia cenſu ac parentibus orba, ei patet *Orphanotrophium*, quod aliorum munificentia poſtmodum adauctum, primitus conſtruxit ac locupletavit *Wendelina de Vieracкeren* relicta *de Zoelen*. *Orphanotrophium.*

Si ſit ſatura laboribus & baculo innixa ſenectus, ei requiem & alimoniam exhibet *Xenodochium S. Antonii*, in cujus Sacello erecta eſt *Vicaria*, cui Miniſtrum Conſules aſſignant, qui eſt in Eccleſia Matrice Chori-ſocius & ad Sacrum Sabbathinum obligatus. *Xenodochium.*

Si infirmitas aut morbi laborum hoſtes creent egeſtatem, eam depellunt ſubſidia quæ largâ manu etiam ſubminiſtrat *Antonianum Noſocomium*, *à quo omnis ægrotantes pauperes per Civitatem eleemoſynam petentes* (ſunt verba *reverendiſſimi de Monte*) *aluntur & ſuſtentantur*. *Noſocomium.*

Si intra parietes privatos pedem figat inopia, eam eliminat Matricis Eccleſiæ Fabrica, cujus *Ædiles* (ex notis *Reverendiſſimi de Monte*) *miniſtrant Pauperibus 32. Modios ſiliginis, 7. Modios & unum Schepelinum tritici, in panno 34. aureos Gelrienſes ad 63. ulnas, in minuta pecunia* 8. *aureos Gelr. præterea diverſis lecto incumbentibus* 40. *daleros*. Eòque ſuccurrit præfatum *Antonianum Xenodochium*, è quo circiter octoginta Perſonæ (juxtà annotata præcitati Antiſtitis) feriis ſextis adferunt ſeu recipiunt mediam lib. butyri, 4. lib. panis & menſuram cereviſiæ. *& alia pauperum ſolatia.*

Si advenæ ſine viatico, eis *Hoſpitale* impendit miſericordiæ ſtillicidium. Et hæc de oppido.

[Excolitur illud hodiè a Societatis Jeſu Presbytero.]

Nunc ad loca ſuburbana ſtylum provehamus.

DREMPT,

DREMPT,

Drempti, Parochia S. Georgio nuncupata; Vicaria, Collatores.

Sub Druſiburgenſi Judicatura Pagus Zutphanienſis, cujus Parœcialis Eccleſia D. *Georgio* inſcripta gubernatur per Religioſum Presbyterum Ord. *B. M. V.* Teutonicorum Equitum, quem ei aſſignat *Dierenſis Commendator*, in qua unica *B. M V. Vicaria*, quæ ad ſacerdotales functiones obligat poſſeſſorem ſuum in dominica, feria VI. & Sabbatho, cujus patronatu Anno 1571. potiebantur *Boeckholtii* & *Tellickhuſii*. Quo & de jure ex Eccleſiæ reditibus Cuſtodi cedebant floreni decem.

Ann. 1571. Paſtor.

[Paſtor Anno 1571.
D. JOANNES LOBICK.]

ANGERLO,

Angerloæ, Divus Tut. Vicaria, Collatores. Priſci, & hodierni Paſtores.

Zutphanienſis pagus & Druſiburgenſi Judicaturæ ſubditus, ejus curiale Templum tutelarem habet S. *Gallum*, & à Zutphan. Comite Parœcum, in qua unica SS. *Theobaldi*, *Cornelii*, *Antonii* & *Apolloniæ Vicaria* cum onere III. Sacrorum, cujus patronatum Anno 1574. ſibi vindicabat *Joannes de Vierackeren*.

[Paſtor Anno 1571.
D. RICHOLDUS MULRAEDT, Dni. *Joannis ten Hoeck* ſucceſſor.
In Drempt & Angerlo poſt
ALBERTUM DE HELDER, ordine Dominicanum, curam geſſit
JOANNES PLASMAN, modò Paſtor in Schagen.]

Subjecta Capella.

Capella in *Loel* hujus Parœciæ finibus includitur, in quâ *Officium B. M. V.* cujus Miniſtro Sacerdotii ſui uſum demandat arbitraria devotio Toparchæ Caſtri *Loelenſis*.

LAETHEM,

Laethemii. Parochiæ ac Vicariæ, Collatores.

Sub Baronia Baerenſi Zutphanienſis pagus, cujus Parochialis Eccleſiæ Jus Patronatus annexum eſt Lathemenſi Prætorio: in ea unica S. *Eliſabethæ* Vicaria, cui Sacrorum Operatorem legit Baro Wyſchenſis.

Capella in Baer. Laeth. Parœciæ ſubdita.

Capella in *Baer* huic Parœciæ ſubeſt, in qua geminum Sacerdotium ſub patrocinio Baerenſis Baronis.

[Primus a mutato regimine in *Laethem* & *Baer* Paſtor, conſtitutus Anno 1672. ſub Gallorum incurſum,

Utriuſque loci a mutato regimine deſervitores ac Paſtores.

PETRUS BOAM, Zevenarienſis, ſtudii Colonienſis.
Hunc diſcedentem ſubſecuti;
LAURENTIUS RENNEN, Elſtenſis, Theologus Lov. inde Paſtor in portus Delphenſis municipio, vulgò *Delfshaven*.
JOANNES SCHONEBEECK, Roterodamus, Sac. Theol. Lovanii Bacc. formatus, indè ſecundarius Paſtor Daventriæ, hodiè Amſtelodami operam navans.
GUILIELMUS VANDER LINDE, Horſtanus Diœceſis Ruremondanæ, indè Paſtor Hardervicenus.
FREDERICUS A MILLINGEN, Zevenarienſis, Pragenſis Theologus.
JOANNES VAN LOON, ex tractu Sylvæduc. ſtudii Ruremond.
GUILIELMUS CHRISTIAENSE, Zutphanienſis, modò Paſtor in *Overveen*, extra Harlemi Pomœria.]

ELLEKOM,

Ellekomi Etymon, Parochia, Conductores, Collatores.

Velaviæ pagus, *Pighio* in *Hercule Prodicio* Æli domus, id eſt, *Ellicheim* nuncupatus: cujus Eccleſia ſub tutela conſiſtit B. *Nicolai* & Zutphanienſis Capituli patronatu ex dono *Gerardi* Geldriæ Comitis ſecundi ſub *Andrea* Trajectenſium Hierarcha; ejus teſtimoniales appendo:

Scimus quia temporalis mentio præterit, ideo ratum teſtimonium indigentia requirit, quod in hac re notificatur. Principalis Comes Geldriæ *Gherardus* coadunato filio ſuo *Henrico* & conſentiente legitima ſua *Ermegarde* ſubegit Capellam, quæ eſt in *Ellenchem*, cum omni decimatione ſua Zutphanienſi Eccleſiæ, & eandem contradedit in Præbendam Fratrum ibidem degentium pro redemptione animarum & conſolatione totius ſuæ parentelæ: præſentia Fratrum, quæ tunc aderat, pro collato beneficio devotionem orationis memorandam frequentius inſtituit, quod poſteritas non minus adimplebit, ut ſic memoratis hæredibus ſalus & honor vivis & veniam poſſit impetrare defunctis. Eodem Donativo multi interfuerunt, quorum credimus veritati: Ingenuorum *Adam de Brunchorſt* & *Bernard de Bockhorſt*, & ejuſdem qualitatis quam plures præter copiam Miniſtrorum, quorum nomina ſunt hæc, *Udo de Sutphene*, *Pilegrim Drocbwart*, *Wenzo de Frolleborſt*, *Wenzo de Leſtnen*, *Wibracht de Bocholte*, *Reinſo de Angerben*, *Rodbracht de Aſchete*.

Religioſum hoc donum ad Annum 1131. refert *Geldria Pontani*.

Vicaria, Officium, onera.

Vicaria S. Nicolai exigit Euchariſtiæ Sacrificium feria III. & *Officium S. Annæ* feriâ aliâ, utriuſque patronatum gerit Toparcha in *Middachten*.

[Paſtor in Ellekom Anno 1571.
D. ANTONIUS VANDEN BORCH.]

A. 1571. Paſtor.

DIEREN,

Dieræ, Equitum Teut. Præfectus.

Velaviæ pagus, in quo, *Slichtenhorſtio* teſte, Montenſium Dynaſtarum piâ munificentiâ ſub Priorali Camera Trajectenſi enata eſt & adolevit *Commenda Equitum Teutonicorum Ord. B. M. V.* cujus proventus ad Annum 1647. dicitur eſſe 5000. florenorum: primam hujus Præceptoriæ memoriam in Chartis meis invenio ad Annum 1312. quo ei in die S. *Remigii* Confeſſoris liberè reſignat ſervitutem terræ cujuſdam in Wenſela *Fredericus de Reede* Miles: eam Anno 1444. adminiſtrabat F. *Wolterus de Gruter*. Anno 1474. *Wilbelmus de Santwyck*. Anno 1618. *Wilbelmus Mulaert*, & Anno 1636. *Alexander Emanuel de Reneſſe*.

Præfecti.

[Ejus initia ex Charta veteri,

Initia, &c.

Int jaer ons Heeren CIↃ.CC. ende XI. doe gaff Grave *Adolff van den Berghe* der Duytſche Orden dat huys ende goet te Dieren mit veel Heerlicheden, ende men plach daer een Convent te hebben. Het behoorde eerſt aen des Hoochmeeſters Camer van Pruyſen, ende int jaer 1420. quamt aen de Balie van Gieſſen, maer int jaer CIↃ. CCCC. ende XXXIII. doe kocht Heer *Herman van Keppel* 't huys van Dieren aen der Balye van Utrecht om drie duyſent Rynſche gulden.]

Eccle-

Collator.

Eccleſia Parœcialis Rectorem & Cuſtodem accipit à *Commendatore*, qui ſine Ædilibus curam ejus habet.

Vice-Paſtor A. 1571.

[Vice-Paſtor A°. 1571.
D. RODOLPHUS DE WANHOE.]

Ordinis Teut. domicilium, dein immutatum, ac divenditum.

Anno 1648. & ſeq. empto *Ordinis* domicilio & viciniis *Theriotrophium* ambitu ſuo ferè quatuor horas & ſeptem ſilvas complexum hic conſtruxerat *Wilhelmus* Princeps Auriacus; at amoto ſepimento & Anno 1661. divendito illud iterum diſſipatum eſt.

SPANKEREN,

Spankeræ, antiquiſſimæ quidem, at exilis modò Parochiæ, Tutelaris,

Velaviæ pagus, cujus Eccleſiam Parochialem cum onere Sacri feria VI. S. *Petro* Apoſtolorum Principi inſcriptam Rectori ſuo maritat *Dierenſis Commendator: Nulla ibidem eſt fabrica, nullos habet Ædiles, ſed ipſe Paſtor tenetur ipſam Eccleſiam, & ejuſdem lumen ac omnia neceſſaria curare ſuis ſumptibus: eſtque parva Parochia non habens* 40 *Communicantes, ſed antiquiſſima Eccleſia totius Velua*, ut Anno 1571. notat *Reverendiſſimus de Monte*.

& A. 1571. Paſtor.

[Paſtor Anno 1571.
D. REMIGIUS TOP.]

BRUMMEN,

Brummenæ Parochiæ, Tutelaris, Collatrix,

Velaviæ pagus, cujus Eccleſia titulum habet S. *Pancratii*, & conſiſtit ſub Eltenſis Antiſtitæ patronatu ex dote *Wichmanni* Geldriæ Comitis circa Annum 970. Abbatiæ *Eltenſis* fundatoris: ejuſque fit mentio in Diplomate Ottonis III. Anno 997. *in Vita S. Engelberti* apud *Gelenium*.

Altaria IV. *Vicariæ* duæ;

Erant in ea ante abolita Sacra Catholica quatuor altaria, & *Vicariæ* duæ,

I. SS. XII. *Apoſtolorum* ſolo Parocho Collatore, at per *Davidem de Burgundia* Anno 1489. 29. Septemb. poſt *Badenſem* approbante *Carolo Egmondano* Anno 1532 15. Septemb. unita perpetuo & incorporata Zutphanienſi Præpoſituræ

[Litteras *Davidis* Epiſc. hîc appendimus:

prima Zutphanienſi Præpoſituræ unita, ex Davidis, Traj. Epiſc. appoſitis Tabulis.

D*Avid de Burgundia*, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Traj. Univerſis & ſingulis Presbyteris Capellanis, Clericis & Notariis publicis quibuſcunque nobis ſubditis, & veſtrûm cuilibet in ſolidum, ad quem vel quos præſens noſtrum mandatum pervenerit, ſalutem in Domino ſempiternam, ad perpetuam rei memoriam. Cùm, ſicut accepimus, fructus, redditus & proventus Præpoſituræ Eccleſiæ Collegiatæ S. *Walburgis* Zutphan. noſtræ Diœceſis, adeo ſint tenues & exiles, quod ex illis pro tempore ejuſdem Præpoſituræ Præpoſito ſe commode ſuſtentare, & onera ſibi ratione dictæ Præpoſituræ incumbentia ſupportare non valeat; & ſi perpetua *Vicaria* ad altare Omnipotentis Dei ejuſve glorioſæ Matris Virginis *Mariæ*, & SS. *duodecim Apoſtolorum* in Parochiali Eccleſia de *Brummen* partium Veluæ ſituata, dictæ noſtræ Diœceſis, cum præfata Præpoſitura uniretur, annecteretur, & incorporaretur, ipſius pro tempore Præpoſitus commodius ſe ſuſtentare, & onera ſibi incumbentia hujuſmodi melius ſufferre poſſet. Nos igitur de præmiſſis ad plenum informati, Vicariam hujuſmodi, quamprimum illam per ceſſum vel deceſſum, aut aliam dimiſſionem illam obtinentis vacare contigerit, etiamſi ad præſens vacaverit, dictæ Præpoſituræ perpetuo, auctoritate noſtra ordinaria, tenore præſentium unimus, annectimus & incorporamus: ita quod liceat pro tempore Præpoſito in dicta Eccleſia Zutphanienſi vel apud eam reſidenti, & in illius abſentia Decano & Capitulo dictæ Eccleſiæ Zutph. dictæ *Vicariæ* fructus, redditus & proventus libere percipere, & ſublevare, ac in ſuos & dictæ *Vicariæ* uſus & utilitatem convertere, & eam cum dicta Præpoſitura retinere, conſenſu dilecti nobis in Chriſto Curati dictæ Eccleſiæ Parochialis de *Brummen* unici Collatoris & Patroni ad id me & legitimè accedente: quodque propter unionem, annexionem, & incorporationem prædictas dicta *Vicaria* debitis non fraudetur obſequiis, ſed per Præpoſitum, & in ejus abſentia Decanum & Capitulum prædictos ejuſdem *Vicariæ* debitè ſupportentur onera conſueta, proviſo &c. quod quotieſcunque dictam *Vicariam* per obitum vel deceſſum dictæ Præpoſituræ pro tempore Præpoſiti vacare contigerit, in vim dictæ noſtræ unionis ab Archidiacono loci illius in Præpoſitura præfata ſucceſſor inveſtituram ejuſdem cum una libra groſſorum aureorum perpetuis futuris temporibus petere debet, ne dictus Archidiaconus propterea nimium diſpendium patiatur, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum noſtro ſub ſigillo ad cauſas præſentibus appenſo, Anno Domini 1489. die verò viceſima menſis Septembris. Et erant ſigillatæ duobus ſigillis rubeæ ceræ.]

II. *B. M. V.* cujus poſſeſſor, actu reſidens, ut loquuntur *fundat. Litteræ*, duabus vel tribus vicibus litat incruentâ Victimâ: cum adoptat Paſtor cum Ædilibus: at jus illud Geldriæ Duci *Gramajus* aſſcribit.

alterius onera, & Collator.

[Paſtor Anno 1571.
D. WOLTERUS BRUY.]

A. 1571. Paſtor.

H A L,

Eccleſia hujus loci, qui Velaviæ Tetrarchiæ membrum eſt, titulo S. *Ludgeri* decoratur; & ibidem rei ſacræ præeſt, quem idoneum nominat Abbas *Werthinenſis*, quod jus *ex ore Parochi* Anno 1571. Geldriæ Duci aſſcribit *Reverendiſſimus de Monte*: in ea *Vicaria* unica *B. M. V.* cujus patronatum fuiſſe penes Parochum & Parochianos colligo ex variis documentis.

Hallæ, Parochiæ Tutelaris, Collator, Paſtores, *Vicaria* unica.

[Paſtorem agebat Anno 1571.
D. ALBERTUS DE WYSE.
D. JOANNIS UCHELEN, ſucceſſor.]

Paſtores.

VOERST,

Velavici Territorii pagus, cujus Eccleſia *Sanctiſſimæ Trinitatis* inſcriptione auguſta, à Pruimienſi Abbate Rectorem expoſtulat, in qua *Vicariæ*,

Voerſtenæ Eccl. SS. Trinitati inſcriptæ Collator, *Vicariæ* IV.

I. S. *Crucis*, cujus Miniſter, *ex Litt. fund.* in Parœciæ cura Parochi ſubſidiarius eſt & feria VI. ſuo ad Aram fungitur Sacerdotio.

II. *B. M. V.* quæ bina Euchariſtiæ Sacrificia expoſtulat: utriuſque patronatum obtinet Toparcha Caſtri vicini in *Nienbeeck*.

III. S. *Antonii*, cui annexum onus IV Sacrorum Parocho cum Ædilibus Collatore, qui eidem conjunxerunt *Officium*, quod hîc unicum eſt, S. *Annæ* & ſui juris.

IV. SS. XI. M. *Virginum*, cujus poſſeſſor à vicino Toparcha in *Zinderen*, hoc beneficio donatus, incruentum altaris Sacrificium offert in Dominica.

[Paſtor A°. 1571. D. ISRAEL SWAVEN.]

A. 1571. Paſtor.

DE DECANATU HATTEMENSI,

Sub quo adunantur

HATTEMUM,	VEESEN,
OOSTERWOLDE,	EEPE,
OLDEBROECK,	OEN,
VORCHTEN,	VAESSEN.
HEERDE,	

HATTEMUM,

Hattemi Etymon, SUB Velavica Tetrarchia oppidum Ducatus Geldriæ, nomen, ut quidam volunt, ab *Attuariis* mutuatum.

Tutelares, Eccleſia Tutelares habet SS. *Andream* & *Catharinam*, atque paſtorale in ea munus confertur

Collatores, per Præpoſitum Metropolitanæ Baſilicæ Traject. in qua *Vicariæ*,

Vicariæ, I. *Venerabilis Sacramenti* à ſitu *ſub Organis* dicta, quæ tria exigit Sacrificia & totidem alit Miniſtros, quorum curæ etiam concréditum eſt altare *D. M. V* in Sacello.

II. S. *Crucis*, quæ gemino ſuo poſſeſſori per triduum Sacerdotii uſum demandat: utriuſque patronatum gerit Senatus.

III. S. *Annæ*, cujus Miniſtri manibus coæternus Dei Filius bina vice cœleſti Patri offertur in Miſſæ Sacrificio: conſiſtit hæc ſub *Reyneriorum* patronatu.

Officium, onera, Et *Officium unicum S. Spiritus*, cui Miniſtrum aſſignat Senatus, qui diebus feſtivis Victimæ Crucis Memoriale divinitus inſtitutum ad Aram exhibet.

Paſtor Anni 1571. [Paſtor ibi Anno 1571.
D. GERARDUS AB APPELDOERN.]

Capellæ II.

Capellæ binæ; I. *Caſtrenſis* dicta; Prima *Caſtrenſis* nuncupata, quod in Caſtro ſive arce oppido contiguâ (cujus hodiè ruinæ ac rudera apparent) ædificata exſtiterit, in qua ſub patronatu Principis unica *S. Joannis Evangeliſtæ Vicaria*, quæ diebus dominicis ac feſtis ad functiones ſacerdotales obligat ſuum Miniſtrum.

Altera D. *Gregorio* dicata. Secunda D. *Gregorio* inſcripta à vicinis *Bentingiis* Rectorem adipiſcitur, qui diebus dominicis Sacerdotio fungitur ad Aram & è ſuggeſtu ſacræ exhortationis pabulo reficit ſuos Auditores.

Hoſpitale *Mons Dei*. Hoſpitale *Mons Dei*, voce patria *den Godts Bergh* appellatur: Diploma, quo a ſe in Arnhemienſes Dei inſulanos ejus curam reſignat *Reinaldus* I. ad Annum 1306. videri poteſt apud *Pontanum*.

S. Benedicti Virg. Nobil. Cœnobium, Intra limites, quibus hujus Parochiæ cura definita eſt, aſſurrexit in agro ſuburbano Virginum nobilium *ſub Regula S. Benedicti* & Unione Bursfeldienſi (cui ſe ſubmiſit Anno 1469.) lectiſſimum Monaſterium, propago *Montis B. M.* ad *Nigras Aquas*: quam cùm tereret frequens amicorum & ſæcularium accurſus religioſæ tranquillitatis turbativa tempeſtas, nonnullæ, quæ animæ alvearium oderant in picarum columbarium commutari, arctioris diſciplinæ cupidæ locum deſerere & alibi, ubi in ſecreto ſilentio & obſervantia regulari ſuo Sponſo vacarent, ſub auſpiciis D. *Benedicti*, alium erigere ſtatuerunt: placuêre Hattemenſia pomœria, ubi empto fundo & obtentâ Ducis Geldriæ *Reinaldi* IV. licentiâ prima ædificia conſtruxerunt, dixeruntque ab Iſala fluvio ferè contiguo *B. M. V.* ad *Claras Aquas*, quemadmodum à vicino flumine alterum, undè originem duxerant, ad *Nigras Aquas* vocitabatur: non Anno 1412. vel circiter juxtà calculum *Slichtenborſtii*, ſed Anno 1415. ex Notis *Bocopii*, cum *Weſſelum* primum earum Præpoſitum, qui & Coloniæ Dux cum *Joanne Brinckerinck*, primo Diepenveenianæ Canonicæ præfecto anno 19. ſeculi XIV. defuncto, magnam *in ejus Vita* legerim coluiſſe familiaritatem, & ab hoc obtinuiſſe *Hillegundam Sonderlants*, quæ ſuas Claraquenſes hactenus inaſſuetas doceret manus mittere ad fortia: ſed cùm plurimæ nollent ab *Auguſtini* filia inſtrui S *Benedicti* ſobolem, idcóque reſpuerent diſciplinam, eæ, quæ ſe docibiles præbebant, in Friſiam cum Magiſtra diſcedentes, *Novum Monaſterium* conſtruxerunt, & Magiſtra in locum profeſſionis ſuæ remiſſa ſub Ciſtercienſium ſtatutis D. *Bernardo* conſecrarunt.

e monte B. M. ad aquas nigras propagatum, *Mons B. M. V. ad Claras aquas dictum*; origo, 1. Præpoſitus,

[Incidit in manus meas ſequens *Georgii*, Traj. Epiſcopi Diploma, ex quo alii Conventus *Claræ Aquæ* Præpoſiti innoteſcunt, & palam fit Cœnobium idem ad Annum certè 1546. ſub S. *Benedicti* inſtituto in Gelria perſtitiſſe:

GEorgius de *Egmondt*, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, venerabilibus religioſis & devotis Fratribus Presbyteris ac Deo ſacratis Virginibus Sanctimonialibus Monaſterii & Conventus B. *Mariæ* Virginis in *Clara Aqua*, Ordinis S. *Benedicti*, partium Ducatus

tus Gelriæ, noſtræ Trajectenſis Diœceſis, omnibuique aliis & ſingulis, ad quos Præpoſiti ejuſdem Monaſterii ſpectat electio & admiſſio, ac quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit, Notariiſque & Tabellionibus publicis quibuſcunque nobis ſubjectis tam conjunctim quam diviſim, ſalutem in Domino ſempiternam. Quod cum dudùm de menſe Februarii proxime elapſo Prioriſſa ac cæteræ Virgines Sanctimoniales Capitulares Monaſterii ſive Conventus B. *Mariæ* Virginis in *Clara Aqua* nuncupati ſupradicti una cum duobus Fratribus Presbyteris Monachis ejuſdem Conventus Concapitularibus Capitulariter congregati, & Capitulum ejuſdem facientes & repræſentantes, in locum Domini *Henrici a Ruthum*, dicti Monaſterii dum viveret noviſſimi Præpoſiti aliquamdiu tunc defuncti, in novum ejuſdem Monaſterii ſui futurum Præpoſitum venerabilem & religioſum virum Fratrem *Andream de Lesborn*, Conventualem Monaſterii Abdinchomenſis, Paderbornenſis Diœceſis, tanquam qualificatum via ſcrutinii debitis ſolemnitatibus præhabitis & præmiſſis elegiſſent, ipſeque ſic electus Præpoſitus electionem hujuſmodi de perſona ſua, ut præmittitur, factam eidem reverenter inſinuatam, tametſi charitative diverſis vicibus requiſitus, multis adductis impedimentis per eum & rationibus, ut dicitur, acceptare omnino recuſaſſet, & in eo propoſito perſiſtens dictæ electioni in aliquo conſentire noluiſſet, prælatæ tandem Prioriſſa & Sanctimoniales Conventus & Monaſterii in *Clara Aqua*, unà cum Fratribus Presbyteris ante dictis denuo Capitulariter congregatæ, conſiderantes quod Præpoſito & Rectore diutius carere non poſſent, ob plurima earum & dicti Monaſterii diſpendia præcavenda, invocatâ Spiritus Sancti gratiâ unanimiter & concorditer ad novam futuri Præpoſiti in locum defuncti electionem procedentes, novum dicti Monaſterii & Conventus in *Clara Aqua* Præpoſitum ipſis aſſumpſerunt & via Spiritus Sancti elegerunt venerabilem & religioſum, videlicet virum Fratrem *Cornelium de Trajecto* Conventualem & Cellerarium pro tempore Monaſterii S. *Adelberti* in Egmonda juxta cedulam tunc temporis ibidem publicè recitatam & lectam. Et propterea eædem Sanctimoniales una cum Fratribus Presbyteris prædictis dictæ electionis Decreto nobis præſentato humiliter nobis ſupplicari fecerunt, quatenus prætactam earum concordem electionem de perſona præfati Fratris *Cornelii de Trajecto*, Canonicè celebratam & factam auctoritate noſtra ordinaria confirmaremus, & eidem ſic electo aliàs deſuper opportunè providere, ipſumque in Præpoſitum dicti Monaſterii præficere dignaremur; prout in hujuſmodi electionis Decreto plenius & latius continetur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati prætacto electionis Decreto nobis præſentato, factaque nobis fide de forma electionis hujuſmodi, quum nullum Canonicum obſtare comperimus impedimentum, conſideratiſque conſiderandis, ad dictæ electionis confirmationem procedendum duximus, ac communicato nobis Juriſperitorum conſilio, præfatam electionem de perſona Fratris *Cornelii de Trajecto* tanquam Canonicè factam admiſimus & confirmavimus, prout auctoritate noſtra ordinaria admittimus & confirmamus, ipſumque Fratrem *Cornelium* dicto Monaſterio præficiendum in Præpoſitum, eidem regimen, curam, & adminiſtrationem bonorum temporalium & ſpiritualium ejuſdem commiſimus, & admittimus per præſentes. Quocirca vobis omnibus & ſingulis ſupra ſcriptis, & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub ſuſpenſionis & excommunicationis pœnis diſtricte præcipientes mandamus quatenus, & reliqua quæ adhuc deſiderantur Anno 1546.]

ſubſequentium temporum Præpoſiti,

in his Cornelius de Trajecto

cujus electio ut legitima confirmatur a Georgio Egm. Traj. Epiſc.

Scribit *Buzelinus Germaniæ Sacræ p.* 2. fuiſſe hoc noſtrum *Claraquenſe* Aſceterium ſexus utriuſque, interclusum tamen; in quo à veritate aberrat, licet agnoſcam plures ſubindè Religioſos tanquam Præpoſiti ſocios hic moram traxiſſe, quos & Habitu induit, ne quid concederent circumvicinis Regulariſſis, apud quas plerumque hærebant ex Regularibus Canonici tres vel quatuor & plures Laici, quorum hi agriculturam, illi autem rem divinam procurabant.

Horum ſocii moram ibi quandoque trahebant; hinc quibusdam viſum e. ad utriuſque ſexus Monaſterium.

OOSTERWOLDE,

Rei Sacræ Archiſtrategus in hoc Velavico pago eſt S. *Nicolaus*, & ad Paſtorale munus promovetur, quem Weerthinenſis Archimandrita idoneum judicat. *Vicarius S. Antonii*, qui hic unicus eſt à *Fockingis* conſtitutus, in Dominicis ſatisfacit muneri ſacerdotali, & Anno 1575. circiter 300. de pane, qui in altari frangitur, participabant.

Ooſterwolde Tutelaris, Collator, *Vicaria* S. Antonii,

[Altare ibidem in honorem D. *Virg. Mariæ*, ſed ſine cenſu.

Paſtorit. munus in Eccleſia hac geſſit Anno 1571. D. ANDREAS OOSTEREBEKE, LUDOVICI WANINX ſucceſſor.]

Paſtores, Altare B. M. V.

OLDEBROECK,

Velaviæ membrum & pagus minori (ut vocant) Præfecturâ illuſtris, cujus Parœciale Fanum (in quo Anno 1575. circiter octingentos paſcebat Menſa dominica) à Duce Geldriæ Paſtorem adipiſcitur; in ea *Officium*,

Oldebroecke Collator, trina Officia,

I. *B. M. V.*

II. *S. Annæ.*

III. *S. Antonii*, quodque à ſuo Miniſtro, quem Prætor cum Ædilibus adoptat, bina Sacra requirit.

[Paſtor Anno 1571.
D. HENRICUS STAMPAERTS.] A. 1571. Paſtor.

VORCHTEN,

Sub Velavica ditione Geldriæ pagus: Eccleſia dedicata eſt honoribus *S. Joannis Baptiſtæ*, ad cujus Paſtorale munus jus habet nominandi Dux Geldriæ, in qua unica *Vicaria SS. Joannis Baptiſtæ* & *Catharinæ* cum onere Sacri funeralis feria II. fundata & dotata per *Henricum de Eſſen*, vicini Swanenburgi Toparcham, ejuſque conjugem *Mariam*, aſſignato Parocho ex dote uno floreno Rhenano & Quartali vini in Natalitiis Domini annuatim ſolvendo, eique cum debito Sacri Mariani in Sabbatho incorporata Eccleſiæ Cuſtodia, dotem locupletantibus *Gerarda* conjuge *Joannis Voet* & *Egberto ter Beeck* Anno 1447. approbante Anno ſeq. *Rodolpho* Hierarcha Traject. 15. Feb. reſervata collatione fundatoribus & dotatoribus præcitatis.

Vorchten Tutelaris, Collator, *Vicaria* unica; fundatio, dotatio, Collatio.

[Paſtor Anno 1571.
D. EVERHARDUS EGBERTI.] A. 1571. Paſtor.

HEERDE,

Heerdæ, Parochia, S. Joan. Ev. ſacra; Collator, Paſtor, A. 1571. Vicariæ, Officium, onera, Collatores, &c.

Velavicæ Tetrarchiæ ſubditus Geldriæ pagus, cujus Eccleſia (quæ circiter ſeptingentos ad Cœnam Dominicam Anno 1575. convivas numerabat) *D. Joanni Evangeliſtæ* dedicata conſiſtit ſub patronatu Ducis Geldriæ, in qua *Vicariæ*,

I. *S. Catharinæ*, cujus Miniſter à *Bentingiis* ſelectis incruenta Victima litat feria VI.

II. *S. Antonii*, quæ tria Sacra poſſeſſori ſuo demandat, eum *Haſſetonii* aſſciſcunt.

Et Officium unicum *B. M. V.* cujus deſervitori bis peragenda res divina, cujus, anno quo ſupra, Patroni *Joannes Kockert*, *Theodoricus Jacobi* & *Goswinus en Sterte.*

[Paſtor Anno 1571.
D. PETRUS VOMMELE.]

ſub eſt Hulsbergenſe Clericorum in communi viventium Collegium,

Dextro hujus Parœciæ lateri incubat Collegium *Hulsbergenſe Clericorum* ſive *Fratrum in communi viventium*, quod titulo *Montis S. Hieronymi* in loco *Ellenbeurn* antiquitus dicto, & per *Henricum Bentinck* donato, curâ ven. P. *Gerardi de Kalkaer*, primi Fratrum Zwollenſium Rectoris, conſentientibus *Reinaldo* Geldriæ Duce & *Gerardo Montio* Heerdanæ Eccleſiæ Miniſtro, approbante *Frederico* Traject. Protomyſta, per *Gobelinum de Kempis*, *Joannem Witte de Sonsbeeck*, *Joannem Bode de Goch* & alios Zwollis, ubi ex conſilio & ſub directione præcitati Patris *Gerardi* in Domo conductitia ante portam Campenſem aliquamdiu ſimul convixerant, uſquequo de loco commodo eis provideretur, huc tranſlatos circa Feſtum *SS. Gereonis* & *Victoris* Anno 1407. in

initia,

„ magna paupertate fuit inchoatum, de qua in MS. „ primum erexerant domunculam vilem emptam, „ quam gleba vimineque claudebant & ſtramine „ operiebant, ubi nec cacabus aderat & omnis „ ſuppellex deficiebat, ubi ſignus menſale & menſa, reclinatorium ſagus in terra: ſi quando Fratres Zwollani eos inviſerent conſolationis gratiâ vel auxilii, ſecum aliquid neceſſariorum „ portabant, ſtramenque cubile erat: ſi quando „ infirmis ſeu adventantibus Patribus refrigeria „ præſtare cupiebant, amphoram cereviſiæ de „ Domo *Henrici Bentinck* præfati petierunt. Nulli dabatur vacare otio, neque de ſeculi rumoribus fabulari, ſed oratione & manuum opere „ ſemper in Dei laudibus perſiſtere, nec ſeparabatur Sacerdos à Clerico vel laico, ſed ſimul „ collaborabant ruſticanis operibus, arantes, fodientes, pinſentes, coquinæ ſqualoribus inſiſtentes: & ſomno certas horas ſurripientes in „ libris conſcribendis vel compingendis invigilabant, nonquam à bono vacantes, ſe mutuo ad „ omne bonum exhortantes. Inter hæc groſſus „ erat cibus, tenuis potus, habitus rudis & ſimplex, nil ad carnis curam, ſed ad eſuriem depellendam apponebatur, deſperatio melioris „ cogebat edere quod ori minus ſapiebat, labor „ frequens & eſuriens dulces faciebat caules & „ pultes: piſces & ova erant rara, &, cùm eſſent fercula, erant regalia, quæ infirmis & „ hoſpitibus dabantur ex gratia, &c. E quâ tamen brevi emerſerunt providâ potiſſimum curâ ven. P. *Ruthgeri de Zon*, quem poſt quadriennium à fundatione, Anno ſcil. 1411. circa Pentecoſten è Zwollenſi Gregoriana Domo, cui ſubfuerant hactenus, primum & quidem per annos 42. habuerunt Rectorem, qui è coctis per Fratres lapidibus, quorum pars, ut ſumptibus

progreſſus,

primi Rectores,

ſubveniret, Bethlemitis Zwollenſibus divendita, qui inde Chorum, & Sororibus in Beginagio, quæ inde ædes ſuas conſtruxerunt congrua domicilia & Eccleſiam 60. pedum in longitudine, & 20. in latitudine erexit, quam cum Cœmeterio & altari 7. Id. Maji Anno 1413. in honorem S. *Hieronymi* conſecravit *Matthias Biduanenſis Epiſcopus.* Tertius autem Rector Dominus *Aſſo Dillinck*, (qui Anno 1492. 6. Novemb. poſtquam 50. annis convixiſſet Fratribus non ſine fama ſanctitatis obiit, poſt ſe in vivis relinquens Fratres 102.) novam à fundamentis, quæ Anno 1482. in Vig. S. *Matthæi* jacta ſunt, ſplendidamque ſubſtituit, cujus parietes Anno 87. conſummati, tectum de petris uti & utrique turri Anno 88 impoſitum, ac denique Anno 89. teſtudo perfecta & omnia pænè vitra. Fuit autem apparamentis pro officio divino pretioſiſſimis apprime inſtructa, acquiſitis partim impenſis propriis, partim fidelium oblationibus, quas inter *Comitiſſæ de Kuinre* Caſula Damaſcena, & plurimis SS *Reliquiis* exornata, quorum omnium accuratum Catalogum, quem vidi, conſcripſit *Hermannus de Bercka*, hujus olim Eccleſiæ Sacriſta: quibus proinde meo judicio reliquis Fratrum Oratoriis non immerito palmam præripuit, quemadmodum nec ulli eorumdem Domui ceſſit in divitiis, quas benefactorum larga manus, quos inter celebres vicini *Bentinghii*, aggeſſit, Fratrum diligentia ac patrimonium adauxit, quorum hæ litteræ:

Eccleſiæ conſecratio,

ſplendor,

dos ei adjecta,

In *nomine Domini*, *Amen.* Anno Nativitatis ejuſdem 1424. Indict. prima. Menſis Decemb. die 28. hora Veſperarum vel quaſi, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris Domini *Martini* divinâ providentiâ Papæ V. anno 7. in mei Notarii Publici & teſtium infra ſcript. ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia perſonaliter conſtituti honorabiles & diſcreti viri Dominus *Ruthgerus de Zon*, Presbyter Traject. Diœceſ. Rector pro tempore Capellæ & Congregationis devotorum Presbyterorum, Clericorum & aliorum ſub obedientia S. Matris Eccleſiæ & ſuorum Prælatorum in humilitatis Spiritu Domino Deo ſervientium in *Monte S. Jeronymi* antiquitus *Ellenboern* nuncupato, ſituato in Parochia de *Heerde* partis Veluæ, & *Gobelinus de Kempis*, Presbyter ejuſdem Congregationis jam dudùm, ut aſſeruerunt, electi & conſtituti ad providendum ut in dicto loco devoti viri infimus Altiſſimo famulentur juxtà tenorem Litteræ, quam ſuper liberationem dictæ ſuæ habitationis Illuſtriſſimus Princeps felicis mem. Dux *Reinaldus* eiſdem gratioſè contulit & indulſit, honorabilem inſuper virum Dominum *Theodoricum de Herxen*, Rectorem pro tempore Domus Clericorum in Zwollis, in tertium Socium & proviſorem dictæ Congregationis coram me Notario & teſtibus infra ſcriptis unanimiter elegerunt. Præterea providentes & ſollicitè curantes, ne electio trium proviſorum, de quibus eligendis & conſtituendis cavit Littera prætaxata, aliqua negligentia omittatur, de voto & conſenſu devotarum perſonarum dictæ Congregationis ordinaverunt & ſtatuerunt, quod ex hoc & deinceps perpetuis temporibus erunt & manebunt Rector ipſius Capellæ & Congregationis, & Senior Presbyter ejuſdem Domus cum Presbytero Rectore Congregationis Clericorum in Zwollis, quos ex nunc prout ex tunc, & tunc prout ex nunc, volunt haberi & teneri pro legitimè inſtitutis & electis. Quo facto coram me

Nota-

Digitized by Google

Notario & teſtibus infra ſcriptis perſonaliter conſtituti devoti & diſcreti viri Dominus *Ruthgerus de Zonne*, *Gobelinus de Kempis*, *Wilhelmus de Zonsbeeck*, Presbyteri, *Henricus Croonenborgh*, *Henricus Alen*, *Rodolphus de Zonne*, *Jacobus Nagel*, *Joannes Lamberti de Medenblyck*, *Neudo Abrahæ de Herderwyck*, *Rodolphus Stolwyck de Campis*, *Auguſtinus Varen de Mechlinia*, *Wolterus Beringen de Dieſt*, *Jacobus Wolff de Herderwyck*, *Goſwinus Wedden de Calcker* Clerici: in dicto Monte S. *Jeronymi* habitationis ſuæ moram ſimul trahentes: volentes & modis omnibus providentes ut in eodem loco ex hoc & in futurum perpetuis temporibus Domino Deo in humilitate, caſtitate & charitate, cæteriſque virtutibus ſub obedientia S. Matris Eccleſiæ à ſervis Dei ibidem congregandis fideliter & devotè ſerviatur, matura deliberatione, ut aſſeruerunt, præhabita ad ea quæ ſequuntur concorditer & unanimiter ſe obligaverunt. Imprimis quoniam communis vita ſemper in promptu fuit his, qui Domino Deo irreprehenſibiliter militare cupiverunt, idcirco Presbyteri & Clerici antenominati omnia & ſingula bona, quæ ad ipſos vel quemlibet ipſorum quolibet jure noſcuntur pertinere, ut ſunt agri, horti, reditus, domus, domiſtadia, equi, vaccæ, boves, oves, lecti, libri, omniaque alia bona ſua mobilia & immobilia qualitercunque denominata, & ubicunque ſituata, & ea quæ in futurum omni tempore, quo in dicto loco degerint, contigerit obtinere, dederunt, donaverunt ac tradiderunt omnibus melioribus modo & forma, quibus potuerunt, ſibi invicem donatione inter vivos, ita videlicet, quod omnia & ſingula bona præmiſſa erunt eis indifferenter communia & manebunt perpetuis temporibus pro devotis Presbyteris & Clericis præſentibus & per eos vel eorum ſucceſſores ad communionem ſuæ ſocietatis & dictorum bonorum aſſumendis: quam donationem & communicationem bonorum ſuorum pro ſe & ſuis ſucceſſoribus ratam & firmam eſſe voluerunt, & perpetuo valituram, ita quod hæredes ipſorum Presbyterorum & Clericorum antenominatorum & ſuorum ſucceſſorum nullum jus hæreditariæ ſucceſſionis in præmiſſis bonis aut quolibet præmiſſorum quoquo modo poterunt obtinere. Si etiam continget in futurum quemquam ipſorum quacunque occaſione dictam inhabitationem relinquere, & ad alia ſe transferre, ille penitus amittet omne jus, quod in dictis bonis hactenus habuiſſet, nec præter veſtimenta ſua quotidiana quicquam ei licitum eſſet ſecum tollere, nec poſſet aliquid juridice petere, vel exigere aut ſuper quibuſcunque bonis alios Presbyteros & Clericos dictæ habitationis moleſtare. Si vero, quod abſit, aliquis eorum propter exceſſus enormes vel malos & incorrigibiles mores ſuos à cæteris Presbyteris & Clericis vel majori & saniore parte eorum amovendus decerneretur & exponendus, ille ſine omni contradictione & rebellione debet exire & recedere, &, ut præmiſſum eſt, præter veſtimenta ſua quotidiana nihil ſecum tollere vel exigere, nec eos ſuper quibuſcunque bonis moleſtare, nullo ſubſidio Juris Canonici vel Civilis ſibi penitus ſuffragante. Præterea ut inter ipſos Presbyteros & Clericos antenominatos & eorum ſucceſſores unitas & concordia ſemper perſeveret, inter ſe deliberaverunt & firmaverunt, ac mihi Notario publico legitimè ſtipulantes compromiſerunt, ſe in dicto loco ſuo modum vitæ ſuæ non debere mutare, nec etiam ad alia loca ipſam ſocietatem ſuam transferre, nec Rectorem Capellæ & ipſius Congregationis deponere aut alium eligere ſine conſilio & conſenſu pro temporo Prioris de Windeſym, Rectoris Domus Domini *Florentii* in Daventria, & Rectoris Domus Clericorum in Zwollis, ac ſine conſenſu majoris & ſanioris partis Presbyterorum, Clericorum & ſeniorum Familiarium dictæ Congregationis, ſalvo quod numerus Familiarium illorum, qui pro tempore dabunt vota ſua, non excedat numerum ſimplicium Clericorum. Conſequenter Presbyteri & Clerici antenominati pro ſe & ſuis ſucceſſoribus compromittentes firmaverunt & dixerunt, quod licet ipſa ſua Congregatio principaliter per Presbyteros & Clericos bonæ voluntatis habeat diſponi & ordinari, tamen ut eo plures melius poſſint ibidem ſuam ſalutem operari, quicunque Laici bonæ voluntatis per ipſos aut eorum ſucceſſores in perpetuos familiares fuerint aſſumpti vel aſſumendi, illi debent fideliter reſpici & provideri in ſpiritualibus & temporalibus juxta facultatem dictæ Congregationis, nec debent amoveri vel expelli niſi pro talibus cauſis, pro quibus etiam Presbyter vel Clericus poſſet rationabiliter ejici & expelli. Super quibus omnibus, &c. Acta fuerunt hæc in Capella dictæ Congregationis, &c. Præſentibus ibidem dilectis viris Domino *Huberto Wittenbehuys* Presbytero, & *Gerardo Negeler* Clerico, teſtibus fide dignis, &c. Et ego *Andreas Theodorici*, Presbyter Traject. Diœceſ. publicus imperiali auctoritate ordinariaque admiſſione Notarius, quia præmiſſis omnibus una cum prænominatis teſtibus, præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi, &c. Quas ratificarunt & approbarunt Anno 1467. pridie Purificatæ Virginis *Adolphus* Dux Geldriæ: *Suederus* Anno 1430. 23. Februarii: *Rodolphus* Anno 1455. 27. Januar. *David de Burgundia* Anno 1456. altera die poſt Feſtum S. *Thomæ* Apoſtoli, Trajectenſes Epiſcopi, quarum autographa vidi, qui & ad eorumdem inſtantiam Viſitatores conſtituerunt Priorem de Windesheim, Rectores Daventrienſem & Zwollenſem, ac diverſa privilegia contulerunt. Privilegia, &c.

Vicini tamen è *Clara Aqua Benedictini* ſæpius hoc Collegium S. *Benedicto* procati ſunt, primò ſub ipſis ſtatim initiis tempore primi Rectoris, animoſiores deinde propter fautores aliquos, quos inter anteſignani *Neudo de Herderwyck*, & *Henricus Alen* ſub *Martino de Schindel*, ſecundo Rectore; ſed cum repulſa expulſis etiam Patronis, qui & S. *Benedicto* infideles propè *Beverwyck Can. Reg.* Monaſterium S. *Auguſtino* inchoarunt, in quo ob delicta carcere concluſus *Henricus* ſibi ipſi manus intulit, *Neudo* autem in Friſiam ad Joannitas transfuga, curæque Paſtorali admotus incidit in mala tacenda potiùs quàm propalanda: Anno 1525. tamen ſub quinto Rectore *Henrico Doesburgh* tandem expulſis armatâ manu *Fratribus* obtinuerunt, patronante *Carolo* Geldriæ Duce & *Henrico Bavaro* Trajectenſi Epiſcopo aſſentiente, Dominica ſecunda poſt Paſcha, qua celebrabatur Zwollis Patrum Colloquium annuum, quorum omnium nomine ad eos ſcripſit Rector Domus Florentianæ *Theodoricus Zutphaniæ* hanc epiſtolam plenam ſane Chriſtiana patientia: Benedictinis *Clara-Aquenſibus* illud S. *Benedicto* procatis.

GRatiam & pacem in Chriſto digniſſimi & religioſiſſimi Domini Abbates, erant namque hujus expeditionis Duces Abbates S. *Pauli* & S. *Laurentii in Oeſtbroeck* Trajectini, *Ibergenſis* Diœceſ. Oſnabrug. & Præpoſitus in *Clara Aqua*, cum debi- Chriſtianâ patientiâ, reſiſtit Domus Florentianæ Rector *Theodoricus Zutphaniæ*.

debita reverentia humiliter ſignificamus Dominationibus veſtris triſtitiam animorum noſtrorum, inconſolabilem calamitatem, &c. Miramur vehementer quod vos, quorum ſanctitudo inter omnes mundi religiones perfectiſſima huc uſque fuit apud Deum & apud homines, non conſultis, imo invitis, imo deſolatis omnibus Fratribus noſtris Conventus S. *Hieronymi* intraveritis in poſſeſſionem eorum, partim hæreditatibus Fratrum, partim laboribus acquiſitam: cogitare quidem poſſumus, quod vos pro integritate veſtra hanc Tragœdiam ſponte propria nobis non feceritis, ſed magis rogati, pellecti atque compulſi ſtudio, inſtantia, precibus & promiſſionibus Illuſtriſſimi Principis Caroli Ducis Geldriæ, qui in hoc & regionem ſuam illuſtrare & gloriam ſuam clariorem reddere conatus eſt: laudandus Princeps quod Zelum quidem Dei habeat, ſed non ſecundum ſcientiam: Vos, quibus SS. Scripturarum major intelligentia eſt & virtutum clarior cognitio, Principis animum talia conantem dehortari debuiſſetis potius, quam ita improviſe non male meritos Fratres obruere & omnibus bonis ſuis, quæ tam liberaliter Principi & ejus militibus huc uſque impertiti ſunt, funditus privare. Dixiſtis vos ea opinione veniſſe, ut putaretis omnes fere Fratres, aut ad minus pleroſque Ordinem veſtrum ultro velle acceptare, ſed heu! cùm aliud perciperetis quare non reſiluiſtis? quare Principis propoſitum non commutaſtis? quare charitatis Euangelicæ tunc tandem non fuiſtis memores? oportebat Principi obedire, ſed non charitatem, quæ Deus eſt, relinquere. Excellentem habetis Religionem, ſed certe ſi dicere licet, non ſupra Chriſtianam à Chriſto adinventam: Chriſtiana Religio in pietate & charitate conſiſtit: nunc autem veſtram religionem utcunque ſtatuentes charitatem dejeciſtis & violaſtis, & Fratres graviter offendiſtis. Dicitis crimina Laicorum in cauſa fuiſſe: ejiciendi erant criminoſi, ſi aliqui erant, ſed non ob hoc opprimendi etiam innocentes: aut quis Principem certum faciet omnia ſub vobis tuta & ſalva fore? Conſideravi, inquit ſapiens, opera Dei, quod nemo poſſet corrigere, quem ille deſpexerit, & ſub S. *Benedicto* homines & criminoſos homines fuiſſe legimus. Quid tergiverſamur? quid diſſimulamus? eſtis viri Deum timentes & recedentes à malo: ſed niſi Fratres noſtros adeo contriſtatos, adeo amaritudine plenos reconciliaveritis, videtur nobis quod arctam vitæ viam non ingrediamini. Sed, ſi reformare Monaſteria placebat, erant Ordinis veſtri irreligioſiora Monaſteria, quibus adjuvandis ope veſtra magis opus erat quam Fratribus noſtris, quorum cura mandato Apoſtolico nobis ſolùm incumbebat. Nec omnibus convenit, ut putatis, Ordinis veſtri rigorem diſtrictum aſſumere, noſtra enim Inſtitutio eſt, ut, qui ex rationabili cauſa Monachi fieri non poſſunt, Fratres fiant, tantum abeſt, ut omnes Fratres iſti Monachi fieri potuerint. Habete ſcrupulum venerandi Domini Abbates, & obedite Deo magis quam hominibus: nos contra vos agere juridice non proponimus, utpote docti ab Apoſtolo magis accipiendam injuriam & patiendam fraudem quam habenda cum lite judicia: ſed rogamus vos humiliter, ut Chriſtianam charitatem oſtendatis, quemadmodum erga vos ſemper oſtendimus; inſtruere conſuevimus juvenes & tanquam columnas ſpirituales in ædibus veſtris ereximus: en proh dolor! quid nobis redditur? nonne pro bono malum? non eſſet vobis vitio, ſi ob amorem Dei & charitatis redintegrationem relicto loco ad ampliſſima veſtra loca reverteremini, imo magis laudaretur Deus, dicerent enim omnes homines: Ecce beati viri qui inventi ſunt ſine macula, & qui poſt aurum non abierunt, qui potuerunt tranſgredi & non ſunt tranſgreſſi, & facere malum & non fecerunt. Spreviſtis dudùm univerſi divitias mundi, ideo quoque non erit vobis indecorum, ſi alienas non arripiatis, aut arreptas ultro relinquatis: ſi timorem Domini habetis, ſtudebitis utique modis omnibus Principem pluribus precibus magis ad nos convertere, quam ad vos ipſos, ſi animarum veſtrarum pericula velitis evadere: vincat charitas magis quam proprium commodum: quod ſi meliorem Religionem cauſamini, ut eliminentur vitia, quæ in Hulsbergen patrata ſunt, nos promittimus vobis quod ſtudioſius vigilantiuſque gregi noſtro poſthac invigilare velimus. Reſpondete nobis quæſumus per epiſtolam, & valete in Domino.

Ex Domo Fratrum Zwollis, Dominica die Colloquii Anno 1525.

Reſcripſerunt quidem humaniter:

Abbatum Reſponſum, humanum quidem,

ABbates & Commiſſarii Monaſterii in Hulsbergen, mœſtorum animorum conſolatorem Chriſtum Dominum pro ſalute: Venerabiles Domini juſte ſentiunt charitas veſtra nos, neque pro captanda gloria, neque ad occupanda bona externa, neque propria inſtantia hæc elaboraſſe, quorum teſtem invocamus ſcrutatorem cordium, ſed ſimpliciter pro divino officio erigendo evocati venimus, æſtimantes cauſam puriſſimam fore, quam cum ingreſſi fuimus, aliam cognovimus: quare non una triſtitia affecti compaſſionem omnibus illis Fratribus impendimus, etiam Conſiliarios Principis pluries ea de re compellavimus, qui multis allegatis rationibus ſilere fecerunt nos: & ne judicemur contra Fraternam charitatem agere, quod nunquam propoſuimus, Principem, cùm venerit, accedemus, tentantes ſi gratiam ſuam vobis & eis conquirere poterimus, quod ipſum R. V. oportune ſignificabimus. Valete felices.

Ex Monte S. Hieronymi. XII. Non. Maji.

ſed non ex Fratrum voto;

qui tamen Benedictinis cedere juſſis, poſt aliquot annorum exilium, in avitam hæreditatem reſtituuntur:

Sed ſine effectu: elegerunt namque in primum Abbatem XIII. Maji *Paulum Becanum*, cumque anno ſequenti *Burſfeldienſi Unioni* colligarunt: verùm defuncto *Carolo* Duce ad eorum ſupplicas & preces ſemper ſurdo, cùm ſeſe indicta cauſa Monaſterio pulſos, ſpoliatos & in alieno Monachos nidificatos conquererentur *Fratres*, Univerſitatum Lovanienſis & Colonienſis ſuffulti deciſionibus, Daventrienſi, Zwollenſi & Embricenſi Fratrum Rectoribus juſtam eorum cauſam agentibus, nec haberent *Benedictini* quod opponerent niſi Principis voluntatem & quorumdam *Fratrum* violenter extortam renunciationem, Ordinum Geldriæ ſenteutia Anno 1539. altera poſt Pentecoſten lata, quam habui cum toto ferè proceſſu, juſſi ſunt cedere, & Fratres poſt quatuordecennale exilium per Satrapam Velaviæ in avitam hæreditatem reſtituti, quam pacifice poſtmodum electo in VI. Rectorem *Henrico Delden* poſſederunt, uſque quo nupera Religionis mutatio & ipſos è loco profligavit, cultui divino ſi quis alius certe convenientiſſimo,

Digitized by Google

tiſſimo, de quo aliquando *Joannes Brugmans* ex Ordine Minorum Fratribus, ut familiariſſimus, in quadam ad eos epiſtola: "Utinam diſtinctæ "vobis eſſe vel fieri poſſent Urbes refugii tres "vel quatuor, ſicuti eſt Mons S. *Hieronymi* pro- "pè Hattem: quem ſcilicet locum optaverim "aliquando Nemus aut Silvam ejuſdem B. *Hie-* "*ronymi* nuncupari propter commoditatem oran- "di, meditandi atque contemplandi Clericis ſeu "Fratribus illic à Deo datam, ut poſtea hauſto "ſpiritu ex eodem Nemore mortificata ſuppo- "ſita, velut ligna cedrina & cypreſſina, ad re- "gendum Cœnobia Virginum eligerentur pari- "ter & Virorum: Neque hanc neglexere Fratres, nec voto ejus defuerunt: fuit enim hic virtutum omnium palæſtra, in qua etiam cum fama ſanctitatis, qui & Monaſteriis Virginum præfecti, plurimi excelluerunt: poſſem eorum integrum attexere catalogum cùm habuerim Annotationes P. *Hermanni de Bercka* accuratiſſimi Fratrum Biographi, niſi brevitati ſtuderem. Neque hic aliæ Scholæ fuerunt aut Gymnaſium, quibus hoc Collegium illuſtre deprædicat P. *Cruſius Jeſuita* contra *Fratrem Romanum Hay Benedictinum*, qui &, ut ex antedictis liquet, à veritate aberrat, dum Natales ejus ad Annum 1239. extendit: etiam *Buzelinus*, qui in *Germaniæ Sacræ p.* 2. illud opulentum olim *Ord. Bened.* inſcribit Cœnobium fundatum à priſcis Geldriæ Comitibus: cùm ex his Dux *Reinaldus*, non niſi aſſenſum in Fabricam, ab exactionibus atque ſervitiis immunitatem & partem ericeti Fratribus conceſſerit, è Regiſtris & Benefactorum Tabula, in qua celebris eſt memoria vicinorum *Bentinkiorum*, ſcilicet *Henrici* qui *nobilis Armiger* inſcribitur & *Eliſabethæ* conjugum, quorum ille vitæ uſurâ privatus Anno 1431. hæc 1452. horum quatuor filiorum *Joannis*, qui vitæ terminum ſortitus eſt Anno 1463. *Henrici* Anno 1477. *Helmich* Anno 1482. & *Theoderici* Anno 1432. demum *Henrici Bentink*, qui præcedentis *Henrici* filius tertiogenitus, ejuſque conjugis *Margarethæ*, quæ ad vitæ metam pervenit Anno 1500. quam Anno 1502. ille eſt ſubſecutus. Omnes fere in hujus Collegii fano ſepulturam nacti, & ex iis *Joannes* primus poſt deceſſum Conjugis ſuæ *Joannæ* & *Henricus* ſecundus uſque ad vitæ terminum fuere *Fratrum* commenſales. Præter hos celebrantur *Gisbertus de Mekeren*, Reddituarius, cui Annus 1441. fatalis. *Sweena de Bokhorſt relicta Joannis de Bokhorſt, quæ præfuit in Sallik* 1476. *Winandus de Arnheim Miles Hieroſolymitanus* 1482. *Nobilis Baro Henricus de Gemen* etiam *Miles Hieroſolymitanus* 1492. & alii.

VEESEN,

Veeſina Parochiæ, *Heerdanæ* filiæ Tutelaris, Collatores, & Paſtor, A. 1571.

Eccleſiæ Tutelaris eſt hoc in loco S. *Etelwoldus*, & ad Paſtorale munus jus habent nominandi Prædiorum Domini: ea Matricis *Heerdanæ* Filialis eſt.

[Paſtor Anno 1571.
D. GISBERTUS JOANNIS.]

EEPE,

Eepæ Tutelaris, Collator, Officium,

Velavici Territorii haud ignobilis pagus: Eccleſia, quæ D. *Martinum* veneratur, cum onere Sacri feria VI. Rectorem à Duce Geldriæ nanciſcitur, in qua *Officium* unicum S. *Martini*, quod in diebus feſtivis & Sabbathinis primum Euchariſtiæ Sacrificium expoſtulat.

Vicariæ, — *Vicariæ* IV.

I. *S. Crucis*, quæ ſuo Miniſtro trina vice Sacerdotii uſum demandat, ejus patronatu Paſtor cum Ædilibus potitur.

II. *B. M. V.* cui ſimile onus annexum & à *Dompſelariis* deſervitor.

III. S. *Antonii*, & ea ſuum Miniſtrum vult Sacris operari feria II. IV. & Sabbatho, cujus patronatum obtinet Parochus cum Sanct-*Antoniana* Fraternitate. — Collatores,

IV. S. *Catharinæ* cum debito II. Sacrorum in quindena: ejus patronatum Anno 1571. poſſidebat Toparcha *Keppelius*. — onera.

[Paſtor Anno 1571.
D. JOANNES TEN HOLTEN.] — A. 1571. Paſtor.

OEN,

Oenæ Tutelaris, Collator ex jure ab Ottone Traj. Epiſc. obtento.

Velaviæ annumeratus pagus, cujus Eccleſia glorioſum Chriſti Martyrem S. *Dionyſium* habet Tutelarem, ſub Patronatu Trajectini Præpoſiti ad S. *Petrum* Apoſtolici Senatus Principem: jure ab *Ottone* Traject. Hierarcha obtento, cujus Tabulas appendimus:

OTTO, Dei gratiâ Trajectenſis Electus, univerſis præſentem paginam inſpecturis ſalutem in omnium ſalutari. Innoteſcat cunctis Chriſti Fidelibus tam præſentibus quam futuris, quod cum ad Præpoſituram Eccleſiæ B. *Petri* in Trajecto nulli reditus pertinerent, & Præpoſitus Eccleſiæ ejuſdem, quicunque eſſet pro tempore, tum ratione dignitatis tum ratione procurationis bonorum dictæ Eccleſiæ, expenſas graviores facere cogeretur, ex hoc quoque Fratres dictæ Eccleſiæ in adminiſtratione ſuarum Præbendarum annis ſingulis diſpendium non modicum potiantur: nos ex officii noſtri debito memoratæ Præpoſituræ in parte ſuccurrere cupientes & providere omnes denarios oblationum, qui hactenus nobis in Archidiaconatu in Velua competebant & Circatum anni noſtri Biſſextilis; Eccleſias quoque in *Aulô* & in *Ummen* cum ſuis pertinentiis Præpoſituræ perpetuo annexuimus, ita quod nominati reditus non Capitulo, ſed ſoli cedant Præpoſituræ, ut Præpoſitus qui fuerit pro tempore de eis honeſtius ſuſtentetur, dictuſque Præpoſitus nec Capitulo Eccleſiæ præfatæ, nec cuiquam alteri de prædictis reditibus ſervire tenebitur. Sed cùm nos debitum carnis ſolvere contigerit ipſe ſuique Succeſſores Fratribus dictæ Eccleſiæ in memoriam noſtri unam Libram Trajectenſis dein annis ſingulis exhibebunt in anniverſario noſtro. Ut autem hoc factum noſtrum majori vigeat firmitate, nec à nobis vel noſtris ſucceſſoribus in poſterum valeat irritari, præſens ſcriptum ſæpedictæ Eccleſiæ porreximus ſigilli noſtri munimine roboratum. Datum Trajecti Anno 1238. menſe Februario. Et ſigillatum ſigill. Epiſcopi & quinque Eccleſiarum.

Quam Donationem idem ille Hierarcha poſt conſecrationem ſuam Anno 1245. in Vigilia *Thomæ* Apoſtoli confirmavit.

Enata eſt in hac Eccleſia *Vicaria* unica *S. Georgii*, cujus Miniſter incruentâ Hoſtiâ litat in dominica, feria III. & V. ejus patronatum Anno 1571. gerebat *Franciſcus Hulſen* Conſul Daventrienſis. — *Vicaria*,

Et *Officium*, — Officia;

I. *B. V. M.* cujus deſervitor, Anno quo ſupra ab eodem *Hulſio* aſſumptus trina vice ſacrificat. — onera, Collatores,

II. S.

II. S. *Antonii*, hujus patronatu gaudet Parochus cum Ædilibus, qui poſſeſſorem ad bina Sacra obligant.

A. 1571. Paſtor. [Paſtor Anno 1571.
D. LAMBERTUS VAESEN.]

Tertiariorum Monaſterium, B. M. V. in *Nazareth* inſcriptum; benefactor, Rector, Monaſterium, quod in capite hujus Parœciæ ſedem fixerat, incoluêre Virgines *Franciſcanæ* profeſſionis, quæ à *Tertia Regula* nomen ducunt & Capituli Traject. Statuta ſequuntur. Locum devoverunt *B. M. V.* in *Nazareth*, qui ſub adoleſcentiam ſuam multum debuit Ven. Domino *Nicolao Balduini* Zelando; is enim, præterquam quod Orphanis ſecundus datus ſit Pater & annis 51. ſolicitus præfuerit Rector, fuit etiam largitate religioſa magnus benefactor, humanis exemptus Anno 1491. in Vig. natæ Virginis & in Templi Choro, quod ipſe ſuis impenſis conſtruxerat, tumulum nactus, in quo noviſſimam Tubam exſpectat. Ab Ordinibus Geldriæ 50000. florenorum cum omnibus appendicibus divenditum; immutatio. Monaſterii nomen amiſit Anno 1662. quo de fabrica ſupererat ſolum braxatorium à pagi Prætore inhabitatum.

VAESSEN,

Vaſſa Tutelares, Velavicæ Tetrarchiæ membrum & pagus molis chartaceis propter aquarum affluxum hinc inde conſitus. Eccleſia S. *Urſulæ* ejuſque Parthenico Sodalitio nuncupata conſiſtit ſub alterno patronatu ſummi Eccleſiæ Præſulis & Geldriæ Ducis, in qua *Vicariæ*, *Vicariæ*;

I. *S. Spiritus*, cujus Miniſter à *Cannenburgico* Toparcha adoptatus feria II. V. & Sabbatho Sacris operatur.
II. *S. Annæ*, quæ ſuum poſſeſſorem obligat ad Aram feria III. IV. & in dominica. *Littera fundationis* Patronatum aſſignat Parocho & pago, & à Miniſtro requirit quod ſit Sacerdotali charactere actu inſignitus, intra Parœciam reſideat, Scholam moderetur & Organiſtam agat.

Et *Offitium* unicum *S. Crucis*, cui annexum Sacrificium feria VI. Inſtituit illud *Joannes ten Holten*, ante abolita Sacra Catholica penultimus Eccleſiæ Rector, reſervatâ Collatione proximiori in ſanguine; at *Reverendiſſimo Daventr.* eam viſitante ſibi & Ædilibus ſuis, illam vindicabat Dominus *Wilhelmus Joannis*, *Holtenii* ſucceſſor. Officium, onera, Collatores,

[Poſt *Joannem ten Holten*, Paſtoritio munere, ex dicti *Ægydii*, *Dav.* Epiſcopi, Cod. MS. ibi functus eſt Anno 1571.
D. WILHELMUS JOANNIS.] Paſtores.

DE DECANATU DOTECOMIENSI,

Sub quo cenſentur

DOTECOMIUM,	ETTEN,
BURGUM,	SEDDEM,
SILVOLDT,	BEECK,
S'HERENBERGA,	DIEM,
GENDERINGEN,	WESTERVOERT.
NETTERDEN,	

DOTECOMIUM,

Dotecomii priſcum vocabulum ſitus, fata, Eccleſia, Tutelaris, Collator. [DUICTINGEN priſcis, prætorium tribunal in pago *Leomerike* ſc. *Limerſche* huc & ultrà quondam extenſo, ut palam eſt ex Tabulis Anni 838. a Beda in *Alfrico* laudatis. Hodiè *Deutechem* vernaculè.] Ad dexteram veteris Iſalæ ripam Zutphanienſis Comitatus oppidum frequens quidem & gemina foſſa ac mœniis ſeptum, ſed contra vim majorem invalidum: ab Anno 1599. 27. Aug. Fœderato Belgio annexum, & nupero Monaſterienſi bello, quod illud, ſub gubernatore *Poſtio* Epiſcopi præſidium tenebat, celebre nomen conſecutum, cujus Eccleſia Parochialis D. *Catharinæ* eſt dedicata, eique è ſuo Collegio (de quo infra) Rectorem præficit Bethlehemiticus Præpoſitus.

[Paſtor Anno 1571. Paſtores,
D. JOANNES BOMELIANUS, Canon. Regul.

Ex *Jacobi La Torrii*, Eph. Arch. *Relat. Rom.* Dotecomii Sedem habebat ſub Anno 1658. e Societate Jeſ. Sacerdos, *Aloyſius a Vilſteren*. & animarum Curatores.

Exinde unus aut alter P. *Capucinus*, ædes primarii oppidani incolens, ſacra illic obivit.

Sed nullo dein ibi tolerato Presbytero, oppidani & agrarii Catholici curantur a Paſtore, vicinæ Arcis *Kemnanæ* incolâ,
JOANNIS PLASMAN, modò Schagæ Paſtorem agentis, ſucceſſore.]

In ea (Paroch. Eccl.) *Vicariæ*,
I. *SS. Barbaræ* & *Laurentii*.

Digitized by Google

Vicariæ, II. *S. M. V.* cum onere duorum Sacrorum.
III. *S. Catharinæ.*
IV. *SS. Maurorum.* } cum debito unius Sacri.
V. *S. Nicolai.*
Harum omnium patronatu gaudet præfatus Præpoſitus.
VI. *B. M. V.* cum liga ad ſolemne Sacrum feria VI. & Sabbatho.
VII. *SS.* III. *Regum*, cujus poſſeſſori in hebdomada tertiò immolanda ſacra Hoſtia.
VIII. *Omnium Sanctorum*, quæ totidem Sacrificia requirit: cujus ſub infantiam ſeculi XV. fundator ac dotator *Leonius Leonis* cum onere Presbyterii, præſentiæ choralis ac Lectionis hebdomadariæ trium Vigiliarum pro defuncto fundatore. Ex *Litt. fund.*
IX. *S. Stephani*, cujus poſſeſſor ad bina Sacrificia obligatur.
X. *S. Thomæ Apoſtoli*, quæ ſuum deſervitorem vult quatuor vicibus operari ad Aram.
XI. *Ven. Sacramenti*, cui à variis dotatoribus varia annexa ſunt onera, eaque ex *Litt. fundat.* Anno 1516. feria V. Sacri primi ſolemnis & aliorum quatuor: primi ex dote *Joannis de Udem*: ſecundi ex dote *Theoderici Telvetkes*: tertii Sabbatho ex dote *Eliſabethæ* relictæ *Joannis Klencken*: quarti ad placitum etiam ex voluntate Parochi cum cantu.
XII. *SS. Martini* & *Walburgis*, cum obligatione ad functiones ſacerdotales quotidianas: quarum omnium collatio penes Scabinos.
XIII. *SS. Matthiæ* & *Andreæ Apoſtolorum*: cujus Miniſtro bis peragenda res divina iis diebus, quibus eum interior devotio impellit ad Aram.

Invenio in hujus Eccleſiæ Chartophylacio *Vicariale* hoc Collegium Anno 1444. 4. Januar. ſub Parocho Fratre *Rodolpho Schutte*, in augmentum cultus divini certa quædam condidiſſe Statuta, quæ Anno ſequenti 2. Januar. *Rudolphus*, Ultrajectinus Protomyſta, & quinto ejuſdem *Joannes*, Præpoſitus Bethlehem: Collator Eccleſiæ, Magiſtri civium, Scabini ac Conſules approbaverunt.

Et inſuper ibidem *Officium*:
Officia, I. *B. M. V.*
onera, &c. II. *S. Annæ*, primum à ſuo Miniſtro duo, alterum tria Sacrificia requirit, & utrumque deſignant Scabini.

Xenodochium cum Sacello ac *Vicaria*. *Xenodochium* cum ſuo Sacello *SS.* III. *Regibus* inſcriptum eſt, in quo *Vicaria*, quæ à ſuo Miniſtro incruenti Sacrificii oblationem requirit Feria II. IV. & VI. Eum conſtituendi jus eſt penes Scabinos.

Monaſteria II.

Monaſteria ſuburbana duo, Primum natales ſuos habuit in oppido, in quo Anno 1444. etiamnum morabatur & in oppidi Pomœriis adolevit, atque ſub *SS. Antonii* & *Agnetis* patrocinio *Sionis* nomen induit, ubi modò ejus ſolummodò buſtum supereſt. In litteris *Isbrandi de Wieringen*, Bethlemenſis Præpoſiti, quæ cum proba *Walrami Meerſenſis*, Traject. Epiſc. Anno 1439. Oratorii ſtructuram concedunt: fundatrix hujus Parthenæi inſcribitur generoſa *Joanna*, vidua *Gerardi de Hekeren*. Primæ cultrices ſine votorum ligamine ſub ductu *Fratrum* ſive Clericorum in communi viventium religioſæ vitæ exercitiis incubuerunt etiam adhuc Anno 1444. quo *Reinerus de Neer*, earum Præpoſitus, inſcribitur Confeſſor Sororum devotarum in *Dotinchem*: at Regulâ D. *Auguſtini* aſſumptâ & votivæ profeſſionis ſolemnitate introductâ effectæ ſunt (ut vocant) *Canoniſſæ Regulares*: earum nomina ex antiqua membrana, quam mihi ſuppeditavit Illuſtriſſimi *Sasboldi* Archivium, à quibus Anno 1501. celeberrimum hoc Collegium inhabitabatur, aſſcribo:

(I. Moniaſterium, quæ dein Regulam *S. Aug.* aſſumpſère, modo deſtructum; fundatrix, Rectrix ac Canoniſſæ A. 1501.)

Mente Velinckx, Prioriſſa.
Anna Velinkx.
Eliſabeth van Meer.
Joanna van Averbaege.
Henrica van Wyſch.
Lutgert Peys.
Gertrudis van Ryſſelen.
Eliſabeth Lonys.
Maria Drie.
Chriſtina de Heekeren.
Aleidis Kerckhofs.
Derick Kleynkens.
Margaretha de Middachten.
Barbara de Meverden.
Hilla van Ryſwyck.
Gertrudis Schryver.
Gude van Baerle.
Aleidis Cowyllems.
Lucia Fleuwen.
Catharina van Wyſch.
Euphemia Lievelinckx.
Elsbe Clooſtermans.
Joanna van Heekeren.
Wendele Kalkermans.
Galent van Meverden.
Catharina van Gent.
Wyſſe Gryſen.
Henrica van Berinchen.
Elsbe Lanſinckx.
Aleidis Lewynckx.
Aleidis Rovers.
Gertrudis Ridders.
Barbara van Campen.
Hilla Wyntiens.
Margaretha vander Hueve.
Joanna van Amſen.
Mechtelt Ribben.
Mechtelt Sweders.
Aleidis van Holde.
Kinne van Voorſt.
Barta de Copperen.
Jutta van Toeven.
Vrederen ten Somerhuys.
Berta Ridders.
Geeſe Rutgers.
Catharina van Delden.
Aleidis Rysbus.
Bette Rysbyn.
Agatha van Elbenhorſt.
Gertrudis Etteri.
Wychmoet vander Beeck.
Truda Luſelers.
Catharina Lonyrs.
Catharina Heutinckx.
Berta Ubben.
Aleidis vander Beek.
Agnes van Baer.
Stina van Batenborch.
Aleidis Goldtſmits.
Geeſa Leſinckx.
Trude van Somerhuys.
Joanna Moerbeeck.
Eliſabeth van Arnhem.
Beele Rutgers.
Jutte Mechynks.

Quibus præerant in Sacris *Petrus de Daventria* & *Joannes de Dotechemio*, Presbyteri, Anno 1551. & Rectores A. 1551.

1551. Prioriſſam egit *Aleidis vander Beeck*, reliquæ in ea functione aut præcedaneæ aut ſuccedaneæ non ſe nobis manifeſtarunt.

Suburbanum Canonicorum Regul. alterum, Bethlehemiticum;

Alterum etiam ſuburbanum D. *Laurentio* ſacrum aliàs *Bethlehem*, vulgò *Bilheim*, non Benedicti Ordinis illuſtre Cœnobium, ut perperam *Germaniæ Sacræ p.* 2. ſcribit *Buzelinus*, qui & natales ejuſdem ad Annum 1150. extendit, ſed *Canonicorum Regularium S. Auguſtini*, diverſos ſub ſe habens Prioratus, videl. Zwollanum, Ultrajectinum & alios: celeberrima fuit Præpoſitura, cujus fundator *Henricus* I. Geldriæ & Zutphaniæ Comes Anno 1179. ex Italia redux ubi *Frederico Abenobarbo* Imperatori contra Mediolanenſes militaverat: qui rebus, inquit *Pontanus* lib. 6. *de Geld.* domi militiaque cum laude geſtis ad pacis ac pietatis præſertim opera propiùs converſus inſigne hoc Monaſterium exſtrui à fundamentis haud procul à Dotecomio curavit: meminit prolixè Cœnobii hujus *Berchemius*, qui & occaſionem condendi ejus fuiſſe refert *Franconem*, virum, ut ea ferebant tempora, Litterarum quidem ſacrarum haud imperitum, ſed animo præcipuè in exteriora pietatis opera propenſo: is cùm in loca hæc deveniſſet inſtinctu *Bertholdi* Xanthenſis & *Giſelberti* Eremitæ, deducente eos *Bernardo Wyſſchio*, Equite aurato, accepiſſetque *Franco* locum pertinere ad Marchiones limitumque præfectos, & facili inde in Verſveldam tranſitum fieri, ubi *Joannes* & *Hermannus Bredevortenſes* Cœnobitæ, ut & *Rodolphus* Steenvortenſi Eccleſiam offerrent, contra inſtitit *Henricus* Comes, auctorque *Franconi* fuit ut intra Comitatum ſuum ſubſiſteret, pollicitus effecturum ſe apud ſuos & Marchiones, ut ei is locus cederetur: quod & curatum ubi dediſſet Comes, anchoram hîc fixit *Franco*, exſtructo primùm ligneo Sacello, quod exinde *Balduinus*, Traject. Epiſcopus, adnitente *Francone* ipſo & accreſcentibus pietatis cultoribus munificè ampliavit, ſicuti & Comitis *Henrici* filius *Otto*, ejuſque præcipuè vidua *Richardis*, quæ defuncto mox *Francone* agros aliaque liberaliter adjecit: hæc Geldriæ Hiſtoriographus ſub *Wilhelmo Franconis* ſucceſſore. Integram illuſtriſſimæ hujus Canonicæ notitiam ſuggerent ſequentia Diplomata.

per Theodorici,

In *nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Theodoricus*, Dei gratiâ Traject. Epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus in perpetuum. Officii noſtri devotio requirit & debitum, ut, in quibuſcunque locis religionem creſcere & cultum Dei per gratiam ipſius augeri conſpexerimus, nos ad eorum non ſolùm defenſionem, ſed etiam omnimodam promotionem pia ſollicitudine intendamus. Innoteſcat igitur præſentibus & futuris quod constructa primum Capella per Magiſtrum Franconem religioſum Sacerdotem in loco, qui nunc dicitur *Bethlehem*, ex voluntate & permiſſione perſonæ & Parochianorum de *Duttinckheim* Comprovinciales & Commarchiones, qui vulgò *Marckennotæ* vocantur, duabus vicibus convenerunt & aream, in qua Capella ipſa cum ſuis domibus & officinis ſita erat, Deo & Beatæ Virgini in proprium devoverunt, magnam etiam partem ſuæ communis Marchæ circum circa jacentem ad perpetuos uſus Pauperum Chriſti Deo & Beatæ *Mariæ* ibid. deſervientium in dotem unanimiter contribuerunt: hi ſcilicet *Henricus* Comes Geldrenſis, *Wolterus de Keppele*, *Huboldus de Bernkamme*, *Ulricus* & *Egbertus* fratres *de Broekhuyſen*, *Bernhardus* & *Sueterus* fratres *de Wiſſche*, *Everardus de Heſe*, *Bernardus de Ettene*; *Jordanus de Werekeim*, *Rutkericus* & filii ejus *Menske* & *Folkwinus*, *Bernhardus* & *Gerhardus*, *Arnoldus de Gerne* & filius *Henricus*, *Bernhardus de Goye*, *Algerus Falconarius*, *Herwicus*, *Wernerus* & frater ejus *Sueterus de Duttinckheim*, *Bernardus* cum *Berta*, alii quàm plures. Deinde requiſito & habito conſenſu eorumdem Marchenotarum, qui ad devotionis ſuæ factum confirmandum apud *Bethlehem* tertiò convenerunt, Prædeceſſor noſter piæ mem. Dominus *Balduinus*, Epiſcopus, Capellam eandem feliciter conſecravit, immunitatem loco eodem datam Banni ſui auctoritate debitè confirmavit, univerſa quoque eidem vel tunc attinentia vel in poſterum attentura ſub Dei Omnipotentis & ſua protectione conſtituta Banni ſui diſtrictione diligentiùs communivit. Poſtmodum verò creſcente religione & numero perſonarum, Monaſterio quoque ex eleëmoſynis Fidelium ibidem decenter inchoato Ven. frater & Coöperator noſter Dominus *Albertus* Livonenſis Epiſcopus de voluntate noſtra poſt incendium devotè conſecravit, & ejus immunitatem, ſicut debuit, iterato confirmavit, univerſas etiam attinentias habitas & habendas ſub auctoritatis ſuæ protectione conſtituit & Banni ſui reverentia confirmavit. Ut autem hæc novella & adhuc tenera plantatio in Domino radicata noſtræ quoque devotionis juvamine coaleſcat, & Deo incrementum dante proficiendo ſubſiſtat, immunitatem à prædictis Epiſcopis ipſi loco datam & confirmatam nos eidem conſignamus & omnimoda diſtrictione corroboramus, Eccleſiam ipſam cum perſonis ſuis, mobilibus ſeu immobilibus, agris cultis ſeu incultis, pratis, ſilvis, aquis aquarumque decurſibus cum omni juris ſingulorum integritate ſub Dei Omnipotentis & Beatorum *Petri* & *Pauli* & noſtræ protectionis Bannum firmiſſimè conſtituentes, ut reus ſit in Deum & ejus Genitricem, ſi quis contra id venire præſumpſerit. Et ut calumnioſis penitus tollatur occaſio malignandi, fecimus ejuſdem Eccleſiæ bona diligentiùs ſubnotari. Sunt autem hæc: in *Gernere* manſus datus à *Bernhardo* & *Suetero* fratribus *de Wiſſche*, & dimidius manſus emptus à *Volckwino de Duttenckem* & ejus hæredibus. Item manſus cenſualis *Woltero de Keppele* pro XII. nummis. Alius manſus emptus ab *Arnoldo* & cenſualis *Everhardo*. Agri quidam empti ab *Arnoldo* & ejus hæredibus. Dimidius manſus datus à *Nicolao de Berenbrucke*. Campus quidam datus à *Bernhardo de Ettene*. Tres agri dati à *Henrico Aſtinenſi* & matre ejus. Item tres agri dati ab *Erenberto de Ettene*. Manſus datus qui dicitur deſerta Curiæ cenſualis pro VI. nummis Daventrienſibus. Manſus emptus ab *Everhardo de Heſe* & ejus hæredibus cenſualis Eccleſiæ Embricenſi pro IV. ſolidis & IV. nummis. Item dimidius manſus emptus ab iiſdem in Parochia . . . . . Prædium quod dicitur *Swalengoet* emptum à *Gerharda Palucken* & ejus hæredibus habens *Warandiam* decem porcorum in Silva *Waverloe*, decem in *Marchia* quæ dicitur *Media*, decem in *Marchia* quæ dicitur *Loel*. Item bona quædam empta à *Godefrido Prein* & ejus hæredibus. Inſuper duo agri empti ab eodem *Godefrido*, quos habuit in feudo ab *Henrico de Heſehuiſen*, qui habuit marcas de emptione eorumdem. Bona quædam empta à *Godefrido Diepenbroeck* & *Henrico* fratre ejus habentia *Warandiam* v. pecorum in prædicta Marchia *Media*, quinque in Marchia *Loel*. Duo agri empti à *Rodolpho Blanckert* & ejus hæredibus in *Wilkeſe*. Bona quædam empta ab

Ever-

Everhardo de combuſta curia & quædam à Patruo ejuſdem in *Meckelo* reditus quidam habentes Warandiam in Silva *Meckelo* quatuor plauſtrorum lignorum & duorum porcorum ſtabilium. In *Silwolden* dimidius manſus datus à *Suetero de Dutteckem* habens plenam Warandiam unius manſi Veſtſunte. Octodecim Agri empti à Sorore *Nicolai de Kappenbaegen.* In Aiwin Agri quidam dati à *Lutmode de Dingeten:* alii etiam Agri empti ab *Oberto* & *Garplio*. In Wereſeim tres agri dati ab *Alberto de Ettene.* In Deſloe decem agri empti v. marcis datis à *Swetero Wiſſche.* In Curtebeke domus data à *Hermanno de Brederfoert.* In villa Emmete domus data à Fratre *Wilhelmo* ejuſdem loci Præpoſito. In Lichteren domus quæ dicitur Underinck empta XVIII. marcis datis à prædicto *Swetero.* In Nithe tria maldra ſiliginis data à *Johanne de Elsboeven* & matre ejus. Item curtis in Goye collata à Fratre *Everhardo* cum judicio marchæ cum ſuis areis & earum debitis ſervitiis & omnibus ejus attinentiis. Item domus quæ dicitur Scuiderump data ab eodem Fratre, dimidius manſus datus ab eodem in Duttinckheim. Item manſus datus ab *Henrico de Urbe*, & unus datus ab *Huboldo de Oſterloe* in Thremmethe. Dimidius manſus datus à *Mechtelde* habens plenam Warandiam unius manſi, ibidem ager datus à *Waltero Guldenbaert* & ejus hæredibus. Alter ager datus ab *Everhardo de Laeckhuyſen.* Item prædium emptum ab *Henrico Emekinck* & Fratre ejus, & aliud prædium emptum à *Renardo* & Fratribus ejus de *Weel.* In Keppele ager datus ab *Henrico de Urbe* & Filiis ejus & alter ager & alter ab *Huboldo de Oſterloe.* In . . . . ager datus à *Wilhelmo* & ejus uxore. In Seivenharen ager datus à *Gerhardo Paluke.* Item de domo quæ dicitur Marſchalekinck decem ſolidi Xanthenſis dati *Gerardo de Verſevelde* in die S. *Nicolai.* In Duttinckheim prædium emptum ab *Arnoldo de Gernere.* In HumŦele dimidius manſus datus ab *Huboldo de Bernekanne.* Prope Duttinckheim ager datus à *Gaeberge.* In Warnsfelde prædium quoddam, datum à *Godefrido Rieme.* In Gime reditus quatuor Maldrorum datus ab *Everhardo Takun.* Item dimidius manſus in Wecle datus ab eodem *Everhardo* & uxore ejus & eorum hæredibus. Item ad ſervitium fratrum decem Solidi Daventrienſes conſtituti à Comitiſſa Gelrenſe pro commemoratione Beatæ Afræ dandi in die S. *Walburgis.* Item domus Mullinck cenſualis curti in *Hengelloe* pro quatuor ſolidis. Item manſus qui dicitur Deſertus & area Bleerke cenſualis Eccleſiæ SS. Apoſtolorum in Colonia pro tribus ſolidis Colonienſibus. Item ager datus à *Wilhelmo de Malburgo* ſitus in Schein. Prædium datum à *Wilhelmo de Dudinckwerde.* Quicunque igitur prædictam Eccleſiam in his bonis, aut aliis quæcunque poſtmodum conquæſierit, moleſtare præſumpſerit, Excommunicationi ſubjaceat & à Domino Deo condignam recipiat ultionem. Ut autem omnium præſcriptorum confirmatio rata, & perpetua ſit memoria, præſentem paginam conſcribi & ſigilli noſtri fecimus auctoritate corroborari. Datum Trajecti ſolemniter Anno Dominicæ Incarnationis 1200. Pontificatus noſtri anno 11. præſentibus his *Theodorico* Majoris Eccleſiæ Decano, *Gerhardo* Xanthenſe, *Ottone* S. Bonifacii, *Woltero* S. Petri, *Bernhardo* Gebrenſe, *Bartholdo* Aldeſelenſe, *Engelberto* Daventrienſe Præpoſitis. *Henrico* S. Petri, *Giſelberto* S. Joannis, *Remboldo* S. Mariæ Decanis Traject. *Nicolao* S. Pauli, *Nicolao* S. Laurentii in Osbrugke, Abbatibus. Laicis autem *Woltero Spierinck*, *Giſelberto*, *Egberto* & *Ægidio* Fratribus de Amſtell. *Alfero*, *Alberto* & *Wilhelmo de* . . . *Huberto de Boeſinckhem.* *Gerhardo de Hondeswick*, *Jacobo*, *Lamberto* & *Aſſwetero de Wiſſche*, *Stephano de Suylen*, *Wilhelmo de Malbergen*, *Swetero de Dingete*, *Wilhelmo de Bronckhorſt.* *Henrico de Borculoe*, *Everhardo de Takun*, *Siberto Sweno*, *Goſwino de Berentroetke*, *Woltero Radinck*, *Udone* & *Woltero Crane*, *Menſone de Weſepe*, *Helmivico de Solingen*, & aliis quàm plurimis bonis viris. Erat autem munitum magno appenſo ſigillo in Cera viridi.

& Wilibrandi, Ultraj. Epiſcoporum Diplomata confirmatum, Collegii hujus Epiſcomen dantia.

IN *nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis*, Amen. *Wylbrandus*, Dei gratiâ Trajectenſis Epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus in perpetuum. officii noſtri devotio requirit & debitum, ut, in quibuſcunque locis religionem creſcere & cultum Dei per gratiam ipſius augeri conſpexerimus, nos ad eorum non ſolùm defenſionem, ſed etiam omnimodam promotionem pia ſollicitudine intendamus: innoteſcat igitur præſentibus ac futuris, quod conſtructa primùm Capella per Magiſtrum Franconem religioſum Sacerdotem in loco, qui nunc dicitur *Bethlehem*, ex voluntate & permiſſione *Philippi* nomine & Parochianorum de Duttinchem, Comprovinciales & Commarchiones, qui vulgò Marchennotæ vocantur, duabus vicibus convenerunt, qui Aream, in qua Capella ipſa cum ſuis domibus & Officinis ſita erat, Deo & Beatæ Virgini in proprium devoverunt, magnam etiam partem ſuæ communis Marchiæ circum circa jacentem, ſcilicet, à via, quæ vulgo vocatur *Kipbruege*, uſque ad aggerem qui dicitur Vidika, & ab inde uſque ad vallum molendinarem, & ab hinc ad angulum magni pomerii ad perpetuos uſus Pauperum Chriſti Deo & Beatæ *Mariæ* ibidem deſervientium, in dotem unanimiter contribuerunt, hi ſcil. *Henricus* Comes Gelrenſis & *Otto* filius ejus, *Wolterus de Keppele*, *Huboldus de Bernkam*, *Bernardus* & *Sueterus* fratres de *Wiſche*, *Everhardus de Heſe*, *Bernardus de Etthen*, *Rudericus* & *Arnoldus de Gerne*, *Henricus*, *Wernerus* & *Fredericus Sueterus de Duttinckhem*, & alii quàm plures. Deinde requiſito & habito conſenſu eorumdem Marchennotarum, qui ad id devotionis ſuæ factum confirmandum apud *Bethlehem* etiam convenerant, Prædeceſſor noſter piæ mem. Dominus *Balduinus* Epiſcopus Capellam eandem feliciter conſecravit, immunitatem loco eidem datam Banni ſui auctoritate debitè confirmavit, univerſa quoque eidem vel attinentia vel impoſterum attentura ſub Dei Omnipotentis & ſua protectione conſtituta Banni ſui diſtrictione diligentiùs communivit. Poſtmodum verò creſcente religione & numero perſonarum Monaſterio quoque ex eleëmoſynis fidelium ibidem decenter inchoato Ven. Dominus *Albertus* Livonenſis Epiſcopus de voluntate Domini *Theodorici* Epiſcopi Anteceſſoris noſtri poſt incendium devotè conſecravit, univerſas & ejuſdem attinentias habitas & habendas ſub auctoritatis ſuæ protectione conſtituit & banni ſui reverentia confirmavit: præterea jam dictus *Theodoricus* ſuuſque conſanguineus Dominus *Otto* prædeceſſores noſtri loco immunitatem datam banni ſui auctoritate confirmaverunt, omnes quoque attinentias & poſſeſſas vel in poſterum poſſidendas banni ſui diſtrictione diligentiùs communiverunt: defuncto autem Magiſtro *Francone* & ſucceſſore ejus diſcipulo *Wilhelmo* primo ejuſdem Eccleſiæ

Præpoſito, mortuoque piæ mem. *Ottone* Gelrenſi Comite, nobilis matrona *Richardis* relicta ejus vidua in monte Eccleſiæ proximo habitatione conſtituta ad manendum per tempus cenſuit, cumque omnimodo promotioni Eccleſiæ daret operam, ejus & dotem deſiderabat ampliare, unde ad petitionem ipſius ſuique filii *Gerardi* Comitis Gelrenſis Commarchiones vice quarta convenientes ipſis præſentibus dotem amplìantes ab angulo magni Pomerii uſque ad angulum Campi qui vocatur *Bleke*, & ab inde uſque ad Adelhnorſt, & ab hinc per profundam montis viam quæ dicitur *Kirbrugge*, & omnia infra præſcriptos terminos conſtituta ad perpetuos uſus Pauperum Chriſti ibidem deſervientium contribuerunt, hi ſcil. *Gerardus* Comes Gelrenſis, *Wolterus de Keppele* & filius ejus *Theodoricus*, *Sueterus de Wiſſche*, qui fuit Mundiburgius fratrum ſuorum, *Albertus* & *Wernerus de Duttinckhem*, & alii quàm plures quicunque aliquid juris in eo habère cognoſcebantur. Ut autem hæc novella & adhuc tenera plantatio in Domino radicata noſtro quoque devotionis accedente juvamine & Deo incrementum dante perficiendo ſubſiſtat, immunitatem à prædictis Epiſcopis ipſi loco datam & confirmatam nos eidem conſignamus, & ſi aliqui devotionis cauſa ad frequentandum divinum in ea Eccleſia Officium manſionem infra præſcriptos terminos, id eſt, in dote Eccleſiæ, conſtruxerint, ab omni Parochiali jure & impetitione Plebani de Duttinckhem penitus eximimus, præſertim cùm per hoc nihil ejus imminuatur Præbenda: hactenus enim locus ille ſolitudinis hominum inhabitatione deſertus nullum etiam fructum reddebat & hoc omnimoda diſtrictione corroboramus. Liberam etiam facultatem iiſdem Fratribus Concanonicos & Præpoſitos eligendi de Anteceſſoribus noſtris ipſis indultam & nos indulgemus & diſtrictè confirmamus, Eccleſiam ipſam cum perſonis ſuis, Miniſtris, mancipiis & cum univerſis rebus ſuis mobilibus ſeu immobilibus, agris cultis ſeu incultis, pratis, ſilvis, aquarum decurſibus cum omni juris ſingulorum integritate ſub Dei Omnipotentis & Beatorum *Petri* & *Pauli* & noſtræ protectionis bannum firmiſſimè conſtituentes, ut reus ſit in Deum & ejus Genitricem ſi quid contra id attentare præſumpſerit. Et ut omnium præſcriptorum confirmatorum rata & perpetua ſit memoria, præſentem paginam diligentiùs conſcribi & ſigilli noſtri fecimus auctoritate corroborari. Acta ſunt autem hæc Anno Dominicæ Incarnationis 1231. Pontificatus noſtri anno III. Præſentibus his Decanis *Antonio* Daventrienſe, *Henrico* Zutphanienſe, Magiſtro *Gerlaco*, *Antonio* Canonicis Zutphanienſibus, *Arnoldo* I. *Bartoldo Hotariis*, nobili viro *Giſelberto de Brunckhorſt*, *Stephano de Landtdorp*, *Burgardo*, Miniſteralibus & aliis quàm pluribus tam Clericis quam Laicis.

Capitulo *Nuyſſienſi* olim ſubditum,
Subfuit autem hoc Collegium Capitulo Nuyſſienſi; at, ubi illud per unionem cum Windeſimenſi Anno 1430. evanuit, ſub proprio Præpoſito manſit ſui juris & Epiſcopo Trajectino immediatè ſubditum: cauſam allegat in *Magno Chronico Belgii* Nuyſſienſis Canonicus Regularis pag. 250. n. 10. *Tandem*, inquiens, Anno 1433. (Anno 1430. ſecundum calculum *Chronici Windeſimenſis*) *Capitulum Windeſimenſe placuit acceptare noſtrum Nuyſſienſe cum omnibus ſibi ſubjectis tali pacto, ut Prælaturas omitterent, in quo omnes conſenſerunt, Monaſterio in Bethlehem propè Doteco mium excepto, quod Præpoſitum ſecundum regulam & antiquam conſuetudinem ſervavit uſque in hodiernum diem.*
ſub proprio Propſito ſui juris dein factum;

Cogitaverat hanc Canonicam *Reverendiſſimus de Monte* (è notis *Saſboldi*) extincta vita Monaſtica Cathedrali ſuæ Davent. Baſilicæ inſerere; at ob immaturam mortem & Religionis diſſidia inanis fuit conceptus. Canonici inde ab Anno 1579. exules, omnes fere in Clivia interierunt, domicilio ſolo æquato; cui ſummo cum imperio præerant
quod Cathedrali ſuæ Baſilicæ inſerere meditatus *Ægidius de Monte*, morte fuit præventus.

Ejus Præfecti.

Anno 1309. BERNARDUS DOTE.
1361. THEODORICUS DE BRIENEN, è Collegio Trajectino huc tranſlatus.
1367. JOANNES COLVE.
1439. ISIBRANDUS DE WIERINGEN.
1553. AUGUSTINUS DE WYESS.
1575. HERMANNUS PORNA.

BURGUM,

Baroniæ Wyſſenſis (quæ una è quatuor Baronatibus Comitatus Zutphanienſis) Metropolis, paretque nunc partim Montenſi, partim Limburgico Comiti. Habet portas, & foſſas ſed ſine vallis & Iſalæ fluminis affluxum.
Burgi Domini,

Parœcialis Eccleſia Titulo SS. *Georgii* & *Barbaræ* ornata eſt, & alternis vicibus ad Paſtorale munus jus habet *Vicarius*,
Parœcia, Tutelares,
Vicaria,

I. *S. Stephani*, cum onere unius Sacri.
II. *S. Matthiæ Apoſtoli*, cum duplicis Sacrificii immolatione, quos ei adjungunt iidem Patroni qui eum promoverunt.
III. *SS. III. Regum*, qui ad bina Sacra obligatur.
onera,

Et *Officiant*,
I. *B. M. V.* cum debito Sacri feria II. ac Sabbatho.
II. *S. Antonii*, cujus tamen peculio Eccleſiæ Cuſtodia eſt locupletata.

[Paſtor Anno 1571.
HENRICUS 'T ZELBACH.
Priſci,
Vice-Paſtor,
THEODORICUS HANGEN.
Paſtor Burgenſibus haud ità pridem aſſignatus,
ARNOLDUS SMITH, qui & vicinos Sylvoldios Curat.]
& hodierni ævi Paſtores.

SILVOLDEN,

Ejuſdem Baroniæ membrum, cujus Eccleſia glorioſum Chriſti Martyrem *S. Mauritium* habet Tutelarem ſub patronatu Epiſcopi Daventrienſis, in qua unicum tantùm *S. Antonii Officium* Cuſtodiæ incorporatum.
Silvoldæ Tutelaris, Collator,
Officium,

[Paſtor Anno 1571.
GERARDUS VESTERRINCK.]
A. 1571. Paſtor.

S'HERENBERGA,

Ejus Toparchas olim ſolo Baronum titulo contentos Anno 1468. *Fredericus* II. Imperator dignitate Comitum reddidit illuſtriores, qui in adſitos aliquot pagos & Cliviæ conterminos imperium poſſident: oppidum eſt perveruſtum & loco amœniſſimo paſcuis, agris, montibus & ſilvis circumcinctum & auguſto prætorio ſuperbum, in quo Eccleſiam cum gemino Sacerdotio & cereis perpetuis Anno 1259. erexit *Alamus* s'Herenbergæ Dominus, quam *Fridericus* ejus nominis tertius & Dynaſta X. cum conſenſu *Fri-*
s'Herenbergæ Toparchæ, antiquitas,
ſitus perameenus,
Eccleſia

Friderici de Blanckenbeim, Hierarchæ Traiectini, ab Eccleſia Zeddem nſi, cui ſubfuerat hactenus, dismembravit Anno 1399. & in matricem è Filiali transformavit, ejuſque ſepta *Wilhelmus de Lecca* cognomento *Dives* Toparcha XII. extendit ac dilatavit: eam vocabulo *SS. Georgii* & *Pancratii* inſignierunt, & ſibi ſuiſque ſucceſſoribus fundatores Jus patronatus reſervaverunt. Parochus ad ſolemnem incruenti Sacrificii oblationem neceſſitatur feria IV. & VI. Sunt in hac Eccleſia *Præbendæ* (ut vocant) *Hebdomadariæ* ſeptem, quibus poſſeſſores aſſignat loci Dynaſta.

In Parochialem evecta, Tutelares, Collatores, Præbendæ, VII.

[Nomina eorum qui Anno 1571. poſſidebant ſeptem Præbendas hebdomadarias:

Præbendarii.

I. D. HERMANNUS TER HOBERT.
II. D. GERARDUS WIRTHUYSEN
III. D. ENGELBERTUS SCRICK.
IV. JUDOCUS SPAEN, Paſtor in Millingen.
V. JOANNES KESSELUS, filius Secretarii Comitatus Montenſis.
VI. D. BERNARDUS RIBBE, ſenſibus orbatus, cujus Officium peragebatur per ipſos reſidentes.
VII. JOANNES BERNARDI BOUWMEISTER, Arnhemienſis.

Eis acceſſit *Vicaria*,

Vicaria.

I. *B. M. V.*
II. *S. Annæ*, quæ à ſuo Miniſtro IV. Sacra requirit.
III. Fraternitatis *B. M. V.* hujus poſſeſſori in ſumma Ara feria II. & Sabbatho obeunda ſacra Liturgia.
IV. *S. Gertrudis*, cujus deſervitori tria Sacra præſcripta, unum ad ſummam Aram.

Paſtor Anno 1571.

Paſtores, & deſervitores.

GERARDUS DE BUEREN.

Patres Jeſuitæ, & dein *Franciſcani* ex vicinia oppidanos ad Comitis beneplacitum aliquamdiu curavere.

Poſtremus ex *Franciſcanis*,
NICOLAUS MIERINCK, vir comprimis religioſus. At eo defuncto,
SIMON ARNOLDI, Embricenſis, anteà in *Hengel* ac Dav. Paſtor.]

Xenodochium S. Gertrudis, & Fr. Minorum Monaſterium, ſolo æquatum.

Reliqua in Xenodochio, quod ad eorum ſolatium, qui præ effœta ætate opis alienæ egent, ſub patrocinio *S. Gertrudis* cum ſuo Sacello conſtruxit & dotavit prænominatus *Wilhelmus de Lecca* A. 1460. qui & Monaſterium annuente Pio II. Anno 1463. *in Brymer* propè Embricam ad pedem Montis inchoavit, ſed perfectum per ejus filium *Oswaldum*, quod ſub inſtitutis *S. Franciſci* & titulo *Montis Calvariæ* incoluerunt *Fratres Minores* de *Obſervantia*: qui poſtmodum inſtitêre ſæpius pro transmigratione in oppidum Embricenſe ob frequens bellum Clivios inter & Geldros, ſed votis, irritis donec tandem ſub Annum 1573. Aſceterio ſolo æquato inde fuere profligati per *Guilielmum* Montenſium Comitem *Guilielmi*, Principis Auriaci Sororium, quo & ibidem inſigne contigiſſe miraculum in Collationibus Sacris l. 3. c. 17. narrat *Bredenbachius*. Ultimum hujus Conventus Guardianum egit *Theodoricus Loetius*, qui inter belli furias, quo ſuſpicionibus plena ſunt omnia, proditionis reus peractus Zutphanii caput amiſit atque in quatuor partes diſſectus & ante totidem portas ſuſpenſus, lugubre ſpectaculum tranſeuntibus exhibuit, de quo in *Originibus Seraphicæ Religionis Gonzaga* p. 3. pag. 1159. & 1160. & ex eo uti & è *Surio* & *Iſſelt* ad Annum 1572. I. Julii in Auctario ad Natales Molani *Arnoldus Raiſſius*, qui cum ab infami hac fuligine emaculatum glorioſæ Martyrum familiæ annumerant.

Ultimus Guardianus, & ejus fata.

GENDERINGEN,

Pagus eſt ſubditus imperio Comitis Bergenſis, olim mœnibus cinctus, cique, uti & pago Ettenſi, monetæ ex auro argentoque ſignandæ facultas, quam circiter Annum 1278. ab Epiſcopis Colonienſi & Monaſterienſi impetravit *Fridericus* Toparcha V.

Genderingæ Dynaſtæ, jus cudendæ monetæ,

Templum curiale titulo *S. Martini* donatum eſt, cui Rectorem præficit Comes Montenſis, in quo Organum & *Vicariæ*,

Parœcia, Tutelaris, Collator, Vicariæ,

I. *SS. Petri* & *Pauli Apoſtolorum*, quæ ſuum poſſeſſorem adigit ad Miſſæ Sacrificium feria III. Sabbatho & primum in dominica.
II. *S. Joannis Baptiſtæ*, cum debito Sacri ſolemnis de S. Cruce feria VI. & alterius ad placitum, cui de Miniſtro providet *Dominus de Braeckel*,

Et *Officium S. Antonii*, cum onere Sacri feria V. & ſolemnis in Sabbatho de *B. M. V.*

Officia, onera,

[Paſtor in Genderingen, *ultra mille communicantes*, ex Codice Ægydii de Monte MS. *numerans*, Anno 1571.
D^nus JOANNES WREET.
Sub ejus Parochia arx & vicinia *Ulſtenſis*.
A proſcripta Catholica fide;
Paſtores ibi
LUDOVICUS CLEININCH.

Arx Ulſtenſis Paſtores ac deſervitores

Illo in pagum *Kevelariæ* vicinum evocato,
PETRUS ROSMEULEN, Grietenſis; & poſt decennium Embricenſis ad S. Aldegondam Paſtor creatus cum eſſet,
P. PETRUS BRUINS, Cruciger-Monachus, tum ibi deſervitor.
Paſtor deinde
THEODORUS VAN HEEL, Embricenſis.]

Infra limites hujus Parœciæ ſitum habet Capella in *Mechelen*, in qua *Officium*,

Capella in Mechelen, &c.

Unum, cujus deſervitori peragenda res divina feria II. IV. & V.
Alterum, quod unicum expoſtulat Sacrificium.

NETTERDEN,

Sub ditione Comitis Montenſis pagus Zutphanienſis: hanc noſtram de Fano Parœciali ejuſque Sacerdotiis lacunam aliorum notitiæ implendam derelinquimus.

Netterden Dynaſta.

ETTEN,

Pagus Zutphan. Comitis Montenſis juriſdictionem agnoſcens, cujus Parœcialis Eccleſia titulum habet *S. Martini*, & ad ejus functionem Paſtoralem is admittitur, quem Comes deſignarit: in ea *Vicariæ*,

Ettæ Toparcha, Parœcia, Tutelaris, Collator, Vicariæ,

I. *B. M. V.* cui cum debito II. Sacrorum poſſeſſorem aſſignat *Baro Wyſſenſis*.
II. *S. Nicolai*, fundata & dotata Anno 1379. per *Wilhelmum* & *Agnetem* Domicellam de Wiſch, quæ à Comite deſervitorem adipiſcitur.
III. *S. Antonii*, cum onere Sacri feria V. & alterius ad placitum, cujus collatio penes Paſtorem & Villarum Dominos.

Et *Officium S. Joannis Evangeliſtæ*, cum obligatione ad ſacrum feria V. incorporatum Cuſtodiæ.

Officium,

 [Paſtor

Digitized by Google

Paſtor, & Vice-Paſtor.

[Paſtor in *Etten*, Anno 1571.

Mr. GERARDUS BROUCKHESE.

Vice-Paſtor,

D. THEODORUS BUGGIANUS.

Arx *Middeler*,

Pago aſſidet arx *Middeler*, *Dortiorum* peculium, ex qua Ettenſes & vicinos Catholicos antè aliquot annorum luſtra curabat

D. HENRICUS CLEYMAN.

& Vicus de *Moſſel*; unde Presbyteri vicinis Catholicis ſuccurrunt.

Modò *Dortii* ſibi ad hoc munus adſciverunt *Franciſcanum*.

Haud procul a dicta arce alia eſt vicinia, *Moſſel* dicta, ubi ſedem ante aliquot luſtra fixit

JOANNES DE RAEY, Embricenſis.

Ei ægris magno zelo deſerviendo illic mortuo ſucceſſit

DIONYSIUS BIESTRATEN, Breda-Brabantus, Theologus Lov. variis antè & pòſt in locis adjutor.]

SEDDEM,

Seddemi, Toparchæ, ſitus, Parœcia, Tutelares, Collatores, *Vicariæ*, onera, priſci,

Pagus Zutphan. ſub ditione Comitum Montenſium cinctus ericetis, agris & ſilvis: ejus Eccleſia ſub tutela conſiſtit *S. Oſwaldi* & Patronatu Comitum Montenſium, in qua *Vicariæ*,

I. *S. Oſwaldi*, quæ per ſuum Miniſtrum litari vult ſacrâ Hoſtiâ in Feſtis, eum ſelegit Comes & Paſtor.

II. *S. Crucis*, cujus poſſeſſori à Parocho conſtituto in hebdomade vice altera fungendum ſacerdotio.

III. *S. Nicolai*, cum eodem onere; ejuſque collatio penes Parœcum & n. n.

IV. *S. Antonii*, cum debito Sacri feria III. & primi in Feſtis, nec non luſus in organo.

& hodierni Paſtores,

[Paſtor in *Seddem* Anno 1571.

D. JOANNES KNIEST.

Et a noſtra memoria,

N. DE GREEF, Embricenſis,

GODEFRIDUS, FRANC. WEMMERS, etiam Embricenſis.]

Capella in *Aeſwyn*.

Hujus Parœciæ limitibus includitur Capella in *Aeſwyn*, in qua iis, quibus lubet, diebus vice gemina offerendum Novæ Legis Sacrificium per Vicarium *S. Oſwaldi*.

BEECK,

Beecka, Toparchæ, &c.

In ſuæ Cliviæ c. 20. ſcribit *Egbertus Hoppius*, hunc pagum Ducum Clivenſium eſſe peculium, ſed Anno 1447. à Duce *Adolpho* oppignoratum *Wilhelmo de Lecca* Montenſium Dynaſtæ: de Parœcialis Eccleſiæ Patronis & beneficiis nulla nobis ſuggeſta notitia, quam proinde ſilente calamo præterimus.

Vicina Eltenſis Abbatia.

Ei contermina eſt *Abbatia Eltenſis* Anno 968. in honorem *S. Viti* à *Wichmanno* Comite Zutphan. conſtructa & divite cenſu locupletata, in quam non niſi Comitiſſæ & Baroniſſæ (ut vocant) recipiuntur: ſed cùm earum Antiſtita (quæ agit in clientela ſacri Romani Imperii & ſupremam in agros circumjectos juriſdictionem exercet) ab Hierarcha Trajectino de jure confirmationem & Prælationis Velum accipiat, ideo pluribus de ea agere ſuperſedemus. Vide de eadem, ejuſque Abbatiſſis *Hiſtoriam Epiſc.* Ultraj. pag. 292. & ſeq.

DIEM,

Diemii priſcum nomen, &c.

[*Theoden*, Altingio, hodiè *Diedem* vel *Diem*, vicus Zutphan. inter *Dotechen* & *Zevenar* dono adjectus Eccleſiæ Traj. Anno 824.]

Montenſis territorii pagus, de cujus Curiali Eccleſia & Sacerdotiis nulla nobis notitiæ lux affulſit.

animarum Curatores.

[*Diemenſes* Catholicos ab Anno 1673. curavit P. *Franciſcanus* ex Eltenſi Cœnobio. Eis dein e clero Paſtor datus,

N. TUYNSLYPER, Embric. Theolog. Duac.]

WESTERVOERT,

Weſtervoerdæ, priſcum nomen, Eccleſia perantiqua, fidei præco, *S. Werenfridus*, prodigium, circa locum ejus ſepulturæ.

[Olim *Aſciburgium*,] ex oppoſito Arnhemi & ad oſtium foſſæ Druſianæ Pagus, ſubjectus Comiti Montenſi: ejus Eccleſia è primis eſt quas Zutphanienſes excitarunt, cùm in Chriſti fidem repudiata ſuperſtitione commearent, in qua ſub Annum 736, ipſemet *S. Werenfridus*, ſocius S. Willibrordi legem Evangelicam promulgavit: quo in loco febre correptus (ad 27. Aug. habent *Officia Ultraject.*) vocatis ad ſe religioſis viris ſuum ex hoc ſeculo tranſitum prædixit, ac paulo poſt plenus bonorum operum ac meritorum ad cæleſtem patriam migravit. Sacrum ejus corpus, cum mirabilem odoris fragrantiam ſpiraſet, totam Bataviæ inſulam ac loca vicina ad Sancti venerationem invitavit. Cùm verò de loco ſepulturæ ejus inter Parochianos orta eſſet contentio, Weſtervordianis ſacrum pignus retinere conantibus, Elſtenſibus vero ad locum habitationis ſpecialiter à viro Dei ſepulturæ præparatum illud transferre volentibus, res Deo commiſſa inſigni miraculo ad voluntatem Elſtenſium ſucceſſit: nam ſacrum corpus navigio impoſitum ſine gubernatore in contrariam fluminis partem delatum fuit: deindè verò plauſtro novo ſuperimpoſitum à duabus vaccis jugo inſuetis ſine directore via recta in pagum Elſtenſem magno Fidelium gaudio portatum eſt: ubi honorificè tumulatum in Collegiata ſui nominis Eccleſia multis miraculis claruit. Ejus oſſa *Baldericus* XV. Ultrajectinus Epiſcopus ſolenniter è terra levavit, quæ pro articularis morbi remedio à Fidelibus ibidem devoto cultu viſitantur. Hactenus *Officium*: nunc autem ſacri ejus Cineres poſt exterminium Catholicæ Religionis in Embricenſi PP. Societatis Jeſu Collegio veluti in aſylo & tutiori urna aſſervantur.

Hodiernus Rector.

[Weſtvoerdianis modò eis ſuccurrit Löenſis Rector.]

DE

De Decanatu Grollano,

Cujus membra exiſtunt

GROLLA,	WINTERSWYCK,
LOCHEMIUM,	DINXPERLOO,
BREFURTUM,	RUERLOO,
AELTEN,	LICHTENFURTUM.

GROLLA,

Grollæ, vetus vocabulum, etymôn, ſitus, Dynaſtæ varii.

Quæ & *Groenloo* *, munitiſſimum Comitatus Zutphanienſis Oppidum ejuſque clavis ac ſepimentum: ſitum habet ad Slingam amnem qui Oppidum præterlabitur: illud ab *Henrico de Borculoo* Anno 1235. emit *Otto* III. mœnibus cinxit *Rainaldus* II. quæ foſſis additis Anno 1550. reſtauravit *Carolus* V. auxit Hiſpanus & Fœderatorum induſtria perfecit. A *Mauritio* Principe Auriaco Anno 1597. 28. Septemb. expugnatum, ſed à *Marchione Spinola* 14. Aug. Anno 1606. recuperatum, tandem Anno 1626. per Principem Auriacum *Fredericum Henricum* unito Belgio reſtitutum eſt.

Juriſdictio in ſacris diu litigioſa.

Subfuit antiquitus Monaſterienſi Epiſcopo & Archidiaconatui Vredenſi, quem in craſtino B. *Agathæ* Anno 1330. Theſaurariæ Cathedralis Eccleſiæ annexuit *Henricus* tum Antiſtes: ſed inſtituto Daventrienſi Epiſcopatu hujus juriſdictioni à Monaſterienſi præciſum poſt *Paulum* IV. *Pius* IV. ſubjecit, incaſſum reclamante Theſaurario *Bittero à Raeſvelt*: ægrius id tulit *Joannes à Veelen* ei ſuccedaneus, qui licet jam eſſet in poſſeſſione Daventrienſis Hierarcha, eaque Sede vacante per Vicarium continuatâ, nec à Clero, Satrapa & populo ejus admitteretur juriſdictio, pro illius reſtitutione ſolicitavit Principem Parmenſem: ſed ab hoc remiſſus ad Geldriæ Cancellarium ac Ruremundenſem Curiam, & ab hiſce ad ſummum Pontificem juſtitiæ Fontem, & ab hoc iterum ad Epiſcopos Paderbornenſem & Colonienſem vel eorum Officiales, ſingulos & in ſolidum conſtitutos Commiſſarios, à Colonienſi Officiali quem prælegerat (utpote qui & ipſe per Ruremundenſem Epiſcopatum imminutos Colonienſis Diœceſeos limites & Trajectenſis ab eadem, cujus olim fuerat ſuffraganeus, præciſionem non approbabat) ob occupatam per Confœderatos Civitatem Capitulo diſſipato, adeóque juribus Sedis Daventrienſis ſine defenſore Sententiam ex voto obtinuit, qua in priſtinam juriſdictionem reſtituendus & ead. defendendus decernebatur: quam dum ibidem exercere vellet impediit Magiſtratus, non conſenſurus niſi obtentam ſententiam ſuo calculo probaſſet regius Gubernator: dumque in eo etiam per Electoris Colonienſis litteras commendatitias à *Frederico* Comite Bergenſi extorquendo laboraret, ab Auriaco Anno 1597. Oppidum expugnatur & liti ſimul finis imponitur: verùm illo à *Spinola* Anno 1606. recepto & hæc redintegrata fuit datis 22. Aug. ad Comitem *Soranum* in partibus reductis Gubernatorem generalem litteris, quibus ſua ſibi jura integra & ſalva petebat, ac coram Vicecuratum conſtituens quendam Vicarium eouſque Concubinarium innixus reciprocæ *Henrici* Comitis Bergenſis ac Grollenſis Præfecti gratiæ, (cujus ſoror ad Uredenſis Abbatiæ prælaturam ejus potiſſimum beneficio aſcenderat) cùm jam antè *Illuſtriſſimus Sasboldus* Cathedralem Canonicum *Cornelium Fabricium* præfeciſſet Eccleſiæ, qui & eumdem contra Theſaurarium defendit, quæque juris Eccleſiaſtici ſunt uti & ſucceſſor ejus *Rovenius*, uſquedum prævaluerant victricia Ordinum arma, ibidem exercuit.

Neque decebat ut deterior eſſet conditio Daventr. Diœceſis quàm aliarum noviter inſtitutarum, quæ & ab aliis deciſæ, licet in aſſignatis ſibi terminis tutandis moleſtias habuerint, penitus tamen indemnes permanſerunt. Neque unquam à noſtris negatum Monaſterienſi pedo olim limitaneum hunc Comitatus diſtrictum gubernatum fuiſſe, ac ſolummodò prætenſum Monaſterienſi à binis Pontificibus *Paulo* & *Pio* IV. Daventrienſem infulam eſſe ſurrogatam. Sed relictis hiſce tricis Oppidum perluſtremus, in quo viſenda eſt Eccleſia unica, quæ *D. Calixti* patrocinio nuncupata, quotidianum altaris Sacrificium à ſuo Curione requirit.

Eccleſia *D. Calixto* ſacra.

[Curio A°. 1597.

Paſtor. A. 1597. *Vicaria SS.* Regum fundationem ſibi vendicans.

D. JOANNES WOLSYNCK, qui & *Vicariæ* SS. Regum in Groenlenſi Eccleſia fundatæ Collationem ſibi attribuit, ex hac Charta MS. quam ex Archivo *Sasboldiano* nactus ſum.

Divina pietate & ſingulari eruditione ornatiſſimo Domino, D. *Ægidio de Monte*, Protonotario Apoſtolico & Vicario generali, ſede vacante Epiſcopatus Daventrienſis, ſalutem in Domino. Ego *Johannes Wolſynck*, Paſtor indignus Eccleſiæ Parochialis in Groenlo, Collator Vica-

* Vox ea locum editum gramine veſtitum deſignat.

Digitized by Google

Vicariæ trium Regum in eadem Eccleſia fundatæ atque dotatæ, cujus poſſeſſor verus ut apparuit per annos ſeptemdecim extitit *Judocus Greminckhoff* Monaſterienſis. Videns igitur & animadvertens quod nuſquam præfatæ Vicariæ Rector verus appareret, quodque divinum officium nullum fieret à Dominica *Judica* uſque ad feſtum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, non potui jure fundationis & bonorum virorum ſuaſu atque conſilio intermittere, ad augmentum divini cultus, (ne mens fundatoris confundatur) quin de pio & Catholico actu Sacerdote Eccleſiæ providerem. Tali igitur occaſione promotus, piè & juſtè præfatam Vicariam contuli docto & honorabili Domino *Conrado à Theſſelynck*, quem veſtræ Reverentiæ præſentandum duxi, prout præſentavi per præſentes, vos rogans & adhortans in Domino, quatenus eundem Dominum ſic per me præſentatum ad prætactam Vicariam admittere & inveſtire, ſibique de fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis ejuſdem integrè reſpondere ſeu reſponderi facere dignemini, obſervatis in hoc ſolemnitatibus debitis & conſuetis. In cujus rei fidem præſentes haſce præſentationis litteras manu propria ſcripſi & ſubſcripſi, & ſigilli mei ſubappreſſione communivi ſub Anno Domini 1597. die verò menſis Julii tertio.

Ego D. Johannis Wolfinck, Paſtor in Gronlo teſtor hac mea ſyngrapha.

Paſtores & animarum Curatores priſci,

Conradus Theſſelynck jus quod in prædictam *Vicariam* acquiſierat, ceſſit *Lubberto Borkeloo*, juxta hanc *Sasboldi*, Chartæ eidem ſubnexam, relationem:

„Venit Lingam 9. Julii 1606. & coram me „Ordinario, atque M. *Pet. Voſmero*, & *Gereone* „teſtibus declaravit dictus *Conradus Theſſelynck* ſe „in gratiam *Lubberti Borkeloo* actionem, quam ad „præſcriptum beneficium *trium Regum* habet, reſignaſſe & in inſtanti reſignare purè & propter „Deum, monumenta & ornamenta ſacra, & calicem ad dictam Eccleſiam ſpectantes ſe tradidiſſe „in depoſitum, cujus autenticas litteras exhibebat. Videantur litteræ ipſius ad me datæ „Lingam 26. Junii 1606.

Idem *Sasboldus* ſub hoc ferè tempus Paſtorem Grollenſi Eccleſiæ præfecit,

CORNELIUM FABRICIUM, Batavum *Spanbroukanum* *, Colon. Theologum, quem jam antè Ao. ſc. 1603. 16. Sept. juxta Chartam ejus, quam tenemus, autographam *auctoritate ordinaria & tamquam Decanus Hagienſis* deſtinarat Paſtorem Eccleſiæ in *Leyerdorp* propè Leydam. Frequens ei Paſtori Grollenſi litterarum commercium fuit cum hoc *Sasboldo*, Archiepiſcopo, tum Coloniæ exuli; qui ipſum conſtanter contra *Theſaurarium Vredenſem* ejus æmulum defendit, uti & *Sasboldi* ſucceſſor *Philippus Rovenius*; qui Grollanæ obſidioni dein interfuit, atque ob modeſtiam prudentiæ mixtam *Hugonis Grotii* libri *de Obſidione* hac pag. 18. laudem meruit, uti *Batav. Sac.* part. 2. pag. 84. fuſius dictum.

& hodierni,

Catholici Grollenſes ab occupato per Auriacum, *Fredericum Henr.* eorum oppido ad ſacra excurrere ad vicinum *Franciſcanorum* Swilbrouckanum Cœnobium; donec propriùs eis à *Petro*, Sebaſt. Archiepiſcopo, Vic. Apoſt. aſſignaretur Paſtor,

OTTHO MUNSTER, Gorenſis, non infimæ ſortis Theologus.]

* In Catalogo Coll. Col. vocatur *Crommeneyus*.

Paſtoratui aſſociatum eſt Vicariale Collegium, de cujus gremio eſt *Vicarius*, — Vicariale Collegium; Vicariæ,

I. SS. III. *Regum* & *Liberii* magnis cenſibus honoratus.
II. S. *Antonii*: quibus bina vice peragenda res divina.
III. SS. XII. *Apoſtolorum*.
IV. S. *Joannis Baptiſtæ*, quem ſuum Beneficium in quadragintadiali jejunio obligat ad quotidianum altaris Sacrificium, aliàs
V. S. *Catharinæ*.
VI. SS. X. M. *Martyrum*.

} Cum debito IV. Sacrorum. & perpetuæ reſidentiæ.

Collatores, onera, &c.

VII. S. *Mariæ Virginis* & SS. *Apoſtolorum Andreæ* & *Bartholomæi*: qui omnes Beneficio Paſtoris aſſumuntur.
VIII. S. *Crucis*, à quo exigitur binum Sacrificium.
IX. *Ven. Sacramenti*, cui frequentandum altare feria II. V. VI. & Sabbatho.
X. *B. M. V.* obligatus ad reſidentiam & ſolemne Sacrum in Sabbato: hos tres deſignat Senatus & hunc etiam Confraternitas Sartorum dependenter tamen à proba Paſtoris.
XI. S. *Annæ*, à quo Feria tertia ſolemne Sacrum requirit.
XII. S. *Silveſtri*, cui ad altaris Miniſterium nullus certus dies præfixus, at is ejus beneplacito derelictus.

[Habeo penes me verba fundationis *Vicariarum* iſtarum authentica in Codice pergameno MS. in cujus calce ſubmittitur epiſtola vernacula *Philippi Lalaingii*, Comitis Hoogſtratani &c. Gelriæ locum tenentis ſeu Vicarii, data A. 1547. D^no^ HERMANNO VAN VELEN, tum Paſtori Grollano.]

Ab Eccleſia digrediendum ad Monaſteria II.

Monaſteria Virginum bina; ſine votorum ligamine vetus dictum, unum.

Primum nuncupatur *Monaſterium Vetus*, vulgò *Willekens Kloofter*, cujus inquilinæ fuerunt Virgines ſine votorum ligamine ſub voluntaria obedientia, caſtitate & paupertate conviventium, undè & Domicilio nomen agnatum: de eo ad *Sasboldum* Anno 1606. 29. Decemb. *David à Mauden: habet in bonis tantum unam villam exigui valoris, vivunt in communi, legunt Horas B. M. V. & manuali opere victum lucrantur: Paſtor eſt earum Pater, & Magiſtratus confert Præbendas.*

Alterum, Canoniſſarum Regul. Conventus Angel. appellatum, flammis conſumptum;

Secundo nomen eſt *Conventus Angelorum*, cujus cultrices extiterunt *Canoniſſæ Regulares Ord. S. Auguſt.* hujus uti & reliquorum omnium ejuſdem Inſtituti per Diœceſin Monaſterienſem, cui tum ſuberat, per *Joannem de Bavaria* ejus Antiſtitem ſub *Paulo* II. Commiſſarii & Viſitatores conſtituti fuere *Canonicæ Urendeſwegianæ*, propè *Northoorn*, & Rector *Fratrum Fontis ſalientis* qui eſt in Civitate Monaſterienſi, à quibus etiam Statuta acceperunt.

Illud per vicinæ ædis incendium Anno 1607. 27. Aprilis ſub undecimam noctis præter Templum & Præpoſiti hoſpitium flammis etiam cum omni ſupellectili conſumptum, *Illuſtriſſimi Sasboldi* munificentiam expertum eſt in ſui reparatione, & ejuſdem induſtriam in reſtauratione diſciplinæ Monaſticæ. Tres ultimæ Sorores (reliquæ ad felicem æternitatem jam præceſſerant) cum religioſæ vitæ tyrocinio novas pugiles aſcribere ab oppidi expugnatione inhibitum, ſummâ pecuniariâ ab Ordinibus acceptâ Embricenſi S. *Agnetis* Canoniſſarum item Regul. Collegio *Diepenienſis* olim ſurculo ſeſe nuper inſeruerunt.

cujus ultimæ S. Agnetis Embricæ Parthenoni inſertæ.

LOCHE-

LOCHEMIUM,

Lochemii, ſitus, Dynaſtæ, Eccl ſia D. Gudulæ ſac ., Zutphan. Canonic. Collegio donata ab Irmgarde,

Ad Berkelam annem Comitatus Zutphanienſis munitum aliquandò oppidum,& nupero Monaſterienſi Bello (quo illud Epiſcopi præſidium tenebat, ſed 13. Novemb. Anno 1665. Gallicanis ſuppetiis & victorioſis Ordinum armis exactum) longè celeberrimum: in eo Eccleſia unica, quæ D. Gudulæ inſcripta eſt: eam cum omnibus ſuis Decimis Zutphanienſium Canonicorum Collegio donavit Anno 1134. *Irmgardis*, defuncto Comite *Gerardo* ejus conjuge: Litteras donationis & *Andreæ* Trajectini Epiſcopi teſtimoniales appendo:

In *nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.* Quoniam populus Catholicæ in Chriſto profeſſionis teſtimoniis viſibilibus inſtruendus eſt, ut per exhibitionem viſibilium conteſtari poſſit teſtimonia inviſibilium, noſſe omnes tam futuros quam præſentes modum, ordinem ac veritatem rerum confirmandarum, ne, ſi, quod abſit, ingruerit ſuperſtitioſus error infidelium, caritatis dona deſtruantur fidelium: ego itaque *Andreas*, Trajectenſium Dei gratiâ Epiſcopus, per præſentia ſcripta notum facio omnibus fidelibus, quod Domina *Ermengardis* Comitiſſa illuſtris hæres legitima oppidi Sutphanienſis in Memlo ad nos veniens dixit, ſe una cum marito ſuo *Cunrado* Comite de Lucelenburg & filio ſuo *Henrico* obtuliſſe *Eccleſiam Lochemenſem* cum omni decimatione cæteriſque redditibus Sanctæ Dei Genitrici *Mariæ* & B. *Petro* Apoſtolorum Principi & Ven. Virgini *Walburgi* in Præbendam Canonicorum *Baſilicæ Zutphanienſis*, pro commemoratione omnium in Chriſto fidelium vivorum ac defunctorum, nominatim pro ſalute animæ mariti ſui *Gerardi*, per cujus repromiſſionem ad hoc inductam ſe aſſerebat, & pro redemptione generis ſui, videlicet Domini *Ottonis* Comitis Patris ſui, & Matris ſuæ *Judithæ*, & Fratrum ſuorum piæ memoriæ virorum, Epiſcopi ſcilicet *Theodrici* & Comitum *Henrici* & *Gerardi*, aſtante cuncto Clero & populo in prædicta Eccleſia Zutphanienſi ad ferendos cereos in die Sanctæ Purificationis Beatæ *Mariæ*, videntibus quoque & audientibus bonæ auctoritatis tam Laicis quam Clericis, videlicet *Henrico Linthburgen*, Præpoſito, *Conſtantino* Advocato, *Waltero de Stapelo*, *Burchardo de Withe*, *Hermanno de Mislare*, *Arnoldo de Ennethere*, *Garlagho de Deningwerte*, *Ulrico de Beltram*, *Pelgrino de Sutphavia*, *Cunrardo de Wapſne*, *Wenrone de Leſlen*, *Dodhwardo de Horſt*, *Becelmo de Richerlo*. Hæc inquam aſtans dixit & rogavit, ut, quod ipſi rationabiliter pia cum devotione feciſſent, nos teſtimonio privilegii noſtri & ſententia Banni noſtri confirmare curaremus. Nos ergo factum ipſorum laudantes, & juſtæ petioni Dominæ Comitiſſæ aſſenſum inclinantes hanc paginam conſcribi & ſigillo noſtro denotari in teſtimonium hujus rei geſtæ præcepimus: & omnes, qui hanc piam oblationem infregerint vel infringere attemptaverint, per virtutem Banni noſtri excommunicamus & anathematizamus ex auctoritate Patris & Filii & Spiritus Sancti & omnium Sanctorum Dei, ut niſi reſipiſcant cum Diabolo crucientur in ſecula ſeculorum: fiat, fiat. Hæc autem facta ſunt Anno ab Incarnatione Domini 1134. Indictione octava.

novis dein ab aliis acceſſionibus aucta:

Cùm jam Anno 1059. (quem præferunt verba Diplomatis) Indictione XII. hic Decimas, de quarum dominio Comites inter & Hierarchas Trajectines jam olim controverſum, præſente Comite *Gotſchalco* ejuſque conjuge *Adelheida*, cum Filiis *Gebehardo* & *Ottone* ad horum inſtantiam Ultrajecti in plena Synodo Zutphanienſi Capitulo ceſſiſſet *Wilhelmus* Epiſcopus XXI. approbante *Guidone* Anno 1310. feria IV. poſt Aſſumptæ Virg. cùm interim ex conſilio matris ſuæ *Richardis* fratrumque *Ottonis* Sanctenſis Præpoſiti & *Ludovici* omnem Decimam de Novalibus tam cultis quam incultis vel colendis, ob ſalutem animæ Patris ſui *Ottonis* addidiſſet *Gerardus* Anno 1207. Indict. X. cum onere eleëmoſynæ quatuor maldrorum ſiliginis & hordei in anniverſario depoſitionis die pauperibus diſtribuendæ: quam donationem in feſto D. *Martini* Anno 1312. confirmavit *Reinaldus* I. Anno 1339. feſto S. Lamberti *Reinaldus* II. ac noviſſimè 6. Aug. Anno 1535. *Carolus Emundanus*.

Plebani ſeu Parochi.

[Anno 1327. OTTO, Plebanus Lochemienſis.
1341. OTTO DE ESSCHE.
1393. STEPHANUS VUERDEN.
1430. 31. LAMBERTUS MEYER.
1475. JOANNES SCHELWERT.
1571. D JUDOCUS HUYER. Parochi.]

Collatores.

Quo titulo idem illud Capitulum Eccleſiæ Parochum præficiebat, quæ ab eo quotidianum altaris Sacrificium requirit, in qua inſtitutæ *Vicariæ*,

Vicariæ, fundatores, Patroni, onera,

I. Prima *Primiſſarii*, cum debito Sacri in dominica feria II & III.

II. Secunda *Primiſſarii*, cum exactione Sacri feria IV. V. & ſolemnis in Sabbatho alternis vicibus cum prima: quibus de Miniſtro providet Parochus & Senatus: utriuſque fundationem & dotem in honorem *B.M.V.* & S. *Walburgis*, addita obligatione reſidentiæ, præſentiæ in Choro & Miniſterii in Miſſa ſolemni. *Litteræ fundationis* de Anno 1430. in Oct. S. *Joannis* aſcribunt *Lamberto Meyer*, Parocho & Magiſtris civium atque oppidi Scabinis.

III. SS. XI. M. *Virginum* & *Omnium Sanctorum*, cujus ex *Litt. fund.* Anno 1341. in feſto Exalt. S. Crucis initiator *Otto de Eſſche* Parochus, & *Hillebrandus de Haeſlewergh*, Presbyter, cum onere IV. Sacrorum non ante dictum Offertorium Sacri ſolemnis, & præſentiæ in Choro relicta collatione Parocho Lochemienſi.

IV. *B. M. V. SS. Antonii*, *Joannis Baptiſtæ* & *Barbaræ*, quæ ſuum poſſeſſorem vult eſſe reſidentem in oppido, præſentem in Choro & tribus vicibus ad altare operantem: fundata eſt per *Joannem Schelwert*, Parochum, Anno 1475. in feſto S. Gorgonii approbante ejuſdem anni die 22. Sept. *Rodulpho*, Epiſcopo Traject. dotem conferentibus *Gerardus ten Cluſen*, *Berta de Diepenbroeck*, *Catharina de Vriſchen*, *Woltero Rint*, *Chriſtina Volberinck*, *Oda Wedekens*, *Gerardo* & *Chriſtina Wenlincks*, *Theodoro de Elſt*, *Everardo den Weyenberg*, *Gerardo Hoſſens*, *Goſwino Rudolphi*, *Henrico Lenderinck*, *Heyla Egginck* & *Henrico Kint*, ex *Litt. fund.* quæ ejuſdem Patronos deſignant Parochum & Senatum alternis vicibus.

IV. SS. *Philippi* & *Jacobi Apoſtolorum*, cui cum onere unius Sacri poſſeſſorem donat Collegium Windeſimenſe & Florentianum Dav.

Digitized by Google

vi. SS. *Henrici* & *Gudulæ*, quæ etiam unicum Sacrum exigit, cujus patronatu gaudet Zutphan. Capitulum cum Rectore majoris Conventus Lochemenſis.

vii. SS. *Petri* & *Pauli Apoſtolorum*, cujus cum unius Sacri exactione Collator Dynaſta in *Aemſen*.

Eique adjunctum *Officium*,

Officia, &c.

i. S. *Annæ*, cujus deſervitor tenetur operari ad Aram in Dominica & feria iii.

ii. *Ven. Sacramenti*, quod ſuum Miniſtrum obligat ad Sacrum feria v. utrumque deputat Senatus.

iii. vii. *Dolorum B.M.V.* at illud Fabricæ incorporatum evanuit.

Sedem hic fixerunt *Partheneæ* ii.

Conventus Virginum duo; major,

Primum ab incolarum frequentia nomen mutuatum, dicitur *Conventus Major*: cujus ſub patrocinio D. *Agnetis* & regimine ac viſitatione *Fratrum* Collegii Florentiani Davent. extitêre cultrices ab initio ſeculi xiv. ſine profeſſionis vinculo, *Sorores in communi conviventes*. Aſceterium hoc ſub Præfecto *Henrico de Laer* & *Ida Voſſes* Rectrice ab Eccleſia matrice diſmembratum eſt Anno 1504. 9. Aug. ſub penſione annua iv. Florenorum Rhenenſium aureorum Zutphanienſi Capitulo infra Octavam Paſchæ ſolvenda.

& minor: hujus origo ex ſervato interdicto Martini. Rom. Pont. in Diepholdium.

Secundum nomine *Conventus Minoris* indigitatur, cujus inquilinæ ejuſdem cum præcedentibus inſtituti normam ſectatæ fuerunt, de quo lego in Tabulariis Buyskenianæ Domus Davent. eam propter Interdictum ſervatum hic exulem ei dediſſe initium & poſt reditum ad ſua reliquiſſe ſuperſtitem; quod fuit circiter Annum 1430.

Ex Monum. D. Agnetis Embr. Cœnobio.

[Moniales D. *Agnetis*, Embricâ cum Eccleſiaſticis aliis ob idem ſervatum interdictum profugas, A. 1425. recepit & fovit,

Mr. WILHELMUS KNIECAMP, Zutphanienſis B. M. V. &c. Paſtor.]

S. Mar. Magd. Xenodochium; Vicaria ibi una.

Xenodochium pauperum ſolatio exſtructum S. *Mariæ Magdalenæ* inſignitum eſt nomine, in cujus Sacello unica fundata eſt *Vicaria*, quæ à Senatu acceptum deſervitorem ad binum altaris Sacrificium conſtringit.

Subdita ei Capella in *Laer*, dicata SS. *Ewaldis*; quorum etiam in alio vico *Laer*, ad quem paſſi dicuntur,

Subdita eſt huic Parœciæ ſuburbana Capella in *Laer*, cujus tutelares, è notis *Sasboldi*, ſunt duo SS. *Ewaldi*, à diverſo capillitio dicti *Albus* & *Niger*, ex Hibernia, ubi multo tempore pro æterna patria exulaverant, exemplo S. *Wilibrordi* ad Apoſtolicos labores provocati, ut in *Hiſt. Angl.* L. 5. c. 11. auctor eſt *Ven. Beda*. Horum memoria celebris eſt apud Weſtphalos juxta vicum * etiam *Laer* nuncupatum, cujus Parochiam Auctor Libri *de Laude Weſtphalorum* c. 8 p. 3. non dubitat vocare *Primiceriam* Weſtphaliæ, eò quod certa ſuperſint argumenta, undè conſtat eos ibi Apoſtolatum ſuum inchoaſſe: ſed vixdum Fidei intulerant facem, cùm circa *Temoniam* cæſi, in loco qui *Mortmuhl*. S. morticinii molendinum appellatur & in *Imſcharam* fluvium projecti, inde illati Rheno miraculosè adverſo flumine vel *amne refluo* (habet *Vita S. Annonis* Colonien. Epiſcopi L. 1. c. 37. qui novo elevationis honore v. Non. Octob. Anno 1074. eos affecerat) cum prodigioſo lumine Coloniam adnatarunt, ubi à B. *Tilmanno* collega ſuo divina revelatione agniti per *Pipinum* & *Plectrudem*, Clerum ac populum Agrippinenſem honorificè ſunt excepti eo loco, quem in Choro Collegiatæ Eccleſiæ S. *Cuniberti*, ubi & in loculo pretioſo eorum Reliquiæ aſſervantur, puteus deſignat: ea capita ſeu ſacri vertices olim Monaſterienſibus donati ſunt, feſtuſque dies agitur Coloniæ & Trajecti ac per ſuffraganeas Diœceſes iii. Octobr. etiam vivente adhuc S. *Wilibrordo*: ſunt autem Martyrii aureola decorati Anno 693 ut de primis Veteris Friſiæ Apoſtolis Diſſert. 52. demonſtrat *Boſſchaertſius*. Noſtra verò *Laerenſis* Eccleſia, quibus auctoribus quave occaſione initum ſumpſerit, annotatum non invenio; omnibus tamen notum eam magno peregrinantium confluxu olim extitiſſe illuſtrem.

celeberrima eſt memoria.

Nota hic olim peregrinatio, & S. Georgii Vicaria.

In ea ſedem habet *Vicaria S. Georgii* cum obligatione ad ſacrum feria iv. & vi. cujus patronatum obtinet *Dominus de Verwoelde*.

* Vide animadverſiones noſtras ad *Trentiæ*, Diœceſis Groninganæ vicum *Laer*, ubi & de *Ewaldis* his, de quibus *Bat. Sacr.* part. 1. p. 47. mentio, fuſius diſſeritur.

BREFURTUM,

Brefurtum, Arx, & oppidum, loci ſitu & munimentis dudùm prævalidum.

Ut loci ſitu, ita additis nuper propugnaculis firmoque impoſito præſidio prævalidum, ſcribit *Pontanus*: habet Arcem (quæ à *Godefrido de Rhenen* Epiſcopo Traject. fundata 11. Junii Anno 1646. pulvere nitrato cœleſti igne accenſo diſſipata eſt) & oppidum, ad quæ non niſi duplici per paludem aditu acceſſus patet: Dominum agnoſcit Principem Auriacum pignoratitium, eſtque Zutphanienſis Comitatus Dynaſtia & Satrapia. A 9. Octob. Anni 1597. Confœderatis paruit, niſi quod interim paucis diebus Anno 1606. oppidum *Verdugo* pro Hiſpano tenuerit.

Dynaſtæ; Eccleſia Paroch. Vicariæ; illius & harum Collator.

Eccleſiæ Parochialis, quæ hic unica eſt, patronatu potitur Comes Zutphanienſis, in qua *Vicariæ*,

i. S. *Antonii*.
&
ii. S. *Annæ*.

Quæ deſervitores ſuos ab eodem Comite nanciſcuntur, qui eidem etiam Cuſtodem aſſignat.

AELTEN,

Aeltæ Parochia; Vicariæ;

Sub Brefurtenſi Dynaſtia pagus Zutphanienſis: curialis Eccleſiæ patronatum poſſidet Comes Zutphanienſis, in qua *Vicariæ*,

i. S. *Crucis* & S. *Helenæ*.

ii. S. *Antonii*.

iii. *B. M. V.* ſed quæ Brefurtanum Paſtoratum ſuo interitu locupletavit.

Officium; Collator. Monaſterium Canonicorum Regularium; origo, fundator, excidium.

Et *Officium* S. *Annæ*, cujus collatio penes Comitem Zutphanienſem, qui etiam Eccleſiæ Cuſtodem procurat. Situm habet intra hanc Parœciam Monaſterium *B. Mariæ Virginis in Nazareth*, vulgò *Schaer*, in quo ſub ſignis S. *Auguſtini* & Statutis Capituli Windeſimenſis Monaſticen profeſſi ſunt *Canonici Regulares*: ei obſervatum Interdictum ratione *Suederi de Culenburgh* & *Rudolphi de Diepholt* pro Trajectino Epiſcopio duellantium ſub Annum 1428. originem dedit exilium Canonicorum Windeſimenſium: qui cùm aliquamdiu hæſiſſent *in Nemore B. M. V.* prope *Noorthoorn*, eis pro nova Canonica conſtruenda hic locus fuit oblatus, *in quo* ex 1. *Chron. Windeſim.* c. 7. *dealbatorum virorum apparatus nonnunquam cum multo lumine, ſonitu nolarum, tinnitu cymbalorum auditi & viſi incolis veritati teſtimonium perbibentibus cultum divinum & Eccleſiaſticum præſignantes Officium*: oblatus autem fuit per *Theodorum de Linteloo*, cujus utpote Fundatoris nomen Templo inſcriptum: eam uſque ad reditum ſuum incoluere Windeſimen-

Digitized by Google

ſimenſes & eorum ſucceſſores, uſquequo nupera Religionis innovatio & ipſos expulit.

WINTERSWYCK,

Winterſwycki Parochia; Collator, Vicariæ,

Sub Comitatu Zutphanienſi Breſurtanæ Dynaſtiæ membrum, ad cujus Parœcialis Eccleſiæ præfecturam denominat Comes Zutphanienſis, in qua *Vicariæ*,

I. *S. Annæ.*
II. *S. Antonii.*
III. *S. Nicolai.*
IV. *S. Catharinæ*, cui deſervitorem præficit Comes Zutphan. qui etiam Eccleſiæ Cuſtodem aſſignat.

Cenſus annui pauperibus aſſignati.

Habet ea pro Parœciæ pauperibus varios cenſus annuos, quos pia Majorum miſericordia voluit eſſe indigorum ſolatia.

DINXPERLOO,

Dinxperloæ Parochia, Collator, Vicariæ, Patronus.

Zutphanienſis Comitatus & Breſurtanæ Satrapiæ pagus, in cujus Eccleſia jus habet nominandi ad Paſtorale munus Comes Zutphanienſis, in qua *Vicaria*, cujus collatio penes Villarum Dominos, eique annexa Eccleſiæ Cuſtodia.

RUERLOO,

Ruerloæ, priſcum, nomen, Parochia; Collatio penes Capit. Zutph.

Olim *Roderloe* ſub agraria Satrapia pagus Zutphanienſis: ejus Curialis Eccleſiæ patronatum gerit Capitulum Zutphan. quem cum Anno 1327. *Otto*, plebanus Lochemienſis ſibi ſuiſque ſucceſſoribus arrogaret, iniqua ejus prætenſio à Capitulo contrita fuit, & ipſe inſigni mulcta luit temerariæ ſuæ actionis pœnam, de quo extant Litteræ *Gerardi Heyngh*, Præpoſiti Daventr. eod. anno feria IV. poſt feſtum S. *Andreæ*.

[Harum Litterarum tenorem hic adjungimus:

Commiſſio litis inter Decanum & Capitulum, & Dominum Ottonem *Rectorem Eccleſiæ de* Lochem *&* Henricum Suederinc *habita ſuper Jure Patronatus Eccleſiæ de* Roderlo, *facta per Præpoſitum Daventrienſem in manus Decani Eccleſiæ Daventr.*

Hanc cum ſibi arrogaret Lochemenſis Eccleſiæ, Rector, D. Otto,

GErardus, Dei gratiâ Præpoſitus Eccleſiæ Daventr. dilecto ſibi in Chriſto Decano Eccleſiæ Daventr. ſalutem in Domino ſempiternam. Cauſam ſeu cauſas, quæ vertuntur inter venerabiles viros Decanum & Capitulum Eccleſiæ Zutphanienſis, ſeu eorum Syndicum ex una parte, & Dominum *Ottonem* Rectorem Eccleſiæ de *Lochem*, & *Henricum* dictum *Suederinc*, Clericum ejus præſentatum ex altera ſuper Jure Patronatus Eccleſiæ de *Roderlo* vobis committimus audiendas, & fine debito terminandas, de conſenſu partium hinc inde prædictarum, rogantes, & vos in Domino cohortantes, quatenus cauſam prædictam in eo ſtatu, in quo nunc eſt, recipientes ratione prævia procedatis, facientes, quod decreveritis, per Cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui nominati fuerint, ſi de gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, compellatis teſtimonium veritati perhibere; præſentium litterarum noſtrarum teſtimonio, quibus ſigillum noſtrum eſt appenſum. Datum Anno Domini 1324. in Vigilia Beatæ *Margaretæ*.

Sequitur ſententia ejuſdem Domini Decani in lite prædicta.

& Henr: Suederinc ad dictam Eccleſiam præſentaret, cauſa cecidit,

IN *Dei nomine Amen.* Nos Decanus Eccleſiæ Daventrienſis Judex Commiſſarius a venerabili viro Domino Præpoſito & Archidiacono ejuſdem Eccleſiæ partibus infra ſcriptis deputatus notum facimus univerſis, quod mota quæſtionis materia ſuper Jure Patronatus Eccleſiæ de *Roderlo*, ſive ſuper ipſa Eccleſia de *Roderlo*, inter honorabiles viros Decanum & Capitulum Eccleſiæ Zutphanienſis, eorum Syndicum, & *Ludolphum de Stocke*, Presbyterum per eoſdem ad Eccleſiam de *Roderlo* prædictam dicto Domino Archidiacono præſentatum ex unâ parte, ac Dominum *Ottonem* Rectorem Eccleſiæ in *Lochem* & *Henricum*, dictum *Suederum*, Clericum, nomine & vice ipſius Eccleſiæ de *Lochem* eidem Archidiacono per eundem *Ottonem* præſentatum ex altera, coram Domino Præpoſito & Archidiacono prædicto; idem Decanus & Capitulum nomine & vice ipſius Eccleſiæ Zutphan. ac *Ludolpho* Presbytero prædicto, nec non dictus Dominus *Otto* pro ſe & vice Eccleſiæ ſuæ in *Lochem*, & pro *Henrico Suederinc*, Clerico præfato, certa die Daventriæ conſtituti coram eo ſeu ejus delegato ſuas porrexerunt hinc inde actiones, id eſt, petitiones ſuper Jure Patronatus Eccleſiæ de *Roderlo*, & præſentandi Clericum ad eandem, terminoque præfixo de partium conſenſu ad reſpondendum hinc inde petitionibus præmiſſis; Dominus *Otto* nomine Eccleſiæ ſuæ in *Lochem* & *Henricus Suederinc* prædicti, ſeu Procurator eorum nomine procuratorio pro eiſdem ſuæ actioni, id eſt, petitioni pro ſe & vice Eccleſiæ in *Lochem* ſuper dicta Eccleſia de *Roderlo* propoſitæ renuntiaverunt Syndico Decani & Capituli Eccleſiæ Zutphanienſis poſt hujuſmodi renuntiationem ſuper ſuo & Decani & Capituli prædictorum intereſſe proteſtante, deinde ſuper petitione ſive libello Decani & Capituli Eccleſiæ Zutphanienſis prædictæ per dictas partes litis, conteſtatione legitimè facta, & per utrumque ipſorum juramento de calumnia, ſive de veritate dicenda ſolemniter præſtito, factis poſitionibus, & ad eas reſponſionibus ſubſecutis, datis articulis, & ſuper ipſis productis teſtibus cum quodam inſtrumento ac ipſius teſtibus & inſtrumento examinatis ſolemniter, & poſtmodum de partium voluntate publicatis; deinde pro parte Domini *Ottonis* Rectoris Eccleſiæ in *Lochem*, & *Henrici Suederinc* prædictorum coram nobis propoſitis quibuſdam exceptionibus contra teſtes & eorum dicta, & etiam contra inſtrumentum pro parte Decani & Capituli Eccleſiæ Zutphan. prædictæ per eorum Syndicum in modum probationis in cauſa conventionis productos, ac replicationibus pro Decano & Capitulo dictæ Eccleſiæ Zutphan. per Syndicum eorundem contra eaſdem exceptiones coram nobis exhibitis, dictas exceptiones, prout in facto conſiſtebant, de conſilio Juriſperitorum rejecimus, aſſignantes dictis partibus diem ad concludendum in negotio principali, qua die ex parte Domini *Ottonis* & *Henrici Suederinc* prædictorum quadam reconventionis petitione propoſitâ contra Decanum & Capitulum Eccleſiæ Zutphanienſis prædictæ, ac ex parte Decani & Capituli prædictorum quibuſdam exceptionibus contra dictam reconventionis petitionem propoſitis, & replicationibus pro Domino *Ottone* & *Henrico Suederinc* prædictis ſubſecutis, dictam reconventionem

Digitized by Google

tionem per noſtram interlocutoriam admiſimus, & ea non obſtante, decrevimus in cauſa conventionali ad concludendum fore procedendum poſthac, Procuratores partium prædictarum pluribus probationibus inpoſterum faciendis hinc inde voluntarie renuntiaverunt, petentes in dicta cauſa concludi, *unde cum Procuratoribus partium prædictarum ex officio noſtro concluſimus in cauſa conventionis ſupradicta, ſtatuentes certam diem, videlicet feriam ſextam proximam poſt *Margaretæ* Virginis de conſenſu Procuratorum partium prædictarum ad ſententiandum in eadem, quam diem continuavimus propter abſentiam partis reæ contumaciter ad feriam quartam poſt *Mariæ Magdalenæ* deinde proximam & immediatè ſubſequentem hora prima, ad quam feriam quartam publicè citari fecimus Decanum & Capitulum Eccleſiæ Zutphanienſis, & *Ludolphum de Stecken*, Presbyterum, prædictos, ſeu Syndicum eorundem, ac Dominum *Ottonem*, Rectorem Eccleſiæ in *Lochem*, & *Henricum Suederinc*, Clericum, ſæpe dictos ad audiendam noſtram diffinitivam ſententiam in cauſa conventionis memorata, prout hæc omnia in actis dictæ cauſæ inter dictas partes habitis & conſcriptis plenius continentur. Nos igitur viſis & diligenti examinatione inſpectis prædictis libello, poſitionibus, reſponſionibus, inſtrumento, atteſtationibus teſtium prædictorum,. ac aliis omnibus & ſingulis inter dictas partes factis & habitis coram dicto Præpoſito & nobis; & etiam diligenter conſideratis & auditis utriuſque partis prædictæ juribus & allegationibus, quas ipſæ partes coram nobis oſtendere, allegare, & in ſcriptis dare, & oretenus dicere voluerunt; & ſuper his omnibus quampluriúm Juriſperitorum uſi conſilio, & nobiſcum deliberatione ſolemni præhabitâ, Deum habentes præ oculis, & ejus nomine invocato, auctoritate Domini Præpoſiti Eccleſiæ Daventrienſis prædicti, quâ fungimur in hâc parte, in his ſcriptis ſententiando diffinimus, & diffiniendo pronuntiamus, intentionem Decani & Capituli Zutphan. & eorum Syndici nomine & vice ipſius Eccleſiæ Zutphanienſis ſuper Jure Patronatus Eccleſiæ de *Roderlo*, & præſentandi Clericum ad eandem fore legitimè fundatam contra Dominum *Ottonem* & *Henricum Suederinc* prædictos, & Eccleſiam prædictam de *Lochem*; ac Jus Patronatus Eccleſiæ de *Roderlo*, & præſentandi Clericum ad eandem ad ipſos Decanum & Capitulum Eccleſiæ Zutphanienſis, & ad ipſam Eccleſiam Zutphanienſem pertinuiſſe, & pertinere pleno jure, cùm nobis conſtiterit ex atteſtationibus teſtium eorundem, & quodam inſtrumento, quod idem Decanus & Capitulum Eccleſiæ Zutphanienſis nomine & vice ipſius Eccleſiæ prædictæ in quaſi poſſeſſione præſentandi Clericum ad Eccleſiam de *Roderlo* ultra quadraginta annos & plus extiterint pacificè & quietè; ac plures Clericos ad illam elegerunt ſucceſſivè, ſeu etiam præſentaverunt; nec non quod ipſe Decanus & Capitulum dictæ Eccleſiæ Zutphanienſis Jus Patronatus Eccleſiæ de *Roderlo* & præſentandi Clericum ad eandem ſpatio quadraginta annorum & amplius poſſederunt inconcuſſè vel quaſi videantur in ea dictum Jus Patronatus ſeu præſentandi Clericum ad Eccleſiam de *Roderlo* prædictam legitimè præſcripſiſſe contra dictum Dominum *Ottonem* & Eccleſiam de *Lochem* prædictam. Unde hac noſtra ſententia diffinitivâ ſuper his præfato Domino *Ottoni* nomine Eccleſiæ in *Lochem*, & *Henrico Suederinc* ejus præſentato ad Eccleſiam de *Roderlo* prædictam perpetuum ſilentium imponimus, ac eos a dictis impedimento, perturbatione, ac moleſtatione prohibemus, & compeſcendos fore decrevimus, quod dictos Decanum & Capitulum Eccleſiæ Zutphanienſis nomine & vice ipſius Eccleſiæ de *Roderlo* faciant & permittant dicti Juris Patronatus Eccleſiæ de *Roderlo*, & præſentandi Clericum ad eandem, ac ipſum *Ludolphum* prædictum ipſius Eccleſiæ de *Roderlo* poſſeſſione pacifica vel quaſi gaudere cum ſuis attinentiis univerſis, & quod caveant ne ipſos impediant in futurum, dictum Dominum *Ottonem* Eccleſiæ de *Lochem* Rectorem dictis Domino Decano & Capitulo ſeu Syndico eorum nomine eorundem, in expenſis legitimis ob hoc factis, quarum taxationem inpoſterum nobis reſervamus, in his ſcriptis ſententialiter condemnantes. Sententiatum & diffinitum præſentibus *Henrico* dicto *Rufo* Clerico, dictorum Dominorum Syndico, ac *Everardo de Harlo*, Domini *Ottonis* ac *Henrici* dicti *Suederinc* Presbyterorum prædictorum Procuratore, ac viris honeſtis Domino *Henrico de Kadichem*, Canonico Eccleſiæ Zutphanienſis, *Alberto de Reno* publico Notario, ac *Herberto de Brinco* Clericis, & quam pluribus aliis ad hoc ſpecialiter vocatis. In cujus rei teſtimonium nos Decanus Judex prædictus noſtrum ſigillum præſentibus duximus apponendum. Anno Domini 1326. feria quarta poſt feſtum B. *Mariæ Magdalenæ*.

& in expenſis litis fuit condemnatus.

Pronuntiatio quantitatis expenſarum factarum à Capitulo in lite præfata, in quibus idem Dominus Otto *Plebanus Eccleſiæ de* Lochem *condemnatus fuit per ſententiam diffinitivam.*

UNiverſis præſentia viſuris, ſeu legi audituris, nos *Gerardus* Præpoſitus Eccleſiæ Daventrienſis Archidiaconus in Eccleſia Trajectenſi, notum facimus dilucidè proteſtantes, quia minatur memoriæ frequenter oblivio, ideo prudentum cautela de Scripturæ ſuffragio providit, ut ea quæ in præſenti hominum diſpoſitione extiterint ordinata, poſſint in futurum liquidè comprobari. Orta nuper inter venerabiles viros Dominos Decanum & Capitulum Eccleſiæ Zutphanienſis ex una parte ac Dominum *Ottonem*, Plebanum Eccleſiæ in *Lochem*, ex altera, ſuper Jure Patronatus Eccleſiæ de *Roderlo*, & ejus occaſione, materia quæſtionis, idem Dominus Decanus & Capitulum Eccleſiæ Zutphanienſis prædictæ ſententiam diffinitivam ſuper dicto Jure Patronatus prædictæ Eccleſiæ de *Roderlo* in contradictorio judicio contra præfatum *Ottonem de Lochem* & ejus Eccleſiam reportantes littera executoria ſuper expenſis occaſione dicti Juris Patronatus in lite factis obtenta juxta morem; deinde Dominus *Otto* Plebanus Eccleſiæ de *Lochem* præfatus diffidens de jure ſuo, licet à dicta ſententia per eundem extiterit appellatum, commiſit ſe gratiæ Decani & Capituli prædictorum, promittens quidquid Decanus & Capitulum Eccleſiæ prædictæ ipſi injungerent, dicerent, ordinarent, ſtatuerent, taxarent & pronuntiarent ſuper expenſis, occaſione prædictorum factis ac aliis quibuſcunque ſub pœna certæ quantitatis pecuniæ, firmiter obſervare facere & adimplere, prout hæc ex parte Decani & Capituli prædictorum, & per Dominum *Ottonem* prædictum nobis fideliter ſunt relata. Præterea Dominus *Henricus de Kadichem* Canonicus Eccleſiæ

Quantitatis expenſarum a Capitulo factæ pronunciatio.

Zut-

Zutphanienſis prædictæ nuntius ſpecialis a Decano & Capitulo ejuſdem Eccleſiæ deſtinatus, ac Dominus *Otto* Rector Eccleſiæ de *Lochem* in noſtra conſtituti præſentia, Dominus *Henricus de Kadichem* pro ſe & nomine ac mandato Decani & Capituli prædictorum pronuntiavit ſuper præmiſſis in hunc modum: Quod dictus Dominus *Otto* Plebanus Eccleſiæ de *Lochem* prædictæ dabit, exſolvet, & exſolvere debet duodecim marcas Brabant. denar. legalium, groſſo turon. regio pro ſedecim denariis parvis computato, in terminis infra ſcriptis; videlicet, ſex marcas dictæ monetæ in feſto Paſchæ poſt datum præſentium proximò venturo: reliquas verè ſex marcas dictæ monetæ in feſto beati *Johannis Baptiſtæ*, deinde proximè ſubſequente, pro dictis expenſis Decano & Capitulo Eccleſiæ Zutphanienſis prædictæ; & quod Decanum & Capitulum prædictos ſuper Jure Patronatus Eccleſiæ de *Roderlo* prædictæ, & decimis novalium ſitis in Parochia *Lochem* tempore vitæ ſuæ non vexabit, moleſtabit, inquietabit, nec perturbabit; ſed ipſos in ipſis promovebit juxta ſuas vires, & favebit. Quæ omnia & ſingula præmiſſa dictus Dominus *Otto* pro ſe & nomine Eccleſiæ ſuæ de *Lochem* promiſit ſub pœna viginti quinque marcarum Brabant. denar. legalium, & per fidem ſuam corporaliter præſtitam loco juramenti dicto Domino *Henrico de Kadichem* Canonico Eccleſiæ Zutphanienſis prædictæ ſtipulanti & recipienti vice & nomine Decani & Capituli Eccleſiæ Zutphanienſis ante dictæ firmiter obſervare, & cum effectu totis viribus adimplere, ac contra ea non facere vel venire, tacitè vel expreſſè, per ſe vel alium ſeu alios, aliqua ratione, de jure vel de facto, gratiâ Decani ac Capituli prædictorum ſemper ſibi ſalvâ in præmiſſis, harum teſtimonio Litterarum, quibus ſigillum noſtrum eſt appenſum. Datum Anno Domini 1327. Feria quarta poſt *Andreæ* Apoſtoli.]

Solutionem earundem in ſe recipit prædictus Rector.

In ea (Parochia) *Vicariæ*,
I. *S. Annæ*.
II. *SS. Petri & Pauli*, *Cornelii* & *Quirini* Martyrum, *Antonii* & *Huberti* Confeſſorum.

Roderloanæ Parochiæ Vicariæ.

LICHTENFURTUM,

In ultimis Comitatus Zutphan. limitibus cum unica porta & arce ſub Wyſchenſi Baronia modicum oppidulum, in cujus Parochiali Eccleſia Dominicâ poſt Feſtum S. *Joannis Baptiſtæ* (quæ eſt anniverſarius Dedicationis dies) Officium divinum de jure peragit ſubditis ſuis ſtipatus Grollanæ Parœciæ Rector.

Lichtenfurti ſitus, Parochiæ priſci, & hodierni deſervitores.

[*Lichtenfurtenſes* vicinoſque Catholicos a noſtra memoria curavit,
D. SEBASTIANUS RICCIUS, Lichtenfurtenſis, & hodiè curat,
JOANNES JOSEPHUS MOURYN, ortu Monaſterienſis, ſtudio Lovanienſis.]

DE DECANATU LINGENSI,

Quem conſtant

LINGA,	FREREN,
BAVINCKEL,	BEESTEN,
LENGERICK,	SCHAPEN,
BRAMSCHE,	IPPENBUREN,
PLANTLUNNE,	RECKE,
BAKUM,	BROCTERBEECK,
THUYNEN,	METTINGEN.

LINGA,

AD Amaſum fluvium, olim non niſi Caſtrum cum paucis adjacentibus Nobilium ſeneſcentium reſidentiis, nunc autem oppidum & caput territorii Lingenſis, quod ſe inter Oſnabrugenſem & Monaſterienſem Epiſcopatum ac Tecklenburgicum atque Benthemenſem Comitatum ad formam Iconinæ linguæ extendit & XIII. ſub ſe pagos complectitur. Dynaſtas olim agnovit Tecklenburgenſes Regulos, & ab Anno 1526. Dominum feudi *Carolum Egmondanum*, Geldriæ Ducem, cum is *Nicolao* Comiti, cui id Monaſterienſis Princeps Anno 1518. violenta manu eripuerat, expulſo Epiſcopali præſidio reſtituiſſet. A quibus id denuo ob feloniam Anno 1546. bello Germanico commiſſam per *Conradum Nicolai* ex fratre nepotem *Carolus V.* Impe-

Linga ex Caſtro oppidi & territorii Ling. Capitis ſitus.

Dynaſtæ,

rator *Caroli* Geldri ſucceſſor abſtraxit donavit que 3. Novemb. ejuſdem anni *Maximiliano* Comiti Burano, à quo hæreditario jure derivatum eſt ad Principes Auriacos. [Inde ad Boruſſiæ Regem.]

In oppido Eccleſiæ II.

Eccleſia D. *Walburgis* nunc diruta.

Prima, eaque Parochialis & D. *Walburgi* ſacra ad pedem Caſtri conſtituta primis Religionis motibus ſuccubuit, ſuiſque ruinis Caſtri porticum conſtruxit.

II SS. *Bonifacii & Walburgis* ab alterius excidio in matricem erecta.

Secundam Anno 1606. 19. Feb. in honorem SS. *Bonifacii* & *Walburgis* luſtricis ceremoniis Religionis exercitio dedicavit *Illuſtriſſimus Sasboldus*, quæ & ab alterius excidio in matricem evecta eſt: ad cujus Paſtorale munus jus habet nominandi Toparcha Lingenſis: in qua, fortè è priori huc tranſlatæ Anno 1571. quo viſitavit hunc locum *Reverendiſſimus de Monte*, *Vicariæ*,

Vicariæ, onera, Collator.

I. *S. Martini*, cujus Miniſtro bis fungendum Sacerdotio.

II. *S. Joannis Evangeliſtæ* cum eodem II. Sacrorum penſo, ſed nunc incorporata Paſtoratui pro onere Archipresbyteratus & Sacellani alimonia.

III. *S. Crucis*, cujus poſſeſſor primus operatur ad Aram feria II. & IV.

IV. *S. Georgii*, quæ itidem bina Sacrificia expoſcit. Omnium patronatu gaudet Dynaſta Linganus.

III. Capellæ;

[*Vicariæ S. Crucis* propter tenuitatem, ex Cod. M.S. *Ægydii de Monte*, unita eſt S. *Georgii Vicaria*.] Capellæ III.

I. *Caſtrenſis*,

Prima à loco, in quo ſitum habuit, *Caſtrenſis* appellatur: in qua per duos Vaſallos ex Teklenburgo cum pingui cenſu, ſed modo multum extenuato, & onere Sacri ac Concionis diebus dominicis & feſtis inſtituta *Vicaria S. Andreæ* Apoſtoli, cujus poſſeſſor nomen habet Paſtoris Caſtri; iſque oneri ſuo vel in hoc Oratorio vel in Eccleſia baptiſmali ad arbitrium Comitis ſatisfaciebat; is enim ejus patronatum gerebat. Hoc autem Caſtrum oppido conjunctum cœleſti incendio diſſiluit Anno 1617. 1. Maji.

II. *Italorum*,

Secunda *Italorum*: ſic dicta quod ab Italica Legione Præſidio regio ſub Tribuno *Pompejo Juſtiniano* ſumptus ſubminiſtrante Curia Bruxellenſi conſtructa exſurrexerit; cùm enim Civibus & præſidiario militi Parochialis Eccleſia nimis anguſta foret annuente *Illuſtriſſimo Sasboldo* hæc altera enata eſt, in quas Anno 1613 in Natalitiis Domini in Ara veluti in præſepio primitus repræſentatus eſt Salvator Mundi euchariſticis ſpeciebus veluti faſciis involutus.

III. B. V. M. ſacra.

Tertia eidem cum præcedenti *B. V. M.* ſacra in oppidi Pomœriis ſubſtitit eandem cladem & tempore eodem cum Parœciali primogenitâ paſſa; at reſtituta denuo tandem conflagravit, & nunc belli incommodis afflicta collabentis horrei formam retinet & Catholicorum ſepulturam, ex notis *Sasboldi*: qui, cùm interim ejus vulnera ſanaſſet incolarum pietas, Anno 1612. 27. Apr. inibi in honorem *B. V. M.* & *S. Mariæ Magdalenæ* Aram conſecravit: fuit hæc miraculis quandoque illuſtris ejuſque profanatio nuperarum turbarum origo.

Paſtores priſci,

[Paſtor Eccleſiæ S. *Walburgis* Anno 1571. ex MS. Codice *Ægydii de Monte*,

D. GERARDUS A BROICKHOLT.

Ex Annotatis *Sasboldi* & *Rovenii* Paſtores *Lingenſes*,

JOACHIMUS HAMCONIUS, cujus vitæ ſeries data *Bat. Sac.* part. 2. pag 73.

VOLKERUS AB HERKINGE, Groninganus, S.T.L. cujus & alibi vitæ ſeriem texuimus.

GERARDUS VOGELIUS; cujus obitum, cùm Romæ intelligeret, ſic mœſtus ex urbe ad Vordenum 3. Maji 1623. ſcripſit Phil. Rovenius,

De obitu M. Gerardi Vogelii, Paſtoris Lingenſis, multum dolui, & ad Janſenium ſcripſi de ſubmittendo M. Jacobo Eilaertio, ſi fortaſſe utilis iſti loco videatur.

Defuncto Anno 1623. *Gerardo Vogelio*, ex *Phil. Rovenii* voto ſucceſſit

JACOBUS EILAERTIUS, Oldenzalienſis, primus Philoſophiæ Lovanii renunciatus, acuti ingenii vir, S. Theol. Lic. Paſtor Lingenſis, oppidi ac Comitatus totius Archipresbyter, ab Urbano VIII. ſtudio Epiſcopi Oſnabrugenſis Tractus iſtius impetratus Vicarius Apoſtolicus:

Lingæ Paſtor hic digniſſimus obiit Kalendis Januarii Anno D. 1654. ex Hydropiſi.

Duos ei erant adjutores,

HENRICUS LINGENSIS, ac

THEODORUS EYLAERTIUS, Oldenzalienſis, Sacræ Theol. uterque Baccalaureus formatus.

Prior ei in Paſtoratu Lingenſi ſucceſſit, alter curæ in pago Tractus Monaſterienſis fuit præfectus.

Succeſſor R. D. *Henrici* fuit,

HENRICUS STOTBROCK, Weſtphalus, vicinæ Tractus Monaſt. Parochiæ *Schepterop* dein præfectus:

BERNARDUS WOLDERINCH, ex municipio Enſchede Paſtor Lingæ, obiit 26. Jan. Anno 1703.

Succeſſorem in Lingenſi Paſtoratu habuit,

GERARDUM POTCAMP, ex *Borne* oppidulo Tractus Tubantini, cum antea Paſtor ejuſdem loci fuiſſet: incolebat is agrum Lingæ vicinum *Darmen* dictum. Sed ei in Vicarium Apoſt. Fœd. Belgii, ad Cleri Ultraj. petitionem adſumpto, ut *Bat. Sacr.* part. 2. pag. 526. &c. pluribus meminimus, ſuffectus fuit, — & hodiernus.

EGBERTUS GROOTHUYS, Borne-Tubantinus, Theologus Lovanienſis, coöperatorem habens, *Joannem Potcampium*, Gerardi fratrem, Theologum Lovanienſem.

Vir eruditus.

Inter eruditos ejus oppidi viros recenſetur,

HENRICUS VULPIUS, Lingenſis, qui Roſtochii in Germania Matheſin, arteſque bonas docuit, & ibidem deceſſit Anno 1560. Scripſit *De Arithmeticæ practicæ Regulis.* Col. 1544 &, *De minutis Phyſicis*, & *Arithmeticæ Aſtronomicæ Regulis practicis.* ibid.]

Xenodochium,

Xenodochium (Lingæ) unicum, quo pauperum miſerias ditiorum miſericordia conſolatur.

BAVINCKEL,

Bavinckel, Parœcia, Divus Tut. Collator.

Parœcialis Eccleſiæ hujus pagi, qui agnoſcit dominatum Toparchæ Lingenſis, dedicata eſt memoriæ S. *Alexandri* ſub prænominati Toparchæ patronatu.

LENGERICK,

Lengerick, Parœcia ampliſſima, Divus Tut. Collator; Vicaria;

Frequentiſſimus totius territorii Lingenſis pagus, in quo Eccleſia Parochialis D. *Benedicto* inſcripta & in ea unica S. *Joannis Baptiſtæ Vicaria*: utriuſque autem patronatum poſſidet Archimandrita Weerthinenſis.

Capella.

Capella in *Wettrupe* huic Matrici, à qua unius horæ ſpatio abjungitur, ſubjecta exiſtit, in qua ſæpius peragi rem divinam docent *Sasboldiana* Annotata.

BRAM-

Digitized by Google

BRAMSCHE,

Bramſchæ Parochia, Tut[e]lares, Collator, S. Antonii Capella.

In hoc loco, qui Linganæ Dynaſtiæ membrum eſt & pagus, Parœcialis Eccleſia conſiſtit ſub tutela *SS. Joannis Baptiſtæ* & *Gertrudis*, atque ad paſtorale officium promovetur, quem Toparcha idoneum nominat. Ei ſubeſt Capella S. *Antonii* cum ſuo Cœmeterio.

PLANTLUNNE,

Plantlunnæ Tutelares, Collator, S. Joan. Bapt. et ſ[u]odita Capella.

Rei ſacræ Archiſtrategus in hoc Linganæ ditionis pago ſub patrocinio Toparchæ eſt S. *Vitus*. Matricem Eccleſiam veneratur Capella S. *Joannis Baptiſtæ* in Spell.

BACCUM,

Baccumi etymon, Parœcia, Tutelaris, Collator.

Curiale Templum hujus pagi, qui ſubeſt imperio Lingani Toparchæ, D. *Antonio* dedicatum ab eodem Rectorem adipiſcitur. A Baccho, cui olim hic facta Sacra, nonnemo loci nomenclaturam derivat.

THUYNEN,

Thuynæ Dynaſtæ, Parœcia, Tutelaris, Collatores.

In hoc pago, cujus imperium poſſidet Dynaſta Lingenſis, Parœcialis Eccleſia D. *Georgio* ſacra feudalis eſt & dependens ab Illuſtriſſimo Principe Monaſterienſi, in quam feudalem Eccleſiam Jus Patronatus habent prænobiles *Domini in Hang & Groemſmollen*: intra ſitum hujus Parœciæ numerantur Capellæ II.

Capellæ duæ; I. in *Meſſingen*.

Prima in *Meſſingen*, cum ſuo Cœmeterio S. *Antonio* nuncupata.

II. in *Suttruppe*;

Secunda in *Suttruppe* ipſa matrice opulentior, ſed primis Reformationis procellis disjecta: Literas fundationis appendo, ſed ob fugitivos characteres cum hiatu & lacuna:

Fundationis hujus tabulæ vernaculæ.

Ick *Bernt de Happer* en gezworen Richter unde Wogreve to Vrideren mines genedigen, mechtigen Junckeren *Claes* Greven to Tekenenborchen, kenne unde betuge in deſſen openen beſegelten breve, dat vor my gekommen zyent in ein recht geheget gerichte dar ick ſtede unde ſtoel mit rechte unde to rechte tijden beſat mit mijnen kornoeten hir na beſcreven, Her *Johan Beke* Kerckher to *Tune* unde *Gert Zwartewolt* Patrone der ſelvigen Kercken, unde entkanden aldar mit guden willen, dat ſe dat hadden toggelaten unde mit eren guden willen unde vulbort ſcheen moche, dat de Beur von *Zuttorpe* unde von *Loe* Kersſpellade der vorbenomeden Kerken mochten bouwen unde zetten eine nye Capellen uppe den olden *Zuttorpe* Kerkhove, mit ſodane heiderſchede unde rechticheit zo hir na beſcreven ſteir. Ind erſte dat de vorbenenden Beur ure rechten moder Kerken to *Tune* nergene medde verkorten zolen, vort mer zo zollenze *zunte Jurgens* gilde vort an medde bezorgen, helpen unde waren wan in dat gebort na den ommegange alzoze duſlange gedan hebben, undt van erer egenen gelde zoltze beholplich weſen tot timmerenge unde in noden na vermoggen unde redelickheit wan de Moder Kerkedes noet unde van doen hefft. Ock ſal oir rechte Kerkher der moder Kerken dar unvorbunden to weſen Miſſe to don inder vorbenomeden Capellen... Ende ze en zollen dar ock nynen ander Preſter to krigen buiten ires Kerckhern orleve unde guden willen. Ock en zoltze dar gene graven hebben orer doden buiten orloven orers Kerkhern, unde en zoldt dar ock nene doepe hebben. Weer ock zake datmen kare einen raetman uth deſſen vorb. burſcappen *Zuttorpe* unde *Low* to behof der vorſ. moder Kerken alze ze duſlange gedan hebben, unde en verbliven nicht onder Capellen, unde wantmen wat timmert unde Klenodye tuget to der moder Kerken dar zoltze willich to weſen gelyk den anderen kerſpelladen mit gave unde holpe, unt alle dat Lant unde rente, dat nu tot tyt de moder Kerke heft, unde ok de Wedemhove, ofte immor brigen moggen, dat zolze dar to laten unbekort, verbeteren unt nich verargeren. Alle dieſe articule unde punte de dieſe fundacie der vorſ. Capellen inhalt . . . unde ein ilike beſunderen de laveden *Brant Goſekamp*, ..*rliff to Willerick*, *Gert Bricken* to holen ſunder argeliſt. Dar an unt over wehren vor koirnoten *Swerderman*, *Gert Langenhorſt*, *Ulen Gert* unde *Fuiſtes Hermen* Procuratores unt vorſtenders der ſolvigen bouwinge diſer vorſ. Capellen: vort an de geminen beur der vorſ. Burſcepen *Suttrupe* unt *Loe* vor en unde eren nakommelingen ſtede faſt unt unvorbroke to holden ſunder argeliſt. Dar an unt aver wehren vor kornoten des gerichts *Lambert Buddo* de olde unde *Johan* . . . unde vor tugetlude Her *Johan* Kerkher to Frederen, Her *Bernbert* Vicarius to Lingen, Her *Hermen Volcker* Vicarius to Lengerek, *Fobbeken*, *Tydeken* unt ander gude lude mehr, de dat richte medde beſtonden unt behorden: unt deſſen to meren tuge der werheit hebbe ik *Bernt* Richter vorg: min zegel umme beneden an duſſen bref gehengen mit zegelen Her *Johans* vorſ. unt *Gerets Swartewoldes* knapen vorb. Unt dat wi Her *Johan* Kerkher to Tune unde *Gert Swartewolt* Patrone der ſolven Kerkken vorb. timmeringe der ſolvegen vorſ. Capellen to gelaten hebbet, ſo hebbe wi ok umme veſtinge dere werheit willen unſe zegel negſt des Richters zegel vorſ. beneden an duſſen bref gehengen.

Datum Anno Domini 1456.
ipſo die Martini Epiſcopi.

FREREN,

Pagus Dominio Lingenſi ſubditus, cujus Eccleſia ſub patronatu Lingenſis Toparchæ titulum habet SS. *Andreæ* & *Viti*.

Freræ Parochia, Tutelares, Collator, S. Margarethæ Capella.

Hujus Parœciæ limites occupat Capella S. *Margarethæ* in *Sedtlage*.

BEESTEN,

In hoc pago, qui Lingenſis Dynaſtæ juriſdictioni ſubjacet, Eccleſia Parœcialis vocabulo S. *Servatii* eſt inſignita.

Beeſtæ Parœcia, Tutelaris, &c.

SCHA-

Digitized by Google

SCHAPEN,

Schapæ Parochia, Tutelaris, Vicaria. Collator, Weerth. Abbas;

Linganæ ditioni annexus pagus, in cujus Parœciali Eccleſia S. *Ludgero* conſecrata effloruit S. *Crucis Vicaria*: utriuſque autem patronatu gaudet Abbas Weerthinenſis.

[Ex Archivo *Sasboldiano* ſuggero *Conradi* Abbatis Weerth. litteras, Anno 1609. Illuſtriſſimo *Sasboldo* datas, quibus *Franc. Isverdinck* Presbyt. ad hanc Curam præſentat, ab eo inſtituendum.

Litteræ præſentationis Sasboldo Vosmero Arch.

Reverendiſſimo, atque Illuſtriſſimo *Sasboldo*, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Archiepiſcopo Philippenſi, Sanctiſſimi Domini noſtri *Pauli* V. Divina providentia Papæ per Hollandiam, ejuſdemque unitatem, & ab iiſdem nuper reductas Provincias Vicario generali, Apoſtolico Domino noſtra debita obſervantia colendo, ſalutem in Domino, & proſperam ſempiternam felicitatem. Quandoquidem Eccleſia noſtra Parochialis ſancti *Ludgeri in Schapen*, per obitum ultimi ejuſdem proviſi, & poſſeſſoris *Gerhardi Riſauwe* de præſenti vacat, ejuſque collationem, proviſionem, ſeu quamlibet aliam diſpoſitionem, ad nos noſtramque Abbatiam, vigore Imperialium, nec non Apoſtolicorum Privilegiorum noſtrorum pleno jure Patronatus, jus verò inveſtiendi ad Reverendiſſimam veſtram dignitatem ſpectare, & pertinere eſt evidentiſſimum, ac proinde eandem Eccleſiam noſtram, docto ac virtutum meritis nobis multis modis commendato *Franciſco Iſverdinck* Presbytero tanquam habili & idoneo, cum conſenſu ſui Superioris gratioſè ac legitimè contulimus. Quo itaque omnia deinceps ſecundùm ritum Patriæ legitimè peragantur, huic Reverendiſſimæ Celſitudini veſtræ eundem Dominum *Franciſcum* pro obtinenda inveſtitura præſentandum duximus, prout vigore præſentium litterarum, ea qua par humilitate, præſentamus; Eandem rogantes, ut ut prætactum ſic à nobis legitimè proviſum, & præſentatum, conſuetis ſolennitatibus non omiſſis, inveſtire, deſuperque neceſſaria documenta in debita forma communicare non dedignetur. Qua in re Reverendiſſima Celſitudo veſtra Deo comprimis, tum etiam nobis rem gratiſſimam præſtiterit, quod quibus poſſumus officiis viciſſim demereri conabimur. In quorum fidem, & teſtimonium Sigillum noſtrum Abbatiale majus præſentibus hiſce litteris imprimi curavimus, & propria manu eaſdem ſubſcripſimus. Quæ datæ ſunt Werthinæ, Anno à Chriſto nato 1609. 6. die menſis Martii.

CONRADUS WERTHINENSIS,
ac Helmonſtadenſis Abbas.

Collationis Tabulæ.

IN *nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen.* Nos *Conradus*, Dei gratiâ Imperialium, & exemptarum Abbatiarum St. *Ludgeri* Werthinenſis, & Helmonſtadenſis Abbas, dilecto nobis in Chriſto D. *Franciſco Isverdinc* Presbytero ſalutem in Domino ſempiternam. Quandoquidem Eccleſia Parochialis noſtra ſancti *Ludgeri in Schapen* per obitum ultimi illius poſſeſſoris *Gerardi Riſauwe* de præſenti vacat; cujus quidem collationem, proviſionem, ſeu quamlibet aliam diſpoſitionem ad nos noſtramque Abbatiam vigore Imperialium nec non Apoſtolicorum privilegiorum noſtrorum pleno jure Patronatus ſpectare, & pertinere eſt evidentiſſimum; Tibi tanquam habili, & idoneo, & qui nobis pietate, eruditione, & virtutum meritis multis modis es commendatus omnibus melioribus modis, via jure & forma, quibus id melius, validius, & efficacius facere poſſumus & debemus, purè, liberè & ſimpliciter gratioſè conferimus, & tibi de eadem plenariè providemus per præſentes cum omnibus & ſingulis juribus, pertinentiis, fructibus, redditibus, aliiſque obventionibus, emolumentis & emergentiis univerſis. Quapropter omnes & ſingulos Magiſtratus, Presbyteros, Clericos, Tabelliones & Notarios publicos, ac alios quoſcunque, ad quos hoc ſpectat & pertinet, in Domino hortamur, & reſpectivè requirimus, quatenus te in & ad corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem ejuſdem Eccleſiæ, juriumque, & pertinentiarum ac omnium obventionum ponant, conſtituant & inducant, inductumque defendant, quemadmodum & nos tenore præſentium noſtrarum litterarum te in poſſeſſionem eorundem ponimus, & conſtituimus, nec non tibi de obventionibus & juribus prædictis, temporibus & locis conſuetis, reſponderi mandamus; Ea tamen lege quod nobis & Superioribus tuis obedientia & fidelitate ſemper devinctus, & obligatus manebis, quodque ſupradictæ Eccleſiæ laudabiliter & Catholicè præeris, & deſervies, nec non fructus, jura, & obventiones ejuſdem conſervabis, deperditaque pro poſſe recuperabis, neque eandem niſi ad noſtras manus illo modo reſignabis vel alio quovis modo dimittes. In quorum omnium fidem, robur ac teſtimonium præſentes noſtras litteras exinde fieri & Sigilli noſtri majoris Abbatialis juſſimus & fecimus appenſione communiri, nec non manus noſtræ ſubſcriptione corroboravimus. Acta ſunt hæc Werthinæ in aula noſtra Abbatiali Anno Incarnationis Chriſti 1609. die verò 6. menſis Martii.

Subſcriptum erat

CONRADUS WERTHINÆ,
ac Helmonſtadii Abbas.

Paſtores circa Ann. 1609.
D. GERHARDUS RISAUWE. Paſtores.
FRANCISCUS ISVERDINCK, ejus ſucceſſor]

Fuit hîc (quæ eſt nota *Sasboldi*) peregrinatio S. *Crucis* ſolennis valdè. Peregrinatio ſolennis.

IPPENBUREN,

Olim cum tribus ſubſequentibus Tecklenburgenſis Comitatus pagus juxtà epitheta *Sasboldi*, *copioſus & celeberrimus*; at ab eo avulſus Anno 1549. & Lingenſi territorio annexus: in quo Xenodochium pro indigorum fomento & ſolatio: atque Eccleſia SS. *Mauritio & Catharinæ* inſcripta, cum SS. *Michaelis & Bonifacii Vicaria*: confertur autem Paſtorale munus per Abbatiſſam Hervordienſem, de quo Collegio Annalium Circuli Weſtphalici L. 2. hæc habet *Stangefolius*: *Anno Chriſti* 790. *Indict.* 13 *hoc anno Waltgerus Comes in Hervorde Widekindi M. Ducis Saxoniæ a conſiliis intimus, ut Chron. Kleinſorgii fol.* 40. *ex Henrico de Hervordia ſcribit, Monaſterium ſive Collegium generoſarum & nobilium Virginum in Hervorde, cùm prolem non haberet, conſtruxit liberaliſſimeque dotavit: quin & Reliquias S. Oſwaldi Anglorum quondam Regis ex Anglia ſecum illinc aſporta-*

Ippenburæ, ſitus, Xenodochium. Parochia, Tutelares, Vicaria, Collatio,

Digitized by Google

portavit, *plurimaque privilegia tam à Carolo M. quàm ab ejus filio Ludovico Pio Imperatoribus huic ſuo exſtructo novello Monaſterio impetravit: ac tandem cum præfatus Waltgerus Comes Anno* 825. *moreretur*, *ibidem honorifice in Templo à ſe exſtructo ſepultus eſt: quod templum deinceps ſucceſſu temporis ab Hervordienſi Abbatiſſa Swenehilde magnifice emendatum, perque Imadum XI. Paderbornenſem Epiſcopum conſecratum fuit. Anno* 1558. *Anna Comitiſſa in Limburgh Abbatiſſa Hervordienſis vendidit Illuſtriſſimo Duci Wilhelmo Juliacenſi &c. Civitatem Hervordienſem*, *quæ modo eſt Metropolis Ravensburgici Comitatus.*

Sed ad Linganum Imperium, à quo abberravimus, regrediamur.

RECKE,

Reckæ, Tutelaris S. Dionyſius, cujus Collatio ambigua.

Ad paſtorale munus in hoc loco, cujus Eccleſia D. *Dionyſio* aſſcripta eſt, jus nominandi (ex notis *Sasboldi*) habet Archimandrita Weerthienſis, quod tamen aliis dubium eſt.

BROCHTERBEEK,

Brochterbeeckanæ Eccleſiæ, Conditor, Tutelaris, Dynaſtæ, Collatores.

Eccleſia in hoc pago religioſâ Comitum Tecklenburgenſium munificentiâ aſſurrexit, cujus Patronatus unà cum loco ad Lingenſes Regulos tranſmeavit: ea præſidem ſibi delegit S. *Petrum*, Apoſtolici Collegii Principem.

METTINGEN,

Mettingæ, Dominus, Eccleſiæ D. Agatha Collator.

Juriſdictionem in hunc pagum modo obtinet Toparcha Linganus, D. *Agathæ* Fani Parochialis patrocinium ſibi vindicat, & quia ultima hæc Diœceſeos noſtræ Parœcia, hîc etiam calamum ponimus.

Epilogus.

Quod ſi hoſce noſtros labores probari viderimus, illicium erit, ut ad ſororias Diœceſes pari luce illuſtrandas ſtudium & ſtylum deinceps transferamus: vel ſi huic argumento induſtriam ſuam conſecrare allubeat aliis, in eorum conatibus è noſtro Chartophylacio promovendis minimè difficiles erimus, quo *Trajectinam Metropolim* (quam noſtra & aliorum vota deſiderant) pia noſtratium curioſitas valeat perluſtrare, atque in ea videant exteri Unitum noſtrum Belgium, quemadmodum nunc rerum omnium affluentia nulli Provinciæ cedit, ſic nec olim ceſſiſſe in divini cultus augmento & religioſo ornatus ſplendore.

INDEX RERUM

Episcopatus Daventriensis.

A.

AEgidius de Monte, qualem præfecturam habuit, 19.
—— qualis ſedis adminiſtrandæ ratio ei præſcripta, *ibid.*
—— Eccleſiaſticum tribunal ab eo erectum, 21.
—— ubi moritur, *ibid.*
—— ejus laus, *ibid.*
—— præcedentis ex fratre patruelis, Vicarius Generalis Daventrienſe ſede vacante creatur, 22.
—— brevi eo munere exuitur, *ibid.*
Aelten, ſub Brefurtenſi Dynaſtia pagus Zutph. 194.
— ibi Monaſterium B. Mar. Virg. in Nazareth, *ib.*
Albertus Pighius, Campenſis, ibi olim Paſtor, vir multæ ac variæ lectionis, 115.
—— a Paulo III. Pontif. Maximo cur 2000. Ducatorum donatus, *ibid.*
—— ubi obiit, *ibid.*
—— epitaphium ejus, *ibid.*
Albertus a Thill, honoratus dignitate Vicarii Gen. Epiſcopatûs Daventrienſis, 23.
Alexander Hegius, Scholæ Daventrienſis primus Rector, 58.
—— *Ro. Agric.* exemplo Græcas in Belgio litteras excitavit, *ibid.*
Aimeloa, Tubantiæ municipium & Dynaſtia: unica ex Tranſiſulaniæ agro capitalem juriſdictionem habet, 156.
—— ejus ſitus, 157.
—— Eccleſia, tutelarem habens S. Gregorium, ſub quo patronatu conſiſtit, *ibid.*
—— Vicariæ quæ in ea, *ibid.*
—— Cœnobium quale virginum habuit, *ibid.*
Almen, pagus Zutphanienſis Comitatus, 100.
—— quis Jus habet ad Paſtorale munus denominandi, *ibid.*
Andreas de Elborgh, quale Monaſterium erexit, 45.
Angerlo, Zutphanienſis pagus, Druſiburgenſi Judicaturæ ſubditus, 176.
—— ejus curiale Templum quem Tutelarem habet, *ibid.*
Appeldoorn, occupat Velaviæ umbilicum, 167.
—— Eccleſiæ patronus quis, *ibid.*
—— Vicariæ in ea quæ, *ibid.*
Archiepiſcopatus quot in Belgio, 9.
Arnoldus ab Haerſolte, Swollanus, J.C. doctus, quem librum edidit, 144.
Arnoldus de Dorſten, vir litteratus & religioſus, Rector Monaſterii Zibekeloenſis, 152.
Averreſt, Drenthiæ finitimus Sallandiæ pagus, 155.
Aureum vellus quis inſtituit, 9.

B.

BAccum, curiale Templum hujus pagi cui ſubeſt, 199.
— unde nomen habet, *ibid.*
Baldericus de Clivis, Epiſcopus Ultrajectinus, quale Collegium Oldenzaliæ fundavit, 64.
—— quot annis Sedi Ultrajectinæ præfuit, 65.
Bartholomæus Eck de Heuſden, vir laude cur dignus, 48.
Bathmen, Sallandiæ pagus, 61.
—— ejus Eccleſia ſub cujus tutela, *ibid.*
—— Vicariæ quot, *ibid.*
Bawinckel, pagus Toparchæ Lingenſis, 198.
— Eccleſia cui dedicata, *ibid.*
Beeck, pagus, cujus peculium, 100.
Beeckbergen, Velaviæ pagus, a multiplice rivorum ſcaturigine ita dictus, 167.
—— Eccleſia cui dedicata, *ibid.*
—— Vicariæ in ea quæ, *ibid.*
Beeſten, pagus Lingenſi Dynaſtæ ſubjectus, 199.
— Eccleſia cui ſacra, *ibid.*
Belgium, a quibus luce Euangelica colluſtratum, 17.
Bernardus Herinck, cur munus Eccleſiaſticum deponit, 21.
Blankenham, ſub Vollenhoviana Satrapia Tranſiſulaniæ pagus, 104.
—— Eccleſiam quæ condiderunt, *ibid.*
—— S. Nicolao ea inſcripta, *ibid.*
Blockzyl, fortalitum, cur extructum, 105.
—— Monaſteria ibi duo; unum *Klarenburch*, alterum Campus S. *Joannis* appellatum, *ibid.*
Bonaventura ter Hoente, Oldenzalienſis, Almeloenſium in Tubantia Monialium tertiæ Regulæ D. *Franciſci* Rector, 158.
—— vir ferventis zeli, *ibid.*
—— ubi & qui obiit, *ibid.*
Borne, Tubantici territorii pagus, 69.
—— Eccleſiæ quis Patronus, *ibid.*
—— Vicaria B. M. V. quando & a quibus fundata ac dotata, *ibid.*
Bramſche, pagus Linganæ Dynaſtiæ, 199.
— ejus Parœcialis Eccleſia quibus inſcripta, *ibid.*
Brefurtum, urbs loci ſitu, & propugnaculis firma, 194.
— Zutphan. Comitatus Dynaſtia & Satrapia, *ibid.*
Brigittarum origo, ordo, diſciplina, &c. 114.
Brochterbeek, Eccleſia per quos aſſurrexit, 201.
—— præſidem quem elegit, *ibid.*
Bronchorſtum, quale oppidulum, & ubi ſitum, 101.
Brummen, Velaviæ pagus, 177.
—— ejus Eccleſia quem titulum habet, *ibid.*
—— ſub cujus Patronatu eſt, *ibid.*
S. *Bruno* ubi natus, efficta circa ejus in eremum ſeceſſum fabula, 113.
Burgum, Baroniæ Wyſſenſis Metropolis, 188.
—— Parœcialis Eccleſia cui ſacra, *ibid.*
Burſa Peruſina Daventriæ a quo fundata, 60.
—— Cuſana, cur ita nominata, *ibid.*
—— erat Collegium pro xx. ſtudioſis Daventriæ, *ibid.*

C.

CAlendarum Fraternitas Oldenzaliæ, quando inſtituta, 66.
Camperveen, Tranſiſulaniæ pagus Iſelmuidano Satrapæ ſubditus, 117.
—— & per quos primitus excultus, *ibid.*
—— ejus Parœcialis Eccleſia S. *Nicolai* titulo donata, quem patronatum poſſidet, *ibid.*
Campi, altera Tranſiſulaniæ ditionis Metropolis, 109.
—— eorum ſitus, *ibid.*
—— pontem habet Iſalæ ſubſtratum, *ibid.*
—— privilegiis quibus gaudet, *ibid.*
—— eorum natales, *ibid.*
—— Eccleſiæ duæ, *ibid.* 112.
—— Cœnobia tria ibi fuere, *ibid.* 113.
—— Aſceteria quot Feminarum, 114.
Canonicorum Collegium Daventriæ, 27.
Capitulum Provinciæ novi operis a quo approbatum, 126.
—— auſpicium & florem Windeſimenſibus defert, *ibid.*
—— Præpoſituræ, membra hujus corporis, quæ, *ibid.*

Chri-

Digitized by Google

Chriſtiani primi cur prope Eccleſiam ſedes eligerent, 32.
Ciſtercienſium Monialium Cœnobium Covordiam inter & Schoenebeeckam, in Aſſen tranſlatum, 110.
—— Virginum Cœnobium haud procul ab urbe Daventria, 53.
—— per quam dotatum, *ibid.*
—— ejus bonis & reditibus adhuc novem prænobiles virgines reformatæ fruuntur, *ibid.*
—— ejus Rectrices, 54.
Cœnobium Sororum tertiæ Regulæ S. *Franciſci* Daventriæ, 54.
—— Regulæ eis præſcriptæ, *ibid.*
—— itidem XII. S. *Franciſci* ibi Cœnobium, 55.
—— S. S. Joannis Euangeliſtæ, & Cæciliæ Monaſterium Virginum, *ibid.*
—— ejus Rectrices, *ibid.*
—— earum induſtria & pietas, *ibid.*
—— S. Cæciliæ Virginum Monaſterium, 56.
—— quare *Lammenklooſter* vocatum, *ibid.*
—— ejus Rectrices, *ibid.*
—— S. Urſulæ ex Kerſtkens & Brandes *Klooſter* enatum, *ibid.*
—— ejus Rectrices, *ibid.*
—— S. Agnetis, vulgò *Buyskens Klooſter*, *ibid.*
—— ejus Rectrices, 57.
—— Canoniſſarum Regularium Cœnobium horæ ſpatio a civitate, *ibid.*
—— quis ejus initiator, *ibid.*
—— ejus propago, Rectores, & Rectrices, 57. 58.
Coerwyck, pagus Velaviæ modicus, 167.
—— ejus, ſitus, *ibid.*

D.

D*Alfſen*, Tranſiſulaniæ pagus, Sallandicæ Satrapiæ membrum, 154.
—— ejus Eccleſia, D. Cyriaco ſacra a Tranſiſulanorum Principe Rectorem accipit, *ibid.*
—— in ea quæ Vicariæ, *ibid.*
Daventria, Tranſiſulaniæ Metropolis, 24.
—— aliquandò poſt Antwerpiam totius Belgii celeberrimum emporium, *ibid.*
—— monetam habet, & liberis Romani Imperii civitatibus annumeratur, *ibid.*
—— ejus fata, *ibid.*
—— quot Aſceteria maſculina habuit, 40. *& ſeq.*
—— quot Aſceteria feminina, 53. *& ſeq.*
Daventrienſis Civitatis initia undè, 32.
—— Decani, 29.
—— Diœceſis ſubeſt ut ſuo Metropolitano, Archiepiſcopo Trajectino, 19.
—— & inter quas Sororias ſedes ſecundum obtinet locum, *ibid.*
—— Epiſcopatus quandò initium habuit, 9.
—— a quo inſtitutus, *ibid.*
—— Epiſcopatus quid complectitur, 17.
—— Præpoſiti, 28.
—— Schola olim illuſtris, 58.
Decanatus Campenſis, 109.
—— Daventrienſis, 24.
—— Dotecomienſis, 184.
—— Druſiburgenſis, 167.
—— Grollenſis, 191.
—— Hardervicenſis, 163.
—— Hattemenſis, 178.
—— Lingenſis, 197.
—— Oldenſalienſis, 64.
—— Otmarſenſis, 155.
—— Steenwyckanus, 102.
—— Swollanus, 118.
—— Zutphanienſis, 70.
Delden, ſub Tubantia Præfectura oppidum Tranſiſulaniæ, 67.

—— ejus Parœcialis Eccleſia qualem titulum habet, *ibid.*
—— ejus Vicariæ & Paſtores, 67.
Denicham, ſub imperio Tubantinæ Satrapiæ pagus Tranſiſulanus, 162.
—— Eccleſiæ ejus patronatu quis potitur, *ibid.*
—— in ea quæ Vicariæ, *ibid.*
Diem, Montenſis territorii pagus, 190.
Diepenhemium a quo emptum, 69.
—— ejus Eccleſia cui ſacra, *ibid.*
Dieren, Velaviæ pagus, 176.
—— in quo, juxta Slichtenhorſtium, enata Commenda Equitum Teut. cujus annuus proventus 5000. flor. *ibid.*
Dinxperloo, Zutph. Comitatus, & Brefurtanæ Satrapiæ pagus, 195.
Donationes Epiſcoporum Trajectinorum Eccleſiæ Lebuinianæ, 30. *& ſeq.*
Doornſpyck, Velaviæ pagus, 166.
—— ejus Eccleſia Parochialis Anno 1575. 500. circiter excipiebat ad menſam dominicam convivas, *ibid.*
Dotecomium urbs Geldriæ, 184.
—— ubi ſitum, *ibid.*
—— ejus Eccleſia cui ſacra, *ibid.*
—— Monaſteria quot habuit, *ibid.*
Drempt, ſub Druſiburgenſi judicatura pagus Zutphanienſis, 176.
—— ejus Parœcialis Eccleſia cui inſcripta, *ibid.*
Druſiburgum, a quo & quandò extructum, 167.
—— Comitatus Zutphanienſis oppidum, *ibid.*
—— Eccleſia cui inſcripta, *ibid.*
—— ea bis incendio conſumta, 168.
—— Vicariæ quæ in ea, *ibid.*
—— Cœnobia duo habet maſculina, *ibid.*
—— unum Equitum Teutonicorum, cujus initia, confirmationem & juramentum vid. 168. *& ſeq.*
—— alterum Fratrum in communi viventium, 171.
—— ejus conditor, initia, & Rectores primi, *ibid.*
—— hoſpitia feminina tria habet, 175.

E.

E*Ccleſiæ* ſecunda Daventrienſis cui inſcripta, 35.
— ejus Collatores, *ibid.*
— Vicariæ & officia, 36.
— tertia Daventrienſis cui ſacra, 37.
— quandò natales habuit, *ibid.*
— ejus adminiſter olim Norbertinus, *ibid.*
— ejus Vicariæ, 38.
Eemſee, ſub Territorio Sallandico pagus Tranſiſulanus, 154.
Eepe, Velavici Territorii haud ignobilis pagus, 183.
— Eccleſia quem veneratur, *ibid.*
Elburgum, ſub Velavica Tetrarchia ſinui maris auſtralis aſſitum, Geldriæ oppidum, 165.
— unde ita dictum, *ibid.*
— Eccleſia ejus Parœcialis quibus conſecrata, *ibid.*
— Patronatu quis potitur, *ibid.*
— Vicariæ in ea quæ, *ibid.*
— Cœnobium ibi unicum Virginum, 166.
Ellekom, Velaviæ pagus, 176.
— Eccleſia ſub cujus Tutela & Patronatu conſiſtit, 176.
Eltenſis Abbatia in cujus honorem extructa, 190.
— quæ feminæ in eam recipiebantur, *ibid.*
Elſpeet, pagus Velaviæ, unicum S. Catharinæ Officium, & unicam S. Antonii Vicariam poſſidet, 166.

Digitized by Google

Emblicamp, Benthemienſis Territorii membrum ac pagus, 162.
Emeloort, vicinum Ens, 117.
Euſchede, in ultimis Tranſiſulaniæ finibus oppidulum Tubantiæ, 68.
— quare ita vocatur, *ibid.*
— ejus Parœcialis Eccleſia a quo Rectorem acceperit, *ibid.*
— Epiſcopus Eccleſiæ ei fuit Patronus, *ibid.*
Ens, extra continentem in auſtrali ſinu ſitum habens, 117.
— ſubeſt ditioni Satrapæ Iſelmudiani, *ibid.*
Ermel, curiale Templum hujus pagi Velaviæ membri conſiſtit ſub patronatu Archimandritæ S. Pauli Traj. 166.
Etten, pagus Zutphan. Comitis Montenſis juriſdictionem agnoſcens, 189.
— Parœcialis Eccleſia quem titulum habet, *ibid.*
Everardus ab Eza, intimus amicus Gerardi Magni, vir admodum devotus, 157.
Everardus Balck, Daventrienſis, in quibus Academiis Profeſſor, 60.
Everardus Bronckhorſtius, Daventrienſis, Profeſſor Lugduni Batavorum, *ibid.*
Everardus de Zutphania, Monaſterii Zibekeloenſis Prior, 153.

F.

F*Aleſuſteren* cur ita vocatæ, 54.
Florentius Radewyk, Leerdamenſis, vir ſanctimoniâ vitæ celebris, 42.
Franciſcus Sonnius, Theologus, quid Romæ procuravit, 9.
Franciſcus Sonsbeeck, Swollanus, J. C. celebris quem commentarium ſcripſit, 144.
Franciſcus ter Hoerne, Paſtor Oldenſ. &c. ac Rector Monialium in Almeloo, &c. 158.
Franciſcus Zwollis, vir prudens, & pius, quot annos Cœnobio Zibekeloenſi præfuit, 153.
Fratrum, ſeu Clericorum in communi viventium Monaſterium Daventrienſe, quomodo per Belgium propagatum, 43. & ſeq.
Freren, pagus Dominii Lingenſis, 199.
— ejus Eccleſia ſub quorum Patronatu, *ibid.*
Friſenveen, ſub Almeloana Dynaſtia pagus Tranſiſulanæ, 162.
— Eccleſia cui ſacra, *ibid.*
— Vicarias quas habet, *ibid.*

G.

G*Arderen*, Velavicus pagus, 166.
— rei ſacræ Archiſtrategus quis, *ibid.*
Genderingen, pagus ſubditus imperio Comitis Bergenſis, 189.
— jus habuit cudendæ monetæ, *ibid.*
— templum cui dicatum, *ibid.*
Genemuiden, Tranſiſulaniæ oppidulum, 116.
— ejus Eccleſia a Joanne Naſſovio, Epiſc. Trajectenſi in cujus honorem conſecrata, *ibid.*
— ibi Cœnobium olim Virginum, 117.
Gerardus Brunius, Daventrienſis, magni judicii vir, 61.
— qualem librum edidit, *ibid.*
Gerardus Eilaers quæ dira paſſus, 158.
Gerardus Leidis, Cœnobii Zibekeloenſis Rector, 152.
Gerardus Magnus, venerabilis Magiſter, 48.
Gerardus Potcamp, agri Tubantini Presbyter, 158. & 198.
Gerardus Zerbolt, Zutphanienſis, vir diligens & doctus, Bibliothecæ Daventrienſi præficitur, 87.
— quos libros luce donat, *ibid.*
Gerlacus, vir admodum religioſus, Cœnobii Zibekeloenſis Rector, 152.
Gietboorn, Vollenhovianæ Satrapiæ Tranſiſulanus pagus, 104.
— ejus origo, *ibid.*
— Eccleſia Patronum veneratur S. Martinum, *ibid.*
— Vicariæ quæ, *ibid.*
Gilbertus Coeverincx, ad Eccleſiæ Daventrienſis Præſulatum evectus, 22.
— quibus conditionibus id munus accipit, *ibid.*
— ejus acceptio magnum gaudium creavit, 23.
— viri dotes, 24.
Glania, locus Tubantiæ finitimus, in quo *Tertiariæ* Almeloâ pulſæ, conſedêre, 157.
— Aſceterium, ſuga B. M. in *Egyptum* dictum, *ibid.*
— ejus Rectores ac Rectrices, *ibid.*
Godefridus de Rhenen, XXVIII. Trajectenſium Hierarcha, cur haud procul a littore maris auſtralis Arcem condit, 104.
Godefridus Delden, Prior Monaſterii Zibekeloenſis, a quo confirmatus, 153.
Goora, ſub Tubantiæ Præfectura Tranſiſulaniæ oppidulum, 68.
— habet dignitatem & titulum Comitatûs, *ibid.*
— ejus Dynaſtæ, *ibid.*
— Eccleſia cui ſacra, *ibid.*
— Vicariæ quot, *ibid.*
Gorſel, Zutphanium inter & Daventriam ſub præfectura Zutphanienſis Comitatus pagus, 100.
— ejus Parœcialis Eccleſia ſub quo conſiſtit, *ibid.*
Graefsborſt, olim Tranſiſulaniæ municipium, nunc vix pagus, 117.
Gramsbergen, ſub Sallandica Satrapia Tranſiſulaniæ oppidulis annumeratum, hodiè vix pagus, 153.
— in ejus Parœciali Eccleſia tria ſacerdotia inſtituta, *ibid.*
Grolla, Zutphan. Comitatus oppidum, 191.
— ſitum ubi habet, *ibid.*
— ejus Dynaſtæ, *ibid.*
— juriſdictio ejus in ſacris diu litigioſa, *ibid.*
— Monaſteria quot habuit, 192.
Guilielmus Hackuſanus, Daventrienſis, quem librum Scholiis illuſtravit, 61.

H.

H*Aeckxbergen*, Tubantinæ Provinciæ pagus, Satrapiæ dignitate illuſtris, 69.
— Parochialis Eccleſiæ quis patronus, *ibid.*
Hal, Velavicæ Tetrarchiæ membrum, titulo S. Ludgeri decoratur, 177.
Ham, ſub regione Sallandica Tranſiſulaniæ pagus, 154.
— ejus Eccleſia, B. M. V. inſcripta quem agnoſcit Patronatum, *ibid.*
Hardervicum, ſub Velavica Tetrarchia Geldriæ oppidum, ad ſinum lacus Flevi, 163.
— quando arſit illud oppidum graviter, *ibid.*
— Eccleſiam habet D. Martino inſcriptam, *ibid.*
— in ea Vicariæ quæ, *ibid.*
— virorum Cœnobia quæ, *ibid.*
— feminarum quæ, 165.
Hardenberga, ſiniſtro Vidri brachio innexum, Tranſiſulanæ Sallandicæ oppidulum, 145.
— per quem mœnium decore reſtitutum, *ibid.*
— Capella, quæ oppido imminebat, cui adſcribitur, *ibid.*
— intra hanc Parœciam in Zibekelo olim Monaſterium titulo B. M. B. *in Galilea* dictum, *ibid.*

— ejus

Digitized by Google

— ejus Cœnobii initia, progreſſus, *ibid.*
Haſſeltum, Tranſiſulaniæ Provinciæ oppidum exiguum, 144.
— ejus ſitus, *ibid.*
— Eccleſia cui ſacra, & ſub quo patronatus conſiſtit, *ibid.*
— Vicarias quas habet, *ibid.*
— Aſceterium ibi unicum, a quibus poſſeſſum, 145.
Hattemum, ſub Velavica Tetrarchia oppidum Ducatûs Geldriæ, 174.
— Eccleſia urbis quos Tutelares habet, *ibid.*
Heerde, Velavicæ Tetrarchiæ ſubditus Geldriæ pagus, 180.
— Eccleſia cui dedicata, *ibid.*
Hellendoern, ſub Sallandica ditione Tranſiſulaniæ pagus, 154.
— quod ejus priſcum nomen, *ibid.*
— ejus Eccleſia quem veneratur, *ibid.*
— Vicariæ in ea quæ, *ibid.*
Hengel, Zutphanienſis Comitatus membrum, 110.
Hengeloe, pagus Tubantiæ, 69.
— quem collatorem habuit, *ibid.*
Henricus Abuyſius in Conſtantienſi Concilio propugnator adverſus ejus Antagoniſtas, 48.
Henricus de Campo, in Philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore ſecundus, 116.
Henricus Vulpius, Lingenſis, quos libros ſcripſit, 198.
Henricus Wellens cur laudatus.
's Herenberga, oppidum pervertuſtum, loco amœno, 188.
— Eccleſia Parochialis quos patronos habet, *ibid.*
Hermannus Cruſerius, Campenſis, Græcè admodum peritus, vir ſingulari facundiâ præditus, 116.
Hermannus Daventriæ, per quot tempus Monaſterii Zibekeloenſis Prior, 153
Hermannus ter Hoente, in eorum [illegible] Almeloenſium, ac Virginum ejuſdem Aſceterii præfecturam vocatus, 158.
Hermannus Oldenzeel, vir humilis & devotus, Monaſterii Zibekeloenſis Rector, 152.
Hermannus Torrentius, Swollanus, inſignis ea tempeſtate Grammaticus, 144.
Heyne, Sallandicus pagus, 154.
— patronus quis, *ibid.*
S. Hieronymi domus Daventriæ, 58.
— ejus inſtitutores, & dotatores, 59.
Holten, Pagus Sallandicæ Satrapiæ ſubditus, 61.
— cujus Eccleſiæ filia, *ibid.*
— ejus collaturam quis poſſidet, *ibid.*
Hoſpitalarii cur inſtituti, & a quo approbati, 164.
— cur dein Rhodii, nunc Melitenſes appellati, *ibid.*
Hulsbergenſe Cœnobium quale & ubi, 180.
Hummel, Zutphanienſis agrarii Præfecti Juriſdictionem agnoſcens, 101.
— Eccleſiæ Tutelaris S. Wilibrordus, *ibid.*
— Vicariæ quot, *ibid.*

I.

Jacobus de Croy, a quo primus Cameracenſis Dux creatus, 48.
Jacobus de Dordraco, vir dulcis & religioſus, Zibekeloenſis Monaſterii Rector, 152.
Jacobus Daventrienſis, Geographus celebris, 61.
Jacobus Middendorpius, Oldenzalienſis, in variis Academiis Profeſſor publicus, 66.
— dein Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis Presbyter Canonicus, *ibid.*
— quos libros ſcripſit, *ibid.*
Joannes Buninck, Regularis in Bethlehem Zwollis profeſſus, Monaſterii Zibekeloenſis Rector, 148.
Joannes a Daventria, Hæreticorum ſtrenuus impugnator, 61.
— quem librum edidit, *ibid.*
Joannes Campenſis, quot annos Monaſterium Zibekeloenſe rexit, 153.
Joannes Campenſis, Linguæ ſanctæ Lovanii Profeſſor, 116.
— varios libros in lucem edidit, *ibid.*
Joannes de Cley, Monaſterio de Warmonda inchoato primus Prior efficitur, dein Monaſterii Zibekeloenſis Rector, 148.
Joannes de Dieſt, Epiſcopatus Traject. cur Diepenhemium emit, 69.
Joannes de Wael, vir admodùm ſagacis ingenii, 148.
Joannes Dorrius, Daventrienſis, ſcripſit carmine elegiaco Encomium Ducatus Geldrici, 61.
Joannes Leydis, de Ordine Teutonicorum, vir prudens & religioſus, Deo & hominibus dilectus, Cœnobii Zibekeloenſis Rector, 148.
Joannes Mabuſius, interfuit primæ Synodo Provinciali apud Trajectinos celebratæ, 19.
— ejus patria & profeſſio quæ, *ibid.*
— a quibus perſecutiones tulit, *ibid.*
Joannes Ooſtendorpius, Canonicus ad S. Lebuinum Daventriæ, 60.
— vir doctiſſimus, *ibid.*
Joannes Reghelandt, Gerardi Magni diſcipulus, ex caſu cœcus, ad finem vitæ manſit, 105.
— matris ejus pietas in qua reviſa, *ibid.*
Joannes Sinthemius, Deſiderii Eraſmi Præceptor, quem librum edidit, 61.
Joannes Synthemius, Auctor Grammaticorum Commentariorum in Doctrinale Alexandri, 58.
Ippenburen, olim Tecklenburgenſis Comitatus pagus, 200.
— nunc Lingenſi territorio annexus, *ibid.*
Iſſelham, ſub Vollenhoviana Satrapia Tranſiſulaniæ pagus, 108.
— ejus Eccleſia cui conſecrata, *ibid.*
Iſſelmuiden, Tranſiſulanæ Provinciæ pagus, & Satrapiæ dignitate illuſtris, 116.
— Eccleſiæ ejus tutelares qui, *ibid.*
— in ea Vicariæ quæ, *ibid.*

K.

Keppel novum, ſiniſtro Iſalæ lateri incubat, 102.
— cur *Borch-Keppel* vocatur, *ibid.*
— Eccleſia titulum habet S. Laurentii, *ibid.*
Keppel vetus, ſive villa Keppel, ſub Druſiburgenſi judicatura Zutphanienſis pagus, 102.
— Eccleſia quorum honoribus dedicata, *ibid.*
— ejus Dynaſta, *ibid.*
Kuyndert, oppidulum Vollenhoæ Præfecturæ, 104.
— ab antiquo Comitatus fuit, *ibid.*
— Eccleſia titulum habet S. Nicolai, & Tranſiſulaniæ Dominus patronus, *ibid.*
— Vicariæ quæ, *ibid.*

L.

Laerwolt, citerioris Benthemi pagus ab Ultraj. Præſide in feudum habitus a Comite Benthemienſi, 162.
Lambertus Campis, Monaſterii Zibekeloenſis Monachus, Prior ejus electus, 153.
Lambertus Ludolphus, Pythopæus Daventrienſis, quid edidit, 61.

Digitized by Google

Laethem, ſub Baronia Baerenſi Zutphanienſis pagus, 176.
—— Parochialis Eccleſiæ jus Patronatus cui annexum, *ibid.*
Laurentius Juſtinianus, a Clemente VII. Sanctorum catalogo adſcriptus, 51.
S. *Lebuini* Eccleſia Daventriæ, inſcripta Virgini Mariæ, & a fundatore denominata, 25.
—— quot clades habuit, 25 26.
—— quas ſacras Reliquias cuſtodit, *ibid.*
Lebuinus non confundendus cum Livino, 25.
—— quis fuerit & quid egerit, *ibid.*
Lengerick, frequentiſſimus totius territorii Lingenſis pagus, 198.
—— Eccleſia cui inſcripta, *ibid.*
Lichtenfurtum, in ultimis Comitatus Zutphan. limitibus modicum oppidulum, 197.
Linga, olim non niſi caſtrum, nunc oppidum, 197.
—— Dynaſtas quos agnovit, *ibid.*
—— quot in ea Eccleſiæ, & quibus ſacræ, 198.
—— quot Capellæ, & quomodo vocatæ, *ibid.*
Lingenſis Comitatus cur Comiti Tecklenburgio a Carolo V. ademtus, 17.
Livinus quis fuerit, & quid egerit, 25.
Lochemium, ad Berkelam amnem Comitatus Zutphan. munitum aliquando oppidum, 193.
—— Eccleſia ejus D. Gudulæ inſcripta, *ibid.*
—— ibi duo Virginum Conventus, 194.
Loſſer, pagus in agro Tubantino, 69.
—— filialis eſt matricis Oldenſalienſis, *ibid.*
Lubertus Bernerus, Swollenſis, inter luminaria primaria Clericorum Congregationis D. Hieronymi atque Gregorii Daventriæ habitus, 144.
S. *Ludgerus*, ubi Monaſterium Monachus Benedictinis meditabatur, & poſtea extruxit, 100.

M.

M*Aeſtebroeck*, Sallandiæ pagus, [illegible]
—— a quo, & ob quam cauſam, aggeribus cinctus, *ibid.*
Martus Gualterus, Campenſis Scholæ Rector, quem librum cum orbe communicavit, 116.
Markel & *Markeloe*, Tubanticæ ditionis pagus, 69.
—— ſub cujus tutela conſiſtit, *ibid.*
—— Vicariæ quot, *ibid.*
Martinus Herteigs Kempenſis, fundator Collegii Neomagenſis, 48.
Matthias van Rijn, Monialium in Almeloo Pater, &c. 158.
Mettingen Dominus, Eccleſiæ, &c. 201.
Monaſterii, Campus S. Joannis, appellati initia, 105.
—— conditores & primi Rectores, *ibid.*
—— e primariis tertiæ Reg. Capituli Trajectenſis Aſceteriis fuit, 106.
—— Cœnobia ſub hoc Capitulo comprehenſa, *ibid.*
Monaſteria, quæ ad capitulum Windeshemienſe pertinent, 43. & *ſeq.*
Monaſterium Fratrum de Penna ubi ſitum, 48.
—— unde originem ducit, *ibid.*
—— titulo Fontis ſalientis ubi ſitum, 48.
—— a quo inchoatum, *ibid.*
—— Oldenzaliæ quale, 67.

N.

N*Azarethanum* Cœnobium a quo plantatum, 46.
Netterden, ſub ditione Comitis Montenſis pagus Zutphanienſis, 189.
Nicolaus de Cuſa quas habuit dignitates, 60.
—— erigit Daventriæ Collegium pro ſtudioſis, *ibid.*
—— quot nummos huic rei deſtinavit, *ibid.*
Nieubrouk, ſub Velavica Satrapia pagus Geldricus, 62.
—— ejus Eccleſia cui ſacra, *ibid.*
—— Vicariæ quot, *ibid.*
Nunſpeet, Parœcialis Eccleſia, Velavico Territorio ſubdita, unicam habet S. Antonii vicariam, 166.

O.

O*EN*, Velaviæ annumeratus pagus, 183.
—— Eccleſia quem colit, *ibid.*
Oldebroeck, Velaviæ membrum, & pagus minori præfectura illuſtris, 179.
—— ejus collator, *ibid.*
Oldemarkt, Tranſiſulaniæ pagus, ſubditus Vollenhoviano Satrapæ, 103.
—— Eccleſiæ tutelaris S. Nicolaus, *ibid.*
—— in ea quæ Vicariæ, *ibid.*
Oldenſalia, veterum Saliorum ſedes & Tubantiæ Metropolis, 64.
—— qui Comites eam tenuêre, *ibid.*
—— a quo mœniis cincta, *ibid.*
—— fuit munitiſſimum olim oppidum, *ibid.*
—— quos Dynaſtas agnovit, *ibid.*
—— unicam Eccleſiam Parochialem, D. Silveſtro, poſt à S. Plechelmo ſacram, habuit, *ibid.*
—— ejus Vicariæ & Præbendæ, 63.
—— Paſtores, 64.
—— Eccleſiæ Præpoſiti & Decani, 67.
Olſt, Sallandinæ ditionis membrum, 61.
—— Eccleſia cui ſacra, *ibid.*
—— Capellæ quot, *ibid.*
Omma, ſub Sallandica Præfectura Tranſiſulaniæ oppidum, 145.
—— ejus ſitus & jura, *ibid.*
—— Eccleſia cui ſacra, *ibid.*
—— Vicariæ quæ, *ibid.*
Ooſterwolde, pagus Velaviæ, 179.
—— rei ſacræ ibidem quis Archiſtrategus, *ibid.*
Ortwinus Gratius, quare Daventrienſis vocatus, 61.
—— ubi bonas litteras docuit, & quos libros edidit, *ibid.*
Otmarſum, Tubantiæ oppidum valde antiquum, 155.
—— unde ejus origo, *ibid.*
—— Eccleſia quibus Apoſtolis inſcripta, ſub quo patronatu conſiſtit, *ibid.*
—— Vicarias quot habet, *ibid.*
—— Aſceteria quot habuit, 156.

P.

P*Aeſtee*, Vollenhovianæ Satrapiæ conſertus Tranſiſulaniæ pagus, 103.
Paruvete, celebre municipium Gallo-Brabantiæ, Baronatus titulo inſigne, 19.
Paulus Buſius, Swollanus, Franekeræ Juris Anteceſſor, 144.
Petrus Holtzenius, Daventrienſis, Profeſſor Colonienſis, 61.
Petrus Redanus, Daventrienſis, qualem librum edidit, *ibid.*
Philippus Boeſtius ab Helmont, Canonicus Daventrienſis & Epiſc. Dav. Vic. Gen. quem librum, & quo conſilio edidit, 38.
Philippus, Burgundiæ Dux aureum vellus inſtituit, 9.
Plantlune, Rei ſacræ Archiſtrategus in hoc pago ſub cujus patrocinio, 199.
S. *Plechelmus* ubi & quibus Euangelium annunciavit, 64.
—— ubi mortuus, 65.
—— ejus corpus quo tranſlatum, *ibid.*
Præpoſiti Collegii Zutphanienſis, onera quæ, 71.
Putten, Velaviæ pagus, 166.
—— Eccleſia ſub cujus patronatu conſiſtit, *ibid.*
—— Vicariæ in ea quæ, *ibid.*

Q.

Q*Uirinus Chryſochous*, Campenſis quem edidit librum, 116.

Digitized

R.

R*Adbodus* Friſiorum Rex a Baptiſterio pedem retrahit, 26.
Raelte, Sallandiæ annumeratus pagus, 62.
—— quo jure ejus Eccleſia ſuberat Daventrienſi Capitulo, *ibid.*
Recke, quis ibi ad paſtorale munus nominandi Jus habet, 201.
Reinerus Campus, quot annos Monaſterio Zibekeloenſi præfuit, 153.
Reurloo ſub agraria Satrapia pagus Zutphan, 195.
—— ejus curialis Eccleſiæ quis patronus, *ibid.*
Rijſſen, Tubantiæ oppidulum, 69.
—— ejus Eccleſia quem Divum colit, *ibid.*
—— Vicariæ quot, *ibid.*
Rouveen, ſub Sallandica Præfectura Tranſiſulaniæ pagus, 154.
—— natalibus Philippi Rovenii, Archiepiſcopi Philippenſis, clarus, *ibid.*

S.

S*Allick*, ſub ditione Iſelmudiani Satrapæ, Tranſiſulaniæ pagus, 117.
—— rei ſacræ Archiſtrategus quis, *ibid.*
—— Vicariæ, *ibid.*
Sanderus Zwollis, Præfectus Zibekeloenſis Monaſterii, 153.
Schapen, Linganæ ditioni annexus pagus, 200.
—— ejus Eccleſia cui conſecrata, *ibid.*
Scherwolde, Tranſiſulaniæ pagus, & Vollenhovianæ Satrapiæ ſubditus, 108.
—— S. Nicolaum Divum Tutelarem agnoſcit, *ibid.*
Seddem, pagus Zutphan. ſub ditione Comitum Montenſium, 190.
—— ejus Eccleſia ſub cujus tutela, *ibid.*
Silvolden, Baroniæ Wyſſenſis membrum, 188.
—— Eccleſia quem Patronum habet, *ibid.*
Spankeren, Velaviæ pagus, 177.
—— Eccleſia cui inſcripta, *ibid.*
Stapborſt, ſub Prætoria Haſſelenſi Tranſiſulaniæ pagus, 153.
Steenderen, ſub agraria Præfectura Zutphanienſis pagus, 101.
—— Eccleſia ſub cujus tutela conſiſtit, *ibid.*
—— quouſque Parochi hujus deſervitura ſe extendit, *ibid.*
—— Vicariæ quot, *ibid.*
Steenwyker-woldt, ſub Vollenhoviana Satrapia Tranſiſulaniæ pagus, 103.
—— Eccleſia dedicata in honorem S. Andreæ Apoſtoli, *ibid.*
Stenovicum, antiquum Tranſiſulaniæ oppidum, 102.
—— ejus ſitus, *ibid.*
—— duas habet Eccleſias, *ibid.*
Stephanus Vinandus Pighius, Campenſis, Græcè ac Latinè egregiè doctus, 116.
—— varios emittit in lucem libros, *ibid.*
Swarteſluys, Tranſiſulaniæ pagus annexus Satrapiæ Vollenhovianæ, 108.
—— ejus origo, conditor & initia, *ibid.*
Swolla, Tranſiſulaniæ Tripoleos tertia civitas, 118.
—— ſub quo enata, *ibid.*
—— ejus ſitus, *ibid.*
—— valdè munita, & monetæ cudendæ jus habet, *ibid.*
—— Eccleſia S. Michaëli inſcripta, in qua turris tam celſa, ut parem vix Belgium olim haberet, *ibid.*
—— quot in ea æde Vicariæ & Officia, *ibid.* 119.
—— Eccleſia a quo donata Capitulo Dav. *ibid.*
—— Vicariæ quæ in ea, *ibid.*
—— alterum templum urbis B. M. V. patrocinio nuncupatum, a quibus conditum, 121.
—— Cœnobia virilia quot in urbe ſunt, 122. & *ſeq.*
—— Virginum Aſceteria quæ, 141. & *ſeq.*
Swollanum Gymnaſium dudum valdè celebre, 144.

T.

T*Encteri* nunc Drenthi ſunt, 17.
Terwoelde, in agro Velavico ſitum, & Eccleſiam S. S. Coſmæ & Damiano conſecratam habet, 62.
—— Vicariæ quot, *ibid.*
Theodorus Petrejus, Campenſis, multa ſcripſit, 116.
Thuynen, pagus Lingenſis, 199.
—— ejus Eccleſia cui ſacra, *ibid.*
Tranſiſalana ditio cur ita vocata, 17.
—— quorum populorum olim ſedes, *ibid.*
—— Provincia in quot regiones diviſa, *ibid.*
—— Trajectini Præſulis dominio quamdiu ſubjecta, *ibid.*
—— ejus Ordines ex quibus conſtant, *ibid.*
—— quot Præfectos agrarios habet, *ibid.*
—— quot civitates oppidorum nomine cenſentur, *ibid.*
Tubantes nunc Thwenti vocati, 17.
Tubburgen, undè nomen fortaſſis accepit, 162.
—— Parœcialis Eccleſia cui dedicata, & qui Patronatum prætendunt, *ibid.*
Twelle, Velaviæ Tetrarchiæ connexus pagus, 62.
—— ejus Eccleſia B. M. V. Patronam nuncupat, *ibid.*
—— Vicariæ quot, *ibid.*

V.

V*Aeſſen*, Velavicæ Tetrarchiæ membrum & pagus, 184.
—— Eccleſia cui nuncupata, *ibid.*
Varſevelt, Zutphanienſis pagus & membrum Baroniæ Wytchenſis, 101.
—— Eccleſiæ Tutelaris quis, *ibid.*
—— Vicariæ quot, *ibid.*
Veeſene Eccleſiæ Tutelaris quis, 183.
Velavia eſt quarta Geldriæ Tetrarchia, 17.
—— ejus maximâ parte nonniſi ſteriles arenæ, & inculti colles jacent, *ibid.*
—— ad marginem Velaviæ ampliſſima & lætiſſima habet prata, *ibid.*
Veltbuiſen, citerioris Benthemii & Tubantiæ finitimus pagus, 162.
Vicarii quot Canonicis Daventrienſibus aſſociati, 31.
Voerſt, Velavici Territorii pagus, 177.
—— ejus Eccleſia SS. Trinitati inſcripta, *ibid.*
Vollenhovia ex arce oppidum fit, 104.
—— ibi ſedes fuit ſupremi Senatus, a qua appellare non licitum, *ibid.*
—— quot Eccleſias habuit, *ibid.*
Vorchten, ſub Velavica ditione Geldriæ pagus, 179.
—— Eccleſia cujus honoribus dedicata, *ibid.*
Vorden, Zutphanienſi Prætoriæ annexus pagus, 100.
—— Eccleſia cui donata, *ibid.*
Ulſen, Comitatus Benthemienſis pagus, 160.
—— ejus Parœcialis Eccleſiæ Præfectura ex cujus dono, & penes quem, *ibid.*
Urck hodiè inſula lacûs Flevonis, 117.

W.

W*Anneperveen*, pagus Vollenhovianæ Satrapiæ, 104.
—— Eccleſia quibus conſecrata, *ibid.*
—— Patronatu ejus quis potitur, *ibid.*

Warnſ-

Digitized by Google

Warnſvelt, Zutphanienſis Comitatus & Præfecturæ membrum, 100.
—— ejus Eccleſia S. Martino inſcripta, cui donata, *ibid.*
Weerſeloe, Eccleſiæ quis præeſt, 158.
—— ei annexus virginum nobilium Prioratus, *ibid.*
—— Monaſterii fundatio quæ, 158.
—— fuit primùm Monaſterium Fratrum Monachorum, 159.
—— cujus Abbates fuerunt varii, *ibid.*
—— dein virginum nobilium domicilium, *ibid.*
—— ſitum habet amœnum: Vicaria ibi una vel altera, 160.
Weeſep Sallandiæ regioni annexus pagus, 61.
—— Eccleſia cui inſcripta, *ibid.*
Weſſelus, FriſiusGroninganus, Lux mundi dictus, 60.
Weſtervoert, ad oſtium foſſæ Druſianæ pagus, ſubjectus Comiti Montenſi, 190.
Wbye, pagus Sallandicæ Satrapiæ annumeratus, 154.
Wierden, Parochialis Eccleſia Tubantici pagi, titulum quem habet, 162.
Wilpe, Officii in Velavico territorio pagus, 62.
—— cujus Eccleſia a D. *Lebuino* eſt conſtructa, *ibid.*
—— Vicariæ quot, *ibid.*
Wilſum, Tranſiſulaniæ oppidulum, ſed nunc vix pagus, 117.
—— ejus Eccleſia quem tutelarem habet, *ibid.*
Windeſimenſe Cœnobium quæ initia habuit, 125.
—— ejus conditores, propagatores, *ibid.*
—— inauguratio, progreſſus, Rectores, obſervantia, & excidium, *ibid.*
—— Congregatio floruit per utramque Germaniam, 126.
—— ante mutatam religionem complectebatur Collegia Canonicorum LXXXVI. & Canoniſſarum XVI. *ibid.*
—— domicilia, quæ hanc Rempublicam conſtituebant, enumerata, 127. & *ſeq.*
—— Virginum Aſceteria quæ ad Windeſimenſem Congregationem pertinebant, 137.
Winterſwyck, ſub Comitatu Zutphan. Brefurtanæ Dynaſtiæ membrum, 195.
Wychmont, Zutphanienſis Comitatus pagus, 100.
Wytmarſenſe Cœnobium, olim Benedictinarum Monialium Monaſterium, nunc ſecularium Canoniſſarum hoſpitium, 160.

Y.

YHorſta, Tranſiſulaniæ ſub Sallandica Præfectura pagus, 154.

Z.

ZEllem, Zutphanienſis pagus agrariæ Præfecturæ ſubditus, 101.
—— quis ejus patronus, *ibid.*
—— Vicariæ quot, *ibid.*
Zibekeloenſis B. M. V. Monaſterii in *Galilæa* dicti, initia, &c. pag. 145. Rectores qui, 148.
Zutphania primaria ejus Provinciæ urbs, 17.
—— territorium municipale in quot Præfecturas diſtinctum, *ibid.*
—— fertili eſt ſolo, & optimi graminis feraci, *ibid.*
Zutphanium unde denominatur, 70.
—— ejus ſitus, *ibid.*
—— oppidum lautum, & ſynonymi Comitatus caput, *ibid.*
—— primariam Eccleſiam habet, *ibid.*
—— ejus ædis conditor, & divi tutelares, *ibid.*
—— quas Reliquias ſervat, *ibid.*
—— in ea inſigne baptiſterium, *ibid.*
—— Templum habet XII. Canonicorum Collegium, 71.
—— ejus Collegii quis inſtitutor, *ibid.*
—— altera Eccleſia cui ſacra, 83.
—— Vicariæ quot, *ibid.*
—— qualia in ea urbe Xenodochia, *ibid.*

INDEX Eccleſiarum Collegiatarum & præcipuorum Monaſteriorum, quæ in Epiſcopatu Daventrienſi floruerunt.

Eccleſiæ Collegiatæ,
Eccleſia S. Lebuini *Daventriæ.*
- - S. Silveſtri, poſt S. *Plechelmi Oldenſaliæ.*
- - SS. Petri & Walburgis *Zutphan.*
- - S. Clementis *Steenovici.*

Cœnobia Canonicorum ac Canoniſſarum Regularium,
Cœnobium Canonicorum Reg. ord. Præmonſtratenſis, S. Nicolao dicatum, *Daventriæ.*
- - Bethlemiticum, *Swollæ.*
- - Mons S. Agnet propè Swoll. *ibid.*
- - B. Mariæ Virginis in Wendeſim *ibid.*
- - Canonicorum Regul. *Otmarſi.*
- - Bethlehem. *Dotecomii.*
- - B. Mariæ Virginis in Nazareth in *Aelten.*
Cœnobia Sororum Canoniſſarum S. Agnetis, *Hardervici.*
- - Sororum B. Mariæ & S. Agnetis in *Diepenveen.*
- - ejuſdem Inſtituti, *Dotecomii.*
- - ejuſdem Ord. Conventus, Angelorum dictus, *Grollæ.*

Cœnobia Cellitarum,
Cœnobium Cellitarum, *Daventriæ.*
- - Cellitarum, *Campis.*
- - Carthuſianorum S. Martini, - - Mons ſolis dictum, *Campis.*

Cœnobia Monialium Ciſtercienſium,
Cœnobium Virg Ciſterc *Daventriæ.*
- - Virginum Ciſt. in *Ulſen.*
- - Zibekeloe, titulo beatæ Mariæ in Galilea, *Hardenbergæ.*

Cœnobia Franciſcanorum & tertiæ Regulæ S. Franciſci,
Cœnobium Franciſcan. *Zutphanii.*
- - Franciſcanorum *Campis.*
- - Franciſcanorum, *Hardervici.*

Cœnobia Sororum tertiæ Regulæ Daventriæ.
- - ejuſdem Ordinis, *ibid.*
- - tertiæ Reg. *Oldenſaliæ.*
- - tertiæ Reg. *Zutphanii.*
- - ejuſdem Inſtituti, *Iſendoorn* dictum, *ibid.*
- - ejuſdem Reg. S. Catharinæ, *ibid.*
- - ejuſdem Reg. Klarenburg dictum, *Vollenhove.*
- - ejuſdem Inſtituti, *Campus S. Joannis* dictum, *ibid.*
- - ejuſdem Inſtituti, *Swollæ.*
- - ejuſdem Ord. *Almeloæ.*
- - ejuſdem Inſtituti. *Hardervici.*
- - ejuſdem Ord. S. Catharinæ. *ibid.*
- - ejuſdem Ord. B. Mariæ in Nazareth, in *Oen.*

Cœnobia Virginum Ordinis S. Auguſtini vel Franciſci,
Monaſterium Virginum S. Joannis Evangeliſtæ & Cæciliæ, *Daventriæ.*
- - S. Urſulæ, *ibid.*
- - S. Agnetis, *ibid.*
- - Sororum *'t Roudeel*, dictum, *Zutphanii.*
- - Sororum S. Agnetis, vulgò *'t Manshuys*, *ibid*
- - S. Cæciliæ, *Swollæ,*
- - S. Geertrudis, *ibid.*
- - S. Agathæ, *ibid.*
- - Boskiooſter, *ibid.*
- - S. Agnetis, *ibid.*
- - S. Agnetis, *Elburgi.*
- - Willekens Klooſter, *Swollæ.*

Cœnobia Fratrum & Sororum in communi viventium & Conventualium,
Cœnobium *Brueren* dictum, *Daventr.*
- - In communi viventium, *ibid.*
- - ejuſdem Inſtituti, *Hardervici.*
- - ejuſdem Inſtituti, Mons B. Mariæ dictum, *Druſiburgi.*
- - Sororum in communi viventium, S. Cæciliæ, *Daventriæ.*
- - Fratrum in communi viventium, dictum Mons S. Hieronymi, in *Heerde.*
Cœnobium Fratrum Clericorum, S. Gregorii dictum, *Swollæ.*

Cœnobia Dominicanorum,
Cœnobium Dominicanorum, *Zutph.*
- - ten Brueren dictum. *Zwollæ.*

Cœnobia Teutonicorum, & Melit.
Cœnobium Teutonicorum, *Otmarſi.*
- - Melitenſium, Vallis S. Joannis dictum, propè *Hardervicum.*
- - Teutonicorum, *Druſiburgi.*
- - Teutonicorum, in *Dieren.*

Cœnobia Monialium Benedictinarum,
Cœnobium ord. S. Benedicti, Mons B. Mariæ Virginis, in *Swarteſluyſ.*
- - Virginum nobilium S. Remigius dictum, in *Weerſeloe.*
- - Ord S. Benedicti, dictus Mons B. Mariæ ad aquas nigras, *Hattemi.*
Simul 62. Cœnobia.

F I N I S.

A01 1473634

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google